COROLLARIA,

SEV

QVÆSTIONES THEO-
LOGICÆ, PRÆCIPVE IN
PRIMAM, ET TERTIAM PARTEM
ſancti Thomæ, quæ deducuntur ex principiis
Philoſophicis complexis.

AVCTORE FRANCISCO ALBERTINO CATANZARIENSI
Sacerdote Societatis IESV, *Philoſophiæ, Sacræque Theologiæ in publico eiuſdem Societatis Gymnaſio Neapolitano, ac Streſſanenſi Profeſſore; Et ab eodem recognita, & aucta.*

Ad Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum ROBERTVM BELLARMINVM
S. R. E. Cardinalem.

Principia Philoſophica, quæ diſputantur in hoc Tomo, & Quæſtiones Theologicas, quæ ex illis deducuntur, nona ab hinc pagella oſtendet.



Biblioth. S. M.æ Majoris ... Romæ

LVGDVNI,
Sumptibus Iacobi Cardon.

M. D. C. XXIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ROBERTO BELLARMINO
S. R. E. ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO CARDINALI,

FRANCISCVS ALBERTINVS E SOCIETATE IESV S. D.

NEC immenſa tua lux (ILLVSTRIS. ROBERTE) fulgorem cohibere diu potuit ſuum, quin erumperet, te inuito; ſeque nobis optantibus proderet: nec flagrantiſſimum amoris incendium ipſi compreſſimus: & ingeniorum monumentis nomen in tuum dicandis oſtendit Societas, quid de te ſentiat, dum quod eminet inter omnia, vim mentis, tibi eſſe debitam profitetur. Ego ſolem iſtum animaduerteram, etiam dum finitore ſe continet, tantùm effundere luminis vt non modò propinqua, & Socia ſydera præſens obruat, ſed omnem Cœli ambitum, remotiſſimáque ſpatia illuminare videretur, & ipſe ille Germaniæ tenebricoſior mundus albeſceret. Quid autem, cum Purpurato delatus eſt honor, ſerus merenti; importunus recuſanti? Quod faſtigium CAPVANVS ARCHIEPISCOPATVS ita excepit, vt illa Ciuitas te Præſide multò plùs glorietur, quàm quòd olim de imperio cum Roma contenderit. Sed res manifeſtiſſimæ nullius vocem præconis deſiderant: & illa popularis, cui non audita? Gerendæ Reipublicæ formam antiquiſſimæque pietatis imaginem multis iam ętatibus intermortuam, te clauum tenente, reuixiſſe: beatiſſimámque haberi non Ciuitatem, aut populum, ſed annorum ſecularem decurſum, cui Deus Optimus Pontificem iſtius notæ conceſſerit. Quid autem fieri potuit, aut ad tuam gloriam illuſtrius, aut ad communem vtilitatem magnificentius, quàm vt hoc ipſo tempore, quo dogmaticis voluminibus Hæreticorum contumaciam toto orbe terrarũ abſens profligas, mirãdis, eodémque fonte Societatis hauſtis virtutibus in Theatro pulcherrimi Regni bonorũ pietatem accenderes? quíque doctrina hoſtes ante iugularas, exemplis geſtarũ rerum Eccleſiam tibi creditam excitares? Itaque (CARDINALIS ILLVSTRISS.) ſi toreumata nonnullius pretij talium rerum intelligentibus, vt æqua ſit æſtimatio, ſolemus offerre; quis erat inter omnes mortales vnus, cui dona litteraria dicarem, niſi tu, ROBERTE, qui cùm in omni cogitatione tantùm proceſſeris, quantùm ſummum ingenium cum

incredibili ſtudio perficere potuit, euolaſti altiùs, vt propugnandæ Diuinitati mentis acumen, ſcientiæ varietatem, & lacteum flumen orationis impenderes. Neque tibi otium conterendum eſſe duxiſti quæſtionibus eiuſmodi, quibus Catholicorum ingenia ſine operæ pretio implicantur, ſed in arcem vadis interritus, & impetitum Eccleſiæ Cardinem obtines, omnibus copiis inimicorum internecione deletis. Meus verò, quem tibi do, Propoſitionum liber, eſt ille quidem Philoſophicus, omnémque nouo labore nominis huius doctrinam complectitur: tamen ad Theologiam ſpectat, eíque ſeruiunt vniuerſæ illæ Propoſitiones, ſic inductæ à nobis tamquam euocandorum Theologiæ fœtum obſtetrices: vt vel vno ſapientiæ nomine tibi maximè debeatur. Quod ſi Patroni præſidium requirunt mea, quis auctoritate maior, dignitate præſtantior BELLARMINO CARDINALI? An cuius humaniſſimas aures hæc ipſa, cùm diſputarentur, ſæpiſſimè impetrarunt, eadem nunc deſperent exarata patrocinium? ſi verò beneficij cōpenſationem, apud benemerentes dicationes voluminum afferunt, vnus es omnium, ROBERTE, apud quem Societatis noſtræ priuata officia, & publica iuſtiſſimè collocentur. Poſtremo, quoniam ad illum, vnde accepimus, referenda ſunt omnium IESVM DOMINVM, tibi anteà tradere, vt ei benè tribuam neceſſe eſt, conciliabit impolito muneri apud Deum gratiam eximia ſanctitas, & aureum quemdam nitorem inducet ſuauiſſimi Cardinalis afflatus. Quibus ego maximis, optimíſque cauſis adductus, non tam mea, quàm me, multis iam annis tuum iterum do, dicóque. Nec ignoro Noſtra, quantacumque fuerint, in tanta luce honoris, & meritorum, extare non poſſe. Verùm Societas, dum minima tribuit, ſimul etiam confitetur, nihil eſſe magnum, illuſtre, præclarum, quod non debere ſe beneficiis obſtrictam, quod non deberi tibi magnitudine virtutis intelligat.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

QVAM COMMODA SIT PHILOSOPHIA THEOLOGO PROBATVR EX SACRIS LITTERIS, & Patribus aduerſus Lutherum.

QVI *explorato, necdum explicato die certa, ſed ſubobſcura luce, per loca auia, & confragoſa iter inſtituunt: næ illi multùm vident, ſi naſcentis tenuitatem lucis face aliqua firmant. Affulſit quidem nobis, cùm in tenebris, & vmbra mortis iaceremus, diuini Solis aurora: ſed aurora, quæ diei, noctiſque confinio, albore potiùs quodam, quàm adulta, aut liquida luce eniteſcit, quippe rerum diuinarum fides, quàm auroræ perſimilem dixeris, vt totius noctem impietatis abolet, ita futuri diei cupiditatem auidius negando acuit, æterníque Solis aſpectum latentem potiùs indicat, quàm explicat emergentem, & cum ſeſe obſcura ferrugine texerit, diuinitatis radios denſa inter nubila erumpentes, ita demonſtrat, vt occulat, ita occulit, vt illorum diuinitatem firmiùs, certiuſque Deo auctore confirmet, quàm ſi oculis, ac manu teneremus; quippe metuit videri, amat teneri fides, nec diem aduehit, ſed refugit, aut certè lucis, noctiſque contermina ſuos intra fines coërcet vtrumque, ſed digitum ad lumen intendit. Huius auſpiciis, ductuque ad æterni Solis radios peruadere enititur Theologus, ſi fortè humanæ intelligentiæ facem diuinis ignibus inflammet. arduum ſanè iter, nec ſine frequenti, ac præcipiti lapſu: quo in itinere ij melius incedunt, qui pluribus inſiſtunt monimentis, humanaſque diſciplinas ſubſidia Theologiæ comparant, vt gemino inſtructa lumine, lætior appetentem diem præſtoletur.*

Quorum ego ſtudiis, vt adniterer, delegi præcipuas Philoſophiæ theſes, quæ maximè Theologo vſui eſſe poſſunt, & quid ex iis in ſacra Theologia deducatur oſtendi, vt, quod eſt in more, inſtitutóque noſtræ religionis Philoſophiam, cæteraſque artium diſciplinas vni Theologiæ ſeruire doceamus. Sed ecce tibi ex portentoſo illo gigantum genere Lutherus, qui incondita verborum vtriuſque teſtamenti quaſi montium ſtrue cœlum impetit: tum omnem Theologo adimit humanarum rerum cognitionem: quippe omnes contemplatrices Diſciplinas deceptiones eſſe, & errores, etiámne quæ vera docent, & cum Chriſtiana Religione congruunt? ne has quidem excipit Lutherus, quem ambitionis nidor, ac fumus excæcauit: vidit furia alia tantò nequior, quantò acutior Iulianus Apoſtata, qui bonarum artium exitio Chriſtiani nominis interitum auſus eſt ſperare. At enim diuina humanis adminiculis non indigent: audio: ſed tu in aliquo Theologorum numero putabis, qui diuina ſe dicat noſſe, humana non intelligere? qui neſciat ethnicorum errata dignoſcere, perfidorum calumnias refellere, veſtra omnia redarguere? putabis omnino, vt te Theologis inſeras. At non ita putat Clemens Alexandrinus, qui multas etiam affert cauſas, cur Philoſophia ſit Theologo neceſſaria, ac primam quidem ad Philoſophos edocendos, ſimili enim edocemus ſimile; alteram ad re- 1. & 5. Strom.
fellendos ſophiſtas, Atletha enim, *inquit*, qui non ſe prius inſtruxit ad certamen,

contemni

contemnitur. *Tertiam, quòd varia, ac multiplex præceptoris doctrina, & delectat, & admirationem affert, atque adeò auditores captat. Quartam, quòd variè, & item multiformi argumento ſuadetur, id firmius hæret in animis Diſcipulorum, vnde Apoſtolus* docere ſe

4. de Trin. cap. 6.

ait in omni ſapientia *(hoc eſt diuina, & humana) vt exhibeat omnem hominem perfectum in Chriſto. Non ita putat Auguſtinus, quem aduerſarij nobis obiiciunt, qui ſtultum eſſe ait luminis naturalis ducatum, inueſtigationem. argumenta repellere, & alibi indoctum armat fide, doctum etiam ratione, fidei enim Imperator Clementiſſimus, & per conuentus celeberrimos populorum, atque gentium, ſedeſque ipſas Apoſtolorum arce auctoritatis muniuit Eccleſiam, & per pauciores piè doctos copioſiſſimis apparatibus etiam inuictiſſimæ rationis armauit, verùm illa rectiſſima diſciplina eſt in arcem fidei recipi infirmos: vt pro eis iam in tuto poſitos firmiſſima ratione pugnaretur, nónne Origenes, vt refert Euſebius, Philoſophiæ ſtudia detrectantibus reſpondere ſolitus erat, ſe quidem his operam nauaſſe diligentem, ſed non abſque grauiſſimorum virorum exemplo Pantheni, Heraclæ, aliorúmque ſimilium, qui cùm eſſent,* inquit, *Doctores Apoſtolici, nihilo ſecius Philoſophorum libros legere, & in Philoſophiæ ſtudiis exerceri ſolebant, nónne Didymus, vt refert Theodoretus ſyllogiſmos Ariſtotelis didicit, quod aduerſus mendacium arma veritatis exiſterent: Nónne Paulus ipſe, qui à Chriſto Domino accepit Sapientiam, Philoſophiæ quoque argumentis contra gentes vtebatur?* (non longè Deus eſt, ab vnoquoque noſtrũ, in ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus) *Non ita conſtituit, vt tu doces Luthere, ſapientiſſimus omnium parens, qui Adamo, ac Salamoni non diuinarum duntaxat, ſed humanarum etiam rerum cognitionem indidit abſolutiſſimam. Non tecum ſenſit Romana fides, quam tu iſtis oculis vino, ſomnóque ſepultis numquam aſpicere potuiſti. Etenim quæ docet diuinæ, humanæque naturæ in Chriſto Domino vnionem humanæ doctrinæ lumen, non modò reſpuit, aut aſpernatur, ſed diuina comitate recipit, corrigit, perficit, eaque ſe Societate luminis, ſi minus ſentit, illuſtrari, vberius quidem certè, latiuſque in hominum mentibus inhærere non inficiabitur. Sed actum agimus quippe hoc in conflictu Lutherum Canus non momordit ſolùm, ſed lacerauit, penituſque diſcerpſit.*

Li. 1. de act. cum Felice manicheo. Apud Canũ lib. 9. de locis Theol.

Euſeb. lib. 6. Eccl. inſt. hi. cap. 15.

Theod. li. 8. hiſt. tripar. cap. 8.

Act. 17.

Toto lib. 9. de locis Theolog.

Prima

Prima Admonitio ad Lectorem, qui modus ſeruatur in Theologicis Corollariis tractandis.

PRIMO proponitur Philoſophicum principium, cuius veritas Philoſophica quæſtione latè examinatur, tum ex illo principio ſic explicato, ac probato Theologica Corollaria deducuntur, quorum ſingula ſingulis agitantur quæſtionibus, in quibus primo oſtenditur non poſſe alia via, ac fundamento, quàm ex propoſito principio veritatem Corollarij firmiùs ſtabiliri. ſecundo, vbi non ſolùm eſt in modo probandi veritatem Corollarij, ſed etiam in ſententia ipſa aliqua inter Doctores controuerſia, argumenta in oppoſitum adducuntur, & ſoluuntur.

Secunda Admonitio, Duplex index, alter Theologicus ad ſummam S. Thomæ, alter Philoſophicus ad Ariſtotelis Philoſophiam.

QVONIAM verò hic modus tractandi ob quæſtionum varietatem, quæ vni tantùm principio innituntur, non eſt iuxta methodum, quam vel S. Thomas in ſua Summa, vel Ariſtoteles in ſua Philoſophia ſeruat, non ab re fore duximus, ſi ad maiorem Lectoris tum commoditatem, tum facilitatem duos hic intexeremus indices (nam tertius eſt rerum) quorum primus methodo, quam S. Doctor in ſua Summa, ſecundus methodo, quam Ariſtoteles in ſua Philoſophia ſeruat, eſt accommodatus, vt tibi ſequens pagella clariùs indicabit.

Quæ verò ſuperſunt ex Philoſophia, & Theologia abſoluemus Deo adiuuante in ſequenti tomo, quem præ manibus habemus, in quo examinabuntur Corollaria Theologica ex principiis incomplexis Philoſophicis, qualia ſunt decem prædicamenta.

Digitized by Google

Facultas Prouincialis.

EGo Mutius Vitelleſcus Societatis IESV in Prouincia Neapolitana Prouincialis poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre Claudio Aquauiua Præpoſito noſtro Generali, facultatem concedo, vt hic Primus Tomus *Corollariorum Theologicorum ex principiis* complexis *Philoſophicis*, à Patre Franciſco Albertino noſtræ Societatis, & Philoſophiæ Sacræque Theologiæ in Neapolitano publico Gymnaſio eiuſdem Societatis Profeſſore compoſitus, & eiuſdem Societatis, grauium, Doctorúmque hominum iudicio approbatus typis mandetur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, ſigillóque noſtro munitas dedimus. Neapoli die 12. Menſis Octobris, Anni 1605.

MVTIVS VITELLESCVS.

Facultas R. P. Prouincialis Societatis Ieſu, in Prouincia Lugdunenſi.

LVdouicus Michaelis Prouincialis Collegiorum Societatis IESV in Prouincia Lugdunenſi, iuxta priuilegium eidem Societati à Rege Chriſtianiſſimo Henrico III. die x. menſis Maij, anni 1583. Et Henrico IV. nunc regnante 20. Decemb. 1606. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos, abſque illorum permiſſione imprimant; permittit Horatio Cardon Lugdunenſi Bibliopolæ, vt *Corollaria, ſeu Quæſtiones Theologicas, &c. Auctore Franciſco Albertino Catanzarienſi Sacerdote Societatis* IESV, &c. ad ſex proximos annos imprimere, ac liberè diuendere poſſit. Datum Lugduni die 6. Maij 1609.

LVD. MICHAELIS.

Summa Priuilegij à Chriſtianiſſimo Galliarum Rege obtenti.

HENRICI IV. Galliæ & Nauarræ Regis diplomate cautum eſt, ne quis in ſuo regno, aliiſue locis ditioni ſuæ ſuppoſitis, intra proximos annos decem à die conceſſionis præſentium inchoandos, excudat, vendat, excudendum, vendendúmve quouis modo ac ratione conetur, librum, qui inſcribitur, *Corollaria, ſeu Quæſtiones Theologicæ*, &c. *Auctore Franciſco Albertino Catanzarienſi Sacerdote Societatis* IESV, &c. vno Horatio Cardon, Bibliopola Lugdunenſi, excepto, cuive ipſe conceſſerit: Sub pœnis originali diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Lutetiæ, die 17. Iulij, Anno 1609.

Sic ſignatum,

De mandato Regis.

PERREAV.

PRIN

Digitized by Google

PRINCIPIA PHILOSOPHICA COMPLEXA, QVÆ DISPVTANTVR IN HOC TOMO, EX QVIBVS DEDVCVNTVR QVÆSTIONES THEOLOGICÆ.

Primum principium Philoſophicum.

Modus operandi ſequitur modum eſſendi.

Ex hoc principio deducemus varias materias Theologicas, & primò materiam de viſione beatifica. Secundò de cognitione, & motu Angelorum. Tertiò de immortalitate animæ. Quartò de creatione. Quintò de ſatisfactione Chriſti, & de ſatisfactione puræ creaturæ.

Secundum principium Philoſophicum.

Inſtrumentum agit ſuprà ſuas vires in virtute cauſæ principalis.

Ex quo deducemus materiam de potentia obedientiali, & de efficientia Sacramentorum, & habituum ſupernaturalium.

Tertium principium Philoſophicum.

Concluſio ſequitur debiliorem partem antecedentis.

Ex quo deducemus materiam de fide, & de concluſione Theologica.

Quartum principium Philoſophicum.

De futuris contingẽtibus non eſt determinata veritas in cauſa, ſed in effectu.

Ex quo deducemus materiam de Scientia Dei, tam abſoluta futurorum, quam conditionata.

Quintum principium Philoſophicum.

A diſtributiuo ad collectiuũ non valet conſequentia Phyſicè, valet moraliter.

Ex quo deducemus tùm materiam de neceſſitate gratiæ, tùm materiam de concordia libertatis cum impeccabilitate Chriſti.

Sextum principium Philoſophicum.

Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

Ex quo deducemus materiã de libertate Dei, & de Chriſti prædeſtinatione.

Septimum principium Philoſophicum.

Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe.

Ex quo deducemus concordiam diſtinctionis realis perſonarum diuinarum inter ſe, cum identitate earumdem cum eſſentia.

Tomus autem ſecundus complectetur Quæſtiones Theologicas, quæ deducentur ex principiis complexis Philoſophicis, quæ ſunt decem prædicamenta.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
THEOLOGICVS
QVÆSTIONVM THEO-LOGICARVM AD SVMMAM SANCTI THOMÆ AQVINATIS PERTINENTIVM.

AD PRIMAM PARTEM.

Ad primam quæſtionem, de Sacra Doctrina qualis ſit.

1. *VTRVM Concluſio Theologica, vt deducta ex vna de fide diuina ſequatur certa de fide ex parte actus, ſeu, vt dici ſolet certitudine formali diuina. ex principio 3. Philoſophico Cor. primo Theol. 1.*

2. *Vtrum concluſio Theologica ex ambabus de fide per conſequentiam naturalem ſequatur certa certitudine formali diuina.* ibid. num. 10

3 *Vtrum concluſio Theologica ex ambabus de fide per conſequentiam de fide ſequatur certa certitudine formali diuina.* ibid. num. 11.

4 *Vtrum concluſio Theologica ex parte ſubiecti ſit minùs certa, quàm præmiſſa naturalis, vel conſequentia naturalis.* ibid. num. 12

5 *Vtrum concluſio Theologica ſit certior concluſione naturali, quæ deduci poſſet per eumdem ſyllogiſmum, ſi propoſitio illa, quæ eſt de fide diuina eſſet naturalis.* ibid. num. 15

6 *Vtrum concluſio Theologica ſit certior præmiſſa naturali.* ibid. num. 18

7 *Vtrum concluſio Theologica, vt deducta ex maiore vniuerſali affirmatiua de neceſſitate fidei, & minore naturali ſequatur ex ſuppoſitione neceſſaria neceſſitate fidei in omnibus figuris. ex eod. princip. Philoſ. Coroll. 2.* num. 3

8 *Vtrum concluſio Theologica, vt deducta ex maiori vniuerſali affirmatiua naturali, & minori de neceſſitate fidei, vel ex vna negatiua de fide, ſequi poſſit in aliqua figura neceſſariò de neceſſitate fidei ex ſuppoſitione.* ibid. num. 8. & 6

9 *Vtrum concluſio Theeologica, deducta in Diſamis ex maiori de prædicato contingenti, ſed neceſſaria neceſſitate fidei, & ex minori de ineſſe ſequatur neceſſaria de neceſſitate fidei ex ſuppoſitione, vel ſaltem vera.* ibid. num. 9

10 *Vtrum concluſio Theologica deducta ex minori neceſſaria tam de neceſſitate fidei, quàm neceſſitate ex ſuis cauſis ſequatur neceſſaria ex ſuppoſitione tam neceſſitate fidei, quàm neceſſitate ex ſuis cauſis, & an in omni figura, vel ſolùm in tertia.* ibid. num. 11

11 *Vtrum concluſio Theol. vt explicata ſit de fide locus magis proprius eſt.* 2.2. quæſt. 1.

Ad quæſtionem duodecimam de viſione Dei.

1 *Vtrum Intellectus humanus pro hoc ſtatu vnionis cum corpore poſſit propria virtute videre Deum intuitiuè princip. 1. Philoſ. Coroll. 1. Theol.* num. 1

2 *Vtrum intellectus humanus ſeparatus, vel Angelicus poſſit propria virtute videre Deum intuitiuè. ibid. num. 6*

3 *Vtrum ſublato ab intellectu creato modo cognoſcendi Deum per medium creatum poſſit talis intellectus creatus ſine aliqua alia eleuatione videre Deum intuitiuè.* ibid. num. 13.

4 *Vtrum poſſit dari aliquis intellectus creabilis qui propria virtute poſſit intueri Deum, & quid dicendum ſi talis intellectus poſſit dari infinitus. princ. eodem Philoſ. Coroll. 2. Theolog. num 20*

5 *Vtrum poſſit creari ſubſtantia ſupernaturalis, cui ſit connaturalis viſio beatifica princip. eodem primo Philoſoph. Coroll. 3. Theol.* num. 1

6 Vtrum

Digitized by Google

6 *Vtrum detur lumen gloriæ intellectu Beati in primo principio Philoſophico Coroll.1. in tertia dubitatione.* *num.17.& ſeqq.*
7 *An hoc lumen gloriæ tamquam qualitas inhærens ſit neceſſarium.* *ibid.num.23*
8 *Vtrum oculus corporeus poſſit eleuari ad videndum Deum.* *ibid.num.24*
9 *Vtrum lumen gloriæ, ſeu alius habitus ſupernaturalis concurrat vt inſtrumentum, vel vt cauſa principalis ad eliciendum actum ſupernaturalem. in ſecundo principio Philoſophico Coroll. 6. in prima difficultate.*
10 *Vtrum potentia induta lumine gloriæ concurrat tamquam cauſa inſtrumentalis ad eliciendum actum ſupernaturalem.* *ibid. in ſecunda difficultate.*
11 *Vtrum poſſit creari ſubſtantia ſupernaturalis cui ſaltem ſit connaturalis ſcientia infuſa myſteriorum gratiæ.* *ibid.num.8. in ſecunda difficultate.*
12 *Vtrum poſſit Deus comprehendi à creatura.* *ibid. Coroll.4.num.1*
13 *Vtrum viſio debeat eſſe tantæ perfectionis quanta eſt obiectum in genere cognoſcibilitatis. ibid. n. 4*
14 *Vtrum creaturæ poſſint videri in Deo tamquam in cauſa.* *ibid.num.9*
15 *Vtrum natura diuina, ſeu vnum attributum poſſit à beato ſecundum vnum gradum perfectionis virtualis ex parte obiecti penetrari, & non ſecundum alium.* *ibid.num.22*
16 *Vtrum ex cognitione omnium creaturarum in verbo extenſiua, vel intenſiua, vel vtraque ſimul ſequatur comprehenſio Dei.* *ibid. per tres difficultates num.27*
17 *Vtrum repugnet per eundem gradum indiuiſibilem intenſionis eiuſdem viſionis, qua videtur Deus videri omnes creaturas quantum eſt ex vi intenſionis præciſæ ex eodem primo princip. Philoſ. Coroll.5.num.1*
18 *Vtrum creaturæ contineantur in Deo tamquam in ſpecie.* *ibid.num.2*
19 *An viſa vna creatura in verbo neceſſariò videantur omnes.* *ibid. num.5*
20 *An viſio extenſiua, qua videtur creatura in verbo fiat per argumentum extrinſecum, vel intrinſecum.* *ibid.num.7*
21 *Vtrum repugnet per viſionem finitam videri in verbo ex vi eſſentiæ diuinæ intenſius penetratæ ex parte obiecti infinita obiecta in aliquo determinato genere. ex eodem primo princ. Philoſ. Coroll. 6.Theolog.num. 1.*
22 *Vndenam ſumatur ratio ſupernaturalitatis in lumine gloriæ.* *ex princip. ſecundo Philoſ. Coroll. 5. Theol.num.1.* *& princ. 1. Philoſ. Coroll.2.num.4*

Ad quæſt.14. De ſcientia Dei.

1 *Vtrum Deus præſciat futura contingentia.* *ex 4. princ. Philoſ. Coroll.1.num 1*
2 *Vtrum præſcientia Dei tollat contingentiam ab obiecto futuro, & libertatem à cauſa. ibid.num. 18*
3 *Vtrum ſcientia Dei terminata ad præſens ſit diſtincta ratione à ſe ipſa, vt terminata ſe ad futurum & ad præteritum.* *ibid.num.25*
4 *Vtrum Deus cognoſcat in aliquo priori ſigno decreta libera ſuæ voluntatis tamquam futura antequam ſint actu poſita in poſteriori ſigno.* *ex princ. 4. Philoſ Coroll.2. Theol.num.1*
5 *Vndenam ſumatur ordo prioritatis ſignorum, ſeu inſtantium in ſcientia Dei.* *ibid.num.3*
6 *Vtrum Deus cognoſcat futura contingentia ſub conditione dubio primo. ex 4. principio Philoſoph. Coroll.3.num.1*
7 *Vtrum Deus poſſit cognoſcere futura contingentia conditionalia in ſuo decreto, vbi agitur, an Deus ex non volente poſſit fieri volens ſine mutatione in obiecto.* *ibid.dub.2*
8 *Vtrum quod eſt infinitum ſyncathegorematicum à parte rei, vel partium continui, vel creaturarum poſſibilium ſit in intellectu diuino infinitum cathegorematicè.* *ex princ. 5. Phil.nu.22*
9 *Vtrum argui poſſit à diſtributiuo ad collectiuum in materia infinita partium, vt ſunt omnes ſimul in intellectu diuino.* *princ.5. Phil.nu.21*
10 *Vtrum per intellectum diuinum fiat Ens rationis, & præcipuè diſtinctio rationis. ex 7. princ. Phil. Coroll.1.num.1*

Ad quæſt.15. de Idæis.

1 *Vtrum Idæa tam in Deo, quàm in artifice creato ſit conceptus obiectiuus, vel formalis principio 6. Philoſ.num. 22.*

Ad quæſt.19. De voluntate Dei.

1 *Vtrum in Deo ſit libertas, quoad exercitium, & quoad ſpecificationem.* *ex 6. princ. Philoſ. Coroll. 2.num.1*
2 *Vtrum in Deo ſit actus liber terminatus ad creaturas.* *ibid. num. 17*

Ad

Digitized by Google

Ad quæſt. 25.

1 *Vtrum potentia Dei ſecundum eſſe relatiuum ad creaturas ſit infinita cathegorematicè, vel ſyncathegorematicè. ex princ.1.Phil. Coroll.4.num.1.V. Ad difficultatem igitur.*

Ad quæſt. 28. de Relationibus diuinis.

1 *Vtrum in Deo detur Relatio prædicamentalis, vel ſaltem tranſcendentalis ad creaturas. ex princ. 1.Philoſoph. Coroll. 4. num.10. V. pro quo.*
2 *Vtrum in Deo Relationes diuinæ identificentur à parte rei cum eſſentia. ex 7. princ. Phil. Coroll.1. dub. 1.*
3 *Quomodo intelligatur in diuinis principium illud, quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe. ex 7.princ.Phil.dub.1.ferè per totum. & ibid.Coroll.1.dub.1*
4 *Vtrum Relationes ſint de eſſentia deitatis. ex 7.princ.Phil.Coroll.1.dub.2*
5 *Vtrum Deitas ſit de eſſentia Relationum. ibid. dub.3*

Ad quæſt. 45. De creatione.

1 *Vtrum creatio poſſit competere naturaliter creaturæ tamquam principali agenti. ex princ. Phil. Coroll. 17. num. 1*
2 *Vtrum inter Ens, & Nihil ſit diſtantia infinita. ibid.num.2*
3 *Vtrum ex modo producendi ex minori, & minori potentia paſſiua calculari poſſit virtus infinita. ibid. num. 8*
4 *Vtrum creatio poſſit competere creaturæ inſtrumentaliter. ex 2.princ.Phil. Coroll.1. in 5.diffic.*
5 *Vtrum poſſit creatura ſaltem inſtrumentaliter concurrere ad vnionem accidentis, non concurrendo ad ipſius creationem. ex 2.princ.Phil. Coroll.1 in 5.diffic. dub.2*

Ad quæſt. 52. De loco Angelorum.

1. *Per quid Angelus conſtituatur in loco. ex 1.princ.Phil.Coroll.16.dub.2.num.5*
2 *Vtrum Angelus poſſit operari in diſtans. ibid.num.10*

Ad 53. De motu locali Angelorum.

1 *Vtrum motus Angeli poſſit eſſe in inſtanti per medium vbi explicatur definitio motus tradita ab Ariſt. ex 1.princ.Phil.Coroll.16 dub.1.*
2 *Vtrum Angelus poſſit moueri ab extremo ad extremum ſine medio. ibid.dub.2*
3 *Vtrum Angelus quieſcens, vſque ad vltimum terminatiuum horæ extrinſecè poſſit in inſtanti illius temporis moueri motu inſtantaneo. ibid. dub.3.in 1.diffic.*
4 *Vtrum Angelus quieſcens intrinſecè vſque ad vltimum terminatiuum horæ poſſit immediatè poſt moueri mutatione indiuiſibili, & inſtantanea. ibid.in 2.diffic.num.10.*
5 *Vtrum Angelus moueri poſſit motu continuo, & ſucceſſiuo. ibid. dub.4*
6 *Quid ſit motus diſcretus Angelicus. ibid. dub.6*
7 *Vtrum inſtans Angelicum quo menſuratur motus Angeli, qui ſit totus ſimul, diſtinguatur à tempore noſtro, & inſtanti ipſius. ibid.dub.5*
8 *Quid ſit tempus diſcretum Angelicum. ibid.dub.6*
9 *Vtrum tempus continuum, & ſucceſſiuum, quo menſuratur motus ſucceſſiuus Angeli ſit diſtinctum à tempore noſtro. ibid.dub.7*

Ad quæſt. 54. & ſequentes de cognitione Angelorum.

1 *Vtrum Angelus poſſit abſtrahere ſpecies ſingularium materialium ab obiecto materiali vbi agitur de intellectu agente Angeli. ex 1.princ. Phil.Coroll.7*
2 *Vtrum ex eo, quia Angelus non dependet à corpore ſubiectiuè ſequatur neceſſario non poſſe dependere obiectiuè. ibid. num.3*
3 *Vtrum intellectus Angelicus habeat ſpecies rerum ſingularium materialium congenitas initio ſuæ creationis. ex eod.1.princ.Coroll.8.num.1*
4 *Vtrum ſpecies Angelica poſſit repræſentare rem præſentem quando eſt præſens ſine aliquo intrinſeco ſuperaddito. ibid.num.21.ad 2.abſurdum*
5 *Vtrum Angelus habeat ſpeciem congenitam obiecti immaterialis. ibid. num. 22*
6 *Vtrum intellectus Angelicus quo perfectior eo intelligat per pauciores, & vniuerſaliores ſpecies. ex eod.1.princ.Philoſ.Coroll.9.num.1*
7 *Vtrum poſſit dari ſpecies Angelica repræſentans plura. ibid.num.3*

8 *Vtrum*

Digitized by Google

8 *Vtrum Angelus poſſit cognoſcere liberas affectiones voluntatis alterius Angeli, vel hominis. ex eod.1.princ.Phil.Coroll.10.num.1*
9 *Vtrum Angelus cognoſcat actus alterius Angeli neceſſarios ſiue quoad exercitium, ſiue quoad ſpecificationem, & quid dicendum de cogitationibus intellectus. ibid.num 21*
10 *An Angelus loquatur alteri Angelo per ſpecies, vel per ſigna. ex eod. 1.princ.Phil.Coroll 11.num.1*
11 *An ſigna ſpiritualia in Angelo ſint ad modum Scripturæ, vel ad modum loquutionis. ibid.dub.1*
12 *Vtrum Angelus poſſit cognoſcere futura contingentia, quæ pendent à libera voluntate. ex eod.1 princ.Phil.Coroll.12.num.1*
13 *Vtrum Angelus lumine naturali poſſit cognoſcere conceptu proprio, & quidditatiuo myſteria gratiæ, quæ ſunt realitates, vt eſt lumen gloriæ viſio beatifica, &c. ex eod. 1.princ.Phil.Coroll.13.in 1. diffic.num.1*
14 *Vtrum Angelus poſſit cognoſcere modum vnionis humanitatis cum verbo. ibid.in 2.diffic. num.3*
15 *Vtrum Angelus poſſit cognoſcere modum indiuiſibilem præſentiæ corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis.ibid.in 3.diffic. num.11*
16 *Vtrum Angelus poſſit cognoſcere modum exiſtendi per ſe accidentium in Euchariſtia. ibid.in 4. diffic.num.16*
17 *Vtrum deſitio panis in Euchariſtia euidenter cognoſcatur ab Angelo. ibid.in 5.diffic.num.21*
18 *Vtrum Dæmones torqueantur ab igne ea pœna, quæ deriuatur in animam coniunctam ex combuſtione corporis. ex 2.princ.Phil.Coroll.4.num.1* Ad quæ.64. 1. part.

Ad quæſt.75.De homine.

De natura animæ rationalis, & an ſit immortalis, &c.vide in Indice Philoſ. ad 3.de anima.

AD PRIMAM SECVNDÆ.

Ad primam quæſtionem.

1 *Vtrum ratio bonitatis reperiatur intrinſecè in fine, & in medio tantùm extrinſecè. ex 6.prin Phi.n.7*
2 *An finis, & medium aliquando poſſint eſſe ſimul ratione, & appetibilitate. ibid.num. 10*
3 *An medium propinquius poſſit tanquam finis mouere, & attrahere voluntatem ad amorem medij remoti. ibid.num.17*

Ad quæſt. 2. De beatitudine.

Vide nonnulla ad quæſt.12.primæ partis.

Ad quæſt.109.De gratia Dei.

1 *Vtrum peccator poſſit diu cauere à nouo mortali. ex 5.princ.Phil.Coroll. 1.num.1*
2 *Vtrum iuſtus abſque ſpeciali priuilegio diu cauere poſſit à veniali. ex eod. 5.princ.Phil.Coroll.2.nu.1*
3 *Vtrum peccator reſiſtens tentationi in vno inſtanti poſſit pro eodem reſiſtere vocationi diuinæ, vbi agitatur difficultas, an cauens vnum mortale in vno inſtanti caueat omnia pro eodem inſtanti. ex eod. 5.princ. Phil. Coroll. 1. num. 8.*

Ad quæſt. 91. De effectibus legis.

1 *Vtrum poſſit dari lex ſine obligatione ad culpam. ex 5.princ.Phil.Coroll.3.nu.6*

Ad quæſt. 110. De gratiæ eſſentia.

1 *Vtrum contritio ſit formaliter remiſſio peccati, & forma ſanctificans. ex 1.princ.Phil.Coroll. 18.n.65*
2 *An Conuerſio, & Auerſio ſumpta fundamentaliter opponantur totaliter. ibid.nu.81*
3 *Vtrum gratia habitualis totum ſuum valorem communicet actui, & quibus actibus. ex eod.1.princ. Phil.Coroll. 18. num. 50*

Ad quæſt. 112.

1 *Vtrum homo poſſit fide diuina ſcire ſe habere gratiam iuſtificantem. ex 3.princ.Phil.Coroll.6.num.1*

AD SECVNDAM SECVNDÆ.

Ad quæſt. primam De obiecto fidei.

1 *Vtrum aſſenſus fidei diuinæ reſoluatur in diſcurſum, an verò ſit per ſimplicem adhæſionem ad propoſitionem, vt immediatè reuelatam à Deo. ex 3.princ.Phil.Coroll.4.num.1*
2 *Vtrum requirantur diſcurſus ad aſſenſum fidei, & quid conferant. ibid.nu.6*
3 *Vtrum ad veritatem primam, tanquam ad rationem formalem quæ reſoluatur vltimatè fides. ibid. in 1. diffic. num. 11*

Digitized by Google

4 *Vtrum ad reuelationem Dei reſoluatur fides, tanquam ad rationem formalem ſub qua.* ibid. in 2. diffic. num. 15
5 *Vtrum ad obſcuritatem reuelationis reſoluatur fides tamquam ad rationem formalem ſub qua.* ibid.
6 *Vtrum reſolutio fidei fiat in fidem acquiſitam, tamquam conditionem, & quam certitudinem debet habere fides acquiſita ad hoc, vt poßit concurrere ad aſſenſum fidei.* ibid. in 3. diffic. num. 24
7 *Vtrum reſolutio fidei fiat in Eccleſiam tamquam in rationem formalem qua in proponendo.* ibid. in 4. diffic. num. 35.

Ad quæſtionem ſecundam.

1 *Vtrum actus fidei quoad aſſenſum fidei ſit ſecundum ſubſtantiam ſupernaturalis.* ex eod. 3. princ. Phil. Coroll. 5. num. 3
2 *Vtrum aſſenſus practicus ſeu iudicium practicum de credendo fide diuina ſit ſupernaturale ſecundum ſubſtantiam, vel tantùm ſecundum modum.* ibid. num. 7
3 *Vtrum actus voluntatis volêndi credere fide diuina ſit ſecundum ſubſtantiam ſupernaturalis.* ibi. n. 9
4 *Vtrum concluſio Theologica, vt explicata per præmiſſam naturalem ſit de fide, & qualis debeat eſſe præmiſſa naturalis explicans propoſitionem de fide.* ex eod. 1. princ. Phil. Coroll. 3
5 *In quo differat propoſitio Theologica, vt explicata ab aliis propoſitionibus de fide.* ibid. dub. 3
6 *Vtrum diſcredens reuelationi particulari ſit infidelis.* ibid. num. 22
7 *Vtrum concluſio Theologica, vt deducta ſit certa certitudine formali diuina, vel ſaltem ex parte obiecti ex ſuppoſitione, vide in Indice ad primam quæſtionem primæ partis, vbi eſt locus proprius.*
8 *Vtrum verificetur ſemper prophetia de futuro contingenti, & an ſemper enuncietur à Propheta primarium ſignificatum, vel aliquando ſecundarium, quod eſt determinatio in cauſa.* ex 4. princ. Phil. Coroll. 4

Ad quæſt. 48. De iuſtitia.

1 *Quas conditiones debet habere ſatisfactio ex iuſtitia rigoroſa.* ex 1. princ. Philoſ. Coroll. 18. num. 27
2 *Vtrum ſatisfactio rigoroſa ſit diſtincta à ſatisfactione ad æqualitatem.* ibid. num. 33
3 *Vtrum valor, ſeu moralis dignitas operum ſit aliquis modus poſitiuus intrinſecus operi, an verò Ens rationis, ſeu dominatio extrinſeca.* ibid. num. 48

AD TERTIAM PARTEM.

Ad primam quæſtionem, De conuenientia Incarnationis.

1 *Vtrum ſi Adam non peccaſſet Chriſtus fuiſſet incarnatus ex vi primi Decreti, & de ordine ſignorum in mente diuina.* ex 6. princ. Phil. Coroll. 1
2 *Vtrum ſatisfactio Chriſti fuerit ad æqualitatem.* ex 1. princ. Phil. Coroll. 18 num. 4
3 *Vtrum ſi Chriſtus fuiſſet per impoßibile peccator, ſatisfeciſſet ad æqualitatem.* ibid. num. 13
4 *Vtrum Chriſti ſatisfactio fuerit de toto rigore iuſtitiæ.* ibid. num. 26
5 *An debitum Chriſti de gratiarum actione abſorbeat valorem ſatisfactionis, vbi tractatur, an valor ſatisfactionis excedat valorem beneficij collati Chriſto.* ibid. num. 51
6 *An Chriſti ſatisfactio fuerit ex propriis per dominium quod habebat, vt homo ſupereſſe liberum actus.* ibid. num. 37
7 *An valor moralis actuum Chriſti fuerit infinitus ſimpliciter in genere valoris.* ibid num. 46
8 *An ſi valor Chriſto fuiſſet finitus potuiſſet adæquatè offenſam etiam infinitam.* ibid. num. 8
9 *An offenſa facta Deo ſit ſimpliciter infinita.* ibid. num. 1.
10 *Vtrum Chriſtus potuerit plus mereri quàm Deus remunerare.* ibid. num. 51
11 *Vtrum valor infinitus vnius actus Chriſti adæquet totam latitudinem intenſiuam, & extenſiuam aliorum ſuorum actuum.* ibid. num. 6
12 *Vtrum ſi valor operum Chriſti fuiſſet finitus adhuc adæquaſſet, ſeu exceßiſſet offenſam.* ibid. num. 8

Ad quæſtionem decimamoctauam, De voluntate Chriſti, & 19. de merito, & vigeſimam, de ſubiectione ad patrem.

1 *Vtrum Chriſtus fuerit impeccabilis phyſicè.* ex 5. princ. Phil. Coroll 3. dub. 1. num. 1
2 *Vtrum poßit ſaluari impeccabilitas phyſica cum libertate ſi Chriſtus fuiſſet purus viator.* ibid. dub. 1
3 *Vtrum poßit ſaluari libertas Chriſti cum impeccabilitate phyſic. quatenus Chriſtus eſt de facto beatus.* ibid. dub. 2
4 *Vtrum Chriſto potuerit imponi præceptum quoad culpam.* ex eod. 5. princ. Phil. dub. 1. num. 6
5 *Vtrum potuit imponi præceptum Chriſto ſecundum omnes reflexiones in infinitum.* ibi. dub. 2. n. 22
6 *Vtrum Chriſtus potuerit neceßitari efficienter quoad ſubſtantiam actus, & non quoad circumſtantias.* ibid. dub. 1. num. 14

Quantum ad quæſt. 19. de merito Chriſti. vide ad quæſt. 1. huius tertiæ part. de ſatisfactione.

Ad

Ad quæſt. 43. De miraculis Chriſti.

1. *Vtrum humanitas Chriſti fuerit inſtrumentum ad effectus miraculoſos.* ex 2. princ. Philip. Coroll. 3 num. 6

2 *Vtrum verba Chriſti ſecundum eſſe ſucceſſiuum poterant aſſumi ad miracula efficienda, & an Chriſtus habuerit poteſtatem ad creandum, & alia plura. vide infrà ad quæſt. 62. de Sacramentis.*

Ad quæſt. 62. de effectu Sacramentorum.

1 *Vtrum Sacramentum aſſumi poßit ſecundum potentiam obedientialem ad producendam gratiam, vel ad tranſſubſtantiandum panem in corpus Chriſti.* ex 2. princ. Philip. Coroll. 1

2 *Vtrum iſta potentia obedientialis ſit de conceptu eſſentiali creaturæ.* ibid. in 2. diffic.

3 *Vtrum hæc potentia obedientialis ſit diſtincta à potentia naturali.* ibid. in 3. diffic.

4 *Vtrum Sacramentum ſecundum eſſe ſucceßiuum poßit aſſumi à Deo ad efficiendam gratiam immediatè ante aliquod inſtans ſignatum.* ibid. in 4. diffic.

5 *Vtrum Sacramentum ſecundum eſſe ſucceßiuum poßit aſſumi à Deo ad efficiendam gratiam immediatè poſt inſtans ſignatum.* ibid. in 4. diffic.

6 *Vtrum Sacramentum ſecundum potentiam obedientialem poßit concurrere ad tranſſubſtantiationem panis in corpus Chriſti, vel ad creationem.* ibid. in 5. diffic.

7 *Vtrum gratia creatur.* ibid. in 5. diffic. dub. 1

8 *Vtrum Sacramentum poßit concurrere ad vnionem gratiæ, non concurrendo ad ipſius productionem.* ibid. in ead. 5. diffic. dub. 2

9 *Vtrum omnipotentia poßit inſtrumentaliter communicari creaturæ ſecundum potentiam obedientialem, vel ſaltem poßit aſſumi creatura ad producendum omne poßibile præter ſeipſam.* ibid. in 6. diffic.

10 *Vtrum repugnet dari in Sacramento qualitatem intrinſecè ſupernaturalem, quæ intrinſecè attingat productionem gratiæ, & tranſſubſtantiationem panis in corpus Chriſti, vel creationem, & an hæc qualitas poßit eſſe ſpiritualis inhærens in materia corporea Sacramenti.* ex eod. 1. princ. Phi. Cor. 2

11 *Vtrum de facto Sacramentum concurrat actiuè phyſicè ad productionem gratiæ.* ex eod. 2. princ. Phil. Coroll. 3. num. 1

12 *Vtrum Sacramentum de facto concurrat actiuè ſecundum potentiam obedientialem, vel ſecundum qualitatem intrinſecè ſupernaturalem illi inhærentem.* ibid. num. 3

13 *Vtrum in omni inſtrumento requiratur neceſſariò præuia actio ad effectum vltimatum principalis agentis diſtincta ab actione per quam intrinſecè attingitur ipſe vltimatus effectus.* ex 2. princ. Phil. in 2. diffic. num. 19. & in 2. Coroll. num. 7

14 *Vtrum habitus ſupernaturalis ſit cauſa principalis, vel inſtrumentalis actus* in 2. princ. Phil. Coroll. 1. dub. vltim.

15 *Vtrum potentia induta habitum concurrit vt inſtrumenta.* ibid.

Ad quæſt. 73. De Sacramento Euchariſtiæ.

Vide nonnulla ad primam partem ad quæſt. de cognitione Angelorum.

Ad quæſt. 95. De dotibus, & 97. de pœnis damnatorum.

1 *Vtrum ignis inferni torqueat dæmones, & animas ſeparatas damnatorum eodem modo, quo animæ coniunctæ corporibus ab ipſo igne cruciantur.* ex 2. princ. Phil. Coroll. 4

2 *Vtrum corpus glorioſum poßit moueri ad quamcumque diſtantiam in minori, & minori tempore ad libitum beati.* ex 1. princ. Phil. Corol. 13. dub. 4. num. 17

Digitized by Google

INDEX PHILOSOPHICVS
AD PHILOSOPHIAM ARISTOTELIS.

AD LOGICAM.

Ad libros Perihermenias.

1 VTRVM *propoſitio de effectu contingenti abſolutè futuro ſit determinata vera, vel falſa. ex 4.princ.Phil.dub.* 1

2 *Vtrum propoſitio de effectu contingenti ſub conditione futuro ſit determinatè vera vel falſa. ex eod.4.princ. Phil.dub.*2

Ad libros Priorum.

1 *Vtrum differat forma argumentandi à distributiuo ad collectiuum à forma argumentandi à diſtributiuo ad copulatum, & à ſenſu diuiſo ad compoſitum, & alia huiuſmodi. ex 5.princ.Phil.num.* 1

2 *Vtrum à diſtributiuo ad collectiuum valeat conſequentia in materia finita ſi in vtroque extremo termini accipiantur phyſicè. ibid.num.*8

3 *Vtrum à distributiuo ad collectiuum valeat conſequentia ſi termini in diſtributiuo accipiantur ſecundum potentiam phyſicam, & in collectiuo ſecundum potentiam moralem. ibid.num.*10

4 *Vtrum in rebus contingentibus ſecundum quid, & in rebus fortuitis poſſit cadere modus arguendi à distributiuo ad collectiuum. ibid.num* 18

5 *Vtrum in materia infinita ſyncathegorematica modus arguendi ſit à diſtributiuo ad collectiuum, vel potiùs à diſtributiuo ad copulatum. ibid.num.*20

6 *Vtrum in materia infinita ſyncathegorematicè argui poſſit à diſtributiuo ad collectiuum. ibid.nu.*22

7 *Vtrum concluſio ſequatur debiliorem partem, quando vna præmiſſa eſt euidens, & altera probabilis. ex* 3.*princ. Phil.dub.*1

8 *Vtrum ex mixtione vnius præmiſſæ de neceſſario cum alia de ineſſe, vt nunc concluſio ſequatur debiliorem partem, vbi explicantur quatuordecim regulæ Ariſtotelis primo Priorum. ex eod.*3 *princ.Phil.dub.*2

9 *Vtrum ex mixtione vnius præmiſſæ veræ cùm alia falſa concluſio ſequatur debiliorem partem. ex eod.*3.*princ.Phil.dub.*3.

10 *Vtrum ex impoſſibili ſequatur neceſſarium vel ſequatur quodcunque. ex eod.*3.*princ.Phil.dub.*4

11 *Vtrum ex poſſibili concludi poſſit impoſſibile. ibid.dub.*5

12 *Vtrum ex identitate extremorum in tertio ſequatur identitas extremorum inter ſe non ſolùm ſecundum rem, ſed etiam ſecundum prædicationem in materia ſyllogiſmi, & an valeat in ſyllogiſmo expoſitorio. ex* 7.*princ.Phil.in* 2.*diffic.num.*16

13 *Vtrum in tertia figura concludatur modus connexionis, vel connexio tantùm.ex* 7.*prin.Phil.Corol.* 1.*dub.*2

Ad libros Poſteriorum.

1 *Vtrum illud principium quod aſſumit Ariſtoteles, Propter quod vnumquodque tale, & illud magis verificetur in omni genere cauſæ. ex* 6.*princ.Phil.dub.* 1

2 *In quo ſenſu acceperit illud Ariſtoteles, & an præmiſſæ, ſiue immediatæ ſiue mediatæ ſint certiores, & euidentiores concluſione etiam poſt quam eſt illata. dub.*2

3 *Vtrum principia, quæ concurrunt ad concluſionem, vt ſtant ſub recordatione poſſint influere maiorem euidentiam in concluſionem quam ſit euidentia recordationis. ex* 6.*princ.Phil dub.*2. *n.* 12

Ad prædicamenta vide nonnulla in Indice metaphyſico.

AD LIBROS PHYSICORVM.

Ad primum, & ſecundum.

1 *Vtrum finis ſit ſemper magis appetibilis ſuo medio, & an aliquando ſit ſimul ratione, & appetibilitate ſuo medio. ex* 6.*princ.Phil. num.*7

2 *An intermedia propinquiora comparata ad media remota poſſint attrahere, & mouere voluntatem ad modum finis. ex eod.*6.*princ.Phil. num.* 17

3 *An cauſa idealis ſit conceptus obiectiuus, & an ſit nobilior ſuo effectu. num.*22

4 *Vtrum cauſa vniuoca principalis ſit ſemper perfectior effectu, an verò poſſit dari æquè perfecta. ibid.*

Digitized by Google

ibid.num.22. præſertim in 1. diffic.
5 *Vtrum cauſa vniuoca totalis,& proxima in ſuo genere ſit perfectior ſuo effectu.* *ibid. num.42*
6 *Vtrum cauſæ intrinſeca formalis, & materialis ſint perfectiores ſuo effectu eod. 6. princ. Phil. n. 50*
7 *Vtrum vnus effectus poſſit dependere à duabus cauſis totalibus ſiue naturaliter, ſiue ſupernaturaliter.* *ex 2.princ.Phil.dub.1.verb.7*
8 *Vtrum modus operandi cauſæ principalis ſequatur modum eſſendi.* *ex 1 princ. Phil. dub.1.*
9 *Vtrum virtus producens ex aliqua potentia paſſiua, & virtus producens ex nulla potentia poſſint eſſe proportionatæ.* *ex eod. 1.princ. Phil. dub.2*
10 *Vtrum ex diminutione potentiæ paſſiuæ per partes proportionales virtus agens poſſit creſcere per partes æquales.* *ex 1 princ. Phil. dub.3.num.3*
11 *Vtrum ex diminutione potentiæ paſſiuæ vſque ad non gradum ſuum intrinſecè virtus agens creſcere debeat in infinitum.* *ex 7.princ.Phil.dub.4.*
12 *Vtrum repugnet dari agens ſucceſſiuum producens formam permanentem.ex 2. princ. Phil. Coroll.1. in 4. diffic. num. 17*
13 *An inſtrumentum poſſit agere vltra ſuas vires in virtute principalis agentis attingendo intrinſecè effectum vltimatum ſuæ cauſæ.* *ex 2.princ.Phil. dub.1*
14 *Vtrum inſtrumentum neceſſario debeat habere conſortium cum influxu principalis agentis ad attingendum vltimatum effectum, vel poſſit eſſe totale agens.* *ibid.num 9*
15 *Vtrum ſubſtantia corporea producat aliam ſibi ſimilem per ſubſtantialem aliquam virtutem ſibi omnino identificatam.* *ibid.num.15*
16 *Vtrum inſtrumentum debeat habere actionem aliquam præuiam ad effectum vltimatum principalis agentis diſtinctam ab actione per quam ab ipſo inſtrumento attingitur intrinſecè ipſe effectus vltimatus.* *ex eod.2.princ.Phil.in 2.diffic.num.20*
17 *Vtrum potentia accidentis, qua producitur terminus ſubſtantialis ſit diſtincta à potentia, qua producitur præuia diſpoſitio.* *ex 2.princ. Phil.num.18*
Hic agitur de potentia obedientiali,vide multa in Indice ad 3.part.S.Thom.ad quæſt.62.

Ad 3. 5. & 8. Phyſic.

1. *Vtrum definitio motus tradita ab Ariſt.3. phyſic.text.6.includat motum inſtantaneum. ex 1.princ. Phil.Coroll.6.dub.1. num.12.*
2 *Vtrum repugnet motum localem fieri in inſtanti per medium.* *ibid.dub.1*
3 *Vtrum repugnet motum localem fieri in terminatiuo indiuiſibili extrinſeco quietis,ita vt illud inſtans ſit intrinſecum motui.* *ibid.dub.3*
4 *Vtrum repugnet motum localem fieri indiuiſibiliter poſt terminatiuum quietis, ita vt totus ſimul incipiat extrinſecè.* *ibid.dub.3. in 2. diffic.*
5 *Vtrum repugnet motum localem fieri ab extremo ad extremum ſine medio etiam in mobili ſpirituali.* *ibid.dub.2*
6 *Vtrum opinio Scoti aſſerens huiuſmodi motum non repugnare ſi medium ſit participans extrema, & mutatio non includat realitatem motus, ſed tantùm realitatem termini poſſit defendi. ibid. num. 11*
7 *Vtrum acquiſitio formæ,quæ ſit tota ſimul,acquiſitio ſit tranſiens,vel permanens.* *ibid.dub.5.n.9*
8 *Vtrum motus ſucceſſiuus corporum inferiorum dependeat eſſentialiter à motu cæli. ibid. dub. 7. n.2*
9 *Vtrum motus diſcretus componi poſſit ex duabus mutationibus indiuiſibilibus ſibi inuicem ſuccedentibus, inter quas nulla intercedit quies.* *ibid.dub.6. in 2.diffic.num. 3*
10 *Vtrum motus diſcretus componi poſſit ex duabus mutationibus indiuiſibilibus inter quas intercedit aliqua quies,& quænam debeat eſſe iſta ſucceſſio mutationum.ibid.in 3.& 4.diffic.n.7.& 10*
11 *Vtrum actio, & paſſio, quia ſunt eadem motui, ſint eadem inter ſe, vbi explicatur illud principium Ariſt.in 3.phyſic. quæ ſunt eadem vni tertio,&c.* *ex 7.princ. Phil.in 1. diffic. num.1*
12 *Vtrum primus motor ſit liber in Ariſtotele.* *ex 6 princ. Phil.*
13 *Vtrum quod mouetur per accidens ſit corruptibile.* *ex 1.prin. Phil.Coroll.14*

Ad 4. Phyſic.

1 *Vtrum ſi mobile corporeum moueatur per vacuum moueatur in inſtanti,vbi examinatur illa regula Caietani,quod quando duo extrema ita ſe habent quod quantùm vnum minuitur tantùm reliquum creſcit,ſi vnum minuatur vſque ad non gradum ſuum,alterum debeat creſcere,vſque ad omnem gradum ſuum.* *ex 1 princ.Phil.dub.4*
2 *Vtrum duratio, ſiue permanens, ſiue ſucceſſiua, vt tempus diſtinguatur à parte rei ab exiſtentia. ex 1.princ.Phil.Coroll 16.dub.5.num.4*
3 *An tempus noſtrum dependeat eſſentialiter à tempore cæli.* *ibid.dub.7.fol.288.num.2*
4 *Vtrum inſtans, quo menſuratur motus qui fit totus ſimul, ſit diſtinctum ab inſtanti temporis noſtri. ex 1.princ.Phil.Coroll.16.dub.1.fol.243.num.10.& fuſius ibid.dub.4.num.4*

Vtrum

Digitized by Google

Vtrum poſſit eſſe res permanens & duratio ipſius ſucceſſiua. ibid.dub.5

5 *Vtrum tempus ſucceſſiuum quo menſuratur motus ſucceſſiuus Angeli ſit diſtinctum à tempore noſtro* ibid. dub. 7

6 *Vtrum tempus diſcretum componi poſſit ex duobus modis indiuiſibilibus ſibi inuicem ſuccedentibus, inter quos nulla intercedit quies.* ibid.n.6. in 1. diffic. punct.2

7 *Vtrum ſucceſſio morarum;ex quibus componitur tempus diſcretum debeat eſſe talis natura, vt repugnet naturaliter poſſe eſſe ſimul.* ibid. in 3. diffic.num.10

8 *Vtrum ſicut in corporibus datur quantitas dimenſiua per quam corpus conſtituitur in loco, ita in Angelo debeat dari quantitas virtualis, & quanam ſit iſta* ibid.dub.2. num.9.

Ad 6. Phyſic.

1 *Vtrum punctum ſpharici moueatur per ſe motu ſucceſſiuo.* ex 1 princ. Phil.Corol.16. dub. 4.num.3

2 *Vtrum punctum coniunctum moueatur motu ſucceſſiuo.* ibid. num.7

3 *Vtrum punctum ſeparatum poſſit moueri motu continuò, & quid de hoc ſentiat Ariſt.6.phyſic.cap. 10. & idem quæri poteſt. ibid de Angelo cum ſe ponit diuiſibiliter in ſpatio* ibid. dub.4. num. 11

4 *Vtrum poſt inſtans tranſiens poſſit ſuccedere aliud inſtans, quod correſpondeat adæquatè tempori noſtro indeterminatè.* ex eod. in princ. Phil.Coroll.16.dub.6.præſertim num.5.

5 *Vtrum infinitum, quod à parte rei eſt ſyncathegorematicum ſiue creaturarum ſiue partium continui prout eſt totum ſimul in intellectu, diuino ſit infinitum cathegorematicum.* ex 5.Phil.num.22.

6 *Vtrum valeat forma argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum in partibus continui non ſolùm prout ſunt in ſe,ſed prout ſunt omnes ſimul obiectiuè in intellectu diuinò.* ex eod. princ.Phil.n.20

Ad libros de cœlo.

1 *Vtrum creaturæ repugnet creare.* ex 1.princ.Phil.Corol.17

2 *Vtrum creare repugnet creaturæ tamquam inſtrumento.* ex 2. Phil. Corol.1.5.diffic.

3 *Quomodo intelligatur illud Ariſt.2.cæli nullum violentum eſt perpetuum, & quodnam dicitur violentum.* ex 1.princ.Phil.Coroll.14.nu.22.V.ad ſecundum.

4 *Quomodo intelligatur illud Ariſt.2. cæli cap.12. impoſſibile eſt ſæpè rectè agere, & talum ſæpè reddere idem ſignum veneris, & agitatur illa quæſtio. An à diſtributiuo ad collectiuum eodem modo valeat conſequentia in rebus liberis,ac in rebus fortuitis.* ex 5.princ.Phil.per totum.

5 *Vtrum motus cæli ſit menſura motuum inferiorum, & an dependeant eſſentialiter ab illo, & idem quæritur de tempore.* ex 1.princ.Phil.Corol.

Ad libros de generat.& corrupt.

1 *Vtrum accidens attingat formam ſubſtantialem intrinſecè vt eſt in paſſo, vel vt eſt in agente.* ex 2.princ. Phil.num.14

2 *Vtrum repugnet vnionem formæ accidentalis attingi ab agente non attingendo ipſius productionem.* ex eod.2.princ.Phil.in 2.diffic.dub.2.num. 48

3 *Vtrum repugnet formam indiuiſibilem produci poſſe immediatè ante inſtans ſignatum, & an produci poſſit ab agente ſucceſſiuo.* ex eod.2.princ. Phil.Coroll.1.in 4. diffic.

4 *Vtrum forma indiuiſibilis produci poſſit immediatè poſt inſtans, & an repugnet produci ab agente ſucceſſiuo.* ex eod.2.princ. Phil. Coroll. 1. num.25

5 *Vtrum mobile in omni genere motus quieſcens toto tempore vnius horæ debeat neceſſario quieſcere vſque ad vltimum terminatiuum horæ intrinſecè.* ex 1. princ. Phil. Coroll. 16. dub.3. à num.2

6 *Vtrum operatio poſſit eſſe in diſtans immediatione ſuppoſiti.* ex 1.princ.Philoſ.Corol.16.dub.2.nu.10

7 *Vtrum ab agente magis vigoroſo poſſit fieri tranſitus in omni genere operationis ab extremo ad extremum ſine medio.* ex 1. princ. Phil. Coroll. 7. num.11

Ad 2. De Anima.

1 *Vtrum ſenſus exterior, & interior reflectant ſe ſuper actum ſuum.* ex princ.1.Phil.Coroll.14.nu. 15

2 *Vtrum potentiæ ſenſitiuæ repugnet reflexio in infinitum.* ibid. num. 21

3 *Vtrum detur vnus tantùm ſenſus interior.* ibid. V.ſed adhuc.

4 *Vtrum modus cognoſcendi ſequatur per ſe modum eſſendi.* ex 1 princ.Phil.dub.1.num.1. & 5

5 *Vtrum extenſio cognitionis ad plura obiecta ſit intrinſeca in actu, vel extrinſeca.* ex eod. 1.princ.Phil. dub.5. num.2.

6 *An ſpecies viſibilis corrupto obiecto poſſit illud repræſentare, vt præſens.* ex 1.princ.Phil.Corol.8. n.16

7 *Vtrum in actu vitali diſtinguatur entitas actus ab exercitio, & an addat aliquid poſitiuum ſuper entitatem.* ex 6.princ.Phil.Coroll.2.à num.20.vſque ad 23

8 *Vtrum ſi obiectum viſibile diminuatur per partes proportionales in infinitum vi. tus viſiue creſcere debeat per partes æquales infinitum.* ex 1.princ. Phil.dub.3.n.2.& dub.4.num.1

AD

Digitized by Google

INDEX.

Ad 3. de Anima.

1. *Vtrum anima immortalitatis demonſtrari poſſit lumine naturali* ex 1. princ. Philo. Coroll. 14 — Dubia circa ſubſtantiam animæ rationalis.

2 *Vtrum in Ariſtotele anima rationalis ſit immortalis.* ibid. num. 37

3 *Vtrum anima rationalis ſit forma informans ſecundum veritatem.* ibid. Coroll. 15

4 *Vtrum finaliter vniatur corpori propter bonum compoſiti.* ex 1. princ. Philoſ. Coroll. 7 num. 9

5 *Vtrum in Ariſtotele anima rationalis ſit forma informans.* ibid. dub. 4

6 *Vtrum anima rationalis ſit indiuiſibiliter replicata in corpore, ita vt ſit tota in toto, & tota in qualibet parte.* ibid. in 1. diffic. num. 4

7 *Vtrum detur vnus intellectus, vel multiplicatio animarum.* ibid. in 2. diffic. nu. 16

8 *Vtrum recipiens debeat eſſe denudatum à natura recepti.* ibid. num. 10

9 *Quomodo intelligatur textus vndecimus 2. de Anima, vbi dicitur, aliquam partem animæ nullius corporis eſſe actum.* ex eod. 1. princ. Phil. Coroll. 15

10 *Quomodo intelligatur locus ille 2. de generat. animalium cap. 3. vbi habetur quod ſola mens extrinſecus accedit: nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis.* ex eod. 1. princ. Philoſo. Coroll. 14.

11 *Vtrum ratio adæquata in anima rationali accipiendi ſpecies intelligibiles à corpore ſit dependentia à corpore tamquam à materia.* ex 1. princ. Philoſ. Coroll. 7. num. 8. & ſeqq.

12 *Vtrum poſſit fieri tranſitus ab obiecto ſenſibili ad intelligibile abſque imaginabili.* ibid. nu. 13

13 *Qui modus ſit habendi ſpecies in anima ſeparata.* ibid. num. 18 — Dubia circa ſpecies intelligibiles.

14 *Vtrum poſſit dari ſpecies vniuerſalis repræſentans plura* num. 39. ex 1. princ. Phil. Coroll. 9. num. 3.

15 *Vtrum poſſit dari ſpecies naturaliter repræſentans affectionem liberam,* ex eod. 1. princ. Phil. Coroll. 10. num. 10

16 *Vtrum poſſit dari ſpecies repræſentans futurum contingens.* ex eod. 1. princ. Phil. Coroll. 12

17 *Vtrum poſſit dari ſpecies quæ repræſentet rem præſentem, quando eſt præſens, quam priùs non repræſentabat, ſine aliquo ſuperaddito intrinſecè.* ex eod. 1. princ. Phil. Coroll. 8. nu. 16

18 *Vtrum eſſentia diuina, vt ſpecies poſſit repræſentare creaturas extra verbum.* ex 1. princ. Phil. Coroll. 5. num. 4

19 *Vtrum intellectus humanus diiudicet obiectum ſupra naturam obiecti recepti.* ex 1. princ. Phil. Cor. 12. num. 9 — Dubia circa intellectionem animæ rationalis.

20 *Vtrum ſolus intellectus reflectat ſuper actum ſuum.* ibid. num. 15

21 *Vtrum ex modo cognoſcendi per abſtractionem argui poſſit animæ immortalitas.* ibid. nu. 5

22 *Vtrum ex modo appetendi liberè argui poſſit animæ immortalitas.* ibid. num. 22.

23 *Vtrum cùm cognitio tendit ad duo obiecta alterum nobilius, alterum ignobilius, ſi ignobiliora creſcant ſecundum multitudinem, cognitio creſcere debeat ſecundum intenſionem, vel extenſionem tantùm, & vtrum ſecundũ extenſionem intrinſecã, vel extrinſecã.* ex 1. princ. Phil. dub. 5

24 *Vtrum ad comprehenſionem requiratur quod cognitio ſit tantæ perfectionis in genere cognitionis, quæ eſt obiectum in genere cognoſcibilitatis.* ex 1. princ. Phil. Coroll. 4. num. 8

25 *Vtrum ad comprehenſionem requiratur, vt cognoſcantur omnia prædicata, quæ per intellectum poſſunt obiecto conuenire.* ibid. num. 7

26 *Vtrum actus voluntatis humanæ inuariatus ſecundum ſubſtantiam poſſit terminari extrinſecè modò ad complacentiam, modò ad diſplicentiam.* ex 1. princ. Phil. Coroll. 10. num. 3

27 *Vtrum anima ſeparata poſſit abſtrahere ſpecies ab obiecto.* ex 1. princ. Phil. Corol. 7. nu. 18 — Circa animã ſeparatam.

28 *Vtrum anima rationalis extra corpus violentetur.* ex 1. princ. Phil. Corol. 14. num. 28

29 *Vtrum modus cognoſcendi ſequatur modum eſſendi.* ex 1. princ. Phil. dub. 2

Ad Metaphyſicam.

1 *Vtrum in omni genere operationis, ex improportione modi eſſendi obiecti ad virtutem operantem principalem ſequatur improportio operandi eiuſdem virtutis circa illud idem obiectum.* in 1. princ. Phil. dub. 1. & ſeqq.

2 *Vtrum hæc improportio reperiatur inter modum eſſendi virtutis inſtrumentariæ, & modum operandi ipſius.* in 2. princ. Phil.

3 *Vtrum ex improportione primorum extremorum inter ſe, ſequatur improportio ſecundorum extremorum inter ſe, virtutum, ſcilicet operantium.* ex 1. princ. Phil. dub. 4

4 *Vtrum vno extremo decreſcente vſque ad non gradum ſuum extrinſecè, alterum extremum creſcere debeat vſque ad omnem gradum ſuum.* ex eod. 1. princ. Phil. dub. 5

5 *Vtrum ad hoc vt fiat proportio inter obiectum, & potentiam debeat ex diminutione obiecti vſque ad non gradum ſuum intrinſecè potentia tranſcendere ad altiorem gradum.* ibid. dub. 1

6 *Vtrum creſcente obiecto extenſiuè potentia, & actus ipſius creſcere debeant intenſiuè, vel extenſiuè.* ex eod. 1. princ. dub. 3.

7 *Vtrum inter ens, & nihil ſit diſtantia infinita.* ex eod. 1. princ. Phil. Coroll. 17. nu. 2.

Digitized by Google

8 *Vtrum productio ex minori potentia paſſiua in infinitum augeatur virtus infinita.* *ibid.nu.8*
9 *Vtrum creatio ſit propria actio ſolius Dei,& an Dei vt infinitus eſt,vel vt purus actus eſt.* *ex eod. 1.princ. Phil.Coroll.* 19
10 *Vtrum futurum contingens habeat determinatam entitatem.* *ex* 4.*princ.Phil.*
11 *Vtrum in creaturis extrema, quæ identificantur cum tertio poſſint eſſe realitates.ex* 7.*princ.Phi.n.*5
12 *Vtrum poſſint dari duæ ſpecies æqualis perfectionis.* *ex* 6.*princ.Phil.p.*6.*in* 1.*diffic.*
13 *Vtrum relatio rationis fieri poſſit ab intellectu diuino.* *ibid.num.*25.*in* 2. *diffic.*
14 *Vtrum magis repugnet diſtinctionem rationis fieri ab intellectu diuino, quàm ens rationis.* *ibid.*

De Intelligentiis.

1 *Vtrum lumine naturali cognoſci poſſit intelligentias non abſtrahere ſpecies ſaltem rerum ſingularium ab obiecto.* *ex* 1.*princ.Phil.Coroll.*7.
2 *Vtrum lumine naturali cognoſci poſſit intelligentiam quo perfectiorem, eò intelligere per vniuerſaliores, & pauciores ſpecies, & an poſſit deueniri ad intelligentiam creabilem, quæ cognoſcat per ſubſtantiam ſuam.* *ex eod.*1 *princ.Phil.Coroll.*9
3 *Vtrum lumine naturali cognoſci poſſit intelligentias non poſſe cognoſcere res futuras contingentes dependentes à libera voluntate.* *ibid.Coroll.*12
4 *Vtrum intelligentiæ poſſint cognoſcere futura contingentia, quæ pendent à cauſis naturalibus impedibiliter.* *ibid.*1.*princ.Phil.num.*3
5 *Vtrum lumine naturali cognoſci poſſit intelligentias non cognoſcere liberas affectiones voluntatis.* *ibid. Coroll.* 10
6 *Vtrum ratio, qua Ariſt.*8.*phyſic.probat primi motoris incorporeitatem ſit bona.* *ex* 1 *princ.Phil. Coroll.* 14.*V. ad quartam.*
7 *Vtrum lumine naturali cognoſci poſſit Deum eſſe liberum,& quid dicendum in Ariſtotele.* *ex* 6.*princ. Phil.Corol.*2.
8 *Vtrum in Deo ſit libertas contradictionis ad vtramque partem.* *ibid. num.*12
9 *Vtrum poſſit ſtare libertas in Deo cum immutabilitate.* *ibid. num.*15
10 *Vtrum poſſit ſtare libertas in Deo ſine aliquo ſuperaddito determinante ipſam voluntatem Dei.* *ibid. num.* 15.
11 *Vtrum in Deo ſit relatio prædicamentalis,vel ſaltem tranſcendentalis ad creaturas.* *ex* 1.*princ. Phil. Corol.* 4. *num.* 10.*v pro quo.*
12 *Vtrum cognoſci poſſit lumine naturali Deum eſſe inuiſibilem à quocumque intellectu creabili.* *ex* 1.*princ Phil. Corol.*1.*& ſeq.*
Plura tam circa cauſas, quàm circa creationem, & animam abſtractam, &c.Vide in Indice ad libros phyſic. & ad reliquos.

Finis Indicis Philoſophici ad Philoſophiam Ariſtotelis.

Index verò tertius, qui eſt omnium Principiorum Philoſophicorum, & Corollariorum Theologicorum iuxta ordinem quo tractantur in hoc Tomo,

Et Index quartus materierum, diſtinctus per concluſiones iuxta ordinem alphabeticum habentur in fine huius primi Tomi.

Digitized by Google

PRIMVM PRINCIPIVM PHILOSOPHICVM.

Modus operandi ſequitur modum eſſendi.

Materiam huius principij tractant Philoſophi primo de Generat. & ſecundo Metaph. & Scholaſtici in primo diſtinct. prima, & Scotus in quarto diſt. 49. quæſt. 11. Durandus ibidem. S. Doctor in 1. quæſt. 12. art. 4.

QVÆSTIO PRIMA PHILOSOPHICA; IN QVA examinatur hoc primum principium Philoſophicum.

Hæc quæſtio agitatur in omni genere operationis: eſt autem triplex genus operationis, primum operationum tranſeuntium, ſecundum immanentium, vt eſt cognitio, tertium aliud operationum moralium, vt eſt ſatisfactio.

Fundantur autem in hoc primo principio quatuor regulæ proportionum, & improportionum.

Ad hæc autem examinanda pono ſeptem dubitationes.

I. *Vtrùm in operatione tranſeunti modus operandi ſequatur modum eſſendi.*

II. *Vtrum in operatione immanenti, vt in cognitione, modus cognoſcendi ſequatur modum eſſendi.*

III. *Vtrùm in operatione morali, modus offendendi, & ſatisfaciendi ſequatur modum eſſendi perſonæ offendentis, vel ſatisfacientis.*

IV. *In qua examinatur prima regula improportionum. Vtrùm, ſcilicèt, ex improportione primorum extremorum inter ſe, quæ ſunt obiecta duarum virtutum actiuarum, ſequatur improportio ſecundorum extremorum, ſcilicet, ipſarum virtutum.*

V. *In qua examinatur ſecunda regula. Vtrùm, ſcilicet, vno extremo, ſcilicet, obiecto diminuto, vſque ad non gradum ſuum extrinſecè, creſcat alterum extremum, ſcilicet, virtus actiua vſque ad omnem gradum ſuum, id eſt, in infinitum.*

VI. *In qua examinatur tertia regula, an diminuto vno extremo, ſcilicet, obiecto, vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, tranſcendere debeat alterum extremum, ſcilicet, virtus ſeu potentia graduum altioris ordinis, & an in iſto ordine ſufficiat gradus finitus.*

VII. *Dubitatio, in qua examinatur quarta regula. Vtrùm per eumdem gradum inuiſibilem cognitionis, per quem cognoſcitur obiectum nobilius, cognoſci poſſint plura obiecta inferiora.*

PRIMA DVBITATIO.

Vtrùm in operatione tranſeunti, modus operandi ſequatur modum eſſendi.

Num. 1. QVANTVM ad primam dubitationem dico modum operandi tranſeunter ſequi modum eſſendi. In hoc non oportet multùm immorari: eſt enim commune apud Theologos, & Philoſophos cum Ariſtotele, tum primo de generat. tum 1. Topicorum. Probatur breuiter; primò quia modus operandi eſt modus intrinſecus actionis intra latitudinem actionis, ſeu exercitij ipſius virtutis operantis: & actio non poteſt excedere A ſuum principium effectiuum, quia totum ſuum eſſe, vt ſic formaliter eſt eſſe: abeſt enim formaliter participatio ſui principij effectiui: ergo, &c.

Secundò probatur, quia effectus nobilior non poteſt contineri in virtute cauſſæ ignobilioris: ergo nec actio, ſeu modus actionis. Conſequentia probatur, quia actio, ſeu modus actionis non ſolùm dicit ab, ſicut terminus intrinſecus actionis, ſed etiam eſt exercitium ipſius virtutis operantis, & via, ſeu ratio communicandi eſſe ipſi termino. Antecedens probatur ſaltem in cauſa principali, de qua hic eſt ſermo, quia effectus antequàm producatur non habet aliud 2.

Effectus antequam producatur, non habet aliud eſſe quã ſua cauſſa.

eſſe quàm eſſe cauſæ: ſi ergo effectus eſt nobilior in ſe ipſo, quàm ſit cauſa, certè continebitur in cauſa ignobiliori modo, quàm foret in ſe ipſo: hoc autem videtur impoſſibile, quia per productionem extrahitur quodammodo à ſua cauſa, ergo non poteſt extrahi nobiliori modo, quàm ſit in cauſa.

Tertiò probatur. Non ſolùm ipſa potentia, ſed etiam modus operandi eſt proprietas quædam connaturalis ipſius modi eſſendi virtutis: ergo non poteſt excedere modum eſſendi ſui principij formalis, à quo fluit. Conſequentia eſt manifeſta, quia proprietas debet eſſe proportionata ſuo principio, alioqui non eſſet connaturalis. Antecedens probatur, quia modus operandi eſt à virtute operante, & non per accidens, ſed fluit per ſe, quia eſt modus connaturalis. Et confirmatur experientia, nam agens materiale non poteſt agere extra materiam, quia cùm ſit materiale requirit modum operandi in materia.

SECVNDA DVBITATIO.

Vtrum modus cognoſcendi ſequatur modum eſſendi.

1. Circa ſecundam dubitationem maior eſt difficultas, & controuertitur præcipuè inter S. Thomam, Scotum, & Durandum.

Prima opinio Scoti. Prima opinio eſt Scoti in 4. diſt. 40. quæſt. 2. qui negat modum cognoſcendi ſequi modum eſſendi: in cognitione enim non attendit Scotus proportionem Arithmeticam, vel Geometricam, ſed tantùm proportionem cuiuſdam ſimilitudinis, quæ eſt inter obiectum, & potentiam cognoſcentem, & probatur

Primum Argumentum Scoti. primò. Sequeretur, inquit, quòd intellectus humanus, & Angelicus non cognoſceret Deum pro hoc ſtatu viæ, modus enim rei cognitæ excedit modum naturæ cognoſcentis: nam Deus qui eſt obiectum cognitum, habet modū eſſendi abſtractum ab omni potentialitate, & tamen natura cognoſcens, ſiue humana, ſiue Angelica eſt immerſa potentialitati.

Secundum Argumentum. Secundò ſequeretur ſaltem Angelum inferiorem, non poſſe quidditatiuè, & intuitiuè cognoſcere Angelum ſuperiorem. Probatur quia Angelus ſuperior cognitus habet modum eſſendi perfectiorem, & excedentem modum eſſendi Angeli inferioris cognoſcentis.

Tertiū Argumentum. Tertiò ſequeretur intellectum creatum cum lumine gloriæ, non poſſe intuitiuè videre Deum. Sequela probatur, primò quia adhuc ipſum lumen gloriæ eſt immerſum potentialitati: Deus autem, qui eſt res cognita, eſt actus purus. Quare adhuc modus eſſendi rei cognitæ excederet modum naturæ cognoſcentis. Secundò probat Scotus, quia Deus excedit in infinitum ipſum compoſitum ex intellectu, & lumine gloriæ.

Quartum Argumentum. Quartò ſequeretur ſaltem Deum, & Angelum, non poſſe cognoſcere res materiales. Probatur ſequela, quia cognoſcens, & cognitum non ſunt proportionata ſecundum modum eſſendi.

Quintum Argumentum. Quintò ſequeretur, inquit, oculum corporeum non poſſe videre cœlum: probatur ſequela, quia res cognita habet modum eſſendi excedentem modum eſſendi oculi corporei: nam cœlum eſt incorruptibile, & oculus corruptibilis.

2. *Secūda opinio Durādi.* Secunda opinio eſt Durandi in 4. diſt. 4. q. 2. qui quamuis concedat modum cognoſcendi, ſequi modum eſſendi: negat tamen ſequi per ſe, & conſequenter negat improportionem inter modum eſſendi obiecti excedentis, & modum operandi virtutis exceſſæ eſſe per ſe, ſi obiectum aliquo modo, ſaltem

A obſcurè, & confusè cadat ſub ratione formali virtutis cognoſcitiuæ, & probat.

Primū Argumentum Durandi. Primò omnis virtus habet proportionem cum omni eo, quod cadit ſub ratione formali ſui obiecti: ſi ergo non poteſt cognoſcere illud obiectum, niſi obſcurè, & confusè, hoc erit per accidens ex aliquo extrinſeco, non autem per ſe, quaſi virtus ex natura ſua non ſit proportionata obiecto; vnde ſublato illo extrinſeco impedimento, non requiritur noua eleuatio ad hoc, vt proportionetur obiecto. Sed hæc ratio ex ſecundo argumento fiet magis manifeſta.

Secundum Argumentum. Secundò probat exemplificando, ſeu potius confirmat primum argumentum, tam in potentia ſenſitiua, quàm intellectiua: in ſenſitiua quidem, quia

B claritas ſolis, inquit, vt eſt in ſe, excedit viſum noctuæ: hoc autem non eſt per ſe, ſed per accidens ratione organi, quia organum læditur à claritate ſolis: vnde ſi hoc impedimentum tollatur, tunc viſus noctuæ poſſet clarè videre ſolem: quia habet proportionem cum lumine ſolis: nam obiectum formale viſus eſt luminoſum, ſub qua ratione formali

Cōfirmatio ex Ariſtotele. cadit etiam claritas ſolis. Et confirmatur, quia hoc innuit Philoſophus in quodam ſimili primo de ani. tex. 65. *Quòd ſi ſenex haberet oculum iuuenis, videret, vt iuuenis.*

Si ſenex haberet oculum iuuenis, videret vt iuuenis. Secundò exemplificat in potentia noſtra intellectiua vnita corpori, quæ pro hoc ſtatu naturaliter non poteſt intuitiuè cognoſcere ſubſtantias ſeparatas: ſed tantùm obſcurè, & confusè per analogiam

C ad motum: hoc autem contingit per accidens ex impedimento, ſcilicet, vnionis cum corpore, ratione cuius non poteſt habere ſpecies, niſi ſubminiſtratas à ſenſibus: vnde hoc ſublato impedimento cognoſcet illas, vt ſunt in ſe, ſcilicet intuitiuè. His tamen non obſtantibus ſit

PRIMA ASSERTIO.

Modus cognoſcendi ſequitur modum eſſendi virtutis cognoſcentis. Eſt S. Thomæ 1. p. quæſtio. 12. art. 4. & Caietani ibidem, Capr. in 2. diſt. 1. & communis Scholaſticorum in ſecundo præter Scotum. Pro cuius aſſertionis explicatione, & ſolutione argumentorum Scoti, ſupponendum eſt ex 3. *Prima Aſſertio.*

D Caiet. & Capr. locis citatis; exceſſum obiecti ſupra virtutem cognoſcentem alterum eſſe genericum, alterum ſpecificum; ſiue autem hic conceptus ſit perfectè præciſus, ſiue analogicus, ſeu proportionalis, nihil refert ad ſubiectam materiam: genericus in operatione immanenti, quæ fit per abſtractionem, vt eſt cognitio, ſumitur ex modo eſſendi obiecti in materia, vel extra, vel eſſendi in potentialitate, vel extrà.

In hoc autem modo eſſendi generico fundantur 4. tres ordines rerum, Primus earum, quæ ſunt immerſæ in materia, vt ſunt inferiora. Secundus earum, quæ ſunt abſtractæ à materia, ſed immerſæ potentialitati, vt ſunt intelligentiæ creatæ, quæ conſtant ex eſſe, & eſſentia. Tertius, & ſupremus, in quo eſt

E ſolus Deus, qui eſt actus purus, abſtractus ab omni potentialitate. Exceſſus verò ſpecificus ſumitur ex maiori, vel minori perfectione eſſentiali ſpecifica in ratione cognoſcibilis intra eundem ordinem. Dixi *in ratione cognoſcibilis*, quia, & ſi cœlum in ratione rei ſit perfectius his inferioribus corruptibilibus: tamen in ratione viſibilis non eſt perfectius, quia eſſe corruptibile, vel incorruptibile ſunt differentiæ extraneæ in ratione cognoſcibilis.

Deus ſolus eſt purus actus abſtractus ab omni potentialitate.

His autem duobus modis eſſendi obiecti reſpondent

Digitized by Google

dent duo modi proportionati cognoſcendi, ex parte virtutis cognoſcentis, alter genericus, per quem attingitur obiectum, vt eſt in ſe quidditatiuè, vel intuitiuè; alter ſpecificus, per quem attingitur obiectum, vt eſt in ſe totaliter, ſeu comprehenſiuè.

His ſuppoſitis probatur prima aſſertio, primò, quia ex improportione modi eſſendi obiecti, ad virtutem cognoſcentem ſequitur improportio modi cognoſcendi eiuſdem virtutis ad obiectum: ergo dicendum eſt quòd modus cognoſcendi ſequitur modum eſſendi. Conſequentia eſt manifeſta, quia ſi modus cognoſcendi non eſſet proportionatus, & adæquatus virtuti cognoſcenti, non ſequeretur neceſſariò ex improportione, & exceſſu obiecti ſupra potẽtiam, improportio virtutis cognoſcentis ex defectu ad obiectum. Antecedens probatur experientia, quia ſubſtantia ſpiritualis, quoniam eſt obiectum improportionatum per exceſſum virtuti ſenſitiuæ, quæ eſt materialis, non poteſt attingi à virtute ſenſitiua, quia non habet modum cognoſcendi, niſi ſibi proportionatum per ſpecies, ſcilicet, ſenſibiles, & materiales. Et confirmatur, quia quælibet potentia habet proprium obiectum ſibi proportionatum; ſi ergo ſupponitur obiectum excedens potentiam, non poteſt attingi ab illa, vt in ſe eſt, ſed ad hanc rationem ſolent reſpondere Scotiſtæ, quòd inter obiectum, & potentiam cognoſcentem non attenditur proportio Arithmetica, aut Geometrica, ſed tantùm quædam ſimilitudo in ratione cognoſcibilis, ſicut ſuperficies concaua loci adæquatè continet conuexam locati, etiamſi concaua ſit in materia ferrea, & conuexa in materia aurea. Sed hæc reſponſio refellitur, nam in exemplo allato aureum, & ferreum ſunt differentiæ extraneæ ſuperficiei, quia ſuperficies continet, vt quanta eſt, & ideo differentiæ contrahentes debent eſſe proportionatæ in ratione quanti, & non ratione materiæ ferreæ, vel aureæ: at verò cognoſcens, & cognoſcibile debent eſſe proportionata in ratione cognoſcibilis, quia perfectio potentiæ cognoſcitiuæ, ſecundum rem conſiſtit intrinſecè in ratione cognoſcendi, & perfectio cognoſcibilis etiam ſecundum rem conſiſtit in ratione entis, quia eſt cognoſcibile quatenus ens eſt, & hæc eſt communis ſententia omnium Scholaſticorum, qui proptereà dicunt Deum non poſſe comprehendi à creatura. Ita S. Thom. 1. p. quæſt. 12. art. 1. Bonauent. in 3. diſt. 4. art. 1. quæſt. 2. Richard. art. 1. quæſt. 4. Durandus quæſt. 1. Maior in 4. quæſt. 15. & ipſemet Scotus in 3. diſt. 14. quæſtio. 1. ad primum argumentum in ſolutione ſecundæ probationis arg. primi.

Quælibet potentia habet obiectum ſibi proportionatum.

5. Secundò probatur, quia non ſolùm ipſa potentia eſt proprietas quædam fluens ex ipſo modo eſſendi virtutis, ſed etiam ipſe modus cognoſcendi eſt proprietas quædam connaturalis: ergo debet eſſe proportionatus virtuti cognoſcenti.

6. Tertiò probatur ex S. Thoma q. 8. de veritate, artic. 1. & 3. cauſa cognoſcens completa in actu primo, cui proportionari debet modus cognoſcendi, eſt potentia induta ſpecie tamquam forma, ſed ſpecies in ratione repræſentandi non excedit modum eſſendi virtutis cognoſcentis; ergo, &c. Maior probatur, quia potentia intellectiua non poteſt aſſimilare ſibi obiectum, niſi induatur ſpecie tamquam forma, quia ſpecies, eſt ſimilitudo obiecti. Minor probatur, ideò debetur virtuti cognoſcenti illud vltimum complementum in ratione cognoſcendi per talem, vel talem ſpeciem, quia virtus illa cognoſcitiua habet talem, vel talem modum eſſendi, vel per vnionem cum materia, vel per abſtractionem ab ipſa, vnde fit, vt virtuti ſenſitiuæ debeantur ſpecies materiales intentionales circa obiectum ſingulare, materiale, quia ipſa potentia ſenſitiua non ſolùm eſt vnita materiæ, ſed etiam in ſe eſt materialis: potentiæ verò rationali, quia in ſe eſt ſpiritualis, & tamen ſimul eſt vnita materiæ, debentur quidem ſpecies ſpirituales, ſed receptæ à phantaſmatibus motiuè repræſentantes obiectum materiale, terminatiuè verò obiectum immateriale per medium materiale. Sed obiicies contra hanc rationem, quia ſpecies videtur poſſe excedere in ratione repræſentandi modum eſſendi virtutis cognoſcentis, quia cùm emanet naturaliter, & neceſſariò, ab obiecto, emanat, vt adæquata ipſi obiecto, quod quidem obiectum cùm excedat aliquando virtutem cognoſcentem ſpecies etiam, quæ eſt adæquata obiecto, excedet ipſam virtutem cognoſcentem in ratione repræſentandi. Et confirmatur, quia in Angelo inferiori cognoſcente, eſt ſpecies adæquata Angelo ſuperiori cognito.

Reſpondetur, quod ſpecies fluentes ab obiecto accommodantur capacitati, & diſpoſitioni potentiæ, ſicut experimur in ſpeciebus ſenſibilibus, quæ ab obiecto emanant magis, & minus perfectè iuxtà diſpoſitionem organi, & iuxtà maiorem, vel minorem diſtantiam ipſius potentiæ ab obiecto. Ad confirmationem verò negandum eſt ſpeciẽ Angeli inferioris cognoſcentis eſſe adæquatam Angelo ſuperiori cognito, quia concreatur liberè à Deo iuxta capacitatem Angeli inferioris. & ratio eſt, quia fruſtrà concrearetur à Deo adæquata Angelo ſuperiori cognito, cum numquam Angelus inferior poſſet illa vti naturaliter ad cognoſcendum adæquatè Angelum ſuperiorem. Quod ſi non concreetur à Deo liberè, ſed emanet ab obiecto naturaliter, vt tenet Scotus, maiorem habet difficultatem: ſed dicendum eſt ex dictis, quòd etiam accommodaretur potentiæ Angeli inferioris cognoſcentis, & prætereà etiam ſi concedamus cum aliquibus Scholaſticis dari in Angelo inferiori ſpeciem adæquatam Angelo ſuperiori cognito, ſemper tamen etiam ſecundum tales auctores exercitium talis ſpeciei adæquatur, & accommodatur iuxtà capacitatem virtutis cognoſcentis. Quare Angelus inferior numquam adæquatè, ſeu totaliter, ſeu comprehenſiuè cognoſcet naturaliter Angelum ſuperiorem, ſed tantùm iuxta capacitatem ſuæ potentiæ proportionatam modo eſſendi ipſius Angeli cognoſcentis. 7.

SECVNDA ASSERTIO.

Dico ſecundò contra Durandum. Modus cognoſcendi ſequitur per ſe modum eſſendi virtutis cognoſcentis. Pro explicatione huius aſſertionis notandum eſt, quòd modus eſſendi virtutis duplex eſt, vel eſſentialis ipſi virtuti, vt modus eſſendi materialiter in ſe eſt eſſentialis virtuti ſenſitiuæ, & modus eſſendi in potentialitate eſt eſſentialis intelligentiis: vel non eſt eſſentialis, imò ſeparabilis, ſicut eſt modus eſſendi animæ rationalis per vnionem cum materia pro hoc ſtatu. 8.

Modus cognoſcendi ſequitur modũ eſſendi.

Si primo modo clarè probatur hæc ſecunda aſſertio contra Durandum, nam modus cognoſcendi non ſolùm fluit à virtute cognoſcente, ſed etiam ſecundum ipſum Durandum; conſequitur proportionatè modum eſſendi ipſius virtutis, vt probatum eſt ſuprà: ſi igitur modus eſſendi virtutis cognoſcentis eſt eſſentialis, modus etiam cognoſcendi fluit proportionatè, & adæquatè per ſe ab hac virtute, quia fluit ab illa tamquam à ſuo principio formali, vt principium formale eſt: Erit ergò etiam vt ſic 9.

Modus cognoſcendi ſequitur modũ eſſendi proportionatè.

Digitized by Google

ſic per ſe improportionatus modo eſſendi obiecti A excedentis.

10\. Si verò modus eſſendi virtutis eſt ſecundo modo, tunc maior eſt difficultas, quia modus cognoſcendi proportionatus modo eſſendi animæ in corpore pro hoc ſtatu non videtur fluere à principiis intrinſecis, quia non fluit à modo eſſendi animæ, vt eſt in ſe, ſed quatenus eſt vnita corpori: hæc autem vnio, vt dictum eſt, non eſt animæ eſſentialis, imò eſt ſeparabilis ab anima: hoc tamen non obſtante, adhuc probatur hæc ſecunda aſſertio quoad hunc ſecundum modum contra Durandum; nam vnio animæ rationalis cum corpore competit non omnino per accidens, ſed eſt connaturalis proprietas ſaltem in tertio modo proprietatis ipſi animæ, quia cùm anima dicat ordinem eſſentialem ad ſubiectum, petit connaturaliter, & per ſe ex ipſius principiis, vt aliquando ſaltem ſit vnita cum ſubiecto; ergo etiam connaturaliter, & per ſe requirit talem modum cognoſcendi, ſcilicet per ſpecies acceptas à corpore, & conſequenter petit per ſe modum cognoſcendi intelligentias confusè, & per analogiam ad motum cæli, tamquam effectum intelligentiæ, imò anima rationalis non vniretur corpori, ſi non acciperet à corpore perfectionem in cognoſcendo ſibi debitam, & connaturalem, vt infrà diffusè probabimus contra Scotum cum ſancto Thoma in ſeptimo corollario, vnde ſequitur quòd modus connaturalis cognoſcendi animæ ſecundum ſe fluat ab ipſa anima, tamquam à principio formali, vt ſic: ſuppoſita tamen vnione cum corpore, tanquam conditione, quæ quidem vnio adhuc eſt ipſi animæ connaturalis, vt dictum eſt.

Vnio corporis cum anima nõ eſt anima eſſentialis.

11\. Reſpõſio ad primũ Scoti arg.

Ad argumenta primæ opinionis Scoti, quæ ſunt contra primam aſſertionem, reſpondetur, & ad primum dicitur, quòd obiectum excedens, vt oſtenſum eſt, non poteſt à virtute exceſſa attingi, vt eſt in ſe quidditatiuè, vel intuitiuè: At attingi poteſt per modum accommodatum ipſi virtuti, ſcilicet, confusè per analogiam ad effectum aliquem ipſius Dei, tamquam per medium prius cognitum, ſiue per medium materiale, ſi virtus intellectiua ſit vnita materiæ, ſicut eſt noſtra pro hoc ſtatu, ſiue abſtractum à materia, immerſum tamen potentialitati, ſi virtus intellectiua ſit Angelica, vel noſtra ſeparata. Quare vt ſic, modus eſſendi obiecti vt obiectum eſt formaliter, non excedit modum operandi virtutis, ſed tantùm materialiter.

12\. Reſponſio ad ſecundũ.

Modus eſſẽdi obiecti duplex, genericus, & ſpecificus, ita & modus cognoſcẽdi.

Ad ſecundum reſpondetur, argumentum non concludere, Angelum inferiorem non poſſe intuitiuè cognoſcere ſuperiorem, ſed tantùm non poſſe comprehendere naturaliter: nam vt ex dictis patet, modus cognoſcendi genericus ſequitur modum eſſendi genericum, & ſpecificus ſpecificum. Cùm igitur Angelus ſuperior cognitus non excedat Angelum inferiorem cognoſcentem, ſecundum modum eſſendi genericum, quia omnes Angeli ſunt abſtracti à materia, à qua abſtractione (vt dictum eſt) ſumitur modus eſſendi genericus: excedat autem Angelus ſuperior cognitus inferiorem cognoſcentem in modo eſſendi ſpecifico, quia ſuperior eſt minùs immerſus potentialitati, quàm inferior, fit vt Angelus inferior cognoſcere poſſit ſuperiorem ſecundum modum cognoſcendi genericum, qui eſt per intuitionem, non autem ſecundum modum cognoſcendi ſpecificum, id eſt, comprehenſiuè. Hæc ſolutio ſumitur ex Capreolo, & Caietano locis citatis.

Capr. Caiet.

13\. Reſpõſio ad tertium.

Ad tertium reſpondetur ad primam probationem ſequelæ, hic ſermonem eſſe de virtute principali: at lumen gloriæ agit, vt inſtrumentum actus puri, & ideò poteſt producere viſionem, per quam attingitur actus purus; præſertim, cùm ipſa viſio ſit proportionata ipſi lumini, quia adhuc ipſa eſt immerſa potentialitati: de virtute autem inſtrumentaria erit peculiaris diſputatio infrà quæſt. ſecunda philoſ. Ad ſecundam verò probationem eiuſdem ſequelæ reſpondet S. Doctor de veritate quæſt. 8. artic. 14. vbi expreſsè ponit hanc probationem Scoti, & ſoluit dicens, argumentum tantum probare, quòd Deus nõ totaliter comprehendatur: non autem quòd non poſſit intuitiuè cognoſci totus, quia ad hoc ſufficit, vt intellectus illuſtratus lumine gloriæ ſit vnitus eſſentiæ diuinæ, ſicut formæ intelligibili, & ratio eſt eadem, quæ dicta eſt in reſponſione ad ſecundum; B nam exceſſus ille infinitatis, eſt exceſſus quaſi ſpecificus: at verò in modo eſſendi quaſi generico conueniunt aliquo modo, quia intellectus eſt eleuatus, vt inſtrumentum ad eumdem ordinem obiecti, vt infrà in Corollariis de hac materia oſtenditur: ſicut enim Angelus inferior poteſt intuitiuè cognoſcere quemcumque Angelum ſuperiorem, quia ratio in infinitum cognitionis intuitiuæ præcisè ſequitur modum eſſendi genericum virtutis, qui eſt per abſtractionem à materia, vt dictum eſt ſuprà.

Lumen gloria agit vt inſtrumentũ actus puri.

S. Doctor.

Angelus inferior poteſt cognoſcere intuitiuè quẽcumque Angelũ ſuperiorẽ in infinitũ, nõ autem cõprehendere.

Ad quartum reſpondetur negando ſequelam antecedentis. Ad probationem dicitur, quòd quamuis ſit diſproportio: tamen exceſsus non eſt ex parte rei cognitæ ad cognoſcentem: ſed è conuerſo agnoſcentis ad rem cognitam, & ideò poteſt Deus cognoſcere rem materialem, vt eſt in ſe, ſed modo ipſi Deo cognoſcenti proportionato, ſcilicet per eſſentiam ſuam. 14.

Deus cognoſcit rem materialem, vt eſt in ſe.

Ad quintum patet ex dictis; cùm enim dicitur, quòd modus eſſendi rei cognitæ non debet excedere modum naturæ cognoſcentis, intelligitur de modo eſſendi in ratione cognoſcibilis, qui, vt dictum eſt, ſumitur ex modo eſſendi in materia, vel extrà, non autem intelligitur, quantùm ad differentias extraneas. Quare ad exemplum, quod affertur in argumento de cœlo, dicendum eſt, cœlum quantùm ſpectat ad eſſe viſibile, non excedere potentiam viſiuam, quia eſt obiectum materiale, ſicut eſt potentia, & cognoſcitur per ſpecies materiales, ſicut & alia viſibilia. Quòd verò cœlum ſit incorruptibile, & oculus corruptibilis, iſtæ ſunt differentiæ extraneæ, cùm non ſint intra latitudinem ipſius viſibilis. 15.

Reſpõſio ad quintum.

Ad argumenta verò ſecundæ opinionis Durandi, quæ ſunt contra ſecundam aſſertionem: reſpondetur. Et ad primum dicitur, quod illud antecedens aſſumptum, (quod omnis, ſcilicet, potentia habet proportionem, cum omni eo, quod cadit ſub ratione formali ſui obiecti) limitandum eſt, quod habet quidem proportionem cum omni eo, quod cadit ſub ratione formali ſui obiecti: modo tamen accommodato ipſi virtuti; quare ad conſequentiam reſpondetur, quòd quando virtus propter ſuum modum eſſendi non poteſt cognoſcere obiectum, niſi modo quodam confuſo & per analogiam, tunc illud obiectum cadit ſub ratione formali obiecti illius virtutis modo tantùm accommodato ipſi modo eſſendi virtutis. 16.

Reſpõſio ad primũ Durandi.

Ad ſecundam reſpondetur, & ad primum exemplum de potentia ſenſitiua dicitur, quòd viſus noctuæ non poteſt ſentire excellens ſenſibile, ſcilicèt, claritatem ſolis in propria ſphæra propter duo: primo quia læditur organum, ſecundo quia lumen ſolis non habet proportionem cum viſu noctuæ propter debilitatem ipſius viſus, per quem impeditur potentia, nè poſſit recipere ſpecies perfectè repræſentantes 17.

Reſponſio ad ſecundũ Durandi.

Digitized by Google

ſentantes ſolem in propria ſphæra: hæc autem duo impedimenta, vel oriuntur ex principio extrinſeco formali ipſius noctuæ, & tunc dicendum eſt, quòd per ſe talis viſio ſubobſcura debetur noctuæ. Si verò vt probabilius eſt, hæc impedimenta oriẽtur ex principio materiali indiuiduante, ſicut nigredo in coruo, tunc dici poteſt, quod competat per accidens: ſed non eſt contra nos; loquimur enim de modo cognoſcendi, qui conſequitur principium formale. Eodem etiam modo, reſpondetur ad tex. illum 65. primi de anima allatum in confirmationem argumẽti. Ad ſecundũ verò exemplum conceditur animam rationalem, & vnitam materiæ cognoſcere intelligentias confuſè, & per analogiam ad motum cœli: ſed negatur modum iſtum cognoſcendi eſſe per accidens, quia vt ſupra probatum eſt, anima rationalis, tamquam principium formale petit hunc modum cognoſcendi ſuppoſita vnione cum corpore tamquam conditione, & hanc quidem petit connaturaliter. Et cùm replicatur, quòd ſublato impedimento vnionis anima intuitiuè videt intelligentias; ergo ſignum eſt quòd per accidens impediatur, ne pro hoc ſtatu videat illas. Reſpondetur negando conſequentiam; tãtùm enim probat requiri vnionem, tamquam conditionem ad hoc, vt modus ille cognoſcendi fluat ab anima, tamquam à principio formali. An verò modus cognoſcendi ſtatus animæ rationalis extrà corpus ſit illi connaturalis, quæſtio eſt inter Thomiſtas, & Scotiſtas. nam aliqui Thomiſtæ, vt infrà in ſeptimo corollario videbimus, tenent probabilius quòd non ſit connaturalis, quia ſi poſſet habere connaturaliter ſpecies extrà corpus, fruſtra vniretur corpori.

Modus cognoſcendi animæ rationalis pro hoc ſtatu eſt illi connaturalis.

TERTIA DVBITATIO.

Vtrum in operatione morali, vt eſt offenſio, & ſatisfactio, modus operandi ſequatur modum eſſendi perſonæ ſatisfacientis & offendentis.

1. Scotus.

EST opinio Scoti in 2. diſt. 20. quæſt. vnica, & clarius in 4. diſt. 15. quæſt. prima aſſerentis in operatione morali, non attendi perſonam, ſed bonum ipſum, quod, vel tollitur per offenſam, vel quod ponitur per ſatisfactionem, vnde infert, quòd ſi eſt maius bonum, quod per iniuriam aufertur à perſona offenſa, quàm ſit bonum, quod ponit ſatisfactio, non poteſt eſſe æqualitas. Si verò tantùm aufert actus offendendi, quantùm ponit actus ſatisfaciendi, erit æqualitas. ex quo infert ſecundò poſſe puram creaturam ſatisfacere ad æqualitatẽ pro offenſa facta Deo, quia quantùm (inquit) abſtulit à Deo actus offenſæ, tantùm ponit actus contritionis ſatisfactorius; ponit enim rationem vltimi finis, qui ablatus erat per offenſam.

2. Reſolutio. Capreolus. Gabriel. *Bonitas & malitia moralis duplex, intrinſeca, & extrinſeca.*

Sed in hac dubitatione diſtinguendum eſt cum Capreolo in 3. diſtinct. 18. quæſt. 1. & Gabr. ibidem diſt. 59. quæſt. 1. articul. 1. de bonitate, ſeu malitia, quòd alia eſt intrinſeca, alia extrinſeca, & conſequẽter duplex eſt etiam eſſe morale, alterum intrinſecum, alterum extrinſecum. Bonitas ſeu malitia moralis intrinſeca, in qua fundatur eſſe morale intrinſecum, ſumitur tam in offenſa, quàm in ſatisfactione ex principio operatiuo actus & ab aliis circumſtantiis ipſius actus, vt ab intentione, duratione, & etiam multiplicatione actuum: hoc autem eſſe morale intrinſecum, quod fundatur in hac bonitate, ſeu malitia intrinſeca ſolet etiam appellari phyſicum, quatenus ſumitur ex principio operante: bonitas ve- A rò ſeu malitia extrinſeca, in qua fundatur eſſe morale extrinſecum, ſumitur ex Ariſt. 5. ethicorum cap. 5. & 1. ethic. cap. 3. ſecundum quandam æſtimationem moralem, ex dignitate, ſeu vtilitate perſonæ ſatisfacientis, vel offendentis, quòd probatur exemplo, quod affert Ariſt. 1. ethic. cap. 5. Si plebeius, inquit, percutiat Magiſtratum, nõ ſatisfacit, ſi repercutiatur, ſed vltimo ſupplicio eſt afficiendus, quia ex vilitate perſonæ ſecundum moralem exiſtimationem decreſcit ſatisfactio. Debet ergò augeri ipſe actus ſatisfaciendi, ſeu obiectum ſatisfactionis ad hoc vt fiat æqualitas. his poſitis;

Ariſtoteles.

3. Prima aſſertio. *Modus ſatisfaciendi ſequitur modũ eſſendi perſonæ ſatisfacientis.*

Dico primò, quòd in ſatisfactione, ſiue attendatur bonitas moralis intrinſeca, ſiue bonitas moralis extrinſeca, modus ſatisfaciendi ſequitur modum eſſendi perſonæ ſatisfacientis. B Probatur quoad bonitatem intrinſecam, quia, vt dictum eſt, bonitas intrinſeca ſumitur ex principio operatiuo, & ex circũſtantiis actus, vt ex intenſione, duratione, &c. quæ quidem non poſſunt excedere perfectionem virtutis operantis. Si igitur voluntas operantis erit finita, ſatisfactio etiam erit finita, quantùm ad hanc bonitatem extrinſecam. Quare, vt dicemus infrà, ſecundum hanc bonitatem, etiam ipſæ actiones Chriſti erant finitæ. Probatur quoad bonitatem extrinſecam. Primò, quia in ſatisfactione attenditur dignitas perſonæ ſatisfaciẽtis ſecundùm moralem exiſtimationem; vnde in exemplo allato ab Ariſtotele de plebeio percutiente Magiſtratum poteſt attendi modus genericus ſatisfaciendi, & modus ſpecificus, & quidem C quantùm ad modum genericum, plebeius eſt habilis ad ſatisfaciendum aliquo modo Magiſtratui percuſſo, quia eſt naturæ rationalis liberæ: Quantùm verò ad modum ſatisfaciendi ſpecificum ſcilicet, ſecundum æqualitatem, tunc præcipuè habendus eſt reſpectus ad modum eſſendi, ſeu conditionem talis perſonæ ſatisfacientis; nam ideò requiritur exceſſus in termino, ſcilicet, in obiecto bono: quod ſecundùm moralem exiſtimationem ponitur in perſona, cui fit ſatisfactio, quia perſona ſatisfaciens eſt vilis, quod quidem in exemplo allato de plebeio tunc eſt, cum plebeius plectitur vltimo ſupplicio, quia eſt defectus in conditione perſonæ ſatisfacientis, quæ eſt viliſſima. Quod ſi non attenderetur, conditio perſonæ ſufficeret, ad hoc, vt fieret proportio rei ad rem, D vt plebeius tantum repercuteretur ſicut à ſimili ſatisfaceret plebeius, ſi deberet Magiſtratui centum, & centum reſtitueret. Secundò probatur, quia aliquando ex defectu conditionis perſonæ etiam ſi terminus creſceret ſuper omnem gradum ſuum, non poſſet reddi æquale vt patet in filio exhibente reuerentiam patri, qui, quoniam eſt aliquid patris, nunquam reddere poteſt æquale, & proptereà pura creatura, etiam ſi eſſet infinitæ perfectionis creatæ, adhuc ſecundum communem Theologorum, non poſſet ſatisfacere ad æqualitatem ex defectu conditionis perſonæ ſatisfacientis, quæ eſt viliſſima reſpectu Dei. Tertiò probatur, quia perſona ſatisfaciens ſubdit ſe ipſam perſonæ offenſæ ſecundum totam ſuam dignitatem, & ideò dignitas perſonæ ſatisfacientis, veluti quædam forma dignificat ipſam ſatis- E factionem. Quartò quia ſecundùm moralem exiſtimationem ſatisfactio procedit à perſona ſatisfaciente tamquam actio. Quare eſt veluti quædam participatio ipſius perſonæ ſatisfacientis: & ideò dixit Ariſtoteles 1. ethic. capit. 3. quòd *honor eſt in honorante, quatenus eſt actio fluens ab honorante.* Quintò probatur ex communi auctoritate patrum, quos citabimus infrà in corollario 18. de Chriſti ſatisfactione.

Plebeius percutiens magiſtratũ quo modo ſatiſfaciet.

Pura creatura Deo offenſo non poteſt ſatiſfacere.

4. Secundò dico idem dicendum eſſe de actione meritoria, ac dictum eſt de actione ſatisfactoria ex Caiet. 3. part. quæſt. 1. & colligitur ex Ariſt. 5. ethic. cap. 3. & 4. & quidem quantùm ad bonitatem extrinſecam probatur, quia non ſolùm eſt actio moralis, ſicut eſt ſatisfactio, ſed tendit præterea primariò ad commodum illius, qui meretur: at verò ſatisfactio primariò tendit ad commodum illius, cui fit ſatisfactio; vnde fit, vt ab illo, apud quem quis meretur, multò magis attendatur conditio perſonæ merentis. Rationes igitur, quas attulimus pro actione ſatisfactionis, multò magis militant pro actione merendi ſecundum eſſe morale extrinſecum: ſi verò attendatur bonitas moralis intrinſeca, ſeu eſſe morale intrinſecum, idem dicendum eſt, ac dictum eſt de ſatisfactione, quia non poteſt excedere ſuũ principium elicitiuum, quia, vt ſuprà probatum eſt, actus, & modus agendi ſequitur modum eſſendi virtutis. Et confirmatur ex communi Thomiſtarũ 1. 2. quæſtio. 20. qui aſſerũt, quòd ſi quis vellet amare Deum infinitè, & vellet Deo infinitum bonum, non propterea merebitur infinitè, quia voluntas, vnde procedit hæc actio, eſt finita, & propterea nõ poteſt eſſe effectiua actionis infinitæ, ſed affectiua tantùm. Merebitur igitur finito modo iuxtà circumſtantias actus.

Secunda Aſſertio. Caietanus. Ariſtoteles.

In merito quomodo perſona ratio attendatur.

5. Circa verò offenſam eſt maior difficultas, quia quantùm ad bonitatem extrinſecam, ſeu eſſe morale extrinſecum, grauitas offenſæ videtur ſumi potiùs ex dignitate perſonæ offenſæ ſecũdùm communem exiſtimationem moralem, vt patet exemplo allato ab Ariſtotele loco citato, quòd ſi Magiſtratus percutiatur à priuato, creſcit offenſa ex præſtantia magiſtratus; non ergò actio offenſæ videtur ſequi conditionem perſonæ offendentis.

6. Hoc tamen non obſtante, dico tertiò, quòd offenſio quantùm ad malitiam intrinſecam, ſequitur modum eſſendi perſonæ offendentis, quia bonitas, & malitia ſumitur ex actu, & circumſtantiis actus, quæ non poſſunt excedere virtutem potentiæ, quia fluunt ab illa: quoad verò ad bonitatem extrinſecam, fateor eſſe maiorem difficultatem, quàm ſit in ſatisfactione, & meritò, propter rationem dubitandi allatam; dico tamen quòd offenſio, vt actio eſt, ſequitur conditionem perſonæ offendentis: pro quo, Nota, quòd offenſio moraliter poteſt conſiderari dupliciter; primò præcipuè per modum paſſionis, ſecundò per modum actionis, vt colligitur ex Ariſt. 5. ethicor. cap. 5. ſi conſideretur vt paſſio, quatenus, ſcilicet, eſt receptio iniuriæ, tunc eodem modo philoſophandum eſt, ac de paſſione phyſica, quòd ſcilicet ſpecificetur formaliter à termino immediato, quem ponit in ſubiecto, non tamen abſoluitur à ſubiecto, & ab agente, quia neceſſariò hæc connotat. Nam ſubiectum ſe habet, vt cui, & agens, vt à quo, & per ordinem ad agens diſtinguitur paſſio à motu. Quare offenſio ſecundùm ſuam malitiam intrinſecam, & quaſi phyſicam ſpecificatur formaliter à malo, quod inferr perſonæ offenſæ connotando etiam perſonã offenſam, & tamquam ſubiectum iniuriæ & perſonam offendentem, tamquam agentem: at verò ſecundum malitiam extrinſecam, quæ eſt ſecundum communem exiſtimationem hominum, grauitatem ſuam ſumit præcipuè à perſona offenſa, & minus principaliter à termino, ex Ariſt. loco citato.

Tertia Aſſertio.

Offenſio ſequitur modũ perſonæ offendentis intrinſecè.

7.

Offenſio in genere moris concipitur præcipuè per modũ paſſionis.

8.

9. Quatenus vero etiam aliquo modo offenſio conſideratur moraliter, vt eſt actio quædam moralis, & vt dicit ab, quatenus, ſcilicet, concipitur proficiſci à perſona offendente, ſicut etiam actio phyſica

A concipitur, vt ab agente, tunc modus etiam offendẽdi attenditur moraliter penes perſonam offendentem: nam ſecũdùm communem exiſtimationem hominum ex Ariſtotele ſæpiùs citato, ex vilitate perſonæ offendentis in ordine ad perſonam offenſam creſcit offenſa, & præterea ex maiori, vel minori cõgnitione, quã habet offenſor de perſona offenſa, creſcit, vel minuitur iniuria, vt experimur in humanis. Nam eadem iniuria facta ab amente, & à puero, non exiſtimatur grauis. & ratio eſt, quia etiam in reliquis actionibus obiectum extrinſecum non redundat ſecundum ſe totum in actu, ſed limitatur iuxta tendẽtiam potentiæ ad illud: hæc autem quæ de actionibus moralibus ſecundùm principia philoſophiæ diſcuſſa ſunt, clariùs intelligentur, infrà cùm applicabuntur corollariis Theologicis, quæ ſunt de offenſa facta Deo, & de ſatisfactione Chriſti.

B SVPER hoc primo principio Philoſophico ita explicato fundantur quatuor regulæ Philoſophicæ proportionum, & improportionum, quas ſuprà attulimus: quæ quoniam multùm deſeruiunt ad deducenda corollaria Theologica, ideò oportet illas examinare in ſequentibus quatuor dubitationibus.

QVARTA DVBITATIO.

C *Vtrum prima regula proportionum, & improportionum ſit vera, quòd ſcilicet ex improportione primorum extremorum inter ſe, quæ ſunt obiecta duarum virtutum actiuarum, ſequatur improportio ſecundorum extremorum, ſcilicet ipſarum virtutum.*

SCOTVS tenet hanc regulam non eſſe ſemper veram, ſed dicit aliquando contingere duo. Obiecta eſſe inter ſe improportionata; & tamen virtutes, quæ attingunt illa obiecta, contingere eſſe proportionatas: pro cuius ſententiæ explicatione ſupponendum eſt in doctrina Scoti, vt colligitur tum ex 4. diſt. 49. quæſt. 11. tum ex diſt. 1. quæſt. 1. duplex tantùm eſſe genus improportionis inter duo extrema, primum quando vnum eſt finitum, & alterum infinitum; ſecundum, quando vnum eſt poſitiuum, & alterum negatiuum, quamuis vtrumque ſit finitum. D quando enim vtrumque extremum eſt finitum, & poſitiuum, nulla apparet improportio. Hoc ſuppoſito arguit Scotus ibidem cõtra regulam allatam, & primò in operatione immanenti; Deus, & coloratum ſunt duo obiecta inter ſe improportionata; quia Deus eſt infinitus, & coloratum eſt finitum; & tamen virtus ſenſitiua, quæ cognoſcit coloratum, non eſt improportionata virtuti intellectiuæ ſiue noſtræ, ſiue Angelicæ, quæ cognoſcit Deum, quia vtraque virtus tam ſenſitiua, quàm intellectiua eſt finita.

1. *Suppoſitum Scoti.*

Duplex genus improportionis.

Primũ arg. Scoti.

Secundò arguit contra eandem in operatione trãſeunti in 4. diſt. 1. quæſt. 1. ens, & nihil, ſeu potentia paſſiua, & nulla potentia paſſiua, ſunt prima extrema improportionata, quia vnum eſt poſitiuum, alterum negatiuum, & tamen ex improportione horum E primorum extremorum non ſequitur improportio inter virtutes. nam virtus, quæ poteſt agere ſuper ens producendo, ſcilicet ex aliqua potentia paſſiua, non eſt improportionata virtuti, quæ poteſt agere ex nihilo, ſcilicet, ex nulla potentia paſſiua Probatur, quia inter has virtutes non poteſt eſſe improportio fundata in defectu quantitatis, qualis defectus eſt inter prima extrema, ſcilicet ens, & nihil, nec in infinitate. Probatur primùm, quia virtus, & virtus natæ

2. *Secundum arg.*

Digitized by Google

natæ ſunt habere quantitatem, non quidem molis, ſed perfectionis, & dat exemplum de puncto, qui quamuis ſit improportionatus lineæ, ex defectu quãtitatis molis, non tamen ſequitur ex hoc, quòd virtus, quæ poteſt ſuper lineam, ſit improportionata virtuti, quæ poteſt ſuper punctum. nam virtus, & virtus poſſunt habere quantitatem, ſecundùm quam proportionantur. Probatur ſecundum, quòd ſcilicet inter illas virtutes non poſſit eſſe improportio fundata in infinitate, quia inter prima extrema, ſcilicet inter ens, & nihil non eſt diſtantia infinita; ergò neque inter virtutes. Conſequentia patet, quia vna virtus ſumit exceſſum ſupra aliam virtutem ex exceſſu obiecti, ſuper quod poteſt operari, & à quo ſumit ſpecificationem. Antecedens probatur, quia diſtantia inter ens, & nihil, non poteſt ſumi niſi ab exceſſu entis ſupra nihilum. cùm enim non detur medium inter ens, & nihil, à quo ſumi poſſit diſtantia, ſicut datur inter duas quantitates, ſumenda eſt tantùm ex defectu extremi negatiui ab extremo poſitiuo: ſed extremum negatiuum non poteſt plus deficere, quàm ponat ſuum extremum poſitiuum (negat enim tantùm entitatem ſui extremi poſitiui) ſi igitur extremum poſitiuum erit finitum, vt eſt aliqua potentia paſſiua, erit etiam & negatiuum, ſcilicet nulla potentia paſſiua.

3. *Suppoſitum contra Scotum.*

ISTIS tamen non obſtantibus, tenenda eſt regula allata, quæ eſt communis, pro cuius probatione, & argumentorum ſolutione Scoti, ſtatuendum eſt vnum fundamentum directè oppoſitum fundamento Scoti, improportionem ſcilicet inter duo extrema non ſolùm eſſe, quando vnum ex his eſt finitum, & alterum infinitum: vel ſecundò quando vnum eſt poſitiuum, & alterum negatiuum, vt vult Scotus: ſed etiam tertiò, quando vnum eſt in inferiori ordine, ſcilicet, rerum materialium, & alterum in ſuperiori, ſcilicet, immaterialium, quamuis vtrumque ſit poſitiuum, & finitum. *Tertium genus improportionis, à Scoto prætermiſſum.* Probatur hoc fundamentum, & quidem duos priores modos improportionis admittit etiam ipſe Scotus: tertius igitur modus improportionis, de quo eſt controuerſia cum Scoto, probatur primò, *Probatur ſuppoſitum.* quia res ſuperioris ordinis excedit in infinitum, ſecundum modum ſuum eſſendi genericum, rem inferioris ordinis; quia ea, quæ ſunt in inferiori ordine (vt patet ex primo dubio) ſunt immerſa materialitati: quæ verò ſunt in ordine ſuperiori, ſunt eleuata à materia. Vt igitur perueniatur ad modum eſſendi eleuatum à materia, opus eſt, quòd fiat in infinitum calculatiò, diminuendo materiam, vſque ad non gradũ ſuum intrinſecè. Nec obſtat, quòd diminutio ſit per partes proportionales, vt infrà ſequenti dubio oſtendetur. Secundò cõfirmatur idem; maior eſt improportio inter virtutem finitam ſuperioris ordinis, & virtutem finitam inferioris ordinis, quàm ſit inter virtutem finitam, & infinitam in eodem ordine inferiori: ſed inter virtutem finitam, & infinitam in eodem ordine eſt improportio, vt patet ex ſe, nec negat Scotus: ergo & inter virtutem finitam ſuperioris ordinis, & finitam inferioris ordinis. Maior probatur, primò, quià virtus finita inferioris ordinis ſaltem per additionem infinitam partium æqualium eiuſdem virtutis, peruenire tandem poteſt ad infinitatem: at verò virtus inferioris ordinis adhuc aucta in infinitum, non poteſt attingere intrinſecè virtutem altioris ordinis, quæ vlteriùs tranſcẽdit ſuprà infinitatem inferioris ordinis. Exempli gratia, ſi virtus ſenſitiua augeatur in infinitum intra ordinem ſenſitiui, ſemper adhuc erit immerſa materialitati, ſupra quem ordinem tranſcendit virtus intellectiua, præſertim Angelica, quæ eſt eleuata à materia.

A Secundò probatur eadem maior ex modo operandi, quia virtus finita inferioris ordinis, eodem modo operatur circa obiectum ſuum, ac virtus infinita in eodem ordine. Exempli gratia, virtus ſenſitiua, etiam ſi daretur infinita, adhuc non poſſet cognoſcere, niſi obiectum materiale, per ſpecies materiales receptas à corpore (vt patet ex priori dubio) haberet enim adhuc modum eſſendi immerſum materialitati: At verò virtus finita ſuperioris ordinis, vt eſt intellectiua, habet modum cognoſcendi altiorẽ, per quem non ſolùm attingit obiectum materiale, ſed etiam immateriale modo quodam ſpirituali.

4. *Probatur regula ex ſuppoſito fundamento.*

Hoc poſito fundamento, probatur regula, nam vel improportio primorum extremorum eſt primo modo, quando ſcilicet vnum eſt finitum, & alterum B infinitum, & tunc clarè ſequitur ex hac improportione primorum extremorum, improportio virtutum potentium operari ſuper illa extrema: vel improportio primorum extremorum eſt ſecundo modo, quando ſcilicet vnum eſt poſitiuum, & alterum negatiuum, vt ens, & nihil, vel aliqua potentia paſſiua, & nulla potentia paſſiua. Et tum contra Scotum probatur ſequi improportionem virtutum potẽtium ſuper illa prima extrema, quia virtus potens producere ex nihilo, ſcilicet, ex nulla potentia, eſt ſuperioris ordinis, quàm ſit virtus potens producere ex aliqua potentia paſſiua, vt patet per calculationem, *Virtus potens producere ex nihilo eſt maior, quàm potens producere ex aliquo.* quia ad diminutionem materiæ, vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, ſemper augetur virtus: ſi igitur diminuatur materia, vſque ad nõ gradum ſuum, C virtus tranſcendet ad ordinem immaterialium, vt infrà oſtendetur ad ſecundum argumentum Scoti: quòd autem virtus inferioris ordinis, & ſuperioris ſint improportionatæ, patet ex fundamento poſito, vel improportio primorum extremorum, ſcilicet obiectorum, eſt tertio modo, quando ſcilicet, vnum eſt poſitiuum, & finitum inferioris ordinis, & alterum etiam poſitiuum, & finitum ſuperioris ordinis: & tunc ex hac improportione primorum extremorum ſequi improportionem virtutum potentium operari ſuper illa prima extrema: probatur, quia vna virtus debet eſſe inferioris ordinis, altera ſuperioris. Nam alioquin ſi altera eſſet etiam inferioris ordinis non poſſet attingere obiectum ſuperioris ordinis, quia modus operandi excederet modum eſſendi, contrà D principium explicatum in priori dubio. Si ergo vna eſt ſuperioris ordinis, altera inferioris, iam eſt improportio inter illas virtutes, vt patet ex ſuppoſito fundamento.

5. *Ad primum Scoti.*

AD argumenta Scoti reſpondetur, & ad primum, ſi fiat comparatio inter virtutem ſenſitiuam, & noſtrã intellectiuam ſeparatam à materia, vel Angelicam, tunc manifeſta eſt improportio, non quidem quæ ſit fundata in infinitate, ſed quia intellectiua eſt altioris ordinis, vt patet ex fundamento poſito: ſi verò fiat comparatio inter virtutẽ ſenſitiuam, & intellectiuam noſtram, pro hoc ſtatu vnionis cum corpore, tunc negandum eſt illa duo prima extrema, ſcilicet Deum, & coloratũ, eſſe improportionata formaliter, quia tã obiectum motiuum virtutis ſenſitiuæ, quàm E intellectiuæ cadit ſub cognitionem, modo quodam finito, & materiali. Nã pro hoc ſtatu intellectus noſter non cognoſcit Deum, niſi per medium materiale, & quãuis terminatiuè iſta obiecta ſint improportionata, differentia tamen formalis ſumitur tantùm ex obiecto motiuo, & ſicut materialiter ſunt improportionata, ita etiam virtutes proportionaliter ſunt improportionatæ. Nam vna, ſcilicet ſenſitiua eſt in ſe materialis, altera verò, ſcilicet intellectiua eſt in ſe ſecundùm ſuam intrinſecam entitatem ſpiritualis.

Digitized by Google

6. Ad ſecundum,hoc ſecundum maiorem haber dif-
ficultatem , & ideò varij ſunt modi reſpondendi.ali-
qui primo,vt Ric.in 2.diſt.1.art.4.quæſt. 4.Henricus
quodl.4.quæſt.37. ſoluunt dicentes improportionẽ
inter illa duo prima extrema , ſcilicet Ens, & Nihil,
fundari nõ in eo præcisè, quòd vnum ſit poſitiuum,
& alterum negatiuum,ſed quia ſunt infinitè diſtan-
tia. Probant, quia non poteſt intelligi maior diſtan-
tia , quàm inter duo contradictoria , quatenus con-
tradictoria. nam vnum extremum negatiuum ex
contradictoriis,negat opponendo ſe in infinitum al-
teri contradictorio poſitiuo. Sed hic modus dicendi
bene impugnatur à Scoto in ſuo argumento,& à Du-
rando in 2. diſt. 1. quæſt.4. quia extremum nega-
tiuum , vt dictum eſt,non diſtat à poſitiuo , niſi per
entitatem poſitiui à qua deficit.

Ad ſecundum. Primus modus reſpondendi Ric. & Henr.

Sco. & Dur. Impugnatur primus modus reſpondendi.

Secundus modus reſpondendi Caiet.

Secundus modus reſpondendi eſt Caietani 1.par.
quæſt.41. loco citato,qui improportionem inter il-
la duo prima extrema,ſcilicet Ens,& Nihil , vel nul-
lam potentiam paſſiuam,& aliquam potentiam paſ-
ſiuam non ſumit præcisè ex improportione extre-
morum, ſcilicet nihili ,& entis, vel nullius potentiæ
paſſiuæ , & alicuius potentiæ paſſiuæ : ſed ex modo
producendi ex nihilo, ſeu ex nulla potentia paſſiua,
& ex aliqua potentia paſſiua. Ex modo autem pro-
ducendi calculat Caiet.infinitatem in virtute produ-
cente ex nulla potentia paſſiua : quia quantum mi-
nuitur de potentia,tantùm creſcit de virtute, per re-
gulam Peripateticam in 4.Phyſic.text.72.quam fu-
sè examinabimus infra dubio 4.Quare ex impropor-
tione primorum extremorum inter ſe, quorum alte-
rum eſt poſitiuum,& alterum negatiuum,infert Ca-
ietanus improportionem virtutum potentium ſuper
illa extrema.

Impugnatur ſecũdus modus Caietani.

Sed hic modus Caietani,quamuis ſit ſubtilis,im-
pugnatur, quia ex calculatione fundata in illa regu-
la allata,non infertur virtus infinita,ſed tantùm vir-
tus finita ſuperioris ordinis;nam ex diminutione ma-
teriæ creſcit proportionaliter virtus materialis edu-
cens per additionem virtutis ad virtutem. ſi ergo ex
progreſſu diminutionis materiæ perueniatur vſque
ad non gradum intrinſecè materiæ ; etiam ex aug-
mento proportionali virtutis , tranſcendetur ad al-
tiorem ordinem , ſeu modum eſſendi , qui ſit pro-
portiónatus ſuo extremo diminuto vſque ad non
gradum ſuum intrinſecè , id eſt , nullum retinens
gradum materiæ , vt fuſiùs probabitur infrà dubio
quarto , vbi examinabitur ex profeſſo hæc regula
Caietani.

7 Quare his modis impugnatis mihi videtur dicen-
dum ad hoc ſecundum Scoti , quòd ex impropor-
tione primorum extremorum , quorum alterum eſt
poſitiuum , & alterum negatiuum , ſequatur contrà
Scotum improportio ſecundorum extremorum vir-
tutum,ſcilicet, potentium ſuper illa prima extrema.
Et concedo ipſi Scoto contra Henricum , & Ricar-
dum virtutem producentem ex nihilo eſſe finitam:
quamuis enim in Corollario de creatione tenebimus
Deum ſolùm poſſe producere ex nihilo ; tamen ibi-
dem probabimus, quòd non producit , vt eſt infini-
tus formaliter ; ſed vt actus purus formaliter , & in-
finitus materialiter, ſed negatur ipſi Scoto, hinc in-
ferri illas virtutes eſſe inuicem proportionatas , nam
quamuis ſint quantæ, vna tamen eſt inferioris ordi-
nis, & altera ſuperioris;quod patet, tum ex calcula-
tione paulò antè facta ex regula Caiet.quæ hoc pro-
bat, vt infrà oſtendetur ; tum ex principio Philoſo-
phico explicato in primo dubio : vbi probauimus
modum operandi non poſſe excedere modum eſſen-
di ſuæ virtutis.Si igitur datur virtus , quæ producat

Deus producit non vt eſt infinitus, ſed vt actus purus.

A ex nulla potentia paſſiua , habebit modum eſſendi
ſuperiorem , quàm ſit virtus materialis , quæ non
poteſt producere niſi ex materia , in qua recipiatur
ſua actio.

Quòd autem inter virtutem finitam ſuperioris
ordinis,& finitam inferioris ordinis ſit improportio,
& maior,quàm inter virtutem finitam & infinitam
in eodem ordine,patet ex fundamento ſuprà poſito.

QVINTA DVBITATIO.

*Vtrum ſecunda regula ſit vera , quòd ſcilicet , ſi
vnum extremum, quod eſt obiectum, decreſcat
vſque ad non gradum ſuum extrinſecè , cre-
B ſcat alterum extremum quod eſt virtus acti-
ua vſque ad omnem gradum ſuum , ſcilicet,
in infinitum.*

PRo explicatione huius ſecundæ regulæ eſt no- 1.
tandum primò ex Caiet. 1.part. quæſt. 45. artic.
5. regulam intelligendam eſſe, quando illa extrema
ſic ſe habent,quòd quantùm vnum ſcilicet obiectum
minuitur per partes proportionales , tantùm reli-
quum,ſcilicet virtus,creſcit proportionaliter,per ad-
ditionem virtutis ad virtutem. Exemplũ eſt Ariſt.de
ſenſu & ſenſili cap.6.vbi ex diminutione obiecti ex-
tenſi viſibilis infert augmentũ in virtute viſiua. No-
tandum ſecundò, quòd obiectum dicitur diminui in
ratione rei , quamuis creſcat in ratione obiecti,quia
C quantùm minuitur de materialitate in his inferiori-
bus,vel de potentialitate in ſubſtãtiis abſtractis, tan-
tùm creſcit in ratione cognoſcibilis,& redditur no-
bis magis difficile, vt cognoſcatur, hæc autem dimi-
nutio materialitatis , & potentialitatis vſque ad non
gradum ſuum in infinitum fit neceſſariò per partes
proportionales , quia materialitas , & potentialitas
eſt determinatè finita. His notatis;

Primũ not.

Secundum not. quantũ obiectũ minuitur de potentialitate, tantũ creſcit in ratione cognoſcibilitatis.

Probatur regula,Si virtus potens ſuper extremum 2.
(ſcilicet obiectum diminutum vſque ad nõ gradum
ſui intrinſecè,retinens ſcilicet gradum ſuum,ſed di-
minutum in infinitum) non creſceret vſque ad om-
nem gradum ſuum,ſed ſiſteret in aliquo gradu fini-
to;ſequeretur , quòd adæquari poſſit ab alia virtute
finita numeraliter multiplicata potenti ſuper aliud
D extremum numeraliter multiplicatum diminutum,
vſque ad gradum finitum , & determinatum : ſed
hæc ſequela continet manifeſtè abſurdum : ergo &
id vnde ſequitur. Quòd verò hoc ſequatur , proba-
tur:Sit virtus finita per ſe , verbi gratia,potentia vi-
ſiua,vt decem,& ſit A potens ſuper extremum, ſcili-
cet obiectum extenſum viſibile diminutum vſque
ad non gradum ſuum extrinſecè in infinitum , & ſit
B : ponatur alia virtus numeraliter multiplicata fini-
ta, exempli gratia : ſit virtus viſiua vt quinque & ſit
C potens ſuper aliud extremum numeraliter multi-
plicatum diminutum vſque ad gradum finitum , &
determinatum ,exempli gratia , obiectum viſibile
extenſum palmariter , & ſit D : hoc poſito diminua-
tur hoc extremum D per decem partes:tunc ex ſup-
E poſito virtus viſiua C,quæ erat potens ſuper hoc ex-
tremum D,creſcet proportionaliter vſque ad decem:
ergo hæc virtus C, potens ſuper extremum D dimi-
nutum vſque ad gradum finitum, & determinatum,
adæquabit virtutem A,quæ erat potens ſuper extre-
mum B diminutum vſque ad non gradum ſuum in
infinitum extrinſecè. Probatur ſecundò authoritate
Ariſt.de ſenſu & ſenſili capit. 6. vbi ex diminutione
obiecti viſibilis extenſi in infinitum calculat augmẽ-
tum virtutis viſiuæ in infinitum.

Probatur regula 2.

DVBIVM

Digitized by Google

DVBIVM CIRCA SECVNDAM REGVLAM.

3. Quare creſcente vno extremo per partes proportionales creſcere debeat aliquādo aliud extremum per partes proportionales.

SED circa hanc ſecundam regulam occurrit dubium; Quare ex diminutione vnius extremi, ſcilicet, obiecti, per partes proportionales, creſcat aliud extremum, ſcilicet, virtus actiua aliquando per partes æquales, aliquando per partes proportionales. Exemplum primi habetur apud Ariſt. de ſenſu, & ſenſili cap. 6. vbi Ariſt. ex diminutione per partes proportionales obiecti viſibilis, exempli gratia, palmaris, vſque ad non gradum ſuum, quod potiùs extrinſecè, quàm intrinſecè intelligendum eſt (vt patebit ex ſequenti dubio) calculat alterum extremum, ſcilicet virtutem viſiuam creſcere debere per partes æquales vſque ad omnem gradum ſuum, id eſt in infinitum.

Exemplum ſecundi habetur apud eundem 4. Phyſ. cap. 72. vbi ex diminutione corpulentiæ per partes proportionales vſque ad non gradum ſuum, calculat alterum extremum, ſcilicet virtutem motiuam ſecundum velocitatem motus creſcere per partes proportionales temporis in infinitum, vſque ad inſtans. His poſitis ad quæſitum reſpondetur:

4. Reſponſio ad quæſitum.

Nemo eſt, quem viderim, qui hanc difficultatem, quæ quidem non parua eſt, ex profeſſo tractet; mihi tamen videtur hæc ratio poſſe aſſignari, quia aliquando (vt patet ex primo exemplo de obiecto viſibili palmari, & aliis ſimilibus) diminutio per partes proportionales ipſius obiecti vſque ad non gradum ſuum æquiualet augmento virtutis viſiuæ per partes æquales, vſque ad omnem gradum ſuum, quia ſicut per diminutionem per partes proportionales obiecti, deuenitur vſque ad non gradum ſuum, id eſt, ad punctum, qui eſt omnino improportionatus virtuti viſiuæ ſaltem finitæ: ita per partes æquales virtutis viſiuæ peruenitur ad omnem gradum ſuum, & tunc virtus viſiua fit proportionata obiecto diminuto vſque ad non gradum ſuum extrinſecè, vt probatum eſt ſuprà. Quod vt melius intelligatur, fingamus per impoſſibile obiectum extenſum diminui in infinitum per partes æquales, tunc eodē modo virtus viſiua, vt fiat proportionata obiecto diminuto vſque ad non gradū ſuum, creſcere debet per partes æquales vſque ad omnē gradum ſuum, ſicut creſcit modò cum obiectum palmare diminuitur per partes proportionales; quia tota ratio difficultatis in virtute viſiua ad videndum obiectum, oritur ex approximatione ad punctum, quod eſt improportionatum potentiæ viſiuæ. Siue ergo perueniatur ad punctum per partes proportionales, ſiue per partes æquales, nihil refert; ſicut etiam, quando vſque ad omnem gradum virtutis poteſt perueniri per partes proportionales, hoc ſufficit, vt patet in ſecundo exemplo allato ex Ariſt. 4. Phyſ. vbi ex diminutione corpulentiæ per partes proportionales, calculat velocitatem motus per partes proportionales horæ vſque ad omnem gradum, ſcilicet vſque ad inſtans. Quam quidem rationem vno verbo videtur ſubtiliter tetigiſſe Caiet. 2. part. quæſt. 45. artic. 5. Sufficit (inquit) ad hoc veritas conditionalium.

Vaſquez.

Quare non bene videtur impugnare Caietanum Vaſquez, ſuper primam partem S. Thom. diſp. 175. cap. 1. dicens, Caietanum falſum ſupponere, inter inſtans, & tempus eſſe diſtantiam infinitam. Nam notum erat Caietano perueniri ad inſtans per diminutionem temporis per partes proportionales: ſed quia inſtans eſt ſummus gradus velocitatis, ideo

A quantum ad intentum Caietani idem erat, ac ſi perueniretur per partes æquales infinitas: ſicut in ſimili dicit de diminutione materiæ, vſque ad non gradum ſuum, & ſatis ſe explicat, cùm addit, ſufficere veritatem conditionalium. An autem ex hac diſtantia inter tempus determinatum, & inſtans, etiam ſi daretur infinita per partes æquales, arguatur potentia motiua infinita, infrà in ſequenti dubio videbitur. Sed in eo videtur poſſe impugnari Caietanus, quòd diminutionem obiecti per partes proportionales vſque ad non gradum ſuum, ſumat intrinſecè, & non extrinſecè, vt nos accipimus in hoc dubio. Si enim ponatur obiectum diminui vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, falſum eſt virtutem operantem auctam vſque ad omnem gradum ſuum eſſe propor-
B tionatam illi obiecto ſic diminuto, pro qua difficultate examinanda ponitur ſequens dubium.

SEXTA DVBITATIO.

Vtrùm tertia regula ſit vera, quòd, ſcilicet, diminuto vno extremo, quod eſt obiectum, vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, debeat alterum extremum, quod eſt potentia, tranſcendere ad gradum altioris ordinis, & quòd in iſto ordine ſufficiat gradus finitus.

C CONTRA hanc regulam tenet Caietanus prima parte loco citato, & arguit contra illam ex abſurdo, quod inde ſequeretur. Si virtus finita (inquit) poſſet dari proportionata obiecto diminuto vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, ſequeretur, poſſe illam adæquari ab alia virtute finita, potente ſuper aliud extremum diminutum, vſque ad gradum determinatè finitum in eodem ordine. Quod quidem eſſe abſurdum, eſt ex ſe manifeſtum. Sequela probatur. Dentur duo prima extrema, ſcilicet obiecta numeraliter multiplicata, quæ ita ſe habeant, quòd quantum vnum minuitur, tantum virtus potens ſuper illud creſcat proportionaliter, & ſint exempli gratia duo obiecta viſibilia extenſa A, & B. diminuatur A vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, ſcilicet vſque ad punctum incluſiuè: diminuatur
D B vſque ad gradum determinatum, ſcilicet, vſque ad palmare: detur virtus potens ſuper primum extremum A diminutum vſque ad non gradum ſuum, id eſt, punctum: hæc virtus per ſe eſt determinatè finita; ſit igitur, vt decem. Detur alia virtus viſiua numeraliter multiplicata, potens ſuper extremum B diminutum (vt ſupponitur) vſque ad palmare, & ſit, vt quinque: hoc poſito diminuatur extremum B, per partes, vt quinque, virtus, ſcilicet, viſiua potens ſuper illud, creſcet ex ſuppoſito, vt quinque; ergo æquabitur alteri virtuti finitæ (quæ ſupponebatur eſſe vt decem) potenti ſuper extremum diminutum vſque ad non gradum ſuum, ſcilicet, vſque ad punctum. 1. Primum argum. Caiet. ex abſurdo.

E Secundò arguit exemplo Ariſtot. 4. Phyſ. text. 72. vbi probat, quòd ſi corpulentia ſpatij pleni diminuatur vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, per ſublationem omnis corpulentiæ, tunc aliud extremum, ſcilicet, velocitas motus creſcet vſque ad omnem gradum ſuum, ſcilicet, vſque ad inſtans. Secundum argum. ex exemplo Ariſtot. 4. Phyſ.

Tertiò probari poteſt ex doctrina Caietani ibidem. Sequeretur enim, quòd virtus creata finita poſſet producere ex nullo præſuppoſito ſubiecto, quod eſt creare: hoc autem eſſe abſurdum tenent communiter omnes Patres, & Scholaſtici. Sequela probatur, quia ſi ex diminutione materiæ, vſque ad Tertium argum. colligitur ex doctrina Caietani, loco citato.

ad non gradum ſuum intrinſecè, non calcularetur virtus actiua in infinitum aucta, tunc poſſet virtus finita, ſaltem altioris ordinis, vt eſt ſpiritualis, & Angelica, producere ex nullo ſubiecto.

Quartum arg. ex exẽplo potẽtiæ viſiuæ.

Quartò pro Caietano adduci poteſt exemplum Ariſt. de ſenſu, & ſenſili, cap. 6. vbi Ariſt. expreſsè ex diminutione obiecti viſibilis extenſi, vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, calculat augmentum potentiæ viſiuæ vſque ad omnem gradum ſuum, id eſt, infinitum.

SED his non obſtantibus probatur hæc tertia regula contra Caietanum. Tres autem partes ſunt probandæ in hac tertia regula: Prima, ſi vnum ex extremis, ſcilicet obiectum, diminuatur vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, ad hoc, vt fiat proportio inter virtutem operantem, & obiectum ſic diminutum, non ſufficit, vt virtus operans creſcat proportionaliter vſque ad omnem gradum ſuum, id eſt, in infinitum in eodem ordine.

Secunda pars, ad hoc, vt fiat proportio, debet virtus operans tranſcendere ad altiorem gradum eſſendi.

Tertia, ſufficit ad proportionem, vt in hoc altiori gradu virtus ſit finita.

2. Probatur prima pars, quia virtus adhuc aucta in infinitum, eſſet in ordine inferiori, quia creſceret per additionem entitatis ad entitatem in eodem gradu eſſendi, vt patet ex exemplo allato de virtute viſiua: obiectum autem, vt ſupponitur, ex diminutione vſque ad non gradum ſuum, intrinſecè tranſcenderet ad altiorem ordinem; ergo modus eſſendi obiecti, & modus eſſendi virtutis, etiam in infinitum auctæ, eſſent improportionati, vt patet ex dictis in 1. dub. ergo & modus operandi virtutis, vt patet ex eodem, erit improportionatus ad attingendum obiectum, vt in ſe eſt excedens in altiori ordine. Exempli gratia, accipiatur obiectum materiale, & diminuatur vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, ita vt penitus ſit ſublata omnis materialitas intrinſeca, & conſequenter tranſcendat ad ordinem obiecti ſpiritualis: tunc virtus materialis, ſiue cognoſcens, ſiue agens, quæ erat potens ſuper obiectum materiale, etiam ſi proportionaliter ex diminutione obiecti ponatur creſcere in infinitum, in eodem ordine materialitatis non eſt potens ad attingendum obiectum, vt eſt in ſe, quod ſupponitur tranſcendiſſe ad altiorem ordinem, ſcilicet ſpiritualium, quia modus operandi genericus (vt probatum eſt in primo dubio) non poteſt excedere modum eſſendi genericum ſuæ virtutis: modus autem eſſendi genericus, vt ibidem dictum eſt, ſumitur ex eleuatione à materialitate.

3. *Virtus & obiectum debẽt eſſe proportionata.*

Secunda pars probatur, virtus, & obiectum debent eſſe proportionata, ſecundùm eundem modum eſſendi, vt ibidem probatum eſt: ergo ſi ex progreſſu diminutionis vnius extremi, ſcilicet obiecti, vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, peruenitur ad altiorem gradum eſſendi obiecti, debet etiam perueniri ad virtutem eiuſdem altioris ordinis ad hoc, vt virtus ſit potens ſuper illud obiectum.

4. Tertia pars probatur, quia ex vi progreſſus, ſeu calculationis per diminutionem obiecti, augetur virtus operans per additionem entitatis ad entitatem, quæ fit in eodem ordine: cùm verò per diminutionem obiecti peruenitur vſque ad non gradum intrinſecè ipſius obiecti, iam obiectum tranſcendit ad altiorem modum eſſendi, ſimiliter & virtus, & ceſſat calculatio; non poteſt igitur argui ex vi calculationis, tam in obiecto, quàm in virtute, niſi modus eſſendi finitus in altiori ordine: vt autem virtus creſcat in hoc ordine altiori, deberet fieri calculatio in obiecto ſecundùm maiorem immaterialitatem.

5. Ad argumenta Caietani reſpondetur, & ad primum dicitur, virtutem illam finitam potentem ſuper extremum A, diminutum vſque ad gradum ſuum intrinſecè, eſſe altioris ordinis, & ideo non poſſe habere adæquationem cum alia virtute inferioris ordinis: imò ſi virtus finita illa, quam Caietanus ſupponit in argumento, augeatur in infinitum, ex progreſſu diminutionis primi extremi, vſque ad non gradum, eſſet adhuc improportionata virtuti finitæ ſuperioris ordinis: quia virtus illa infinita inferioris ordinis non eſſet potens, vt probatum eſt, ſuper ſuum extremum diminutum, vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, ad quod eſſet potens virtus ſuperioris ordinis, vt patet in exemplo allato in argumento. Nam potentia viſiua etiam aucta in infinitum, ex progreſſu diminutionis obiecti extenſi, vſque ad punctum intrinſecè, non eſſet potens intuitiuè cognoſcere punctum; quia retineret adhuc modum eſſendi extenſum, & tamen virtus intellectiua ſpiritualis abſtracta à materia, quamuis finita eſſet potens ad intuendum punctum; hinc ſequitur, vt maior improportio ſit inter virtutem finitam ſuperioris ordinis, & finitam inferioris, quàm ſit inter virtutem finitam, & infinitã eiuſdem ordinis inferioris. nam virtus illa finita poſſet ſaltem per additionem adæquare virtutem infinitam, quia eſt in eodem ordine, cùm tamen nunquam adæquare poſſet virtutem ſuperioris ordinis.

6. *Ad ſecundũ de corpulẽtia ſpatij.*

Ad ſecundum reſpondetur, argumentum malè aſſumere reſiſtentiam ex capite corpulentiæ tantùm. Nam duplex oritur reſiſtentia, cùm mobile impenetrabiliter extenſum mouetur ſuper plenum, altera extrinſeca, altera intrinſeca. Extrinſeca oritur ex corpulentia ſpatij pleni, quam mobile impenetrabiliter extenſum debet ſcindere, quia non poteſt ſe penetrare cum illa; intrinſeca verò oritur ex parte ipſius mobilis extenſi. nam vbi eſt vna pars, non poteſt in eodem inſtanti eſſe poſterior, præcipuè autem reſiſtentia oritur ex mobili, quia reſiſtentia extrinſeca ſupponit intrinſecam. quare etiam ſi corpulentia ſpatij pleni diminuatur vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, adhuc motus fiet in tempore, quia remanet reſiſtentia intrinſeca ex parte mobilis, præſertim remanente diſtantia negatiua intercapedinis inter duos terminos. At verò ſi extremum totale reſiſtentiæ diminuatur vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, tam ſcilicet ex parte ſpatij, quàm ex parte mobilis, tunc motus fiet in inſtanti, quia mobile tranſcendet ad altiorem modum eſſendi, ſcilicet inextensè, & indiuiſibiliter. Hoc autem mobile poteſt eſſe duplex, vel ſpirituale, vt Angelus, vel quod poteſt habere poſitionem in continuo, vt punctus. Si eſt ſpirituale, tunc moueri poteſt in inſtanti etiam ſuper ſpatium plenum, quia tale ſpatium nullam habet reſiſtentiam in ordine ad mobile ſpirituale, quia reſiſtentia extrinſeca ſpatij pleni ſupponit intrinſecam, quæ oritur ex mobili extenſo, vt dictum eſt. Quomodo autem hic motus inſtantaneus fiat ab Angelo, an quia diuiſibiliter mouetur ab extremo ad extremum ſine medio, in ſequenti tomo diſputabitur. Si verò mobile inextenſum ſit punctus, tunc vel non poteſt moueri, quia cùm ſit terminus, habere debet poſitionẽ in cõtinuo; vel ſi moueri poteſt, mouebitur in inſtanti ab extremo ad extremum, vt ibidem videbimus.

Reſiſtentia duplex, cùm mobile impenetrabiliter extẽſum mouetur ſuper plenum.

Explicatur Ariſtot. in 4. Phyſ.

Ad Ariſtotelem verò, qui 4. Phyſ. tex. 72. videtur fauere Caietano, reſpondetur, Ariſtotelem ſupponere opinionem veterum, nullam ſcilicet dari reſiſtentiam, niſi illam extrinſecam ex parte corpulentiæ ſpatij, & hoc modo bene procedit progreſſus, & calculatio Ariſtotelis.

Hinc

Digitized by Google

Hinc ſoluitur illa difficultas, an ex progreſſu augmenti in infinitum grauitatis in mobili, creſcat velocitas motus vſque ad omnem gradum, id eſt, vſque ad inſtans intrinſecè. Reſpõdetur ex dictis, quòd non, quia quamuis vincatur omnis reſiſtentia extrinſeca, quæ oritur ex corpulentia ſpatij, remanet tamen adhuc ſemper reſiſtentia intrinſeca, quæ oritur ex extẽſione impenetrabili mobilis: ita vt vbi eſt vna pars, non poſſit eſſe alia. Idem etiã dicendum eſt, ſi motus fiat per vacuum ſuppoſita diſtantia negatiua inter duos terminos reales. Sed quæres, hoc mobile, quod ſupponitur habere grauitatem, ſeu impetum infinitum, ſi non poteſt in inſtanti moueri in ſpatio finito, ſiue pleno, ſiue vacuo, quodnam tempus aſſignabitur ſui motus? Et ratio difficultatis eſt, quia ſemper poſſet aſſignari minùs, & minùs in infinitum: vt patet calculando velocitatem motus ad augmentum grauitatis. Reſpondetur, tempus eſſe aſſignandum ab authore naturæ. nam non poteſt aſſignari ab ipſo mobili: nam motus ſemper procedit naturaliter à grauitate tamquam à principio quo, etiam ſi mobile ſit intellectuale, & liberum, vt eſt homo.

7. Ad 3. de diminutione materiæ vſque ad non gradum.

Ad tertium reſpondetur, ex vi calculationis præcisè non bene calculari ſufficientem eſſe virtutem ſpiritualem, vt eſt angelica, ad producendum ex non ſubiecto: quia modus producendi ex non ſubiecto, aliunde poſſet obſtare quàm ex immerſione in materia. obſtat enim in Angelo, quia eſt immerſus potentialitati. nam ad creandum (vt in proprio loco infrà oſtendemus) requiritur puritas in actu: quare ex calculatione, tantùm arguitur requiri ad producendum ex non ſubiecto virtutem altioris ordinis, quàm ſit materialis; an autem hæc ſit Angelica, vel actus purus, aliundè probari debet.

8. Ad 4. ex diminutione obiecti viſibilis.

Ad quartum reſpondetur, calculationem Ariſtotelis per diminutionem obiecti extenſi viſibilis, vſque ad non gradum ſuum, ſumendam eſſe extrinſecè, & non intrinſecè, vt ſupponit argumentum: ſumpta autem calculatione extrinſecè, benè probatur requiri, & ſufficere virtutem infinitam in eodem ordine, vt patet ex ſuperiori dubio.

SEPTIMA DVBITATIO.

Vtrum quarta regula ſit vera, quòd, ſcilicet, per eumdem gradum indiuiſibilem cognitionis, per quem cognoſcitur obiectum nobilius, cognoſci poßint plura obiecta inferiora.

1. HÆc dubitatio poteſt agitari dupliciter, primò de virtute cognoſcente obiectum intenſiuè. Secundò de cognoſcente obiectum extenſiuè. Duplex igitur hæc difficultas circa hanc dubitationem: primò vtrum per eundem gradum indiuiſibilem intenſionis per quem potentia cognoſcit obiectum ſuperioris ordinis, poſſit cognoſcere totam multitudinem obiectorum inferioris ordinis, etiam infinitam.

Secunda difficultas, vtrùm virtus cognoſcens obiectum ſuperioris ordinis, debeat augeri intrinſecè extenſiuè, vel ſaltem augeri cognitio ipſius potentiæ ad cognoſcendum plura obiecta, etiam infinita inferioris ordinis.

Thomiſtæ.

Circa primam difficultatem conueniunt Scholaſtici; præſertim Thomiſtæ 1.2. quæſt. 52. art. 2. quòd virtus cognoſcens, ſeu cognitio ipſius virtutis per eumdem gradum indiuiſibilem intenſionis, per quẽ attingit obiectum ſuperioris ordinis, poteſt attingere totam multitudinem obiectorum inferioris ordinis etiam infinitam. Probatur primò. Virtus ſiue cognitio infinita inferioris ordinis poteſt attingere, quantum eſt ex parte intenſionis, totam multitudinem infinitam obiectorum eiuſdem ordinis, quia eſt proportio inter perfectionem intenſiuam obiectorum, & intenſiuam virtutis, ſeu operationis ipſius: ſed virtus, ſeu operatio ipſius, quæ eſt in ſuperiori ordine, quamuis finita, eſt perfectior (vt probatum eſt in ſuperiori dubio) quàm virtus infinita, ſeu operatio ipſius in inferiori ordine, quia tranſcendit ſupra illam ad altiorem gradum: ergo ſi virtus, ſeu operatio infinita inferioris ordinis, eſt potens, multò magis erit potens virtus, ſeu operatio ſuperioris ordinis.

2. Secunda ratio.

Secundò probatur, quia in illa multitudine obiectorum inferioris ordinis, reperitur magnitudo, ſeu perfectio obiecti, & multitudo. Magnitudo non obſtat, quin per eundem gradum indiuiſibilem intenſionis, poſſit videri tota illa multitudo infinita obiectorum, quia obiectum ſuperioris ordinis, quod proportionatè reſpicitur à virtute, excedit, quamcumque perfectionem cuiuſcumque obiecti inferioris, imò totam perfectionem collectiuè ſumptam omnium illorum obiectorum; quia eſt ſuperioris ordinis. Ergo ſi virtus poteſt attingere illud obiectum excedens, quod eſt ſuperioris ordinis, multò magis per eumdem gradum indiuiſibilem intenſionis poteſt attingere obiectum exceſſum. Quòd verò nec obſtet multitudo, probatur. Nam multitudo potiùs requirit extenſionem maiorem, quàm intenſionem: quia intenſio eſt in ordine ad idem obiectum formale, & materiale, vt docet S. Doctor 1. 2. quæſt. 51. art. 2. Et ratio eſt, quia vel intenſio eſt ſimplex qualitas, & tunc fit per maiorem radicationem eiuſdem qualitatis in ſubiecto, per modum ſcilicet exiſtendi perfectiorem eiuſdem qualitatis in ſubiecto: hoc autem modo intenſio non dicit ordinem ad diuerſa obiecta, ſed tantùm ad ſubiectum. Si verò intenſio eſt qualitas compoſita ex gradibus, tunc neque hoc modo poteſt dicere ordinem ad diuerſa obiecta, ſed tantùm ad idem obiectum magis penetratum. nam iſti gradus ſunt ad inuicem ſubordinati, vel ex natura ſua, ſi ſint heterogenei, vel accidentaliter, ſi ſint homogenei: hæc autem ſubordinatio reſpicit perfectionem eiuſdem obiecti, magis & magis penetratam: non autem poteſt reſpicere diuerſa obiecta, quia hæc non dicit ſubordinationem ad inuicem.

Tertiò probatur exemplo potentiæ intellectiuæ noſtræ, quæ quoniam magis eleuata eſt à materia, cognoſcit proportionatè ipſum vniuerſale abſtractum, & omnia obiecta materialia ſenſuum. Sic etiam patet de potentia intellectiua angelica, quæ reſpicit omnia obiecta inferiora. Sic etiam de ipſo actu, ſi aliunde non obſtat.

Opinio Vaſquez eximij Doctoris.

Circa ſecundam difficultatem maior eſt controuerſia. Prima opinio eſt Vaſquez eximij Doctoris, qui in 1. diſp. 50. exiſtimat cognitionem vnius obiecti nõ debere augeri intrinſecè extenſiuè cùm extenditur ad plura obiecta, præſertim ſi ſint inferioris ordinis: imò dicit hanc extenſionem intrinſecam eſſe commentitiam, *quia ſufficit*, inquit, *ſi actus extendatur tantum extrinſecè.*

3. Arg. Vaſq. contra ſecũdam partẽ.

Probat primò, quia non apparet iſta extenſio intrinſeca in aliis formis quæ intenduntur & remittuntur, exempli gratia in calore.

Secundò, quia non apparet diſparitas, quare in potentia, quæ reſpicit plura obiecta, non detur hæc extenſio intrinſeca, ſed ſufficiat extrinſeca, & dari debeat in actu.

Tertiò

Tertiò probari poteſt pro Vaſquez. Nã vel actus A habet extenſionem virtualem ad diuerſa obiecta:& hoc non, quia ſequeretur, quòd vna ſimplex qualitas eſſet perfectior ſpecie alia. nam vna extenderetur ad plura obiecta, alia ad pauciora: hæc autem ſequela continet abſurdum, quando vtraque qualitas reſpicit obiecta ſub eadem ratione formali, vt eſt in caſu quæſtionis. Vel hic actus eſſet compoſitus ex pluribus extenſionibus tamquam partialibus entitatibus; & hoc non: nam vel iſtæ partiales entitates ſunt indiuiſibiles, vel diuiſibiles. Non primo modo, quia non poſſent vniri ſimul, nec ratione continuationis, cùm non habeant latitudinem; nec vt actus, & potentia, cùm ſingulæ extenſiones ſint per modum actus ſecundi, & vltimi, reſpicientes immediatè ſuum obiectum. Eſſent igitur potiùs duæ diſtinctæ viſiones, quàm duæ partiales entitates eiuſdem viſionis. Non poteſt etiam dici ſecũdum, quòd ſcilicet illæ partiales entitates ſint diuiſibiles copulatæ vno termino communi. Primò, quia ille terminus communis deberet eſſe intra latitudinem viſionis. Ponantur ergo obiecta ſpiritualia, vt ſunt Angeli, quæro, vel ille terminus communis reſpiciat vnum obiectum tantùm, vel plura. Si vnum, non poteſt eſſe terminus communis. Si plura, eſſet alterius rationis à ſingulis partibus. & præterea fruſtrà darentur copulata, ſi per terminum ipſorum attingi poſſent obiecta. non enim poteſt dici, quòd per illum attingatur punctum obiecti materialis, vel extenſi; ſupponitur enim illa obiecta eſſe ſpiritualia. Secundò probatur, quia contingit quòd ſubiectum videns ſit indiuiſibile; & obiecta etiam viſa ſint indiuiſibilia, & ſpiritualia, tunc in hoc caſu iſtæ entitates partiales, non poſſent eſſe diuiſibiles, nec ratione ſubiecti, quod ſupponitur indiuiſibile; nec ratione obiecti, quia per vnam particulam videtur tantùm vnum obiectum indiuiſibiliter, qui ad illud dicit immediatè ordinem, & per aliam particulam aliud obiectum. Confirmatur, & augetur difficultas in caſu quæſt. in quo dicimus obiecta exceſſa videri ſecundariò ex vi viſionis, qua videtur obiectum excedens, hoc enim ſtante ſic arguitur. Entitas, extenſionis præciſè, & primariò repræſentat, ſeu attingit illud obiectum ex natura ſua, ratione cuius fit extenſio. Vel ergo eſt dicendum, quòd obiecta exceſſa primariò videantur contra ſuppoſitum, vel ſi videantur ſecundariò ex vi viſionis, qua videtur obiectum excedens, iam illa extenſio non primariò attingit obiecta exceſſa, ſed primariò attingere deberet obiectum excedens, quod eſt contra naturam extenſionis, quæ additur viſioni, qua videtur obiectum excedens, vt per illam extenſionem attingatur obiectum exceſſum.

Augetur difficultas quãdo obiecta exceſſa videntur ex vi viſionis, vt eſt in caſu qu.

4.
Secũda ſententia vera.

His tamen non obſtantibus, tenenda eſt contraria ſententia, quæ colligitur ex S.Tho. 1.2.quæſt.52. art.2.& ex Thomiſt.ibid. probatur primò, actus cadit ſuper obiectum, verbi gratia (A) tamquam forma, per quam denominatur obiectum A viſum: ergo cadit per aliquid intrinſecum. Nam denominatio extrinſeca obiecti viſi, debet fundari in aliqua forma intrinſeca. hoc autem intrinſecum non poteſt eſſe viſio, qua videtur adæquatè obiectum B, quia talis viſio reſpicit ſolùm B. Vel ergo eſt dicendum, quòd talis viſio, qua videtur A & B, ſit ſimplex qualitas æquipollens virtualiter pluribus entitatibus, ſeu extenſionibus. Vel eſt dicendum, quòd talis viſio ſit compoſita ex pluribus entitatibus, ſeu extenſionibus, quæ ſint intra latitudinẽ viſionis, quarũ vna immediatè reſpiciat A, & altera B. Quocũque autem modo ex iſtis dicatur, habetur intentum. Quòd ſi

Obiectio.

dicas eſſe duas viſiones diſtinctas, & non vnam, quæ ſit vel ſimplex qualitas, vel compoſita: Reſpondetur, hoc dici poſſe in pluribus caſibus. Non poteſt autem hoc commodè dici in caſu quæſtionis, quia debet dari vna ſpecies vniuerſalior, quæ adæquatè repræſentet obiectum excedens, & exceſſum ſub vna ratione formali. & conſequenter melius dicitur, quòd ſit vnus actus adæquatus, qui extenditur ad omnia illa obiecta, vel ſaltem ad aliqua. & in tali caſu dicimus non ſufficere extenſionem extrinſecè, ſed requiri extenſionem intrinſecam in actu, ſiue virtualem, ſiue formalem.

Solutio.

Probatur ſecundò, quia potentia eſt indifferẽs ad eliciendum actum cognitionis, vel circa obiectum A, vel circa B, determinatur autem, vel à ſpecie vniuerſaliori, & tunc vel (vt dictum eſt) producitur actus adæquatus ſpeciei, qui ſit vel ſimplex qualitas virtualiter continens plures extenſiones, vel qui ſit qualitas compoſita ex pluribus extenſionibus: vel potentia determinatur à ſpecie rei ſingularis; & tunc non poteſt produci niſi vna tantùm viſio determinata ad vnum obiectum. Si ergo aduenit nouum obiectum, debet per nouam ſpeciem vel produci noua viſio, vel prior extendi intrinſecè per ſuperadditam nouam entitatem, vel corrumpi prior viſio & produci alia perfectior, quæ ſit ſimplex qualitas virtualiter continens duas extenſiones: alioquin fruſtrà daretur noua ſpecies intra potentiam, ſi non determinaret potentiam, vel ad eliciendum nouũ actum, vel nouum modum in priori actu. In nullo igitur caſu erit ſufficiens extenſio extrinſeca.

Tertiò probatur, in opinione illorum, qui tenent cognitionem eſſe repræſentationem formalem obiecti. non enim videtur poſſe hoc intelligi, niſi aliquid intrinſecum adueniat priori cognitioni reſpectu noui obiecti, quod repræſentatur; vel niſi fiat alia viſio, quæ ſit vna ſimplex qualitas æquipollens duabus repræſentationibus.

5.
Obiectio de ſciẽtia Dei.

Quòd ſi obiiciatur viſio, qua Deus in priori quodam ſigno videt ſeipſum, & in poſteriori videt futura, eſt per extenſionem extrinſecam eiuſdem viſionis, quia hæc futura poterant non eſſe futura, & conſequenter extenſio neceſſariò debet eſſe extrinſeca: Reſpondetur; aliqui dicunt hoc non repugnare in viſione Dei propter ſui infinitatem, præſertim ſuppoſita determinatione voluntatis diuinæ. Sed hæc reſponſio non omnino ſatisfacit. nam viſio Dei, quamuis determinetur à voluntate ad hoc, vel ad illud obiectum futurum; tamen ſtante hac determinatione eſt intrinſecè formalis repræſentatio obiecti: non ergo videtur poſſe tantùm extrinſecè terminari ad obiectum, nec aliquid confert infinitas, quia hæc non tollit formalem repræſentationem. Quare dicendum mihi videtur, quòd viſio Dei, qua cognoſcit ſeipſum, & poſſibilia, & futura, eſt ſimpliciſſima entitas æquipollens non ſolùm infinitæ intenſioni, ſed etiam extenſionibus infinitis. Quòd ſi replicetur; Poterant obiecta futura non eſſe futura, ex quo ſequeretur ſcientiam Dei eſſe adhuc repræſentatiuam obiectorum, vt futurorum: Reſpondetur, ſcientiam Dei eſſe quidem formalem repræſentationem horum obiectorum futurorum, ſed requiritur tamquam conditio neceſſaria, quòd ſit determinatio horum obiectorum per voluntatem diuinam: ſicut à ſimili ſpecies Angelica eſt repræſentatiua rei ſingularis exiſtentis in actu exercito ſine vlla additione modificationis, ſecundùm Thomiſtas, & tamen non repræſentat illam, niſi ſuppoſita determinatione, & veritate rei exiſtentis.

Solutio.

Replica.

Solutio.

A d

6. Ad argumenta verò primæ opinionis, quę facta A ſunt initio huius ſecundæ difficultatis, reſpondetur: & ad primum, & ad ſecundum dicitur quòd calor (ſicut & reliquæ potentiæ) cùm ſit virtus in actu primo, præſupponitur potens intrinſecè ad omnia obiecta: quia hæc extenſio intrinſeca non poſſet potentiæ aduenire, niſi quando actu reſpicit obiectum, reſpicit autem per actum ſuum: ergo in aliquo priori debet præſupponi potens non ſolùm intenſiuè, ſed etiam extenſiuè ad producendum illum actum: quare potentię ſolùm poteſt aduenire terminatio extrinſeca ad obiectum. Quòd ſi quæras, à quo determinatur potentia ad reſpiciendum actu hoc obiectum: reſpondetur, ab ipſo actu. Quòd ſi rurſus quæras, à quo determinatur potentia ad hunc actum, reſpon- B detur, ſi eſt potentia, quæ agit ad extra, determinatur ex hac, vel illa materia, ex hoc, vel illo agente, vel aliis circunſtantiis: ſi verò eſt potentia quæ agit ad intra, determinatur, vel ex libera voluntate, vel ex tali concurſu ſpecierum.

Reſponſio ad 1. & 2.

Potẽtia pręſupponitur potens intẽſiuè & extẽſiuè.

A quo determinatur potẽtia ad reſpiciendum obiectũ, vel actum ſuũ.

7. Ad tertium, hoc tertium argumentum petit illam difficultatem, an viſio extenſiua ſit ſimplex qualitas, vel compoſita ex pluribus entitatibus; circa quã difficultatem eſt opinio Suarij eximij Doctoris 3. p. diſput. 26. & aliquorum eximiorum Doctorum exiſtimantium propter hoc tertium argumentum viſionem extenſiuam neceſſariò eſſe ſimplicem qualitatem, ſiue plura obiecta videantur concomitanter, ſiue multò magis (inquit iſte auctor) ſi illa videantur ex vi viſionis, qua videtur obiectum excedens, C propter confirmationem factam in hoc tertio argumento. Ego autem exiſtimo poſſe eſſe vtroque modo: de facto autem ſi tota ſimul viſio producatur, eſſe ſimplicem qualitatem: ſi verò ſucceſſiuè per applicationem noui obiecti, eſſe compoſitam, ne fiant tot corruptiones viſionum præcedentium.

Reſponſio ad 3.

Ad argumentum autem tertium, per quod videtur probari repugnantia, reſpondetur, & primò ad primam partem argumenti, per quod probatur non poſſe eſſe ſimplicem qualitatem, reſpondetur ſimplicem illam qualitatem, quæ extenditur ad plura obiecta, eſſe perfectiorem altera, quæ extenditur ad pauciora non quidem eſſentialiter, quia ſupponitur vtramque attingere plura obiecta ſub eadem ratione formali, ſed eſſe perfectiorem per rationem indiuiduam.

Ad ſecundam verò partem argumenti, per quod probatur non poſſe eſſe qualitatem compoſitam ex pluribus entitatibus, reſpondetur argumentum non procedere in caſu quæſtionis, in quo dicimus obiecta exceſſa, videri ex vi viſionis, qua videtur obiectum excedens: nam in hoc caſu concedimus extenſiones ad obiecta exceſſa, non vniri ad inuicem, nec cum viſione: qua videtur obiectum excedens aliquo illorum modorum, qui ſunt allati in argumento propter rationem ibi aſſignatam: ſed vniuntur alio modo, ſcilicet in vna realitate viſionis, qua videtur obiectum excedens, tamquam modum illius realitatis; dicunt enim ordinem ad illam: ſunt enim aliquid ipſius, ſicut actio, & paſſio vniuntur in realitate motus. quod quidem non poteſt dici, quando omnia obiecta videntur concomitanter, quia non poteſt aſſignari ratio, quare potiùs hæc extenſio ſit realitas, & non illa. Et cùm inſtatur per illam confirmationem factam in hoc 3. arg. per modos ſcilicet illos extenſionum primariò attinguntur obiecta exceſſa; ergo non videntur obiecta exceſſa ex vi viſionis, qua videtur obiectum excedens: oporteret enim per illos modos videri etiam obiectum excedẽs. Reſpondetur, dicuntur obiecta exceſſa videri ex vi viſionis, qua videtur obiectum excedens, non quia per illum modum, quo videtur obiectum exceſſum, videatur primariò excedens: ſed quia ille modus quãuis primariò tendat ad obiectum exceſſum; dicit tamen quemdam ordinem ad viſionem, qua videtur obiectum excedens, quia ille modus extenſionis non poteſt repræſentare obiectum exceſſum, niſi repræſentetur diſtinctè per eamdem viſionem obiectum excedens, vel priùs natura, ſi obiectum excedens eſt aliquo modo cauſa obiecti exceſſi, vel ſaltem ſimul; at verò poteſt videri obiectum excedens, etiamſi non videantur obiecta exceſſa, quantùm eſt ex natura viſionis, & ſic, niſi aliundè obſtet, & in hoc ſenſu obiectum excedens poſſet dici primarium, & exceſſum ſecundarium. Quòd ſi obiecta exceſſa viderentur per viſiones, tamquam realitates diſtinctæ, non eſſet neceſſarium, vt ſimul etiam diſtinctè videatur obiectum excedens, ſicut patet in ſcientia infuſa, per quam creaturæ videntur, & tamen per illam non videtur diſtinctè Deus; ſecus autem in beata, vt infrà loco ſuo dicetur.

Inſtantia.

Solutio.

COROLLARIA THEOLOGICA EX PRIMO PRINCIPIO PHILOSOPHICO.

I. *Nullus intellectus creatus poteſt propria virtute videre Deum in ſeipſo intuitiuè.*

II. *Nec etiam intellectus creabilis, etiamſi detur infinitus.*

III. *Non poteſt dari ſubſtantia ſupernaturalis, cui ſit connaturalis viſio beatifica.*

IV. *Nullus intellectus creabilis, ſiue eleuatus lumine gloriæ, ſiue dari poſſit, ſecundùm ſubſtantiam ſupernaturalis, cui eſſet connaturalis viſio beatifica, poteſt comprehendere Deum.*

V. *Non repugnat per eumdem gradum indiuiſibilem intenſionis eiuſdem viſionis, qua videtur Deus, videri ex vi viſionis omnes creaturas, quantùm eſt ex vi intenſionis præciſe, quamuis de facto non videantur.*

VI. *Non repugnat videri in Verbo, ex vi naturæ diuinæ intenſius penetratæ, ex parte obiecti videri per viſionem finitam, infinitas creaturas in aliquo determinato genere.*

VII. *Angelus non poteſt abſtrahere ſpecies intelligibiles ſingularium materialium ab obiecto.*

VIII. *Intellectus Angelicus habet ſpecies rerum ſingularium materialium congenitas initio ſuæ creationis.*

IX. *Intellectus angelicus, quò perfectior, eò intelligit obiecta per pauciores, & vniuerſaliores ſpecies.*

X. *Angelus non ſolùm de facto, ſed nec de poſſibili, naturaliter poteſt cognoſcere liberas affectiones voluntatis alterius Angeli, vel hominis.*

XI. *Angeli loquuntur ad inuicem per ſigna quædam ſpiritualia.*

XII. *Angelus non cognoſcit illa futura contingentia, quæ pendent à libera voluntate, vel vt à cauſa, vel vt ab applicante.*

XIII. *Non poteſt Angelus lumine naturali cognoſcere myſteria ſupernaturalia, ſeu gratiæ conceptu proprio, & quidditatiuo.*

XIV. *Animam rationalem eſſe intrinſecè immaterialem, & immortalem demonſtrari poteſt lumine naturali & de facto eſt demonſtratum ex modo cognoſcendi, & appetendi ipſius animæ.*

XV. *Anima rationalis eſt forma informans.*

XVI. *Angelus moueri poteſt connaturaliter in inſtanti temporis diſcreti.*

In hoc Corollario examinantur ſeptem dubia.

Primum dubium. Vtrum motus Angeli per medium poſſit eſſe inſtantaneus.

Secundum. Vtrum poſſit eſſe motus ab extremo ad extremũ ſine medio, & an ſit neceſſariò inſtãtaneus.

Tertium Vtrum Angelus quieſcens intrinſecè vſque ad vltimum terminatiuum horæ, poſſit immediatè poſt moueri motu inſtantaneo.

Quartum. Vtrum Angelus poſſit moueri motu continuo, ſcilicet, partim relinquendo locum, partim acquirendo.

Quintum. Vtrum inſtans angelicum, quo menſuratur motus Angeli, qui ſit totus ſimul, diſtinguatur ab inſtanti, & tempore noſtro.

Sextum. Vtrum detur motus diſcretus in Angelo, & quid ſit tempus diſcretum menſurans talẽ motum.

Septimum. Vtrùm tempus continuum ſucceſſiuum, quo menſuratur motus continuus, & ſucceſſiuus Angeli, diſtinguatur à tempore noſtro.

XVII. *Nulli creaturæ poteſt competere connaturaliter tanquam principali agenti, potentia ad creandũ.*

XVIII. *De grauitate offenſæ factæ Deo, & de valore ſatisfactionis Chriſti, & noſtræ.*

Hoc Corollarium habet quinque partes.

Prima pars. Offenſa facta Deo eſt ſimpliciter finita in ordine ſupernaturali.

Secunda. Valor ſatisfactionis Chriſti non ſolùm adæquauit, ſed exceſſit offenſam.

Tertia. Satisfactio Chriſti fuit de toto rigore iuſtitiæ.

Quarta. Valor moralis actuum Chriſti fuit infinitus ſimpliciter in genere valoris.

Quinta. Contritio puræ creaturæ, nec eſt formaliter ſanctificatio, nec remiſſio peccati.

Singula autem Corollaria ſingulis quæſtionibus examinanda ſunt.

QVÆ

Digitized by Google

QVÆSTIO PRIMA THEOLOGICA EX PRIMO PRINCIPIO PHILOSOPHICO.

Vtrum ſententia primi Corollarij ſit vera; quòd ſcilicet intellectus creatus non poſſit propria virtute videre Deum in ſeipſo intuitiuè.

HABET HOC COROLLARIVM TRES PARTES.

I. Intellectus humanus pro hoc ſtatu vnionis cum corpore, non poteſt propria virtute videre Deum in ſeipſo intuitiuè.

II. Nec idem intellectus ſeparatus, nec Angelicus.

III. Sublato per diuinam potentiam ab intellectu creato, modo ſibi naturali cognoſcendi Deum per creaturas tamquam per medium prius cognitum, adhuc talis intellectus non poteſt videre Deum in ſeipſo intuitiuè.

Pro examinatione harum trium partium Corollarij pono tres Dubitationes.

Materiam huius quæſtionis tractant Durandus, Maior, Capreol. & alij Scholaſtici in 4. diſtinct. 49. Scotus in 3. diſtinct. 14. quæſt. 1. S. Thom. 1. par. quæſt. 12. art. 4. & hic Caiet. & tertio contra gentes cap. 52. & hic Ferrar. & de verit. quæſtio. 8. articul. 3. & inter recentiores Molina, Vaſquez, Zumel, & alij Thomiſtæ ſuper 1. par. S. Thom. loco citato, Soto in 4. diſtinct. 49.

PRIMA DVBITATIO.

Vtrùm prima pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, intellectus humanus pro hoc ſtatu vnionis cum corpore, poßit ſua propria virtute videre Deum in ſe ipſo intuitiuè.

I. Opinio hæreticorum, & Philoſophorum cõtra primam partem Corollarij. Chryſoſt. Baſil. Caſtro.

PRIMA opinio ſeu hæreſis eſt Eunomij apud Chryſoſt. hom. 5. de incomprehenſibili nat. Dei, & apud Baſil. lib. 1. contra Eunom. & Begardi, & Beguinæ aſſerentium, vt refert Caſtro v. beatitud. hæreſi 4. & 5. animam pro hoc ſtatu, abſque vlla eleuatione poſſe videre Deum. Contra eandem etiam tenuerunt aliqui Philoſophi apud Nazianz. oratione 42. in Paſcha aſſerentes Deum in hac vita totum, & totaliter comprehendi, & arguunt apud eumdem primò. (Nazianz.)

(Primũ arg.) Deum aliquo modo in hac vita cognoſcimus, ergo totum, & totaliter comprehendimus. Antecedens eſt manifeſtum, quia ipſum colimus; conſequentia patet, quia Deus eſt ſimpliciſſimæ naturæ. Ergo vel totus ignoratur, quod eſt falſum per antecedens probatum: vel totus, & totaliter comprehenditur,

A quod erat conſequentia probanda.

Secundò idem confirmant ex Ariſtot. 9 Metaphyſic. cap. 12. *Non contingit*, inquit, *intellectum noſtrum circa ſimplices ſubſtantias decipi*, ſed aut omninò attingere, aut omnino ignorare. (Secundum.)

His tamen non obſtantibus; ſecunda ſententia Catholica eſt in oppoſitum, quæ quidem ſententia nullam ferè habet difficultatem, nec quo ad ſententiam, nec quo ad modum probãdi. nã primò omnes Scholaſtici ſuprà citati conueniunt in ſententia huius primæ partis, quæ habetur expreſsè primo ex ex Scripturis, 1. ad Tim. 6. *Qui* (ſcilicet Deus) *lucem habitat inacceſſibilem, quem nullus hominum vidit, neo videre poteſt.* 1. ad Cor. 2. *Ad cor hominis non aſcendit, quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum.* Eſa. 64. *Oculus non videt Deus abſque te*, &c. Afferuntur nonnulla alia loca, quæ non ita clarè loquuntur. Secundò habetur ex Concilio Vienn. relato in Clementina ad noſtram, de hæreticis, &c. vbi fit ex-

preſſa mentio de intellectu humano.

Secundò conueniunt etiam iidem Scholaſtici in modo probandi hanc primam partem ex principio Philoſophico, & eſt præcipuè S.Tho. 1. p. q. 12. ar. 4. & hic Caiet. & 3. contra gent. cap. 52. & hic Ferrar. & in 4. diſt. 49. q. 2. art. 6. & ibid. Capreol. q 4 art. 3. Deus, inquiunt, eſt obiectum excedens intellectum humanum, vnitum corpori, non ſolùm, vt actus purus, ſed quatenus eſt ſubſtantia ſpiritualis: ergo non poteſt intellectus humanus pro hoc ſtatu vnionis cum corpore, propria virtute videre Deum in ſeipſo intuitiuè. Conſequentia patet ex principio Philoſophico, quia modus cognoſcendi connaturalis potentiæ, ſequitur modum eſſendi ipſius. Si igitur modus eſſendi potentiæ eſt per vnionem cum corpore, erit etiam & modus cognoſcendi dependenter à corpore: quod etiam patet experientia. At Deus non ſolùm quatenus actus purus, ſed nec quatenus ſubſtantia ſpiritualis, poteſt videri in ſeipſo dependenter à corpore: Ergo, &c.

3. *Primus modus dependentiæ obiectiuè intellectus à corpore per acceptionem ſpecierum.* Pro maiori huius deductionis explicatione ſciendum eſt, duplicem eſſe modum dependentiæ intellectus à corpore obiectiuè. Primus eſt per acceptionem ſpecierum intelligibilium, mediantibus ſenſibus, vt patet experientia, quod etiam in quæſtione Philoſophica dubio primo probauimus, ex eo, quia hic modus eſt proportionatus, & connaturalis modo eſſendi ipſius intellectus pro hoc ſtatu. Secundus modus eſt per vſum talium ſpecierum, qui fit per

4. *Secundus per vſum earum.* conuerſionem ad phantaſmata ex Ariſtotele tertio de anima. *Oportet* (inquit) *intelligentem phantaſmata ſpeculari*, id eſt; oportet phantaſiam phantaſiari circa idolum repræſentatum per phantaſma, dum intellectus intelligit per ſpeciem acceptam à phantaſmate propter connexionem, quam habet intellectus cum phantaſia. & hoc quidem ipſa experientia conſtat.

Probatur hæc 1. pars quoad vtrūquemodum depēdentiæ. His poſitis ratio militat ſecundùm vtrumque modum dependentiæ. Et quo ad primum nulla eſt difficultas, quia Deus non poteſt intelligi, vt eſt in ſe, per ſpecies acceptas à corpore, quia tales ſpecies repræſentant immediatè, & primò obiectum materiale: Deus autem eſt ſubſtantia ſpiritualis. De ſecundo

Ratio dubitandi contra ſecundū modum dependentiæ. modo dependentiæ eſt maior difficultas, quia poſſet dici, quòd dum intellectus intuetur Deum in ſeipſo, non obſtat, quin phantaſia phantaſietur circa obiectum cognitum per medium materiale. Ergo poſſet

Reſponſio. vt ſic, habere intellectus modum cognoſcendi ſibi connaturalem. Quo ad hunc ſecundum modum dependentiæ, reſpondetur concedendo antecedens, quia nulla apparet repugnantia: negatur tamen conſequentia, talem ſcilicet modum eſſe connaturalem.

Modus naturalis ſpeculandi phantaſmata quis ſit. Connaturalis enim modus tunc eſt, quando phantaſia phantaſiatur circa illud phantaſma, à quo fuit accepta ſpecies intelligibilis, qui quidem modus non poteſt cadere in viſione, qua videtur Deus in ſeipſo, quia cùm ſpecies repræſentet Deum in ſeipſo intuitiuè, non poteſt accipi à phantaſmate. Quòd autem hic modus ſit tantùm connaturalis, probatur primò ex Ariſtotele loco citato; ſecundò experientiâ: experimur enim, phantaſiam reſpicere ad illud idolum, quod repræſentatur per phantaſma, à quo fuit accepta ſpecies intelligibilis: tertiò à priori, quia ideò intellectus habet hanc ſecundam dependentiam obiectiuè à phantaſmate, quia ſupponit primam: alioquin hæc ſecunda dependentia eſſet impertinens.

An hæc improportio ſit per ſe, vel per accidēs. Hic agitari poſſet grauis illa difficultas ex Durando: an hæc improportio inter intellectum humanum pro hoc ſtatu vnionis, & Deum tamquam obiectum cognitum, ſaltem quatenus ſubſtantia ſpiritualis eſt, ſit per ſe, vel per accidens. Et ratio dubitandi eſt, quia ſublato modo cognoſcendi dependenter à corpore, intellectus noſter propria virtute intuitiuè cognoſcit ſubſtantias ſpirituales. Sed quia hæc difficultas eſt communis cum Angelis; An ſcilicet, ſi Deus ab Angelo auferat modum cognoſcendi ipſum Deum, quem habet naturaliter per creaturas, Angelus propria virtute intueri poſſit Deum, ſicut intellectus humanus ipſum Angelum; ideò hanc difficultatem differimus examinandam contra Durandum infrà.

Ad argumenta reſpondetur, ad primum ex Nazianzeno, negando conſequentiam, quia quamuis Deus ſit ſubſtantia ſimpliciſſima, nos tamen non cognoſcimus illum, vt in ſe eſt, ſed confusè per conceptus inadæquatos, & quaſi per partes. 5.

Ad ſecundum ex Ariſtotele reſpondetur, ibi Ariſtotelem loqui de conceptu quidditatiuo, & non confuſo: neque inde habetur, vt quidam recentiores exiſtimant, ſubſtantiam ſimplicem conceptu quidditatiuo, totam, & totaliter penetrari, de qua re infrà erit quæſtio: ſolùm enim intendit ibi Ariſtoteles quòd in cognitione quidditatiua per modum ſimplicis apprehenſionis non poſſit eſſe propriè veritas, & falſitas, quia hæc reperiuntur in compoſitione, & diuiſione.

SECVNDA DVBITATIO.

Vtrum ſecunda pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, intellectus humanus ſeparatus vel Angelicus poſſit propria virtute videre Deum in ſe ipſo intuitiuè.

PRIMA opinio Maioris, qui ſaltem dubitatiuè in 4. diſtinct. 49. quæſtione prima tenet intellectum Angelicum propria virtute poſſe videre Deum; nec obſtat (inquit) Clementina Ad noſtrum, de hæreticis: quia ibi tantùm definitur de intellectu humano. Et probatur primò hæc opinio, quia ceſſat illa ratio ſuprà allata de intellectu humano. Secundò probatur argumento quodam, quod ad hoc propoſitum facit Capreol. in 4. diſt. 49. quæſt. 4. in init. Sicut ſe habet viſus ad viſibile, ita ſe habet intellectus ad intelligibile, ex 3. de anima. Sed viſus non impeditur in viſione alicuius, niſi aliquo ex quatuor modis; Vno modo propter corruptionem viſus, ſicut quando eſt aliqua macula in pupilla, & hoc non poteſt dici de intellectu Angelico in ſtatu naturali quia Angeli ſunt ſpecula munda, & clariſſima, vt dicit Dionyſ. ca. 4. de diuin. nominib. Secundo modo propter abſentiam viſibilis; neque hoc poteſt dici in propoſito, quia Deus eſt præſens omni intellectui, quia omnia implet. Tertio modo ex hoc, quòd viſibile non eſt viſibile in actu, ſicut colores in tenebris: non enim fiunt viſibiles actu niſi per lucem, quod etiam in propoſito dici non poteſt, quia ipſe Deus per ſe ipſum eſt viſibilis, cùm ſit lux intelligibilis, vt patet Io. 1. Quarto modo propter excellentiam obiecti, quod corrumpit ſenſum; neque hoc in propoſito locum habet: excellentia enim intellectualis non corrumpit intellectum, ſicut excellentia ſenſibilia corrumpunt ſenſum, vt dicitur tertio de anima: ergo nihil impedit, quin intellectus creatus ſaltem Angelicus abſtractus omnino à ſenſu ex propriis naturalibus Deum videre poſſit intuitiuè per eſſentiam ipſius Dei, tamquam per ſpeciem. 1.

Sicut ſe habet viſus ad viſibile, ita intellectus ad intelligibile.

Angeli ſunt ſpecula munda & clariſſima.

VNICA

Digitized by Google

VNICA ASSERTIO.

2\. Vnica aſſertio in qua explicatur ſecunda pars Corollarij. Conueniūt omnes Scholaſtici in ſentētia Corollarij præter Maiorem.

SED dicendum eſt contra Maiorem, nec intellectum humanum, nec Angelicum poſſe propria virtute videre Deum. In hac concluſione omnes Scholaſtici ſuprà citati conueniunt contra Maiorem, quæ colligitur ex Clementina citata, Ad noſtrum, de hæreticis. in qua, quãuis fiat ſolùm mentio de intellectu humano, tamen ratio militat in Angelico, quia Clementina requirit eleuationem, quę eſt ſupra naturam intellectus: differunt tamen Scholaſtici inter ſe, in modo probandi illam. oportet igitur, antequam hanc ſecundam partem deducamus ex principio Philoſophico, ſingulas vias, ſeu modos, probandi examinare.

Differunt in modo probandi.

3\. Prima via probãdi ſententiam Corollarij ex Scoto.

B Primus modus probandi hanc concluſionem eſt Scoti quæſt. 14. art. 2. vbi probat ſic: Eſſentia diuina non concurrit immediatè ad viſionem beatificam, ſed per voluntatem Dei liberam fit præſens intellectui beato in eſſe cognito: ergo non poteſt intellectus creatus viribus naturæ videre Deũ, quia nõ poteſt ſibi facere præſentẽ Deũ in eſſe cognito. Antecedens probatur; quia ſi eſſentia Dei concurreret immediatè tamquam ſpecies, ſequeretur, quòd concurreret naturaliter, & neceſſariò ante omnem actum voluntatis diuinæ, quia in priori ſigno eſſentia concipitur præcedere voluntatem. Sed hoc eſt abſurdum: quia ſequeretur concurſum Dei ad extrà eſſe neceſſarium, cùm tamen omnis concurſus Dei ad extrà ſit liber; Ergo, &c.

Impugnatur prima via ex Scoto.

C Sed impugnatur hic modus, & primò inſtatur contra ſequelam maioris propoſitionis, quòd ſcilicet ſi eſſentia diuina concurreret, neceſſariò concurreret ante actum voluntatis. nam eſſentia Diuina repræſentat Deo futura, quæ quidem ſunt poſt actum liberum voluntatis Diuinæ. Reſpondet Scotus, futura videri à Deo in ſuo decreto. Sed contra, quia hoc dici non poteſt ſaltem de peccatis, quia ſi viderentur in decreto diuino ante præuiſionem in ſeipſis, vel præſupponenda eſſet præſcientia conditionalium, vel prædeterminatio ſaltem ad materiale peccati, quorum neutrum videtur admittere Scotus. Secundò inſtatur contra minorem, quòd ſcilicet ſi concurreret eſſentia Dei, tamquam ſpecies ante actum voluntatis Diuinæ, inde ſequeretur hunc concurſum ad extra eſſe omnino neceſſarium. Hoc enim non ſequitur: nam penderet adhuc ex lumine gloriæ, & ex concurſu ſpeciali Dei efficienter, quæ quidem liberè ſunt à Deo. Tertiò inſtatur contra opinionem Scoti. nam etiam ſi eſſentia diuina fieret præſens in eſſe cognito intellectui beati dependenter à voluntate Dei, adhuc non bene inferretur ex hoc, viſionem beatificam non eſſe intellectui creato connaturalem: & hoc eſt quod hîc controuertitur, ſicut à ſimili, non bene inferretur ex eo, quia Angelus non poteſt habere ſpecies rerum præſertim vniuerſalium, niſi concretas à Deo, quòd non habeat connaturalitatem ad illas: ſed tantùm inferretur quod productio talium ſpecierum ſit à ſolo Deo, non autem, quòd ſecundùm ſuam ſubſtantiam ſint ſupra naturam Angeli, ſicut, exempli gratia, cùm reſtituitur viſus cæco, hæc reſtitutio non poteſt fieri, niſi à ſolo Deo, non autem hinc inferretur, quòd ipſum videre ſit ſupra naturam hominis, & hæc contra Scotum, qui ſolùm agnoſcit eſſe ſupernaturale in genere cauſæ efficientis.

Solutio Scoti.

Replica.

Secunda impugnat.

Tertia impugnat.

4\. Secunda via probãdi ſententiam Corollarij ex Vaſq.

Secundus modus probandi eſt Gabrielis Vaſquez Doctoris quidem valde grauis, qui ſuper primam partem S. Tho. diſp. 44. probat ex improportione intellectus finiti ad Deum, tamquam obiectum

A infinitum cognitum à beato. Hunc etiam modum probandi videtur ſequi Molina, Doctor ſatis ingenioſus, ſuper primam partem qu. 12. art. 4. quamuis ſimpliciter aſſerat non poſſe hanc ſecundam partem Corollarij probari ratione naturali. Videntur autem iſti recentiores ſequuti fortè Scotum, qui, vt vidimus in quæſtione Philoſoph. dub. 4. non agnoſcit inter duo extrema poſitiua, niſi improportionem finiti ad infinitum.

Sed hic modus impugnatur tripliciter. Primò, quia non aſſignatur ratio adæquata. nam ſi Deus eſt actus purus finitus, non poſſet videri ab intellectu creato, quia adhuc eſſet improportio inter potentiam, & obiectum. nam potentia eſſet eſſentialiter immerſa potentialitati; obiectum autem eſſet actus purus: ergo ex principio Philoſophico, quod ſupra qu. 1. Philoſophica latè probauimus, intellectus creatus non poſſet videre Deum in ſeipſo, ſed per creaturam tamquam per medium priùs cognitum.

Impugnatur ſecunda via Vaſq. tripliciter. Prima impugnatio Si Deus eſſet actus purus finitus non poſſet videri ab intellectu creato.

Secundò impugnatur, quia etiam ſi intellectus creatus eſſet infinitus, adhuc eſſet improportio inter obiectum, & potentiam per tertiam regulam principij Philoſophici probatam ſuprà, quia adhuc talis intellectus ſupponitur immerſus potentialitati, quia ponitur creatus; ergo exceditur ab obiecto, quod ſupponitur eſſe actus purus. Ergo haberet adhuc modum cognoſcendi improportionatum; ex infinitate autem tantùm colligeretur cognoſcere Deum, non quidem vt in ſe eſt, ſed per medium potentiale infinitè perfectum.

Dubitatio ſecunda & quarta.

Secunda impugnatio. Intellectus creatus, etiã ſi eſſet infinitus, non poſſet videre Deum in ſeipſo.

Tertiò impugnatur, quia ſi Deus eſſet infinitus, & non actus purus, poſſet videri ab Angelo finito intuitiuè, quamuis non comprehenſiuè: ergo improportio non ſumi debet præcisè ex infinitate. Conſequentia eſt clara; antecedens probatur, quia Angelus inferior intuetur ſuperiorem, quamuis illum non comprehendat, & ſic quemcumque alium Angelum, qui crearetur perfectior, & perfectior, quia eadem eſt ratio. nam cognitio intuitiua, vt probauimus in quæſtione Philoſophica, dubio primo, conſequitur modum eſſendi obiecti genericum, qui eſt per abſtractionem à materia, & per immerſionem in potentialitate. In hoc autem modo eſſendi generico conuenit Angelus ſuperior cum inferiori, etiam ſi Angelus ſuperior eſſet infinitus, cognitio autem

Tertia impugnatio. Si Deus eſſet infinitus & nõ actus purus, poſſet intuitiuè cognoſci ab intellectu Angelico finito.

D comprehenſiua, conſequitur modum eſſendi obiecti ſpecificum, quæ ſumitur ex maiori, vel minori immerſione in potentialitate: & ideo Angelus inferior non poteſt comprehendere ſuperiorem. Quare ſi Deus eſſet infinitus, & non actus purus, poſſet ab Angelo, ſeu ab intellectu humano ſeparato cognoſci intuitiuè; non autem totaliter comprehenſiuè.

Vide in ſecũda Dubit.

5\. Deducitur tertia via ex principio Philoſoph.

HIS igitur modis probandi confutatis, reſtat tertius modus probandi ex principio Philoſophico, Deus habet modum eſſendi quaſi genericum excedentem modum eſſendi intellectus creati, quia Deus eſt actus purus: quilibet autem intellectus creatus eſt immerſus potentialitati: ergo non poteſt ab intellectu creato connaturaliter attingi, vt in ſe eſt intuitiuè, ſed tantùm cognoſci per analogiam ad medium

E creatum, tamquam priùs cognitum. Conſequentia patet ex principio Philoſophico, quia modus cognoſcendi, non poteſt excedere modum eſſendi ſuæ virtutis formalis; quam ibidem probauimus, ſaltem radicaliter eſſe potentiam, quicquid ſit, an ſpecies ſit ratio formalis proxima in ratione intelligendi, quia adhuc ſpecies ſequitur connaturaliter modum eſſendi potentiæ.

vide Dub. 1.

Iſte modus eſt Sancti Thomæ prima parte, quæſt. 12. art. 4. Et tertio contra gentes cap. 52. & alibi,

Species eſt accõmodanda potentię

Digitized by Google

Caietani, & Ferrarienſis in iiſdem locis. A

6.
Prima inſtā tia circa ter tiam viam.

Sed contra hunc modum probandi multipliciter inſtatur, & præter inſtantias Scoti, quæ ſunt contra principium Philoſophicum, quæ habentur in quæſtione Philoſophica dubitatione ſecunda adhuc inſtatur peculiariter contra hunc modum probandi.

Primò non videtur bene ſumi in ratione noſtra aſſignata improportio inter Deum, tamquam obiectū, & intellectum creatū ex eo præcisè, quia Deus eſt actus purus. Nam Deus non ſolùm videtur, vt actus purus, ſed etiam vt infinitus: ergo improportio debet ſumi ex vtroque, ex puritate ſcilicet actus, & ex infinitate. Et confirmatur, quia ſicut ſecunda via confutata eſt ex eo, quia ſumebat improportionem præcisè ex infinitate Dei, ita videtur poſſe confutari hæc tertia, quia ſumit improportionem B præcisè ex puritate actus.

Solutio.

Reſpondetur concedendo illam duplicem proportionem inter Deum, & intellectum creatum, alteram quaſi genericam, quæ ſumitur præcisè ex modo eſſendi, quaſi generico, ſcilicet, extra potentialitatem; alteram, quaſi ſpecificam, quæ ſumitur ex infinitate actus puri. Notandum verò eſt abſtractionem à potentialitate non dici quaſi genericam, quaſi alteri quàm Deo conueniat: ſed quia ſecundum noſtrum modum concipiendi imperfectum concipimus adhuc contrahibilem per infinitatem, & eadem ratione dicitur ex infinitate ſumi improportionem quaſi ſpecificam. Conceſſo igitur antecedente negatur conſequentia; improportionem in caſu quæſtio- C nis ſumēdam eſſe ex vtroque. Et ratio eſt, quia ſolùm prima improportio quaſi generica eſt ſufficiēs, vt nō poſſit videri Deus in ſeipſo ab intellectu creato, quia Deus, (vt dictum eſt) eſt actus purus, intellectus autem creatus eſt immerſus potentialitati. Secunda verò improportio impedit, vt poſſit Deus comprehendi. Et cùm inſtatur, per viſionem beatificam videtur Deus vt actus purus, & infinitus; ergo ab vtroque ſumenda eſt improportio: reſpondetur, quòd viſio intuitiua ex natura ſua fertur in totum obiectū, præſertim ſi ſit naturæ ſimpliciſſimæ, nec requiritur maior virtus ad videndum actum purum præcisè ac ad videndum illum infinitum quia infinitas non cōprehenditur, nec magis intenſiuè penetratur: ſicut Angelus inferior per eumdem gradum virtutis, qua D videt ſe ipſum intuitiuè, videt etiam intuitiuè totum ſuperiorem, non tamen illum comprehendit.

Oppoſitio cōtra prædicta.

Solutio.

Ad confirmationem reſpondetur aſſignando diſparitatem, quia, vt patet ex his, quæ diximus contra ſecundam viam, obiectum infinitū ſecluſa per impoſſibile puritate actus, dicit improportionem quaſi ſpecificam cum intellectu creato finito intra eundem ordinem, quaſi genericum, quia vtrumque, & obiectum, & intellectus, eſſet immerſum potentialitati, & ideo infinitas in obiecto nō impedit, quin ipſum poſſit videri intuitiuè ab intellectu finito, ſed ſolum impedit, quin poſſit comprehendi. At verò puritas in actu præcisè ſumpta impedit, quin actus purus tāquam obiectum videri poſſit in ſe, ab intel- E lectu creato, quia tale obiectum habet improportionē genericā cum intellectu creato, qui eſt immerſus potentialitati: improportio autē generica, vt patet ex q. Philoſoph. dub. 1. impedit viſionē obiecti in ſeipſo.

Secūda inſtantia ex Molina.

Secundò inſtat Molina in 1. par. quæſtio. 12. artic. 4. Si per impoſſibile (inquit) daretur intellectus creatus, cui eſſet naturale lumen gloriæ, tunc viſio diuinæ eſſentiæ eſſet ei naturalis, & tamen adhuc modus eſſendi diuinæ eſſentiæ excederet modum eſſendi talis intellectus.

Confirmatur ab eodem, non eſt ſupernaturale cōiuncto ex intellectu, & lumine gloriæ elicere viſionem, ſed eſt ei naturale, quia eſſet miraculum non elicere, & tamen illud coniunctum exceditur in modo eſſendi à diuina eſſentia.

Solutio ſecundæ ſententiæ.

Soluitur hæc ſecunda inſtantia, quia Molina ſupponit impoſſibile, quod implicat in adiecto; nam ille intellectus creatus, cui eſſet naturale lumen gloriæ, eſſet creatus, vt ſupponitur, & ſimul etiam eſſet increatus, quia neceſſariò eſſet actus purus. Nā lumen gloriæ, vt ex ſuprà dictis patet, non poteſt alicui tamquam cauſæ principali conuenire cōnaturaliter, niſi ſit actus purus. At ex impoſſibili, quod implicat in adiecto, ſequitur in bona conſequentia aliud impoſſibile, vt oſtēdemus infra in quæſtione illa Philoſophica, vtrum ex antecedenti debiliori, &c. exempli gratia, ſi diceretur, ſi per impoſſibile equo conueniret rationabilitas, tunc in bona, & formali conſequentia benè inferretur aliud impoſſibile, quòd ſcilicet riſibilitas eſſet ei naturalis; non tamen liceret vlterius inferre, riſibilitatem de facto, vel de poſſibili conuenire alteri, quam homini; ita in propoſito, cum dicitur, ſi per impoſſibile lumen gloriæ conueniret connaturaliter intellectui creato; ſequitur in bona conſequentia aliud impoſſibile, quòd ei conueniret naturaliter viſio diuinæ eſſentiæ, non tamen licet vlterius inferre, quòd talis viſio de facto, vel de poſſibili poſſit connaturaliter conuenire alteri, præterquā Deo quatenus eſt actus purus.

Soluitur cōfirmatio.

Ad confirmationem dicitur, quòd Molina tranſit à cauſa principali ad inſtrumentum, quia tali coniuncto ex intellectu, & lumine gloriæ eſt connaturale elicere viſionem, quatenus eſt inſtrumentum Dei, qui eſt actus purus. hoc enim non repugnat inſtrumento, quia poteſt agere vltra vires ſuas in virtute cauſæ principalis, vt oſtenditur in ſequenti Corollario, & in 2. quæſtione Philoſophica, in Corollario de lumine gloriæ: hic autem eſt ſermo de intellectu creato tamquam cauſa principali.

7
Reſpōſio ad primū Maioris.

Ad argumenta initio dubitationis poſita pro prima opinione reſpondetur, & ad primum Maioris reſpondetur quòd quamuis in Angelo ceſſet ratio acceptionis ſpecierum à corpore, eſt tamen alia ratio, quia non poteſt cognoſcere Deum, niſi per medium creatum, vt patet ex dictis.

Angelus non poteſt cognoſcere Deū niſi per medium creatum.

Reſponſio ad ſecundū.

Ad ſecundum ex Capreolo reſpondetur concedendo, quòd non poteſt Deus cognoſci cognitione intuitiua ab intellectu Angelico propter quartum modum aſſignatum in argumento, ſcilicet, propter excellentiam obiecti: ſed hæc excellentia obiecti dupliciter poteſt intelligi impedire viſionem, niſi potentia priùs roboretur. Primò, quia ſicut excellens ſenſibile lædit ſenſum, niſi priùs roboretur ad accipiendam ſpeciem vehementis ſenſibilis: ita & excellens intelligibile intellectum. Et hic modus eſt Capreoli in 4. diſt. 49. quæſt. 4 artic. 1. concluſione 2. & art. 3. ad primum Scoti contra ſecundam concluſionem. Sed hic modus meritò impugnatur à Vaſquez, prima parte diſput. 49. cap. 5. quia viſus non læditur ab obiecto tamquam ſpecie, ſed ab obiecto ſenſibili propter phyſicam actionem, quia hæc eſt, quæ opponitur temperamento ſenſus, & non actio ſpeciei. Secundo modo excellentia obiecti impedit viſionem, quatenus eſt ſupra naturam cognoſcentis, & hoc modo Deus, quia eſt actus purus non poteſt cognoſci in ſeipſo intuitiuè ab intellectu angelico, qui eſt immerſus potentialitati, ex principio ſupra allegato.

Impugnatio Vaſquez contrà Capreolum optima eſt.

TER

TERTIA DVBITATIO.

Vtrum tertia pars Corollarÿ ſit vera, quòd ſcilicet ſublato ab intellectu creato modo cognoſcendi Deum per medium creatum priùs cognitum, adhùc talis intellectus non poſſit propria virtute videre Deum in ſe ipſo intuitiuè.

13. *Primum dictum Durandi.*

CONtra hanc tertiam partem Corollarij tenet Durandus in 4.diſt.49. quæſt.2. vbi dicit duo, primò tenet primam, & ſecundam partem Corollarij, non poſſe ſcilicet intellectum creatum ſecundum ordinem naturalem cognoſcendi, intuitiuè videre Deum, quia modus naturalis intellectus creati eſt cognoſcere Deum per creaturas, tamquam per medium cognitum: quod medium cùm ſit inferioris gradus, deficienter repræſentat ea, quæ ſunt ſuperioris: ſuperiora enim continentur in inferioribus deficienter.

Secundum dictum Durandi.

Secundò tenet contra hanc tertiam partem ſufficere ad videndum Deum, ſi tantùm mutetur ordo naturalis cognoſcendi, quo tamquam impedimento ſublato, de ſe (inquit) intellectus habet actiuitatem ad videndum Deum ſine aliquo lumine, vel eleuatione ſupernaturali. Ne autem videatur tenere contra Concilia, & Scripturas, ponit gratiam diuinam in gratuita Dei voluntate, amouente impedimentum.

Suppoſitum Durandi. Vide quæſtionem primam Philoſophicam. Dubit. 2. & 7.

Fundamentum Durandi pro hac ſua opinione nititur illi principio ſuo Philoſophico, quod diffusè examinauimus in quæſtione Philoſophica, quòd ſcilicet omnis virtus ex ſe habet proportionem cum omni eo, quod cadit ſub ratione formali ſui obiecti. quòd ſi non poteſt hoc cognoſcere, niſi confusè, & in alio, hoc eſt, per accidens, ratione alicuius impedimenti extrinſeci, quo ſublato poteſt in illud, vt eſt in ſe, ſicut patet in noctua reſpectu claritatis Solis, & in anima noſtra, quæ pro hoc ſtatu vnionis cum corpore, non poteſt clarè videre intelligentias, remoto autem hoc impedimento videt eas clarè in ſeipſis.

14. *Primũ argu. Durandi.*

Hoc ſuppoſito arguit primò: quotieſcunque potentia ex natura ſua poteſt ſe extendere ad obiectum, vt in ſe eſt, ſi illi præſentetur obiectum per ſe, & immediatè, & excludatur omne impedimentum cauſans ænigma, neceſſariò ſequitur cognitio clara, & manifeſta: ſed noſter intellectus, & Angelicus de ſe poteſt ferri in eſſentiam diuinam tamquam in obiectum, vt in ſe eſt, & totum impedimentum cognitionis claræ circa diuinam eſſentiam eſt, quia cognoſcit per medium inferioris gradus, quod eſt medium creatum. Sed hoc impedimentum poteſt excludi, vt probabitur: ergo hoc excluſo, & præſentata diuina eſſentia intellectui ſecundùm ſe, & immediatè, ſtatim ſequitur cognitio clara, & manifeſta. Maior patet, minor probatur, quoad primam partem, quia eſſentia diuina cadit ſub ratione formali obiecti noſtri, & multò magis Angelici, quia Philoſophi cognouerunt Deum eſſe quamdam naturam ſubſiſtentem, & intellectualem, & habentem omnem perfectionem. Ergo ex fundamento ſuppoſito, intellectus noſter, & Angelicus de ſe poteſt in eſſentiam diuinam, vt in ſe eſt. Quod autem huiuſmodi cognitio in intellectu noſtro, & Angelico ſit obſcura, cauſa eſt, quia modus cognoſcendi naturalis Deum, eſt per creaturas tamquam per medium cognitum: quòd cùm ſit imperfectum, deficienter præſentat Deum. Quòd autem hoc impedimentum poſſit amoueri ſaltem virtute diuina (quod erat ſecunda pars minoris) probatur primò, quia A non implicat contradictionem. Nam in actionibus naturalibus videmus quòd Deus poteſt modum agendi mutare. Secundò, quia hoc etiam admittunt aduerſarij in opinione ipſorum, qui tenent videri à beato Deum in ſeipſo, & non in creaturis. Concludit igitur ex his Durandus, quòd ſublato hoc impedimento, quòd de facto amouetur in beato, intellectum noſtrum, & Angelicum ex ſe clarè, & nudè videre Deum in ſeipſo, ſine alio lumine, vel eleuatione ſupernaturali.

Secundum argumentũ, quo lumen gloriæ non eſſe neceſſarium probat Durand.

Secundò, ibid. num. 21. arguit indirectè, impugnando ſcilicet lumen gloriæ, tamquam non neceſſarium ad videndum Deum intuitiuè, quia neque eſt neceſſarium (inquit) ad eliciendum actum viſionis: non enim poteſt immediatè concurrere, cùm B non ſit potentia vitalis: neque intendere potentiam vitalem, cùm hæc non ſuſcipiat magis, & minus. Neque ſecundò eſt neceſſarium tamquam diſpoſitio ad recipiendum actum viſionis, tamquam ſupernaturalem, quia ſi hoc admitteretur, abiretur in infinitum: quia adhuc requireretur alia diſpoſitio ſupernaturalis ad recipiendum ipſum lumen, quod eſt ſupernaturale, & ſic in infinitum. Neque tertiò eſt neceſſarium, ad vniendum intellectum creatum cum eſſentia diuina, tamquam ſpecie intelligibili, quia eſſentia diuina ex ſe habet rationem ſpeciei, & ſemper eſt præſentialiter vnita cum intellectu creato, & poteſt illum mouere ad cognitionem ſui, quia eſt infinita: quare concludit, quòd ſublato hoc impedimento, modo ſcilicet naturali cognoſcendi Deum C per creaturas, intellectus ſine alio lumine ſupernaturali ſua propria virtute poteſt videre Deum intuitiuè.

Eſſentia diuina ex ſe habet rationem ſpeciei.

Tertiò probatur, quia ideò oculus corporeus non poteſt eleuari ad videndum ſpiritum: quia ſublato quocumque impedimento, non habet virtutem intrinſecam connaturalem. Ergo ſignum eſt quòd intellectus, quia poteſt videre Deum, habeat virtutem intrinſecam connaturalem, & impeditur ſolùm ab extrinſeco.

VNICA ASSERTIO.

Vnica Aſſertio, in qua explicatur 3. pars Corollarij.

HIs tamen non obſtantibus, dicendum eſt cum D communi Scholaſticorum, intellectum creatum ſublato quocumque impedimento non eſſe potentem ab intrinſeca propria virtute videre Deum. In hac concluſione conueniunt omnes Scholaſtici, differunt tamen in modo probandi.

Prima via Vaſquez grauis Doctoris.

Primus modus probandi hanc concluſionem eſt Vaſquez prima part. diſp.44. Sublato (inquit) impedimento ab intellectu creato, quod ſecundum Durand. eſt medium cognoſcendi Deum per medium creatũ priùs cognitum, adhûc intellectus creatus eſt finitus: ergo non poteſt attingere Deum, qui eſt infinitus. Hæc ratio bona eſt, ſed non eſt adæquata; quia, vt infrà dicetur, etiam ſi creari poſſet intellectus infinitus, adhuc ſublato impedimento non poſſet videre Deum propria virtute quia talis intel- E lectus eſſet immerſus potentialitati. Deus autem eſt actus purus.

Secundus modus probandi eſt eiuſdem Vaſquez qui impugnat Durandum indirectè ex quibuſdam abſurdis, quæ quidem contra ſe obiicit Durandus, & ſoluit: inſtat autem hic Auctor contra ſolutiones ipſius.

Primum abſurdum: ſequeretur, inquit, quòd vnus intellectus humanus non eſſet beatior alio, contra illud Ioann. 14. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* *Ioan. 14.*

Digitized by Google

ſunt. Secundum, quòd aliquis homo non eſſet æquè beatus ac Angelus, contra illud Matth. 22. *Erunt ſicut Angeli Dei in cœlo.* Tertium, quòd nullus homo eſſet beatior Angelo, contrà Beatum Gregorium, qui ait ad ſingulos ordines Angelorum aliquos ex hominibus eſſe aſſumendos. Sequela probatur, quoad ſingula abſurda: quoad primum inæqualitas in beatitudine inter homines, non poteſt (ſuppoſita opinione Durandi) prouenire ex parte intellectus humani, quia non eſt capax maioris, & minoris perfectionis: addo, quòd etiam ſi daretur maior, & minor capacitas, tunc ſequeretur quòd qui haberet pauciora merita, & eſſet maioris capacitatis, meliùs videret Deum, quod eſt temerarium. Nec poteſt inæqualitas in beatitudine prouenire ex parte luminis, vel eleuationis potentiæ, quia hoc non admittit Durandus: nec poteſt prouenire ex parte eſſentiæ diuinæ, quia ipſa eodem modo, & æquè immediatè repræſentatur cuilibet intellectui creato. Quoad ſecundum, & tertium abſurdum probatur, quia intellectus Angeli excedit ſecundum naturam intellectum hominis: ergo non impeditus eliciet actú viſionis maiorem, non enim eſt, vnde limitetur, nec ab eſſentia diuina, nec à lumine, vt probatum eſt.

S. Gregor.

Impugnatur ſecunda via.

Sed hæc probatio, quamuis bona ſit, non tamen conuincit Durandum. nam in opinione Durandi, ſi Durandus bene expendatur loco citato num. 24. & 28. exiſtimat (quicquid dicant alij) quòd viſio beatifica à ſolo Deo de facto producitur, quod etiam tenent Ocham. diſt. 1. qu. 2. & in quarto, quæſt. 13. art. 5. dub. 6. Gabriel in tertio diſt. 14. quæſt. 1. Marſilius in tertio, quæſt. 10. ar. 2. & alij nominales, quamuis Durandus teneat contra iſtos nominales, viſionem beatificam produci etiam poſſe ab intellectu, niſi præueniretur ab ipſo Deo. qua ſuppoſita opinione facilè ſoluuntur abſurda, quia Deus poteſt actum perfectiorem videndi influere vni, quàm alteri, & homini, quàm Angelo, ſecundùm diuerſitatem meritorum. Sed inſtant adhuc contra hanc reſponſionem, quia operatio vitalis, (inquiunt) qualis eſt viſio, non eſt producibilis à ſolo Deo, quia intrinſecè inuoluit principium vitale, ſicut Deus ex ſe ſolo non poteſt facere, quòd Petrus mereatur ſine conſenſu Petri, quia meritum intrinſecè inuoluit concurſum cauſæ ſecundæ; ſic & actus vitalis intrinſecè inuoluit concurſum cauſæ ſecundæ vitalis. Et confirmatur; Actio ſolùm denominat rem, à qua efficitur, vt calefactio rem calefacientem, à qua efficienter emanat. quare ſicut implicat contradictionem, ignem calefacere calefactione, quę non eſt à ſe, ſed à ſolo Deo; ita implicat contradictionem, beatum videre viſione, quæ non eſt ab ipſo, ſed à ſolo Deo efficienter.

Ocham. Gabriel. Marſilius.

Durandus.

Inſtantia contra reſpõſionem.

Solutio inſtantiæ.

Soluitur inſtantia, ſi dicatur pro Durando, quod ipſemet innuit loco citato, num. 28. quòd aliud eſt cognoſcere formaliter, aliud effectiuè, & quidē formaliter ſemper inuoluit principium vitale, quia ipſum eſt, quod per cognitionem formalem attingit obiectum, & non ipſe Deus, etiam ſi à ſolo Deo producatur cognitio in intellectu creato; effectiuè verò non videtur eſſe manifeſta contradictio, quod producatur à Deo ſolo, quia reſpectu Dei eſſet actio tranſiens: non enim per illam diceretur Deus videre; cùm autem Philoſophi loquuntur de cognitione, loquuntur primo modo, vnde Ariſt. dixit tertio de anima, quòd intelligere eſt quoddam pati, id eſt, intellectum eſſe perfectum quadam forma, quæ dicitur cognitio, vt reſpicit obiectum.

Soluitur cõfirmatio.

Ad confirmationem reſpondetur, quòd viſio quatenus conſideratur effectiuè, & vt actio, denominat efficientem: quatenus verò conſideratur formaliter, tunc denominat ſubiectum, in quo eſt. & hoc ſecundo modo (vt dictum eſt) communiter accipiunt Philoſophi, cùm dicunt intellectum cognoſcere, præſertim cùm naturaliter cognoſcere ſit effectiuè ab eodem, in quo eſt.

Affertur tertia via ad impugnandam opinionē Durandi.

Tertius modus impugnandi Durandum hic eſt, quia eſſentia diuina ſit præſens intellectui noſtro ad hoc, vt obiectum clarè videatur, quæ priùs non erat ei præſens. Oportet igitur, quòd hoc ſit vel ex mutatione ſui, vel ex mutatione intellectus. Non ex mutatione ſui, quia ipſa eſt omnino immutabilis: ergo oportet aſſignare aliquid, quod recipiatur in intellectu, ſcilicet ipſum lumen gloriæ, vel quid ſimile, per quod intellectus mutetur.

Soluitur impugnatio huius tertiæ viæ pro Durand.

Sed hæc impugnatio non conuincit Durandum, quia (inquit) mutatur ordo naturalis, quem intellectus habet in intelligendo Deum ex creaturis, quo ſublato impedimento clarè videre poteſt Deum. Sed replicat Vaſquez contra reſponſionem datam, quia hoc impedimentum non eſt aliud ſecundùm Durandum, quàm connexio intellectus noſtri cum ſenſibus, à quibus in operatione pendet, & ſine quibus nihil valet intelligere: ſed intellectus noſter ſeparatus, & Angelicus non habent hoc impedimentum, ergo naturaliter ſine vlla alia mutatione, poſſent videre Deum: ergo & ipſi Dæmones intuerentur Deum.

Replicat Vaſquez cõtra ſolutionem.

Soluitur replica pro Durand.

Soluitur replica, ſi dicatur pro Durando, quòd impedimentum non ſolùm eſt dependentia à corpore, ſed modus cognoſcendi Deum per medium creatum, vt colligitur ex eodem Durando loco citato, num. 24. & expreſsè hoc dicit in 2. diſt. 4. quæſt. 1. ad 2. vbi ait, quòd Angelus per cognitionem eſſentiæ ſuæ, tamquam per effectū, cognoſcit Deum, & hæc cognitio (inquit) eſt naturalis, nec extendit ſe ad cognitionem perfectionis beatæ, per quam cognoſcitur Deus ſine medio. Oportet igitur in doctrina Durandi, quòd mutetur in Angelo ordo naturalis ſuæ cognitionis ad hoc, vt intueri poſſit Deum in ſeipſo.

15. Deductio huius tertiæ partis Corollarij ex principio Philoſophico.

Quintus igitur, & verior modus probandi hanc concluſionem contra Durandum, ſumitur ex principio Philoſophico. Intellectus humanus, ſeparatus, & Angelicus ſunt eſſentialiter immerſi potentialitati: conſtant enim ex eſſe, & eſſentia, quia habent eſſe receptum ab alio: ergo connaturaliter non poſſunt habere alium modum cognoſcendi Deū, quàm per medium creatum priùs cognitum, quod eſt præcipuè eſſentia propria tamquam effectus ipſius Dei. ergo etiam ſi à Deo auferatur iſte modus cognoſcendi, adhuc connaturaliter non poſſunt habere illum alium modum, ſcilicet cognoſcendi Deum in ſeipſo. Prima conſequentia patet ex principio Philoſophico, quia modus cognoſcendi ſequitur adæquatè modum eſſendi intellectus. Secunda conſequentia probatur ex eodem principio, quia adhuc ſtante præſentia obiecti, & excluſione impedimenti, ſcilicet, modi cognoſcendi Deum per medium creatum, quod cauſabat confuſam cognitionem, adhuc Deus tamquam obiectum excedens ſecundum modum ſuum eſſendi quaſi genericum ipſum modum eſſendi intellectus creati, quia Deus eſt actus purus: intellectus autem creatus eſt immerſus potentialitati: ergo remanet adhuc improportio inter obiectum, & potentiam. Oportet igitur intellectum eleuari ad altiorem ordinem, & confirmatur ex Clementina, Ad noſtrum, de hæreticis, quæ propterea videtur requirere eleuationem, & fortificationem intellectus per lumen gloriæ. quare Durandus

Vide in qu. Philoſ. dub. ſecunda.

Vide ibid.

Cõfirmatur ex Clement.

randus

Digitized by Google

Durandus non caret erroris nota.

randus non videtur benè ſubterfugere Clementinam, ponens hanc gratiam diuinam in ſublatione ſolùm impedimenti: & ideo opinio Durandi non caret erroris nota.

S. Thom.

Hæc deductio colligitur manifeſtè ex S. Tho. & communi Thomiſtarum locis citatis.

16. *Reſpõſio ad primũ Durand.*

Ad argumenta Durandi reſpondetur, ad primum conceditur maior, negatur tamen minor. non enim ideo intellectus creatus non intuetur Deum, vt eſt in ſe, quia non eſt ſublatum impedimentum, quod eſt modus cognoſcendi per medium creatum: ſed quia, vt probatum eſt, ex ſuis principiis intrinſecis non poteſt habere alium modum, & ad probationem minoris ex illo ſuo ſuppoſito principio, iam reſponſum eſt in quæſtione Philoſophica, non eſſe per accidens, quòd Angelus non intueatur Deum per impedimentum dictum, ſed eſſe per B ſe, quia ex ſuis principiis intrinſecis habet, quòd quia eſſentialiter eſt immerſus potentialitati, non poteſt videre Deum actum purum, vt eſt in ſe, ſed tantùm per medium immerſum potentialitati priùs cognitum, vt probatum eſt: ad exempla verò adducta de viſu noctuæ reſpectu ſolis, & animæ noſtræ vnitæ corpori reſpectu intelligentiarum, iam fusè reſponſum eſt in quæſtione Philoſophica, dubitatione ſecunda.

Soluitur ſecundum argumentum Durandi, & explicatur illa difficultas: Vtrum detur lumen gloriæ in intellectu Beati.

17. *Reſpõſio ad ſecundum Durand.*

Hoc ſecundum argumentum Durandi præcipuè, probat non dari lumen gloriæ per modum habitus inhærentis in intellectu Beati ex eo, quia non eſt neceſſarium. Sed reſpondendum eſt cum communi Thomiſtarum, dari lumen gloriæ per modum habitus inhærentis in intellectu Beati. Eſt Capreoli in 4. diſt. 49. artic. 3. Soti ibidem quæſtio. 2. art. 4. Ferrar. 4. con. gen. cap. 54. & S. Tho. ibidem. Fauet Clementina, Ad noſtrum, de hæreticis: Vtrum autem ſit neceſſarium dari huiuſmodi lumen tamquam habitum inhærentem, dicemus mox infrà. Ad probationes autem Durandi, quibus probat non dari de facto; Reſpondeo quòd hoc lumen gloriæ congruentiùs de facto ponitur in intellectu Beati propter multa. primò propter ornatum, & pulchritudinem ipſius beati, ſecundum Maiorem in 3. diſt. 14. quæſt. 2. per quem ornatum redditur intellectus dignus, & pulcher, vt illi communicetur viſio, ſicut (inquit) paruulis datur habitus gratiæ, & ordinatis character; An autem iſta ſola ratio ſufficiat ad ponendum hoc lumen, Scotus in 4. quæſt. 15. tenet quòd non: Maior loco citato quòd ſic; ſed hoc parum refert noſtro propoſito: ſunt enim aliæ congruentiæ.

Lumen gloriæ neceſſariò dandum. Capr. Sotus. Ferrar. Caietan. S. Thomas.

18. Maior. Scotus.

19. Secunda igitur congruentia eſt, vt intellectus connaturaliùs agat. Nam in via ponuntur habitus ſupernaturales ad eliciendos actus, quod multi putant eſſe de fide: ergo hoc non debet denegari in patria, vbi ſtatus eſt perfectior. Quòd ſi inſtet cum Durando: non videtur lumen gloriæ poſſe dare connaturalitatem ipſi intellectui, quia non poteſt dari intrinſecam actiuitatem potentiæ, ſicut nec forma in naturalibus poteſt dare intrinſecam actiuitatem materiæ. Propter hoc argumentum aliqui dixerunt, viſionem eſſe à ſolo lumine gloriæ. Sed hoc non eſt dicendum, quia cùm ſit actus vitalis debet etiam eſſe à potentia vitali: ſicut in ſimili dicit Tri-

A dent. ſeſſ. 6. cap. 5. & Can. 4. & Auguſt. lib. 2. de peccatorum meritis, cap. 5. quòd, ſcilicet, pro hoc ſtatu viæ actus ſupernaturalis procedit actiuè à potentia vitali, tamquam à principio ſe mouente intrinſecè. Alij verò dixerunt, actum viſionis beatificæ ſecundùm ſubſtantiam eſſe naturalem, quatenus procedit ex principio naturali intrinſeco. Tribuitur Bagnes 1. par. quæſt. 10. art. 5. Sed neque hoc placet, quia viſio ſecundùm ſubſtantiam eſt actus ſupernaturalis, vt dictum eſt ſuprà: Bagnes autem poteſt ad bonum ſenſum reduci. Reſpondetur igitur eſſe valdè probabile ex Clementina, Ad noſtrum, de hæreticis, lumen gloriæ tamquam inſtrumentum Dei eleuare extrinſecè intellectum ad eliciendum viſionem beatificam, ſicut aqua Baptiſmalis eleuatur à Deo ſine aliqua qualitate ſupernaturali ad producendam gratiam, vt dicemus in ſecundo principio Philoſophico.

Trident. Auguſt.

Actus ſupernaturalis procedit actiuè à potentia vitali.

Bagnes.

Lumen gloriæ eleuat intellectum ad viſionẽ beatificam.

20. Palud. Argentina. Richard.

Tertia congruentia eſt ad recipiendam ipſam viſionem beatificam, ita tenet Paludanus in 4. diſt. 49. quæſt. 1. art. 3. Argentina quæſt. 2. art. 1. Richardus ibidem, & alij Thomiſtæ; & ratio eſt, quia, potentia receptiua debet eſſe proportionata actui recepto. Cùm igitur actus receptus, ſcilicet viſio beatifica, ſit ſupernaturalis, debet etiam potentia receptiua fieri proportionata per lumen gloriæ. Et cùm inſtat Durandus, quia ſequeretur (inquit) dari proceſſum in infinitum: requireretur enim aliud lumen ſupernaturale, per quod proportionaretur potentia ad recipiendum prius lumen, quod erat ſupernaturale. Reſpondetur, quòd ſufficit, quòd potentia receptiua ad recipiendum diſpoſitionem prioris luminis eleuetur extrinſecè à Deo; ſicut enim in naturalibus non requiritur diſpoſitio ad diſpoſitionem, ſed tantùm ad vltimam formam, ita in ſupernaturalibus ad actum viſionis, quæ eſt vltima forma, requiritur diſpoſitio, quæ eſt lumen gloriæ: ad hanc autem diſpoſitionem non requiritur alia diſpoſitio intrinſeca, & realis, ſed quia potentia naturalis eſt improportionata ad iſtam diſpoſitionem ſupernaturalem, ſufficit, vt eleuetur extrinſecè à Deo. Inſtat ſecundò Scotus: ſi viſio beatifica recipitur in lumine: ergò ſequeretur quòd ipſum lumen ſeparatum ab anima eſſet beatum, quod eſt abſurdum. Reſpondet Paludanus in 4. diſt. 44. quæſt. 1. concl. 3. dub. 1. quòd viſio non recipitur in lumine immediatè, ſed in ipſa anima: lumen autem ſe habet, ſicut diſpoſitio vt eſt calor in materia: in calore enim, non recipitur forma ignis. Sed quicquid ſit de hoc, etiam ſi viſio recipiatur in lumine, ſicut forma ignis recipitur in quantitate, adhuc non poſſet dici lumen beatum, quia non informaretur à viſione ſecundùm formalem attingentiam obiecti.

C

Paludanus.

D

Quarta congruentia eſt, quia lumen gloriæ, eſt veluti quædam diſpoſitio potentiæ, ad hoc, vt eſſentia diuina vniatur cum intellectu beati per modum ſpeciei. ita tenet Capreolus in 4. loco citato, in reſponſione ad primum Scoti contra ſecundam concluſionem, Sotus ibidem. Ferrar. 3. cont. gen. cap. 58. contra Caietanum 1. par. quæſt. 12. artic. 5. & eſt S. Tho. 3. con. gen. cap. 43. & 1. par. quæſt. 12. art. 5. Ratio eſt ex Soto, quia potentia, quæ non eſt potens recipere actum, non eſt potens recipere ſpeciem. Intellectus igitur noſter, cùm non ſit potens elicere, nec recipere, vt dictum eſt, viſionem beatificam: neque eſt potens recipere eſſentiam diuinam tamquam ſpeciem, per quam vnitur in ratione obiecti, ſeu in eſſe intelligibili. Ad recipiendum autem iſtam vnionem congruentiùs dicitur, quòd detur lumen gloriæ, quàm ſi dicatur dari eleuationem extrinſecam.

Lumen gloriæ quid ſit.

Capreol. Sotus. Ferrar.

E S. Thom.

Quamui

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Quamuis enim eleuatio extrinſeca ſufficeret, vt dicemus infrà, quia tamen lumen gloriæ datur, tum propter ornatum, tum propter alias congruentias dictas, ideò congruentiùs dicitur, quòd per hoc lumen gloriæ eleuetur intellectus ad recipiendam eſſentiam Dei, tamquam ſpeciem. Inſtat Durandus, quòd eſſentia diuina ſemper eſt vnita præſentialiter cum intellectu creato ſecundùm rationem ſpeciei, quia ex ſe habet rationem ſpeciei. Reſpondetur verum eſſe eſſentiam diuinam eſſe ſemper præſentem intellectui creato per indiſtantiam: non tamen vniti in actu primo in eſſe intelligibili per modum ſpeciei, ſeu reduplicatiuè, vt ſpeciem, niſi intellectui diſpoſito per lumen gloriæ. Et per hæc patet ad ſecundum argumentum Durandi.

22. Capr. Argentina. Caiet. Ferrar.

AD maiorem autem eorum, quæ dicta ſunt, explicationem, quæres primò, Vtrum ſit de fide dari de facto hoc lumen gloriæ. Reſpondent Capreolus in 4. loco citato, & Argentina ibidem diſt. 49. quæſt. 2. art. 1. & Caietanus 1. par. quæſtio. 12. art. 5. Ferrar. 4. cont. genr. art. 4. opinionem oppoſitam eſſe hæreticam, vel ſaltem erroneam, ex Clementina Ad noſtrum de hæreticis; & ex illo Pſalm. 35. (*In lumine tuo videbimus lumen.*) recentiores verò rectiùs exiſtimant opinionem quidem Durandi eſſe erroneam, quia nullam dat eleuationem ſupernaturalem in ipſo intellectu, neque intrinſecam, neque extrinſecam contra Clementinam: opinionem verò Scoti in 3. diſt. 14. quæſt. 1. qui probabiliter tenet viſionem produci à Deo in intellectu beati, non exiſtimãt eſſe erroneam, quia quamuis non det lumen habituale, dat tamen illuſtrationem actualem ſupernaturalem: neque propterea exiſtimant eſſe erroneam opinionem illorum; qui tenent intellectum beati eleuari tantùm extrinſecè per imperium diuinum, & per concurſum ſupernaturalem ipſius Dei, non, inquam, exiſtimant eſſe erroneam; ſaluant enim Clementinam per hanc eleuationem extrinſecam, nam Concilium Viennenſe relatum in Clementina ſolùm definit contra Beguar. & Begui. requiri aliquam eleuationem in intellectu.

Opinio Durandi eſt erronea: ſed nõ Scoti. Scotus.

23. Capr. Scotus. Ferrar. Caiet. S. Thomas.

Quæres ſecundò; An ſit neceſſarium dari hoc lumen habituale in intellectu. Aliqui graues Thomiſtæ exiſtimant quòd ſic: ita Capr. in 4. diſt. 49. quæ. 4. ar. 3. Sotus ibid. quæſt. 2. ar. 4. Ferrar. 4. con. genr. cap. 54. Caiet. 1. par. art. 5. & citatur pro hac opinione S. Th. 2. 2. quæſt. 175. art. 5. Fundamentum huius opinionis eſt, quia aliqua eleuatio requiritur, cùm actus ſit ſupernaturalis, & hæc non poteſt eſſe extrinſeca per imperium Dei, quia adhuc potentia remanet intrinſecè in ſuis naturalibus: at operatio fluit à principio intrinſeco. Debet igitur dari eleuatio intrinſeca, & hæc eſt lumen gloriæ. Sed quia nos ſupponimus ex dicendis in ſecundo principio Philoſophico, Corollario primo, cũ S. Thoma, & aliis Thomiſtis poſſe potentiam eleuari extrinſecè per imperium diuinum, ideò dicimus hoc lumen gloriæ per modum habitus non eſſe neceſſarium, ſed valdè congruenter dari, vt ſuprà dictum eſt; & prætereà probatur, quia non eſt improbabile, quod dicit Scot. in 3. diſt. 14. quæſt. 1. poſſe à Deo ſolo produci viſionẽ beatificam in intellectu beati: & ideò, vt ipſe benè infert, non eſt neceſſarium lumen gloriæ per modum habitus, quia hoc præcipuè ponitur ad eleuãdam potentiam, ad eliciendam viſionem beatificam. Quòd verò non repugnet viſionem beatificam produci à ſolo Deo, probatur ſoluendo implicantias. Duæ autem præcipuæ ſolent afferri implicantiæ: prima, quia viſio eſt actus vitalis; ergò neceſſariò inuoluit principium vitale, ſeu ſe ipſum mouens: per hoc enim

Non eſt neceſſarium ponere lumen gloriæ per modum habitus. Scotus.

A diſtinguitur ab actu non vitali. Sed hæc implicantia ſolui poteſt, ſi dicatur, quòd actus vitalis diſtinguitur à non vitali, quia vitalis non poteſt recipi per informationem in potentia non vitali: ſola enim potentia vitalis attingit formaliter, & vitaliter obiectũ illud cognoſcendo, vel volendo: quod verò ſit à principio vitali, ſeu ſe ipſum mouente, cõuenit actui vitali ſecundum connaturalitatem: non autem, quod implicet oppoſitum per Dei potentiam. Secunda implicantia eſt, quam affert Molina 1. p. quæſt. 12. ar. 5. diſt. 1. Si viſio (inquit) produceretur à Deo ſolo, Deus diceretur videre, & non intellectus beati, quia actio denominat ſuum principium efficiens, ſicut ſi Deus ſe ſolo produceret calorem, Deus diceretur calefacere, & non ignis, ſed per viſionem, quã Deus B producit in intellectu beati, beatus videt, & non Deus: ergo, &c. Sed neque hæc implicantia obſtat: nam actio denominat ſolùm potentiam attingentem obiectum: hæc autem potentia eſt intellectus Beati: videre autem non dicit eſſe Ab, ſed eſſe In: & ideò quamuis Deus produceret viſionem, non benè diceretur Deum videre, ſed beatum videre, in quo recipitur ipſa viſio: benè autem diceretur viſionem eſſe à Deo. Vtrum autem hoc lumen gloriæ concurrat ad viſionem beatificam, vt cauſa principalis, vel vt inſtrumentum, dicetur infrà in proprio loco in ſecundo principio Philoſophico dubitatione nona.

Soluitur tertium argumentum Durandi, vbi explicatur illa difficultas: Vtrum oculus corporeus poſſit eleuari ad videndum ſpiritum, ſeu Deum. C

CIRCA hanc difficultatem aliqui concedunt oculum corporeum poſſe eleuari ad videndũ Deum ex illo Iob 42. *Nunc autem oculus meus vidit te*: & alibi: *In carne mea videbo Deum ſaluatorem meum*; & videtur ſententia Auguſtini 22. de Ciu. cap. 29. 24. Reſpõſio ad tertium Durandi. Iob. 19. Auguſt.

Sed negandum eſt cum cõmuni Scholaſticorum, & cum eodem Auguſtino expreſsè epiſt. tertia. Nec oppoſitum docet lib. 22. de Ciuit. locis citatis; quia tantùm loquitur dubitatiuè: Iob autem loquitur in primo loco citato de viſione per experimẽtum circa D Dei prouidentiam: In ſecundo verò loco loquitur de reſurrectione quòd in carne, non autem per carnem videbit Deũ, vel quòd oculis corporeis videbit Deũ hominem. Aſſignanda eſt autem ratio diſparitatis ad ſoluendum argumẽtum Durandi, quare oculus corporeus non poſſit eleuari ad videndum Deum: poſſit autem intellectus. & ratio diſparitatis eſt, quia oculus corporeus nullam habet proportionem cũ Deo tamquam obiecto; non enim Deus eſt aliquo modo intrà latitudinem viſibilis: at verò habet Deus tamquam obiectum aliquam proportionem cum intellectu creato, quia eſt aliquo modo intrà latitudinem intelligibilis: quod experimento probatur, quia experimur intellectum noſtrum ſaltẽ terminatiuè cognoſcere Deũ, & ratio à priori poteſt eſſe, quia oculus corporeus ex limitatione ipſius naturæ corpo- E reæ, non poteſt habere pro obiecto Deum, vel ſpiritum, nec motiuè, nec terminatiuè propter materialitatem, quæ eſt impeditiua ex natura ſua, vnde videmus, quòd quantò res eſt materialior, tantò eſt deficiens à cognoſcitiuo: cùm verò intellectus ſit ſpiritualis, non repugnat habere capacitatem remotam ad videndum Deum intuitiuè, & potentiam proximam ad agnoſcendum Deum abſtractiuè per medium creatum, quia cùm ſit ſpiritualis eſt reflexiuus, & ex vno colligere poteſt, ſeu inferre aliud.

25. Auguſt. *Deus oculis corporis videri non poteſt.*

QVÆ

Digitized by Google

QVÆSTIO SECVNDA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia ſecundi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, nullus intellectus creabilis, etiam infinitus, ſi poſſit dari, poſſit videre Deum in ſeipſo propria virtute.

1. *Opinio Molinæ ingenioſi Doctoris.*

CIRCA hanc quæſtionem eſt prima ſententia Molinæ, qui in 1. part. quæſt. 12. & in concordia tenet, ſaltem dubitatiuè, poſſe à Deo creari Angelum, qui poſſet propria virtute videre Deum in ſeipſo; negat autem de facto dari talem Angelum, ne videatur tenere contra Clementinam Ad noſtrum, de hæreticis.

Primũ argu. Molinæ.

Probat hanc ſuam ſententiam Molina, & putat argumentum eſſe ferè inſolubile. Accipiatur (inquit) intellectus S. Petri coniunctus cum lumine gloriæ, hic intellectus habet virtutem finitam ad videndum Deum: ergo poteſt à Deo creari intellectus finitus cum tanta vi, & cum ea perfectione eſſentiali, qua ſuperet, vel adæquet totum illud coniunctum ex intellectu Petri, & lumine gloriæ, & tunc talis intellectus ex ſuis naturalibus videre poteſt Deum.

Quod quidem argumentum militat multò magis in intellectu finito ſi creari poſſit. Hoc argumentum ante Molinam fecerat Scotus, ad oſtendendum non poſſe dari lumen gloriæ: ita refert Capreol. ſuprà citatus art. 3. contra ſecundam concluſionem.

Reſpõſio ad arg. Molinæ.

Quòd ſi reſpondeas, Primò quòd illa vis intellectus, eſto ſit maior, eſſet tamen diuerſæ rationis à lumine gloriæ, ac proinde non accommodata viſioni beatificæ: ſicut ſi viſus haberet maiorem vim ad ſentiendum, quàm auditus, non tamen eſſet accommodatus ad audiendum. nam non attenditur quantitas virtutis potentiæ, ſed proportio, ſeu accommodatio ipſius potentiæ ad obiectum.

Prima replica.

Contra hanc primam reſponſionem inſtat idem Auctor: Exemplum, inquit, non eſt ad propoſitum. nam ſonus eſt extra obiectum viſus, & ideo à viſu cum quacumque vi percipi non poteſt. At Deus eſt intra latitudinem obiecti intellectus: ſi ergo non videtur ab intellectu, non eſt, quia potentia non habet proportionem, ſeu accommodationem cum obiecto, ſed quia non habet tantam vim ad intelligendum, quanta neceſſaria eſt ad videndum Deum: ſed per argumentum factum, creari poteſt tanta vis intellectus, quæ adæquet, & excedat coniunctum illud ex intellectu S. Petri, & lumine gloriæ, quod coniunctum eſt finitum, ergo intellectus creatus cum tanta vi ex ſuis naturalibus poteſt videre Deum.

Secunda reſpõſio ad idẽ argumentũ.

Quòd ſi ſecundò reſpondeas, quòd viſio beatifica eſt cuiuſdam ordinis ſupernaturalis, intellectus verò, qui creari poſſet, ſiue finitus, ſiue infinitus, eſſet in ordine naturali, & ſic nulla eſſet adæquatio inter potentiam, & actum.

Secunda obiectio.

Contra hanc ſecundam reſponſionem adhuc inſtat Auctor, quòd ſicut lumen gloriæ (inquit) dicitur ordinis ſupernaturalis, quia eſt participatio diuini luminis, ita etiam intellectus Angelicus eſt participatio diuini intellectus: ergo hoc lumen poſſet eſſe connaturale intellectui, quia vtrumque eſt participatio diuini luminis intellectualis.

Tertia reſp. ad idẽ arg.

Quòd ſi tertiò reſpondeas cum S. Thoma, quòd lumen gloriæ eſt connaturale Deo, ergo non poteſt eſſe creaturæ connaturale; conſequentia probatur; quia quod eſt alicui connaturale, non eſt alteri connaturale, ſicut calor in ſummo, & ſplendor in ſummo, quæ ſunt qualitates connaturales igni, & Soli, non ſunt alteri connaturales.

Tertia obiectio.

Quæ ſunt naturalia vni in sũmo gradu, non ſunt naturalia alterius eodem.

Contrà conceditur, inquit, quòd ea, quæ ſunt connaturalia alicui in ſummo gradu, non poſſunt eſſe alteri connaturalia in eodem gradu. At verò in gradu remiſſo poſſunt eſſe, verbi gratia, calor in ſummo non poteſt eſſe connaturalis, niſi igni; at verò in gradu remiſſiori eſt etiam connaturalis aëri: ergo ſimiliter licet lumen gloriæ, ſecundum totã ſuam perfectionem ſit tantùm Deo connaturale, tamen ſecundum gradum imperfectiorem participatum, quatenus eſt accidens quoddam, creatum erit connaturale creaturæ, & vt ſic, non erit Deo connaturale, & quod dicitur de lumine gloriæ, dicendum etiam eſt de viſione beatifica, quæ eſt actus ſecundus, & participatio quædam diuinæ viſionis. Nam ſi principium agendi, quod eſt lumen gloriæ, eſt connaturale creaturæ, ſecundùm eſſe participatum, etiam & actus erit connaturalis ſecundum eſſe participatum.

Quarta reſponſio ad idem.

Quòd ſi quartò reſpondeas, quòd Deus, quia eſt actus purus, vel quia infinitus, eſt obiectum excedens intellectum Angelicum immerſum potentialitati, & finitum, atque adeo non poteſt Deus quidditatiuè ab intellectu Angelico quantumcumque perfecto videri.

Quarta obiectio.

Contra tandem obiicit, intellectus (ait) Angelicus eleuatus lumine gloriæ, eſt immerſus potentialitati, & finitus: ergo vel ſequeretur, quòd talis intellectus eleuatus non poſſit videre Deum, quod eſt hæreticum: vel ſi poteſt, non obſtat ratio, cur etiam nõ poſſit dari intellectus Angelicus, qui ex lumine ſibi connaturali poſſit Deum videre.

2. *Secũda ſententia.*

Secunda ſententia aſſerit intellectum infinitum ſi poſſet creari, poſſe propria virtute videre Deum; hãc videntur tenere Scotiſtæ cum Scoto in 4. d. 49. q. 2. quia ſi talis intellectus daretur, haberet proportionem cum Deo, tamquam obiecto infinito, ergo talis intellectus ſua propria virtute videre poſſet Deum in ſeipſo intuitiuè. Conſequentia eſt manifeſta: antecedens probatur, primò ex principio Scoti in 4. d. 49. q. 11. & diſt. 1. q. 1. quod ſuprà retulimus in 1. qu. Philoſophica, dub. 4. quòd inter duo extrema poſitiua, obiectum, ſcilicet & potentiam, non apparet alia improportio, quàm finiti ad infinitum: ſed ſupponitur, intellectus creabilis eſſe infinitus: ergo nulla eſt improportio inter Deum, tamquam obiectum infinitum, & intellectum finitum. Secundò probatur ex regula illa Caiet. in 1. p. q. 45. ar. 5. obiectum, & potentia intellectiua ſunt duo extrema ita ſe habentia, quòd quantum minuitur de vno, ſcilicet, de materialitate, ſeu potentialitate obiecti, tantùm reliquũ creſcit proportionaliter, ſcilicet virtus intellectiua. Si ergo ponatur obiectum minui vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, nullum, ſcilicet retinendo gradum potentialitatis, virtus creſcet proportionaliter vſque ad omnem gradum ſuum, vt patet calculando proportionaliter: ergo ſummus gradus virtutis, id eſt, augmentum virtutis vſque ad infinitum, & non gradus obiecti, id eſt, obiectum nullum retinẽs gradum potentialitatis, quod eſt eſſe actum purum, proportionantur, & adæquantur in ratione cognoſcibilis: ergo intellectus creatus auctus vſque in infinitum, poteſt videre Deum, qui eſt actus purus. Et confirmari poteſt ex Ariſt. de ſenſu, & ſenſili c. 6. vbi ex diminutione obiecti viſibilis palmaris, vſque ad indiuiſibile, calculat potentiam viſiuam vſque ad infinitum ad hoc, vt fiat proportionata obiecto extenſo diminuto vſque ad non gradum ſuum.

Cõfirmatio ſecundi arg.

SED his non obſtantibus dico, primò tenenda eſt ſententia 3.

Digitized by Google

Sententia Corollarij verior.
Prima Aſſertio.
Probatur ſētētia Corol. ex principio Philoſophico.
S. Thom.

ſententia Corollarij cum communi Scholaſticorum contra primam ſententiam, & non poſſe creari aliquem intellectum finitum qui propria virtute poſſit videre Deum. Omitto modos probandi hāc ſententiam ex Scoto,& Vaſquez,quos in ſuperiori Corollario retulimus, & impugnauimus: ponam tantùm modum probandi ex principio Philoſophico, ex S. Thoma,& Thomiſtis locis citatis. Deus tamquā obiectum eſt excedens ſecundum ſuum modum eſſendi talem intellectum creabilem, ſiue finitum, ſiue infinitum: ergo non poteſt ab illo attingi, vt eſt in ſe,ſcilicet, intuitiuè. Conſequentia patet ex principio. modus enim cognoſcendi ſequitur adæquatè modum eſſendi ſuæ virtutis, vt ibi probatum eſt:nō poteſt ergo adæquari modo eſſendi obiecti excedentis. Antecedens probatur: Deus tamquā obiectum, eſt actus purus; At verò talis intellectus credibilis, ſiue finitus,ſiue infinitus,eſſet immerſus potentialitati.Conſtaret enim ex ſe,& eſſentia, quia ſupponitur habere eſſe receptum à Deo: ergo, &c.

Vide in qu. Phil. dub. 1.

Cōfirmatur ſentētia Coroll. contra ſecundā ſententiam.

Quantùm verò ſpectat ad intellectum finitum, ſi creari poſſet,an poſſet videre Deum propria virtute: dico ſecundo contra ſecundam ſententiā,quod non, & probatur per regulam illam tertiam, quam probauimus contra Caiet. in quæſt. Philoſoph. dub. 6. quòd quando vnum ex extremis, ſcilicet obiectum, diminuitur vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, nullum ſcilicet retinens gradum potentialitatis,tūc ad hoc, vt fiat proportio inter virtutē cognoſcentē, & obiectum cognitum,non ſufficit,vt virtus cognoſcens creſcat vſque ad omnem gradum ſuum, id eſt, in infinitum, ſed debet tranſcendere ad gradum ſuperiorem. Et ratio eſt,quia obiectum tranſcendit ex illa diminutione ad ſuperiorem gradum. Fit enim actus purus;ſed virtus cognoſcens aucta in infinitum, quia augmentum fieret per additionem eiuſdem virtutis ad virtutem, vt ſupponitur eſſe progreſſus per calculationem, reperiretur adhuc in inferiori gradu, quàm ſit obiectum diminutum vſque ad non gradum ſuum: ergo ex vi calculationis eſſet adhuc talis virtus infinita improportionata obiecto contra Caietanum.

Soluitur primum argumentum Molinæ, & explicatur vnde ſumatur ratio ordinis ſupernaturalis.

4.
Reſpōſio ad primū Molinæ argu.

Ad primum argumentum Molinæ poſitum in prima ſententia reſpondetur,quòd non poteſt creari intellectus Angelicus,ſiue finitus, ſiue infinitus, qui adæquet intellectum S. Petri cum lumine gloriæ, & conſequenter,quòd ſit proportionatus obiecto,quod eſt actus purus,quia intellectus, vt dicit in ſecunda reſponſione,quantæcumque perfectionis, etiam infinitæ, eſſet ordinis naturalis: lumen verò gloriæ eſt ordinis ſupernaturalis.

Et ad ſecundam replicam quā facit Auctor contra hanc reſponſionem, probans intellectum Angelicum,& lumen gloriæ eſſe eiuſdem ordinis:quia ſicut lumen gloriæ eſt participatio diuini luminis, ita & intellectus Angelicus participatio diuini intellectus: reſpondetur, hæc replica petit, vndenam ſumatur ratio ordinis ſupernaturalis in lumine gloriæ, pro quo aduertendum eſt, quòd perfectiones Dei, quæ ſunt ſimpliciter ſimplices poſſunt eſſe in triplici genere, ſeu differentia: quædam ſunt, quæ in ſua abſtractione includunt modum proprium,quo ſunt in Deo,verbi gratia,intellectus,& voluntas, vt abſtrahentia à modo proprio, quo ſunt in Deo, vel in creaturis,& hæc poſſunt participari à creatura, quia

Notāda pro reſponſione ad ſecūdam replicam.
Perfectiones Dei ſunt in triplici differentia.

A coarctatæ ad imperfectionem creaturæ inuoluunt modum cognoſcendi proprium creaturæ tamquam principali agenti,modus autem proprius cognoſcēdi creaturæ eſt circa obiectum immerſum potentialitati; vel ſi eſt circa Deum qui eſt actus purus, attingit illum per medium potentiale, in quo ſcilicet per eſſentiam creatam,tamquam per effectum priùs cognitum. Et ratio eſt, quia talis creatura etiam perfectiſſima habet modū eſſendi immerſū potentialitati.

Secundò, ſunt aliæ perfectiones in Deo ſecundi generis, quæ in ſuo conceptu quidditatiuo non poſſunt præſcindere à modo proprio quo ſunt in Deo, verbi gratia,lumen gloriæ, quo Deus videt ſeipſum in ſe ipſo,vel ipſe actus videndi,non poteſt præſcindere à modo proprio ipſius Dei; modus autem proprius eſt modus cognoſcendi ipſum Deum, non per aliquod medium in quo, ſed in ſeipſo. Et hoc ſecundum genus perfectionis eſt quaſi ſpecificum reſpectu perfectionis primi generis; nam quaſi coarctat perfectionē primi generis, ſcilicet intellectum abſtrahentem ad talem modum cognoſcendi: ſed eſt genericum reſpectu perfectionis tertij generis, quæ eſt,vt mox dicemus, vel ipſum lumen gloriæ infinitum,& increatum,vel cognitio comprehenſiua infinita increata adæquata ipſi Deo tamquam obiecto. Hoc autem ſecundum genus perfectionis quaſi genericum, inuoluens proprium modum cognoſcendi,qui eſt in ipſo Deo, non eſt communicabile creaturæ tamquam principali agenti:quia,vt dictum eſt, quilibet intellectus creatus cum ſit immerſus potētialitati, habet proprium modum cognoſcendi per modum potentialitatis. Poteſt autem communicari, vt ex quæſtione ſecunda Philoſophica patebit, intellectui creato ſupernaturaliter, quatenus hoc lumen gloriæ communicatum eſt inſtrumentum actus puri,non autem communicatur ſecundum totā perfectionem ſpecificam illius luminis, ſeu actus viſionis,ſed ſecundum genericam tātùm:atque adeo non communicatur ſecundum eſſe infinitum, & increatum. Et in hoc ſecundo genere conſiſtit ratio ſupernaturalis contra Scotum, qui illud aſſerebat eſſe ſupernaturale,quod à ſolo Deo produci poteſt.

Modus cognoſcendi Deum in Deo quis ſit.

Tertiò,ſunt aliæ perfectiones in Deo tertij generis, quæ in ſua ratione formali habent directā repugnantiā cum eſſe participato. quare nec naturaliter, nec ſupernaturaliter communicari poſſunt creaturę, verbi gratia, eſſe actum purum, quia eo ipſo, quo hæc perfectio eſt participata conſtat ex eſſe,& eſſentia;ſimiliter eſſe intellectum, ſeu lumen gloriæ infinitum,& increatum propter eamdem rationem.

Perfectiones in Deo, quæ nullo modo poſſunt participari.

His igitur notatis ad ſecundam replicam cōtra ſecundam reſponſionem tactam in argumento facilè reſpōdetur, quòd intellectus creatus eſt participatio diuini intellectus iuxta primum genus perfectionis, atque adeò poteſt cōmunicari creaturæ naturaliter. At verò lumen gloriæ, & viſio beatifica eſt participatio ſecundi generis,& ideo non poteſt communicari alicui intellectui creato connaturaliter, ſed ſupernaturaliter. Et per eādem doctrinam ſoluitur replica facta contra tertiam reſponſionem.Suſtinentes igitur hanc tertiam reſponſionem, dicimus, quòd id quod eſt connaturale alicui in ordine ſuperiori, non poteſt eſſe connaturale alteri cōſtituto in ordine inferiori.Et ad noſtrū propoſitum lumen gloriæ,quatenus increatum,& infinitū,eſt cōnaturale Deo,quatenus Deus eſt infinitus; lumen autē gloriæ,quatenus inuoluit modū videndi Deum in ſe ipſo, abſtrahendo ſecundum noſtrū modum imperfectum concipiendi ab eſſe infinito,& increato, eſt Deo connaturale, quatenus eſt actus purus, quatenus habet modum

Reſpōſio ad ſecūdam replicam.
Intellectus creatus eſt participatio diuini intellectus.

modum eſſendi abſtractum à potentialitate, habet A
etiam modum cognoſcendi ſeipſum actum purum in ſeipſo, ſine medio potentiali in quo: quare fit, vt tale lumen non poſſit communicari creaturæ connaturaliter, etiam finitum, & creatum; quia ſecundùm ſuum eſſe genericum inuoluit illum modum proprium Dei. Et hinc patet quòd eſt diuerſa ratio de calore: nam quamuis calor in ſummo ſuppoſito, quòd eſt proprietas ignis, non poſſet connaturaliter communicari alteri, ſed ſemper in altero, verbi gratia in ferro ignito erit vt inſtrumentum ignis, tamen calor remiſſus poteſt connaturaliter communicari alteri, quia calor remiſſus, & calor in ſummo non ſunt conſtituti in diuerſo ordine.

Reſpóſio ad quartam replicam.

Et per eamdem doctrinam ſoluitur quarta replica facta contra quartam reſponſionem. B
Nam ſuſtinendo quartam reſponſionem dicimus, quòd lumen gloriæ, ſeu intellectus eleuatus attingere poteſt Deũ intuendo ipſum tanquam actum purum in ſe ipſo: quia lumen gloriæ eſt Dei inſtrumentum: ſic etiam & intellectus eleuatus, atque adeò licèt ſint immerſa potentialitati, poſſunt, vt inſtrumentum actus puri producere viſionem, per quam attingatur actus purus in ſe ipſo.

5. Reſpóſio ad ſecundum.

Vide in q.1. Phil. dub. 4.

Vide dub. 6. in 1. q. Phil.

Ad ſecundum argumentum ſecundæ ſententiæ reſpondetur, negando antecedens, & ad primam probationem antecedentis reſpondetur ex prima regula principij Philoſophici, vbi probauimus contra Scotum inter duo extrema poſitiua poſſe eſſe improportionem non ſolùm finiti ad infinitum: ſed etiam quando vnum ſcilicet potentia cognoſcens eſt C
in inferiorum ordine, & alterum ſcilicet obiectum eſt in ſuperiori ordine præſcindendo ab infinitate, quia ſupremum ordinis inferioris, etiam ſi ſit infinitum, adhuc eſt infra infinitum ordinis ſuperioris: quare ille intellectus creabilis infinitus, ſi creari poſſit, adhuc haberet improportionem cum Deo tanquam obiecto, quia Deus eſt in ſuperiori ordine; eſt enim actus purus: ille autem intellectus infinitus adhuc eſſet immerſus potentialitati. Sicut à ſimili, ſi potentia ſenſitiua augeretur in infinitum in ordine materiali, adhuc eſſet improportionata ad intuẽdum Angelum, quia Angelus eſt in ordine immateriali.

Reſpódetur ad primam probationẽ antecedẽtis contra Scotum.

Vide in q.1. Phil. dub. 4.

Reſpódetur ad ſecũdam probationẽ eiuſdem antecedentis contra Caiet.

Vide in qu. Phi. dub. 4.

Ad ſecundam probationem antecedentis patet reſponſio contra Caietanum, ex regula tertia principij Philoſophici, vbi probauimus augmentum virtu- D
tis inferioris vſque ad ſummum gradum, & diminutionem obiecti vſque ad non gradum, intrinſecè eſſe improportionata, quia obiectum per illam diminutionem tranſcendit ad altiorem ordinem, virtus verò ſiſtit in eodem inferiori ordine.

Ad confirmationẽ ex Ar.

Vide in q.1. Phil. dub. 3.

Ad confirmationem ex Ariſtotele patet reſponſio ex ſecunda regula principij Philoſophici, vbi probauimus Ariſtotelem intelligendum eſſe de diminutione obiecti viſibilis palmaris, vſque ad punctum extrinſecè, ita vt non attingatur ipſe punctus, ſed fiat diminutio extenſi per partes minores, & minores in infinitum, ita vt ſemper retineatur ratio extenſi in obiecto. Tunc enim virtus viſiua debet creſcere proportionaliter in infinitum, ad hoc vt fiat proportionata obiecto diminuto per partes minores, & mino- E
res in infinitum (quare autem virtus debet creſcere per partes æquales, cùm obiectum diminuatur per partes proportionales, ibidem oſtenſum eſt) & tunc eſt proportio inter obiectum, & potentiam, quia vtrumque tendit in infinitum intra eumdem ordinem rei materialis, & extenſæ, & conſequenter virtus viſiua, etiam aucta in infinitum eſſet proportionata.

QVÆSTIO TERTIA
THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia tertij Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, non poſſit creari ſubſtantia ſupernaturalis, cui ſit connaturalis viſio beatifica.

IN hac ſentẽtia Corollarij omnes ferè Scholaſtici conueniunt; tota autem difficultas eſt, in modo probandi illam, & in aſſignanda diuerſitate rationis, quare ſcilicet poteſt dari lumen gloriæ, quod eſt accidens, cui ſit connaturalis viſio tanquam effectus ipſius, & non poſſit dari in tota latitudine ſubſtantiarum creatarum aliqua, quæ ſaltem adæquet ipſum lumen gloriæ. Non enim videtur conueniens, vt intra latitudinem ſubſtantiarum creabilium non detur aliqua ſubſtantia creata, quæ ſuperet, vel adæquet totam latitudinem accidentium. Variæ autem circa hoc afferuntur viæ, quas oportet examinare, priùs quàm afferamus viam noſtram ex principio Philoſophico.

1. Ratio dubitandi.

Primavia ad probandam ſententiam Corollarij ex abſurdis. Primũ abſurdum.

PRIMÒ alij dicunt huiuſmodi ſubſtantiam creari non poſſe propter multa abſurda, quæ ſequerentur per poſitionem talis ſubſtantiæ, quæ non ſequuntur per poſitionem luminis gloriæ, quod eſt accidens. Primò enim ſequeretur iſtam ſubſtantiam creatam, ex ſuis naturalibus attingere formaliter per viſionem ipſum Deum, *qui tamen dicitur inuiſibilis, & lucem habitans inacceſſibilem*, 1. Tim. 6. At lumen gloriæ quamuis effectiuè concurrat ad viſionem, non tamen attingit Deum. Secundò ſequeretur (inquit Vaſquez talem ſubſtantiam eſſe impeccabilem ex propriis, & eſſe naturaliter gratam Deo: quòd autem dare creaturam impeccabilem abſurdum ſit, breuiter hic, cùm non ſit locus proprius, probatur primò ex Patribus, Hier. multis in locis, præcipuè in magnis commentariis in epiſt. ad Galat. c. 6. vbi loquitur de creatura poſſibili. Idem dicit Auguſt. multis etiam in locis, præcipuè 12. de ciuitate cap. 1. Damaſcen. 2. de fide c. 3. Gregor. lib. 15. moral. cap. 5. & aſſignant hi Patres rationem, quia ſcilicet creatura eſt, & quatenus ex nihilo eſt. Secundò probatur ratione, quia hæc creatura ſupernaturalis non eſſet ſummum bonum: non ergo poſſet eſſe regula, vt argumentatur S. Tho. 1. p. q. 63. art. 1. ſuæ actionis, nec vt argumentatur Scotus in 2. diſt. 23. q. 1. ſatiaretur in appetendo: ergo remaneret libera circa obiecta creata, quæ ſunt indifferentia, & conſequenter peccabilis, & conſequenter poſſet fieri inimica Deo.

Natura creata non poteſt eſſe impeccabilis.

Impugnatio primæ viæ.

Refutantur ſuperiora abſurda.

Sed impugnatur hæc via reſpondendo ad ſingula abſurda. Ad primum poſſet dici non eſſe abſurdum ſubſtantiam ſupernaturalem connaturaliter videre Deum. Hoc enim eſt, quod controuertitur; quare potiùs hoc eſſet probandum. Ad auctoritatem autem adductam, quòd Deus dicitur inuiſibilis, reſpõderi poſſet, quòd loquitur de virtute cognoſcente naturali ex viribus propriis, & confirmatur à ſimili: ſicut abſurdum eſt dari accidens ordinis naturalis,

Digitized by Google

Reſpōſio ad ſecundū abſurdum.

cui ſit connaturalis productio viſionis beatificæ: & A tamen talis producto eſt connaturalis lumini gloriæ, quod eſt accidens ordinis ſupernaturalis, ita poſſet aduerſarius dicere ſubſtantiam quantum ad formalem attingentiam. Ad ſecundum abſurdum reſpondetur, hæc quæ ſubſtantiæ naturali eſſent abſurda, non eſſe tali ſubſtantiæ ſupernaturali, quia determinaretur intrinſecè ex obiecto ad non peccandum, & ad amandum ipſum Deum, ſuppoſita viſione beatifica illi connaturali, per quam repræſentatur Deus ſub omni ratione boni. Ad rationem autem, quæ allata eſt ad probandum non poſſe dari creaturam impeccabilem, reſpondere poſſent auctores huius primæ viæ, quòd creatura non eſſet impeccabilis ſicut Deus, quia non eſſet prima regula ſuarum actionum, nec eſſet ſummum bonum, ita vt in appetendo ſatiaretur ſeipſa, ſed eſſet impeccabilis quaſi ex extrinſeco, ſcilicet, ex viſione Dei, quæ quamuis illi eſſet connaturalis, poſſet tamen per diuinam potentiam tali viſione priuari, ſicut poteſt Deus priuare creaturam multis proprietatibus naturalibus: & tunc talis creatura poſſet peccare, quia eſſet libera circa obiecta creata, quæ ſunt indifferentia, & per hæc patet ad Patres, & ad rationem allatam; oportet igitur ad clariùs conuincendam huiuſmodi proteruos, priùs probare à priori creaturæ non competere connaturaliter viſionem beatificam, per quam reddi poſſet impeccabilis.

Quomodo creatura reddi poſſit impeccabilis.

2. Secunda via. Vaſquez.

B

Secundò, Alij, quos ſequitur Vaſquez 1. p. q. 12. diſput. 44. cap. 1. reddunt rationem, quia hæc ſubſtantia ſupernaturalis, non alia ratione eſſet ſupernaturalis, niſi quia eſſet ſuperior alia ſubſtantia. Sed hoc non facit, vt illi ſit connaturalis viſio beatifica. nam hoc modo multæ aliæ ſubſtantiæ eſſent ſupernaturales, quibus tamen non competit viſio beatifica. Quare nec cuicumque alteri perfectiori, ſi daretur, competeret, quia adhuc ſemper eſſet in eodem ordine creaturæ ſicut aliæ. Nec etiam ex eo poteſt dici ſupernaturalis, quod à ſolo Deo eſt creabilis; quia hoc etiam modo Angeli eſſent ſupernaturales, quod eſt abſurdum dicere.

C

Impugnatur hæc ſecunda via. nam non ſoluit punctum difficultatis poſitum ſuprà. quod enim quærendo controuertitur, eſt, quare lumini gloriæ connaturaliter competit productio viſionis beatificæ, cùm tamen nulli accidenti connaturaliter perfectiori, & perfectiori in infinitum competere poſſit; & tamen non poſſit dari ſubſtantia creabilis in ordine quodam ſupernaturali, cui ſoli competat connaturaliter viſio beatifica, atque adeò ſit ſuper totum ordinem ſubſtantiarum naturalium perfectiorum, & perfectiorum in infinitum, ſicut eſt lumen gloriæ ſuper totum ordinem accidentium naturalium. Quòd ſi dicatur talem ſubſtantiam fore impeccabilem, quod eſt abſurdum: contrà, quia, vt ſuprà dictum eſt, auctores huius opinionis non haberent pro abſurdo dare creaturam impeccabilem, non quia ipſa ſit ſummum bonum, ſed quia connaturaliter fruatur Deo tamquam ſummo bono.

D

3. Tertia via.

Tertiò, aſſignant alij rationem, quia quod eſt proprius modus Dei, vt eſt viſio Dei in ſeipſo, non poteſt communicari ſubſtantiæ creatæ ab intrinſeco; poteſt autem ab extrinſeco per aliquod accidens ſupernaturale, vt eſt lumen gloriæ.

E

Impugnatur tertia via.

Impugnatur hæc tertia via, quia non ſoluit punctum difficultatis. Quæritur enim, quare lumini gloriæ ab intrinſeco, ſit illi connaturalis viſio beatifica tamquam proportionatus effectus ipſius, & tamen non poſſit eſſe connaturalis alicui ſubſtantiæ ſupernaturali. Nec obſtat, quòd talis viſio ſit proprius modus Dei, quia ſicut eſt connaturalis effectus luminis gloriæ, quod eſt creatum, & per participationem luminis increati, quod eſt per eſſentiam tale: ita dici poſſet de ſubſtantia ſupernaturali creata, & participata à Deo, cui competeret connaturaliter hæc viſio, etiam per participationem, & in eſſe remiſſo. Sic enim non eſt proprius modus Dei, ſicut calor in ſummo eſt proprius ipſius ignis; communicari tamen poteſt aëri in eſſe remiſſo.

Aſſertur quartus, & verior modus probandi ſententiam Corollarij ex principio Philoſophico.

RATIO igitur ad probandam ſententiam Corollarij, non poſſe ſcilicet dari ſubſtantiam ſupernaturalem, cui ſit connaturalis viſio beatifica, petenda eſt ex principio noſtro Philoſophico, & eſt hæc: Deus tamquam obiectum excederet ſecūdùm ſuum modum eſſendi quaſi genericum modum eſſendi talis ſubſtantiæ, tamquam virtutis principalis: ergo non poſſet à tali ſubſtantia connaturaliter videri in ſeipſo intuitiuè. Conſequentia eſt manifeſta ex principio, quia modus cognoſcendi ſequitur adæquatè modum eſſendi. Antecedens probatur, quia Deus tamquam obiectum eſt actus purus; hæc autem ſubſtantia ſupernaturalis eſſet immerſa potentialitati, quia ſupponitur creabilis. Conſtaret igitur ex eſſe, & eſſentia; quare connaturalis modus huius ſubſtantiæ, ſi dari poſſet, eſſet cognoſcere Deum per analogiam ad ſeipſam, tamquam effectum priùs cognitum. Et hoc modo non diceretur ſupernaturalis, quia nec in modo eſſendi, nec in modo cognoſcendi excederet alias ſubſtantias naturales, ſed tantùm foret ſuperior aliis creatis intra eumdem ordinem. Et per hæc patet ad rationem dubitandi de lumine gloriæ, nam viſio beatifica poteſt eſſe connaturalis lumini, tamquam inſtrumento beatifico, non autem tamquam cauſæ principali; quia quamuis lumen concurrat ad viſionem beatificam, concurrit ſolùm tamquam cauſa efficiens inſtrumentaria ad effectum, non autem formaliter attingit ipſum Deū in ſeipſo: at talis ſubſtantia intellectiua attingeret formaliter Deum ex ſuis viribus tamquam cauſa principalis, vt ſupponitur, & infrà oſtendetur.

4. Quarta via ex principio Philoſophico.

Vide in qu. Phil. dub. 1.

Reducuntur aliæ viæ ad hanc quartam.

ET quidem tres aliæ viæ ſuprà impugnatæ poſſunt habere bonum ſenſum, & bene ſaluari, ſi reducantur ad hanc quartam viam noſtram, quod clarum fiet, ſi breuiter diſcurratur per ſingulas vias.

5. Omnes aliæ viæ ſaluari poſſunt ſi reducantur ad hāc quartam noſtrā.

Prima via ſaluatur, quia eſſet abſurdum, quod viſio beatifica poſſet huic ſubſtantiæ competere connaturaliter. nam ſequeretur quòd talis ſubſtantia eſſet actus purus, & impeccabilis per ſuam ſubſtantiam.

Secunda via ſaluatur, quia hæc ſubſtantia non alia ratione poſſet dici ſupernaturalis, niſi quia in ordine naturali eſt ſuperior aliis; non autem ſecundùm ſubſtantiam eſſet ſupernaturalis, quia ſic implicaret in adiecto: eſſet enim creatura, & eſſet actus purus, & non eſt ſimile de lumine gloriæ, quia huic eſt connaturalis productio viſionis, tamquam inſtrumento actus puri.

Tertia etiam via ſaluatur, quia viſio eſt proprius modus Dei, nec poteſt alteri communicari per participationem tamquam principali agenti, quia implicaret in adiecto: nam ſubſtantia, cui communicaretur talis

Digitized by Google

talis viſio, neceſſariò (vt probatum eſt) deberet eſſe A actus purus, & ens per imparticipationem.

Duæ difficultates contra hanc quartam viam noſtram.

6. *Prima difficultas contra hanc quartam & verã viam.* SED contra hanc noſtram probationem occurrunt duæ difficultates: prima, quia tantùm probat de virtute principali; remanet igitur adhuc difficultas, An poſſit dari ſubſtantia ſupernaturalis, cui tamquam inſtrumento ſit connaturalis viſio beatifica, ſicut eſt connaturalis lumini gloriæ.

Secũda difficultas cõtra eamdẽ. Secunda difficultas, quia per probationem allatam tantùm probatur non poſſe dari ſubſtantiam ſupernaturalem, cui ſit connaturalis viſio Dei in ſeipſo; remanet autem adhuc difficultas, An poſſit B dari ſubſtantia ſupernaturalis, cui ſit connaturalis cognitio intuitiua myſteriorum gratiæ, qualia ſunt lumen gloriæ, viſio beatifica, &c. Et ratio difficultatis eſt, quia hæc myſteria ſunt creata, & immerſa potentialitati; non ergo tamquam obiectum excederent ipſam ſubſtantiam ſupernaturalem creatam cognoſcentem, ſicut excedit ipſe Deus, qui eſt actus purus.

7. *Reſpõſio ad primam difficultatem.* Quantum ad primam difficultatem reſpondeo negatiuè, quia ſi huic ſubſtantiæ eſſet connaturalis talis viſio, eſſet etiam illi connaturale lumen gloriæ, quia lumen proportionatur actui, & vlteriùs tam lumen, quàm actus eſſent ad perficiendam vltimatè ipſam ſubſtantiam; ipſa enim eſt, quæ videret formaliter, & non Deus: ergo hæc ſubſtantia C eſſet agens principale. Hæc enim requiruntur, & ſufficiunt ad rationem cauſæ principalis, vt ſcilicet principium quo, ſit illi connaturale, & etiam actus ad perficiendam ſeipſam, ſicut patet in cæteris agentibus principalibus. *Cõfirmatur hæc ratio.* Et explicatur, & confirmatur magis hæc ratio; aſſignando differentiam inter intellectum creatum eleuatum lumine gloriæ, vt modò eſt de facto, & inter talem ſubſtãtiam ſupernaturalẽ, quòd ille intellectus eleuatus, quantum ad attingentiam formalem, ipſe eſt ſolus, qui attingit Deum tamquam obiectum, & non ipſe Deus: dicitur autem inſtrumentum, quia hoc non habet ex principiis ſuis intrinſecis, vt poſſit attingere ipſum Deum in ſeipſo; ſed hoc habet ex lumine gloriæ, tamquam principio quo; hoc autem eſt illi extrinſecum, quia non de- D betur connaturaliter, & habet ex actu tamquam ex forma, qui quidem actus nec illi eſt connaturalis: ſed ad productionem ipſius concurrit, tamquam inſtrumentum Dei, & Deus dicitur principaliter concurrere. At verò, ſi daretur iſta ſubſtantia ſupernaturalis, ipſa eſſet, quæ formaliter attingeret Deum tamquam obiectum, ſicut dictum eſt de intellectu eleuato; ſed differret à tali intellectu, quia hoc haberet ex propriis principiis intrinſecis. ſupponitur enim tali ſubſtantiæ eſſe connaturale, & lumen gloriæ tamquam principium quo, & ipſum actum viſionis tamquam formam; conſequenter etiam ad productionem ipſius actus concurreret tamquam principale agens. eadem enim entitas intellectus eſt, quæ attingit formaliter obiectum, & quæ producit E actum viſionis.

Myſteria gratiæ ſunt immerſa potentialitati. Quantum ad ſecundam difficultatem, vtrùm, ſcilicet, poſſit dari ſubſtantia ſupernaturalis, cui ſit connaturalis viſio intuitiua myſteriorum gratiæ: eſt ratio dubitandi pro parte affirmatiua, quia myſteria gratiæ ſunt creata, & immerſa potentialitati: ergo modus cognoſcendi non excederet modum eſſendi ſubſtantiæ ſupernaturalis: poteſt igitur illi eſſe connaturalis viſio horum myſteriorum.

8. *Reſpõſio ad ſecundam difficultatẽ.* Reſpondeo tamen primò, quòd etiamſi concedatur poſſe dari huiuſmodi ſubſtantiam ſupernaturalem, non eſſe contra ſententiam noſtri Corollarij, quæ loquitur de ſubſtantia ſupernaturali, cui ſit connaturalis viſio Dei tamquam actus purus in ſeipſo. Secundò reſpondeo directè ad difficultatem negatiuè. & ratio, quæ etiam ſimul ſoluit rationem dubitandi, hæc eſt, quia hæc myſteria gratiæ ſunt in eodem ordine ſupernaturali, in quo eſt Deus tamquam inſtrumenta ipſius: at verò talis ſubſtantia ſupernaturalis, ſi daretur, eſſet in ordine ſupernaturali, tamquam cauſa principalis; ſicut patet ex iis, quæ paulò antè diximus in reſponſione ad primam difficultatem. *Myſteria gratia ſunt in eodem gradu ſupernaturali, in quo eſt Deus.* Ergo attingeret hæc myſteria gratiæ tamquam cauſa principalis: ergo huiuſmodi ſubſtantiæ competeret connaturaliter viſio Dei in ſe ipſo, quod ſuprà impugnatum eſt. Conſequentia eſt manifeſta, quia hæc ſubſtantia eſſet tamquam cauſa principalis in eodem ordine ſupernaturali, in quo eſt lumen gloriæ tamquam inſtrumentum: ſed lumini gloriæ competit connaturaliter viſio tamquam effectus ipſius, vt inſtrumentum eſt, quia vt ſic, eſt in illo ordine ſupernaturali, ergo tali ſubſtantiæ competeret eadem viſio, vt principali agenti, quia vt principale agens eſt in illo ordine, vt probatum eſt.

Quòd ſi quis obiiciat contra hanc reſponſionem, *Obiectio.* quòd ad hoc, vt intuitiuè cognoſcatur inſtrumentum, non opus eſt vt virtus, ſeu lumen quo cognoſcitur, ſit in eodem ordine, in quo eſt inſtrumentum formaliter: nam calor, qui eſt inſtrumentum ſubſtantiæ ignis cognoſcitur per propriam ſpeciem à potentia tactus, quæ eſt accidens: & phantaſma, ſeu potiùs actus phantaſiandi eſt inſtrumentum intellectus agentis ad productionem ſpeciei intelligibilis; & tamen talis actus euidenter cognoſcitur à phantaſia, ſeu æſtimatiua, quæ eſt potentia materialis.

Reſpondetur primò, quòd iſtæ potentiæ cognoſcentes ſunt inſtrumenta animæ, quæ eſt in ordine ſuperiori.

Secundò reſpondetur, quòd hæc inſtrumenta, vt calor, phantaſma, ſeu phantaſiatio habent propriam operationem, per quam proportionantur potentiis cognoſcentibus, vel ſaltem ſunt propria, & connaturalis operatio ſuæ potentiæ, vt eſt actus phantaſiandi; & vt ſic, cognoſcuntur à talibus potentiis, & non ſub illa alia ratione inſtrumenti, ſub qua ratione habent aliam operationem in virtute principalis agentis, & collocantur in ſuperiori ordine, verbi gratia, calor præter calefactionem ignis, & phantaſma præter actum phantaſiandi, concurrit effectiuè ad productionẽ ſpeciei intelligibilis, vel ſi ipſe actus phantaſiandi eſt, qui concurrit ad talem productionem, tunc ipſe actus eſt proprius, & connaturalis operatio phantaſiæ, & vlterius habet, vt ſit inſtrumentum intellectus agentis: at verò myſteria gratiæ, vt lumen gloriæ, &c. non habent aliam operationem, præter eam, quam habent in virtute principalis agentis; nec habent alium modum eſſendi, quàm inſtrumenti, & ideo non poſſunt cognoſci niſi ſub ratione inſtrumenti, quatenus ſunt in illo ſuperiori ordine ſupernaturali.

Digitized by Google

QVÆSTIO QVARTA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia quarti Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, nullus intellectus poſſit eleuari ad tantum lumen gloriæ, vt Deum comprehendat.

Materiam huius quæſtionis tractant Scholaſtici alij in 3. diſtinct. 14. Ricardus articulo primo, quæſtione quarta. Bonauent. articulo primo, quæſtione octaua. Paludanus quæſtione prima, circa finem. Durandus quæſtione prima, numero decimo. Almainus quæſtione vnica. Gabriel quæſtione vnica, articulo tertio, dubio tertio. Alij in 4. diſtinct. 49. Scotus quæſtione prima. Maior ibidem, quæſtione decima quinta. Ochamus quæſtione decima quinta, articulo primo. Sotus quæſtione quinta, articulo primo. Alenſis prima parte, quæſtione ſeptima, membro primo, & Sanctus Thomas quæſtione duodecima, articulo ſeptimo: & hic Caietanus, & tertia parte, quæſtione decima, articulo primo & ſecundo. Vaſquez, Suarez, Molina, & alij recentiores Thomiſtæ in his locis.

1. PRo explicatione ſenſus quæſtionis, vbinam, ſcilicet, ſitus ſit punctus difficultatis, eſt notandum primò, quòd hæc quæſtio eodem modo agitatur de intellectu creabili ſupernaturali infinitæ perfectionis, ſi dari poſſit, qui tamquam cauſa principalis concurreret ad comprehenſionem, ac de intellectu eleuato infinito lumine gloriæ, qui concurreret tamquam inſtrumentum; nam talis intellectus eſſet eleuatus per lumen gloriæ ad ordinem ſuperiorem, vt fieret proportionatus ad videndum Deum. Ad penetrãdum igitur magis, & magis ipſum Deum vſque ad comprehenſionem, calculatio fieri deberet in eodem ordine, atque adeo eodem modo procederet calculatio, ac ſi eſſet in illo ordine cauſa principalis.

2. Notandum ſecundò, quòd in ſententia huius Corollarij conueniunt omnes Scholaſtici ſuprà citati. *In ſententia Corollarij omnes conueniunt.* & quamuis hæc ſententia euidẽter probari non poſſit ex Scripturis (interpretari enim poſſunt, vel de incomprehenſibilitate in hac vita, vt in 1. Tim. 6. vel de incomprehenſibilitate iudiciorum Dei, quæ Deus reuelat, cui vult, vt Ierem. 32. ad Rom. 11. & alia huiuſmodi) probatur tamen ex communi Patrum, quos infrà citabimus, & ex Concilio Latera- *Concilium Lateran.*

A nenſi ſub Innocentio III. vbi, ſicut dicitur Deus æternus, & immutabilis, ita dicitur incomprehenſibilis: nec obſtat, quòd ibidem dicatur ineffabilis; nam etiam à beato eſt ineffabilis ſecundùm totalem perfectionem ſuam.

3. Punctus igitur difficultatis eſt in aſſignanda ratione huius incomprehenſibilitatis. & ratio difficultatis, ſeu dubitandi hæc eſt, quia comprehenſio, vel eſt ex parte rei cognitæ, ſeu obiecti; vel ex parte cognitionis. Omiſſis aliis modis, quos ponunt nominales, qui non faciunt ad rem noſtram, vt ex dicendis infrà meliùs patebit: Primo modo non poteſt dici Deus incomprehenſibilis. Probatur, quia comprehenſio ex parte rei cognitæ tunc eſt, quando cognitio eſt ita adæquata obiecto, vt nihil ſit in obiecto *Punctus difficultatis in aſſignanda ratione incomprehẽſibilitatis. Ratio dubitandi.*
B cognoſcibile, ſiue contentum formaliter, ſiue eminenter, quod per talem cognitionem non cognoſcatur: Sed nihil eorum quæ ſunt in Deo, ſiue formaliter, ſiue eminenter latet intellectum Beati: Ergo Deus à Beato comprehenditur primo modo, ſcilicet, ex parte rei cognitæ, ſeu ex parte obiecti. Probatur maior, quia ita accipiunt comprehenſionem ex parte obiecti communiter Scholaſtici locis citatis, ſumpta metaphora à corporibus, in quibus id dicitur comprehendi manu, quod ita intra manum eſt, vt nihil illius extra manum ſit. ita etiam communiter Patres, præſertim Auguſtinus multis in locis, & præcipuè ſermone trigeſimo octauo de verbis Domini probat exemplo oculi, qui non dicitur totum corpus comprehendere, ſi ſolam faciem videat. Minor probatur, *Quid ſit cõprehenſibile iuxta Scholaſticos.*
C & primò quantum ad continentiam formalem: natura Dei eſt ſimpliciſſima, & ſimpliciſſimo modo identificata cum omnibus, quæ in ipſa ſunt formaliter: non ergo poteſt aliquid latere, & aliquid cognoſci, quia hoc diceret compoſitionem. Et confirmatur primò ex Ariſt. 9. Metaph. c. 12. vbi habet, quòd non contingit intellectum noſtrum circa ſimplicem ſubſtantiam decipi, ſed aut omnino eam attingere, aut omnino ignorare. Secundò confirmatur ex illo Ioan. cap. 14. *Qui videt me, videt & Patrem meum.* & ſubdit rationem deſumptam ex ſimpliciſſima identitate: *Non credis* (inquit) *quia ego in Patre, & Pater in me eſt.* Tertiò confirmatur ex Conc. Florent. in decreto de Purgatorio, vbi ex ſimpliciſſima identitate probat à Beato videri ea, quæ ſunt in Deo formaliter.

D Quantum verò ad continentiam eminentialem probatur, quia ſi ad videndum omnes creaturas eſſet aliqua repugnantia, eſſet ex eo, quia requireretur in viſione, vel infinita intenſio, vel ſaltem infinita extenſio ad infinita obiecta. Sed hæc repugnantia nulla eſt: nam infinitum, quamuis repugnet in quantitate ratione partium, quarum vna eſt extra aliam, & conſequenter poſſit reperiri terminus; non repugnat autem ſimplici qualitati, qualis eſſet intenſio, & extenſio, de qua loquimur, æquipollenti infinitis gradibus, ſiue extenſionibus: vel etiam ſi daretur compoſita ex gradibus, ſeu partibus, non repugnaret, quia vnus gradus, ſeu vna pars non eſſet extra aliam, ſicut eſt in quantitate.

E Si verò comprehenſio ſumatur ſecundo modo, ex parte ſcilicet cognitionis, quod tunc eſt, quando obiectum cognoſcitur omni modo, quo cognoſci poteſt; concedendum eſt, Deum eſſe incomprehenſibilem à creatura, & à ſe ſolo comprehendi: tamẽ comprehenſio hoc modo eſt accidentaria, & extra rem, ſi nihil obiecti latet cognoſcentem per primum modum comprehenſionis; ſicut patet in comprehenſione corporali, à qua ſumpta eſt metaphora: ſphæra enim aurea, ſi tota eſt intra aliam ſphærã ferream, per accidens eſt, & extra rem, quod illa ſit aurea,

Digitized by Google

August. hæc ferrea: vnde meritò Auguſtinus Epiſtola 112. definiens comprehenſionem, definit illam in ordine tantùm ad rem cognitam: *Cùm nihil,* (inquit) *eum lateat videntem*) propter hanc igitur difficultatem, ſeu rationem dubitandi, Scholaſtici ad probandam hanc ſententiam Corollarij in varias vias diuiſi ſunt, quas oportet priùs omnes examinare, antequàm illam deducamus ex principio noſtro Philoſophico.

Afferuntur varij modi probandi ſententiam Corollarij & impugnantur.

4. Prima via S. Bonau. Scoti, Durand. ex parte cognitionis.

PRimus modus probandi ſententiam Corollarij eſt ſancti Bonauenturæ loco citato quæſtione 1. Scoti, & Durandi locis citatis, qui exiſtimant ad comprehenſionem requiri cognitionem debere eſſe tantæ perfectionis in genere perfectionis, quantæ eſt obiectum in genere cognoſcibilitatis. quare Deus non poteſt comprehendi niſi cognitione increata ſibi propria, & adæquata. Hæc via tribuitur etiam Sancto Thomæ 1. p. quæſt. 12. artic. 7. ſed vt infrà in opinione noſtra oſtendemus, S. Thomas intelligendus eſt de incomprehenſibilitate, non ex parte cognoſcentis, ſed ex parte obiecti, quamuis aliqui comprehenſionem ex parte cognoſcentis appellant aliquando ex parte obiecti, cùm ſcilicet cognoſcitur ea claritate, quam petit obiectum: ſed comprehenſio ex parte obiecti, quatenus diſtinguitur à cõprehenſione ex parte cognoſcentis, tunc eſt, quando intrinſeca aliqua maior perfectio videtur in ipſo obiecto, quæ priùs latebat videntẽ tale obiectũ.

5. Impugnatio Vaſquez.

Sed hic modus probandi variè impugnatur, & primò à Vaſquez in 1. parr. diſp. 43. quia dummodo res, inquit, comprehendatur totaliter ex parte obiecti, accidentarium; & extra rem eſt, cognitionem non eſſe tantæ perfectionis in genere cognitionis, quantæ eſt obiectum in genere cognoſcibilitatis: quòd quidem probat ex comprehenſione in corporalibus, à quibus ſumpta metaphora, in quibus tunc dicitur ſphæra comprehendi à manu, cùm nihil eius eſt extra manum; ergo ſi Deus comprehendi poteſt ex parte obiecti, ſimpliciter dicendus eſt comprehenſibilis, quod quidem aſſerere eſt contra Sanctos Patres, & Concilium Lateranenſe, quorum loca ſuprà citauimus. Et confirmatur, quia claritas in cognoſcendo videtur dicere ordinem ad rem cognitam. ſi igitur nihil plus appareat de re cognita, non videtur quomodo poſſit eſſe maior claritas circa illam rem cognitam.

Confutatur hæc impugnatio.

Sed hæc impugnatio refellitur, quia abſoluta, & perfecta comprehenſio, non ſolùm importat, vt nihil lateat cognoſcentem ex parte obiecti, ſed etiam importat modum cognitionis circa ipſum obiectum, vt cognoſcatur omni claritate, & certitudine, qua cognoſcibile eſt ſecundùm ſuam naturam, & probatur primò in ipſis corporalibus, à quibus ſumpta eſt metaphora, in quibus non ſolùm dicitur comprehendi manu, vt volebat Vaſquez, quòd ita intra manum eſt, vt nihil illius extra manum ſit; ſed tunc dicitur comprehendi perfectè, quod ita includitur in manu, vt idem manu ipſa conſtringatur, & comprimatur, vt colligitur ex Cic. 4. Acad. Secundò probatur ex S. Thom. 3. contra gent. cap. 55. & in 1. part. quæſt. 12. art. 7. & dat exemplum de ſciente modo opinatiuo eamdem concluſionem, quæ eſt cognoſcibilis ſcientia demonſtratiua, quæ quidem concluſio, vt inquit idem S. Thomas de verit. quæſt. 8. art. 2. non dicitur non comprehendi ab opinante ex eo, quia aliquid latet illius concluA ſionis modo opinatiuo, quod eſſet ſcibile per demonſtrationem; ſed quia non attingitur modo demonſtratiuo, qui eſt clarior, & perfectior, quem quidem modum petit natura illius concluſionis, & 3. contra gent. loco citato adducit exemplum de ſciente, qui quamuis ſciat à poſteriori concluſionem demonſtrabilem à priori, non tamen dicitur illam comprehendere: nam natura illius concluſionis petit, vt cognoſcatur à priori per cauſam, qui modus eſt clarior, & certior. Quòd ſi dicas in demonſtratione à priori cognoſci aliquid plus de obiecto, ſcilicet, effectum conuenire per ſe ſubiecto, quatenùs infertur, vt fluens ab illo tamquam à cauſa, quod non cognoſcitur in demonſtratione Quia. Reſpondetur primò, poſſe à poſteB riori ſciri effectum eſſe per ſe. Secundò reſpondetur per ea, quæ diximus in Logica, vbi probauimus regreſſum demonſtratiuum non eſſe inutilem, quia ante compoſitionem ordinatam demonſtrationis Quia, & Propter quid, fit reſolutio effectus in ſuam cauſam propriam, & adæquatam: exempli gratia, riſibilitatis in rationalitatem: quare in demonſtratione Quia in Minori propoſitione, in qua affirmatur, quòd homo eſt riſibilis, iam ſcitur riſibilitatem conuenire homini, & in concluſione ſcitur ex vi præcedentis reſolutionis homini ineſſe rationalitatem tamquam cauſam riſibilitatis. Scitur igitur ex parte obiecti, quicquid ſcitur in demonſtratione Propter quid: ſed non ſcitur eodem modo ex parte cognitionis. nam in demonſtratione C Quia intellectus illam riſibilitatem, quam cognouerat per reſolutionem eſſe effectum per ſe, & formalem rationalitatis applicat homini tanquam ſubiecto per experientiam, quam habet ex ſenſu, experitur enim hominem ridere: at verò in demonſtratione Propter quid, ex rationalitate, tamquam ex cauſa, concludit intellectus eandem riſibilitatem ineſſe homini. qui modus cognoſcendi eſt clarior, quia eſt ex cauſa: & hinc apparet claritatem, de qua eſt maior difficultas, poſſe eſſe maiorem; etiamſi nihil plus appareat de re cognita. Et per hæc patet reſponſio ad rationem Vaſquez, & ad confirmationem ibidem factam.

Regreſſus demonſtratiuus non eſt inutilis.

Cicero. S. Thom. Affertur duplex exemplum ex S. Thom. ad idem confirmandũ cõtra Vaſquez.

6. Vera impugnatio contra primum modũ probandi.

Quare ex eo tantum capite videtur poſſe impugnari hic primus modus, quatenus negat incompreD henſibilitatem Dei ex parte obiecti, quod quidem non videtur verum, vt in ſententia noſtra, cap. 7. & 8. oſtendemus, & præterea videtur hæc via eſſe contra ſanctos Patres, qui quamuis interpretari poſſint de incomprehenſibilitate ex parte cognoſcentis, tamen aliqui clariùs loquuntur de incomprehenſibilitate ex parte rei cognitæ, ita Nazianz. orat. 49. poſt medium, quæ eſt de fide; vbi ait, quòd Deus cùm definitur, ipſa definitione creſcit; quod quidem dictum ad noſtrum propoſitum explicat Helias Cretenſis in ſuis Scholiis, vbi ait, quòd Deus definitione, qua videtur comprehendi, creſcit. nam quacumque data definitione ſtatim videtur Deus eſſe aliquid maius quod definitione comprehendi non poſſit. Ita etiam Gregorius libro 8. Moralium, E capito 39. vbi inquit: Quantum ad immenſitatem Dei quidam nobis modus figitur contemplationis, quia eo ipſo pondere circumſcribimur, quo creaturæ ſumus, circumſcribere autem non eſt clariùs videre, ſed intra ſe capere totam illam immenſitatem. Et lib. 10. cap. 7. aſſignat rationem; quia (inquit) eſt lumen incircumſcriptum: creatura autem circumſcribitur, ſeu definitur in videndo. Ita etiam Auguſt. lib. 83. quæſtionum, quæſt. 14. & 12. de Ciuit. cap. 18. & epiſt. 117. cap. 8. vbi comprehenſionem definit

Nazianz. *Deus cũ definitur, ipſa definitione creſcit.*

Gregor.

August.

Digitized by Google

definit in ordine ad obiectum, cùm nihil, ſcilicet, obiecti latet videntem. Si igitur Deus hoc modo eſſet comprehenſibilis, diceretur ſimpliciter comprehenſibilis, ſecundùm Auguſt. quod eſt falſum, & idem aſſerit Nazianz. orat. 36. quæ eſt 4. de Theologia, vbi inquit, quòd quemadmodum nemo eſt, qui totum aërem hauſerit, ita Dei naturam nec mens vnquam vlla prorſus concipiet.

Comprehẽſio ex Auguſt. quid ſit.

Nazianz.

Affertur alius modus probãdi in comprehenſibilitatem Dei, & impugnatur.

Omitto circa hanc priorem viam afferre aliquorum opinionem, aſſerentium ad perfectam comprehenſionem ex parte cognitionis requiri, vt obiectum videatur per propriam eſſentiam cognoſcentis. vnde inferunt, quòd ſi per impoſſibile poſſet dari lumen increatum aliquod, diſtinctum ab ipſo Deo, per quod lumen videretur Deus per eſſentiam ipſius Dei, tamquam per ſpeciem, non comprehenderetur Deus: ſed hic modus non videtur verus; nam nimis ſtrictè ſumit nomen comprehenſionis. vnde ſequeretur primò contra communem modum loquẽdi Theologorum, quòd ſolus Deus comprehenderet aliam ſubſtantiam diſtinctam à ſe, quia ſolus Deus videt illam in ſe per eſſentiam ſuam, in qua eminenter continetur; at verò creatura videt aliam ſubſtantiam per ſpeciem ſubſtantiæ cognitæ. Secundò ſequeretur, quòd Angelus ſuperior non comprehenderet inferiorem, quia non videt illum per eſſentiam ſuam: inferior autem comprehenderet ſe ipſum, quia videt ſe per eſſentiam ſuam. Eſſe autem hoc abſurdum probatur, tum quia eſt contra communem Theologorum, tum quia Angelus ſuperior ex parte obiecti habet cognitionem adæquatam, & ex parte cognoſcentis cognoſcit clariùs, quàm Angelus inferior cognoſcat ſeipſum. quòd autem videatur per propriam eſſentiam, vel per ſpeciem, quamuis in ratione eſſendi dicat maiorem perfectionem in cognoſcente videre obiectum per propriam eſſentiam, tamen in ratione cognitionis videtur extraneum, quia ea conſiſtit tantùm in repræſentatione obiecti, & vt faciat obiectum eſſe præſens intellectui, quod quidem fit ita per ſpeciem ſicut per eſſentiam.

Ochəm. Secũdus modus probandi per Ochamũ inductus. Quatuor genera comprehenſionum.

Secundus modus probandi eſt Ochami, quem ſequuntur Nominales, qui ad probandam Dei incomprehenſibilitatem afferunt quatuor genera præcipua comprehenſionis. Primum eſt cùm nihil obiecti latet videntem. Secundum, cùm cognoſcuntur omnia prædicata quæ obiecto conueniunt. Tertium quando cognitio habet eamdem proportionem cum reliquis cognitionibus, quam habet res ipſa cognita cum aliis rebus. Quartum, quando res videtur optimo modo, quo videri poteſt.

Pro explicatione tertij, & quarti generis notandum eſt ex D. Thoma de Verit. quæſtione 8. art. 2. quòd dupliciter poteſt dici obiectum cognoſci omni modo, quo cognoſcibile eſt. Primò, vt cognoſcatur omni claritate, qua cognoſcibile eſt ſecundùm intrinſecam rationem ſuæ entitatis, & hoc modo tunc dicitur res comprehendi ex parte cognitionis, quando modus cognitionis adæquat in repræſentando perfectionem rei cognitæ. & hic eſt fortè tertius modus Nominalium: quamuis aliqui intelligant hunc tertium modum, cùm cognitio eſt eiuſdem perfectionis, ac eſt res cognita. Secundò, vt obiectum cognoſcatur omni claritate, qua cognoſcibile eſt per denominationem extrinſecam, & hoc modo nulla creatura poteſt comprehendi à ſe ipſa, vel ab alia creatura, niſi à ſolo Deo. & hic eſt quartus modus Nominalium.

8.

Impugnatur ſecũdus modus.

Sed hic ſecundus modus impugnatur primò, quoad ſecundum genus comprehenſionis. nam de primo dicemus infrà, hoc, inquam, ſecundum genus

A comprehenſionis non poteſt intelligi de attributis, quæ ſunt à parte rei formaliter in Deo, quia per primum modum hæc non latent videntem in ipſum Deum. intelligi igitur debet de prædicatis, quæ poſſunt per intellectum formari de Deo ſecundùm continentiam eminentialem: exempli gratia, quòd ſit homo eminenter, Angelus eminenter, & ſic de aliis in infinitum. Sed non repugnat hæc omnia prædicata ſecundùm continentiam eminentialem cognoſci à Beato, quia ſi aliqua eſſet repugnantia, ea eſſet, quia requireretur in viſione intenſio, vel extenſio infinita ad infinita obiecta, at hanc repugnantiam nullam eſſe probatum eſt ſuprà in ratione dubitandi, quia hæc intenſio, vel extenſio poſſet eſſe

B ſimplex qualitas, vel compoſita ex partibus, quarum vna non eſſet extra aliam: infinitum autem repugnat ratione partium, quarum vna eſt extra aliam, ratione cuius extremitatis poſſet aſſignari terminus, vel per ſublationem partium.

Impugnatio ſecunda.

Secundò impugnatur quoad tertium genus comprehenſionis, eadem ratione, qua impugnatus eſt primus modus probandi, coincidit enim cum illo: ſi verò in tertio genere velint dicere Nominales, quòd cognitio debeat eſſe eiuſdem perfectionis, ac eſt res cognita, faciliùs impugnatur, quia eſt omnino per accidens, ſicut quòd ſphæra ferrea contineatur ab aurea. & præterea ſequeretur imperfectiſſimam ſubſtantiam non poſſe comprehendi per cognitionem Angelicam, quia cognitio eſt accidens.

Impugnatio tertia.

C Tertiò impugnatur quoad quartum genus, non quidem ea ratione, quia hoc genus eſt extra rem, vt exiſtimat Vaſquez, quia hoc genus cùm ſit intrà latitudinem cognitionis, pertinet ad rationem perfectioris comprehenſionis, vt ſcilicet, obiectum cognoſcatur ſecundùm maiorem claritatem, & certitudinem: impugnatur igitur ex eo, quia non diceretur Deus incomprehenſibilis contra Patres, & Concilium Lateranenſe, quorum loca ſuprà citauimus. nam etiam omnes creaturæ hoc modo eſſent incomprehenſibiles, ſicut ipſe Deus, quia ſicut creatura non poteſt comprehendi ab alia creatura hoc quarto modo, ſed à ſolo Deo; ita etiam ipſe Deus non poteſt comprehendi à creatura, ſed à ſeipſo tantùm, ex Auguſtino 12. de Ciuitate cap. 18. vbi dicit, quòd per adæquatam cognitionem ipſa Dei infinitas, ab ipſo Deo finitur.

Deus à ſolo Deo comprehendi poteſt.

D

Tertius modus probandi eſt Vaſquez, Non poſſunt (inquit) videri creaturæ in Verbo: ergo non poteſt comprehendi Deus. Antecedens probat, quia creaturæ non poſſunt videri in Verbo, niſi vt in cauſa, quia ſunt intrinſecè participationes ipſius Dei: ſed non poſſe videri in Deo, vt in cauſa probat: Primò, quia eſſentia Dei eſt quid abſolutum. Secundò ex abſurdo, quod inde ſequeretur, quòd ſi videri poſſet vna, viderentur neceſſariò omnes; tum quia cauſa æquè repræſentat omnes, tum quia viſio, qua videtur Deus cùm ſit ad obiectum excedens, extenderetur etiam ex vi eiuſdem viſionis ad omnes creaturas, ſi aliqua videri poſſet in Verbo. Conſe-

9.

3. modus Vaſquez.

1. argumẽtũ quo probatur, Non poſſe videri creaturas in Deo tanquã in cauſa.

2. argumentum.

E quentiam verò probat; quia comprehenſio dicit tentionem omnium, quæ ſunt in Deo formaliter, & eminenter; nam ea, quæ ſunt eminenter, pertinent aliquo modo ad Deum, quia diſtinctiùs penetratur eſſentia diuina tamquam cauſa ſaltem extenſiuè ſecundùm continentiam eminentialem, vnde poſſunt formari multa prædicata de Deo in ordine ad creaturas; ſed ex vi illius viſionis, qua videtur Deus, non videntur omnes creaturæ, vt probatum eſt, quamuis videri poſſint extra Verbum in proprio genere;

Digitized by Google

nere; ergo non poteſt comprehendi Deus, quia ad comprehenſionem requiritur, vt creaturæ videantur ex vi eiuſdem viſionis, qua videtur Deus.

Maior. Ocham.

Hanc viam, quantum ad antecedens, tenent ex parte Maior in 4.diſt.39. quæſt.16. & in 3. diſt.14. & Ocham.in 4.quæſt.13.qui non de omnibus creaturis, ſed tantùm de futuris, & exiſtentibus negant poſſe videri in Verbo; quantum verò ad conſequentiam omnino conueniunt; quia hinc inferunt Deum non poſſe comprehendi à Beato, quia non poſſunt in Verbo videri omnia,cùm non poſſint videri futura, & exiſtentia.

10. **Impugnatur hæc 3. via Vaſquez: & primò peccat in Cõſequentia.**

Sed contrà, quia hic tertius modus quamuis ſubtilis ſit, videtur peccare fortè in Conſequentia, & Antecedenti. Peccat quidem Conſequentia, quia ex vi Antecedentis tantùm ſequitur, quòd illa viſio quia præciſè videtur Deus, non ſit comprehenſio per rationem allatam. Sed negaret fortè aliquis, inde ſequi non poſſe Deum comprehendi ab intellectu Beati per duas viſiones ſimul;alteram,qua videtur Deus ſecundùm id,quod eſt in Deo formaliter; alteram extra Verbum, qua videntur in proprio genere ea,quæ continentur in Deo eminenter, & dicitur cauſalis,quia originatur à priori viſione. Quòd ſi replicetur, ad comprehenſionem eſſe neceſſarium, vt videatur effectus ex vi cauſæ viſæ, ſeu ex vi viſionis: Reſponderi fortè poſſit, negando hoc eſſe neceſſarium in comprehenſione ex parte obiecti, quia dummodò obiectum videatur,vt cauſa;ſecundùm totam ſuam intenſionem obiectiuam, vt ſupponitur videri à quolibet Beato in doctrina ipſius Auctoris,qui tenet pro abſurdo dari penetrationem eſſentiæ diuinæ ſecundum gradus, cùm ſit ſimpliciſſima, & ex alia parte videantur ſimul per aliam viſionem,quamuis extra Verbum omnia,quæ in Deo continentur eminenter, vt effectus ipſius Dei diceretur claudi intra ſinum intellectus totum, quod eſt in ipſo formaliter, & ſecundùm extenſionem totum quod eſt in Deo eminenter penetrando extenſiuè,& diſtinctè totam continentiam eminentialem, quæ eſt in Deo, ſicut in corporalibus, à quibus ſumpta eſt metaphora comprehenſionis ſiue ſphæram ſupponamus teneri vna, ſiue pluribus tentionibus, dummodò nihil ſphæræ ſit extra manum, diceretur comprehendi à manu,quamuis non comprehendatur per ſingulas tentiones. Similiter ſi corpus totum videretur ab oculo per plures viſiones ſimul,quamuis per ſingulares viſiones præciſè ſumptas,non diceretur comprehendi;tamen ſimpliciter diceretur comprehendi à potentia viſiua, quia totum obiectum eſt intra ſinum potentiæ viſiuæ.quod quidem colligitur ex Auguſtino, tum ex definitione comprehenſionis, quam ſuprà retulimus,tum ex ſimilitudine oculi, quam affert ad idem probandum, vt ſuprà viſum eſt. Ex parte verò cognoſcentis poſſet concedi,quòd non ſit comprehenſio, quia creaturæ viderentur maiori claritate, & certitudine,ſi viderentur eadem viſione, qua videtur Deus, ſicut eadem concluſio clarior, & certior ſcitur per demonſtrationem Propter quid, quàm Quia. Sed hoc non fauet huic Auctori; tenet enim, vt ſupra dictum eſt, hoc eſſe accidentarium ipſi comprehenſioni,& extra rem.

Sufficit ad comprehenſionem ex parte obiecti, etiamſi obiectũ videatur ſimul duabus viſionibus.

Exẽplum de ſphæra.

Exemplum de oculo.

Auguſt.

Secũdò peccat hæc via in Antecedenti. Auguſt. *Duplex cognitio in Beatis, Matutina, & Veſpertina.*

Sed quicquid ſit de conſequentia, peccat hæc ratio Vaſquez in antecedenti, & probatur primò, quia eſt contra communem Scholaſticorum, & contra Auguſtinum 4.Gen.cap.22.23.24. Et primo de Ciuitate Dei cap. 7. & 29. aſſerentem duplicem eſſe cognitionem in Beatis, Matutinam ſcilicet,qua vident creaturas in Verbo; & Veſpertinam,qua cognoſcunt eas in proprio genere. Nec videtur Auguſt. vt patet ex ipſius verbis, poſſe pati interpretationem ipſius Vaſquez, quòd ſcilicet creaturæ videantur in Verbo ſecundum eſſe diuinum, quia tunc non viderentur ipſæ creaturæ formaliter, & tamen de viſione creaturarum formaliter in Verbo loquitur Auguſtinus,& ita interpretatur Auguſtinũ, S.Thomas & grauiores Scholaſtici, & idem colligitur ex Dionyſio 2.cap.de Diuin. Nomin. ſed quicquid ſit,de mente Auguſt. Secundò probatur ratione, quia ſi eſſentia diuina, quatenus ſpecies poteſt repræſentare ſibi creaturas, non eſt cur non poſſit etiam eaſdem repræſentare Beatis. Quòd ſi dicas Deum videre creaturas, quia ipſa eſſentia Dei ſimul eſt creaturarum cognitio per modum ſpeciei expreſſæ: at verò Beato eſſentia diuina non eſt cognitio,ſed obiectum. Contrà,quia Beatus videns hanc cognitionem,vt obiectum,poſſet etiam videre creaturas repræſentatas expreſsè per illam: præſertim ſi teneatur, quòd cognitio ſit formalis repræſentatio. Præterea eſſentia Dei non ſolùm eſt cognitio creaturarum, ſed etiam cauſa ipſarum: ergo Beatus intuens diuinam eſſentiam, vt cauſam,poteſt etiam ex vi cauſæ cognoſcere effectus, & hoc non repugnat vt mox patebit infrà ex ſolutione argumentorum.

S.Thomas. Dionyſ.

Probatur ratione creaturas poſſe videri in Verbo.

Ad argumenta autem huius Auctoris, reſpondetur ad primum, negatur primò; creaturas non poſſe videri in Verbo niſi ex vi cauſæ, quia poſſunt videri ex vi viſionis tamquam obiecta exceſſa, vt ſequenti Corollario oſtendetur. & cùm arguitur debere videri, vt effectus Dei,reſpondetur ſufficere ad hoc, vt creaturæ, quæ videntur in Deo, ex vi viſionis videantur,vt relatæ ad ipſum.Secũdò negatur ex duplici capite, id quod aſſumit hic Auctor, non poſſe ſcilicet videri creaturas in Verbo ex vi cauſæ, tum quia etiam ſi concederetur, quòd eſſentia diuina eſſet tantùm fundamentaliter relatiua, adhuc ſufficeret ad repræſentandum creaturas, ſi penetretur ipſa eſſentia diuina ſecundum illam perfectionem, ſecundum quam eſt fundamentaliter potens producere creaturas. & confirmatur quia Deus videt creaturas in ſeipſo,vt in cauſa. Præterea ſecundò adhuc aliqui negant diuinam naturam non eſſe formaliter relatiuam. Pro quo notandum eſt triplicem relationem poſſe concipi in Deo: primam prædicamentalem, ſeu ſecundum eſſe ad creaturas exiſtentes, & hæc ſecundum communem Theologorum dari non poteſt in Deo exceptis paucis Nominalibus,quia vel adueniret in tempore,& tunc Deus mutaretur intrinſecè, vel eſſent æternæ, & ſolùm adueniret denominatio in tempore adueniente termino, & tunc contrà, quia illa relatio prædicamentalis, poſtulat exiſtentiam termini à quo dependet; Secundò concipi poteſt relatio prædicamentalis ad creaturas poſſibiles, & hanc admittunt aliqui Nominales. Sed contrà,quia relationes prædicamentales reſultant, & accreſcunt fundamento ex entitate termini, quam aliquo modo ſupponunt: at hoc eſt abſurdum concedi in Deo, qui eſt omninò independens; & ideo hoc genus relationis negarunt communiter Theologi in 2.diſt.30.Tertia relatio eſt tranſcendentalis, quæ ab aliquibus appellari ſolet ſecundum dici, quamuis aliqui relationes ſecundum dici appellent denominationes extrinſecas. & hanc quidem relationem tranſcendentalem non negant communiter Theologi, neque Sanctus Thomas 1.par.quæſt.13. art.7. Et 2. contra Gentes cap. 12. quia loquitur, vt dicit Caietanus, & Ferrarienſis de relatione prædicamentali ad creaturas poſſibiles, & ratio eſt; quia relatio tranſcendentalis

Soluitur arg. quo probatur nullam creaturã poſſe videri in Verbo.

Relatio prædicamentalis ad creaturas exiſtentes nõ datur in Deo.

Nec datur in Deo relatio prædicamentalis ad creaturas poſſibiles.

Relatio trãſcẽdentalis ad creaturas nõ repugnat Deo.

S.Thom.

Digitized by Google

includitur in eſſentia, & entitate abſoluta. Exemplum affertur clarius, in cognitione. præciſa enim omni relatione conſequenti includitur reſpectus ad obiectum. nam intrinſecè cognitio facit eſſe obiectum præſens intellectui, nec opus eſt vt reſpectus tranſcendentalis ſupponat neceſſariò terminum poſſibilem, quia poteſt eſſe habitudo ad terminum poſteriorem, ſicut eſt in caſu noſtro. nam cauſa eſt in priori natura quam effectus, & ideo reſpectus tranſcendentalis cauſæ, non poteſt reſultare, nec accreſſcere fundamento ex entitate termini, ſicut reſultat, & accreſcit reſpectus prædicamentalis, ſeu ſecundum eſſe, quia talis reſpectus ſupponit entitatem termini. Quare ad Argumenta Vaſquez poſſent aliqui negare eſſentiam diuinam non eſſe formaliter relatiuam tranſcendentaliter, quia hoc nullum diceret abſurdum in Deo, vt probatum eſt.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum argumentum allatum ex abſurdo, quòd ſcilicet ſi vna creatura videri poſſet in Verbo, ſiue ex vi cauſæ, ſiue ex vi viſionis, ſequeretur omnes creaturas videri: Reſpondetur negando ſequelam, quia vel eſſentia diuina, vt cauſa repræſentat creaturas, quatenus ipſa eſſentia magis, & magis penetrari poteſt, ſecundum gradus virtuales, vt infrà oſtendemus in noſtra via: & tunc non æquè repræſentat omnes, quia vt repræſentat perfectiorem, debet magis penetrari, ad quod requiritur præter extenſionem intenſius lumen; vel repræſentat vt cauſa, quæ ſecundum aliquos totaliter penetratur à quolibet Beato, ſecundum eſſe quod habet cùm ſit ſimpliciſſima: & tunc, vt ex vi illius videantur omnes creaturæ, quamuis non requiratur maior intenſio, requiritur ſaltem maior extenſio intrinſeca in viſione, ad quam Deus liberè concurrit: vel videntur creaturæ ex vi viſionis, quatenus ea viſio, qua videtur Deus tamquam obiectum excedens, eſt ſufficiens ad videndum omnes creaturas, tamquam obiecta exceſſa; & tunc eodem modo dicendum eſt, quòd quamuis non requiratur viſio maior ſecundum intenſionem, vt infrà in ſequenti Corollario oſtendetur, requiritur tamen maior ſecundum intrinſecam extenſionem, vt fusè probatum eſt ſuprà contra eumdem Auctorem in quæſt Philoſoph. dub. 5.

Ex vi viſionis cauſa non ſequitur viſio omniũ creaturarum in Deo.

Ad videndũ plures creaturas requiritur maior extẽſio intrinſeca in viſione.

Impugnatur opinio Maior.

Et hæc quidem ratio militat etiam contra opinionem Maioris, quia ſi eſſentia diuina poteſt ſibi repręſentare futura, non eſt cur non poſſit eadem repræſentare Beato; ſupponimus enim contra Scotum, Deum non videre futura, præſertim ſi ſint peccata in ſuo decreto, quod eſt infallibile, vt ſuprà in primo Corollario oſtenſum eſt, & infrà fuſiùs oſtendetur.

Inſtantia.

Et cùm inſtatur; ſequeretur, quòd eſſentia diuina neceſſariò repræſentaret Beato futura, ſicut repræſentat ſibi; Reſpondent aliqui eſſentiam diuinam eſſe ſpeculum voluntarium reſpectu Beati, quæ quidem reſponſio habet difficultatem, quia futura ſunt ſaltem ex ſuppoſitione entia neceſſaria: ergò illa eſſentia diuina, vt ſpecies non videtur poſſe eſſe ſpeculum voluntarium, quia concurſus eſſentiæ diuinæ, vt ſpecies eſt, videtur eſſe neceſſarius, vt colligitur ex his, quæ ſuprà diximus.

Eſſentia diuina eſt ſpeculum voluntariũ Beati.

In 1. Corol. Reſpõſio ad inſtantiam.

Ad inſtantiam igitur reſpondetur ſecundò faciliùs in opinione noſtrà, quòd hoc prouenit ex parte ipſius viſionis, quia requiritur, vt dictum eſt, maior extenſio intrinſeca in viſione creata ad videndum futura, ad quam extenſionem Deus liberè concurrit. Et quia hæc materia de viſione creaturarum in Verbo, non eſt propria huius loci, ſufficit tetigiſſe illam, quantùm ſatis fuit noſtro propoſito, at infrà, & in ſequenti Corollario fuſiùs agetur.

11. QVARTVS modus probandi ſatis acutus, eſt Suarij eximij Doctoris, 3. parte diſp. 26. qui pro explicatione tria ſupponit.

4. modus eximij Doctoris.

Primò ſupponit ex cognitione creaturarum poſſibilium in Verbo, ſequi comprehenſionem Dei ex parte obiecti. & probat, quia præter ea, quæ ſunt formaliter in Deo, videretur adhuc natura diuina ſecundùm totam ſuam continentiam eminentialem: non tamen (inquit) hinc ſequitur comprehenſio ex parte cognoſcentis, quia poſſet adhuc Deus videri maiori claritate. Et hoc primum ſuppoſitum probat ex D. Thom. 3. par. quæſtio. 10. qui ex hoc probat non poſſe animam Chriſti videre omnia in Verbo. Secundò ſupponit ex Patribus, hanc comprehenſionem ex parte obiecti repugnare creaturæ. Tertiò ſupponit ad videndum omnes creaturas in Verbo nihil conferre intenſionem in virtute cognoſcente, ſed ſufficere extenſionem; & hanc quidem finitam, quæ ſit ſimplex qualitas, quia ex progreſſu, inquit, augmenti in multitudine obiectorum, calculatur tantùm virtus extenſiua, vel infinita, ſi dari poſſet, compoſita, vel quæ ſit ſimplex qualitas finita perfectior in ratione indiuidua alia qualitate ſimplici, æquipollenti tantùm finitis extenſionibus.

Diſcurſus huius 4. viæ.

His poſitis totus diſcurſus fundatur in hoc ſyllogiſmo; Virtus finita non poteſt comprehendere Deum, quia Deus eſt infinitus; Sed omnis virtus creata eſt finita. Ergo non poteſt comprehendere Deum. Maiorem probat, quia triplex, inquit, poteſt concipi infinitas in viſione, prima eſt eſſentialis, & ſpecifica: ſecunda extenſiua in ordine ad obiectum: tertia intenſiua in ordine ad ſubiectum.

Triplex infinitas in viſione.

Prima dari non poteſt, quia viſio creata non poteſt eſſe infinita in eſſentia, & ſpecie ſua. Dices, poſſet dari viſio creata infinita ſecundum quid, & obiectiuè. Reſpondetur, eſſe petitionem principij, quia eſſet in eſſentia ſua finita, & ſecundum repræſentationem infinita. Secunda, & tertia, dari non poteſt, vt ſupponitur in Philoſophia, & etiamſi tertia dari poſſit, nihil conferret, quia ſufficit ſecunda extenſiua ad hoc, vt omnes creaturæ cognoſcantur in Verbo, ex quo ſequeretur comprehenſio.

Obiectio eiuſdem Auctoris.

Sed obiicit ſibi hic Auctor: Ex cognitione omnium creaturarum in Verbo, ſequitur comprehenſio ex primo ſuppoſito: Sed ad talem cognitionem requiritur tantùm virtus extenſiua finita, ex tertio ſuppoſito, quæ ſit ſimplex qualitas ita perfecta in ratione indiuidua; vt æquipolleat infinitis extenſionibus: Ergo poſſet Deus comprehendi.

Solutio.

Reſpondet ad obiectionem concedendo, vt dictum eſt, poſſe dari viſionem, quæ ſit ſimplex qualitas finita, ita perfecta in ſua ratione indiuidua, vt per illam videri poſſint omnes creaturæ in Verbo. Sed retorquet argumentum, Immò, inquit, quia talis viſio eſſet finita, ideo per illam non poteſt comprehendi Deus ſecundum totam ſuam immenſitatem infinitam, & ſecundum omnia, quæ continentur in ipſo formaliter, & eminenter.

Sed hic modus impugnatur, primò, quia ex hoc, quòd poſſunt omnes creaturæ videri in Verbo per viſionem finitam extenſiuè ex tertio ſuppoſito, potiùs inferendum eſſet vnum ex his duobus, vel quòd per talem cognitionem creaturarum non comprehendatur Deus contra primum ſuppoſitum huius Auctoris, vel quod comprehendatur Deus ex parte obiecti contra ſecundum ſuppoſitum. 12.

Impugnatur 3. modus Suarij.

2. impugnat.

Secundò impugnatur, quia etiamſi ad cognoſcendum omnes creaturas in Verbo requireretur viſio infinita, vel ſecundum intenſionem, vel ſecundum extenſionem, adhuc nulla eſſet repugnantia, quia infinitum ſi repugnat, repugnat tantùm, vt alibi fuſiùs oſtendetur, in partibus quantitatiuis,

quarum

Digitized by Google

quarum vna eſt extra aliam , ratione cuius extreitatis aſſignari poteſt terminus ex vtraque parte , qui quidem implicat infinito; at verò viſio, vel eſſet ſimplex qualitas ſecundum intenſionem , & extenſionem ; vel ſi eſt compoſita ex gradibus intenſionis, vel ex partibus extenſionis, vna tamen pars gradualis, vel intenſiua vel extenſiua non eſſet extra aliam.

5. impugnat.

Tota cognitio non adæquat perfectionem Dei.

Tertiò negatur id, quod ſupponit hic Auctor, ex cognitione ſcilicet creaturarum comprehendi Deum, vt infrà probabimus ex eo , quia tota perfectio creaturarum non adæquat perfectionem Dei: ergo neque cognitio omnium creaturarum adæquabit comprehenſiuam cognitionem totius perfectionis Dei.

13. 5. via Franc. à Victor. & Caiet. doctorum celeberrimorum.

QVINTVS modus probandi eſt Franciſci à Victoria celebris doctoris, & nonnullorum recentiorum, & tribuitur etiam Caiet. 1. part. quæſt. 12. art. 8. ſed mentem Caietani infra explicabimus. Hæc via reddit rationem , quare Deus non poſſit comprehendi, quia ad comprehenſionem, inquit, requiritur, vt Deus infinitè penetretur ex parte obiecti ſecundum gradus virtuales ipſius obiecti: ad hoc autem requiritur virtus infinita intenſiuè , ſed infinitum in creaturis repugnare ſupponit ex Philoſophia.

14. Refellitur impugnatio Vaſquez.

Sed hic quintus modus etiam impugnatur , & primò tanquam abſurdum impugnat illum Vaſquez, quia ſequeretur (inquit) quòd Beatus videns vnum attributum , non videret aliud; magis enim identificantur gradus vnius attributi cum ipſo attributo, quia ſunt intra latitudinem ipſius, quàm attributum cum alio attributo. Si ergo vnum attributum poteſt penetrari ſecundùm vnum gradum , & non ſecundum alium , multò magis poteſt videri vnum attributum, & non aliud; ſed hanc impugnationem infra refellemus , vbi aſſignabimus diuerſitatem rationis , quare viſo vno attributo videantur omnia attributa ; non tamen viſo vno attributo neceſſariò penetretur illud ſecundum totalem ſuam perfectionem virtualiter gradualem.

Impugnatio Auctoris cõtra quintum modum Victoriæ celebris doctoris.

MIHI igitur videtur non poſſe hanc viam ex hoc capite impugnari, poſſet tamen impugnari ex duobus aliis capitibus. Primò negando per viſionem infinitam creatam comprehendi Deum totaliter ex parte obiecti, vt infrà probabimus ex eo, quia infinitas Dei in ratione cognoſcibilis, excedit viſionem infinitam creatam. Secundò negando non poſſe dari viſionem infinitè intenſam , quia , vt ſupra dictum eſt , infinitum non repugnat , niſi ratione partium quantitatis, quia cùm vna ſit extra aliam, poſſet aſſignari terminus; at verò viſio, vel eſſet ſimplex qualitas, vel compoſita ex gradibus , quorum vnus non eſt extra alium.

Sextus, & verior modus probandi ſententiam Corollarij ex principio Philoſophico.

15. Primum ſuppoſitum Auctoris. Vide ſupra, vbi probatur comprehenſionē ex parte cognoſcētis non eſſe accidentariam.

AD probandum igitur ſententiam Corollarij, non poſſe ſcilicet Deum comprehendi à creatura, ſupponenda ſunt tria, quæ patent ex his, quæ diximus ſuprà; confutando modos probandi aliorum.

Supponendum eſt igitur primò ex confutatione primæ viæ, Deum non ſolùm non poſſe comprehendi ex parte cognoſcentis, ea ſcilicet claritate, & certitudine , quam petit obiectum , quia requireretur lumen increatum : hoc enim tantùm eſt adæquatum Deo tamquam obiecto, ſed etiam (quod quidem difficilius eſt) non poſſe comprehendi ex parte obiecti contra primam viam, vt ibidem probatum eſt ex communi ſententia Patrum , Gregorij lib. 18. Moralium cap. 39. & Auguſtini 12. de Ciuitate cap. 18. & aliis, quos contra primam viam citauimus. Ex parte autem obiecti hic accipimus , cùm maior , & maior perfectior cognoſcitur in obiecto, quæ priùs latebat : hoc autem dixi ad tollendam æquiuocationem : nam aliqui Scholaſtici comprehenſionem ex parte cognoſcentis , vocant etiam ex parte obiecti.

Gregor. Auguſt.

2. ſuppoſitū. Vide ſupra in eadē 5. vbi probatur, nec repugnate creaturas videri in verbo, nec omnes videri.

Secundò ſupponendum eſt ex confutatione tertiæ, & quartæ viæ, incomprehenſibilitatem Dei ex parte obiecti non oriri ex eo præciſè , quia non poteſt Deus penetrari ſecundum totam continentiam eminentialem , per viſionem ſcilicet omnium creaturarum in Verbo, ſed ex eo, quia non poteſt totaliter penetrari ſecundum continentiam formalem, ſcilicet ſecundum infinitos gradus virtuales perfectionis intenſiuæ ipſius Dei tamquam obiecti.

3. ſuppoſitū Auctoris.

Tertiò ſupponendum eſt ex confutatione quintæ viæ, quòd hæc incomprehenſibilitas ex parte obiecti non oritur ex eo, quia dari non poſſit lumen gloriæ creatum infinitum, ſuprà enim oſtendimus infinitum repugnare tantùm partibus quantitatis, quarum vna eſt extra aliam , ratione cuius extreitatis aſſignari poteſt terminus, non autem qualitati, quæ vel eſt ſimplex, vel compoſita ex gradibus, quorum vnus non eſt extra alium.

Punctus igitur difficultatis, qui nobis ex confutatione aliarum viarum remanet probandus , hic eſt, quare ſcilicet non poſſit comprehendi Deus ex parte obiecti ab intellectu creato , ſiue eleuato lumine gloriæ infinito , ſiue ab intellectu creabili ſupernaturali infinitæ perfectionis, ſi dari poſſit.

16. Probatur ſētētia Corol. ex princ. Philoſophico.

Iuxta igitur hunc ſenſum , qui quidem magnam habet difficultatem, hac via probatur ſententia Corollarij, ex principio Philoſophico iuxta mentem S. Thomæ, & Sanctorum Patrum , quos infrà citabimus ; Deus tamquam obiectum habet modum eſſendi quaſi ſpecificum, ſcilicet, perfectionem infinitam intenſiuam, excedentem modum eſſendi ſpecificum cuiuſlibet intellectus creabilis , etiam ſi dari poſſit infinitæ perfectionis, ſiue ſit eleuatus ad ordinem ſupernaturalem per infinitum lumen gloriæ, ſiue ſit per impoſſibile ſecundum ſuam ſubſtantiam, talis, & hæc quidem infinita perfectio Dei quamuis ſit ſimpliciſſima, habet tamen gradus virtuales, per quos poſſit penetrari: ergo non poteſt talis intellectus comprehendere Deum totaliter.

Dei perfectio quantum excedat alias perfectiones.

17. Vide in quæſtio. Philoſ. dub. 1.

Probatur conſequentia , pro cuius explicatione recolenda ſunt breuiter quæ diximus in quæſt. Philoſoph. vbi diſtinximus duplicem modum eſſendi in obiecto, alterum genericum, alterum ſpecificum; & in potentia, duos etiam modos cognoſcendi proportionatos , alterum genericum , alterum ſpecificum, quod applicando nunc noſtro propoſito dicimus , quòd in Deo modus quaſi genericus ſumitur ex abſtractione ab omni potentialitate, & per hunc modum conſtituitur tamquam actus purus in ſupremo ordine rerum , quaſi verò ſpecificus eſt infinitas in eodem ordine : dicitur autem quaſi genericus, vel quaſi ſpecificus, non quia conueniat alteri quàm Deo , ſed quia ſecundùm noſtrum modum concipiendi ille quaſi genericus concipitur, vt contrahibilis per modum eſſendi quaſi ſpecificum , ſcilicet per infinitatem intra latitudinem eiuſdem ordinis. His duobus modis eſſendi in Deo tamquam in obiecto correſpondent in potentia cognoſcente adæquatè, ſeu proportionatè duo modi cognoſcendi, alter genericus, ſcilicet, per viſionem claram, qua videtur Deus in ſeipſo, alter quaſi ſpecificus , ſcilicet, per comprehenſionem ipſius infinitatis Dei. Et prior quidem modus genericus cognoſcendi intuitiuè

Modi duo quibus Deus cognoſcitur.

Digitized by Google

tuitiuè Deum non repugnat creaturæ ſaltem eleuatæ ad ſuperiorem ordinem, vt in ſuperioribus Corollariis viſum eſt; repugnat autem modus cognoſcendi ſpecificus, ſcilicet per comprehenſionem totalis infinitatis Dei, quod erat conſequentia probanda, quæ quidem ſic probatur ex principio Philoſophico. Modus cognoſcendi ſpecificus, conſequitur adæquatè modum ſpecificum eſſendi virtutis cognoſcentis; Sed modus eſſendi ſpecificus virtutis cognoſcentis creabilis, etiam infinitæ perfectionis non adæquat modum eſſendi quaſi ſpecificum obiecti, perfectionem ſcilicet Dei infinitam intenſiuè: Ergo modus cognoſcendi virtutis creatæ etiam infinitæ non poteſt eſſe adæquatus, nec proportionatus ad comprehendendum infinitatem ipſius Dei ſecundùm omnes gradus virtuales ipſius; hæc autem probatio procedit, vt dictum eſt, ſiue de virtute cognoſcente principali, ſi creari poſſit, ſiue de virtute cognoſcente inſtrumentaria eleuata, ſcilicet per lumen gloriæ ad ſuperiorem ordinem, quia in illo ſuperiori ordine, calculatio procedit, ac ſi eſſet virtus principalis, quia fit per augmentum eiuſdem virtutis intra eumdem ordinem.

18. 1. obiectio contra probationẽ conſequentiæ.

Contra hanc conſequentiam obiiciet quis primò: Si vera eſſet hæc conſequentia, ſequeretur Angelum inferiorem non poſſe comprehendi à ſuperiori, quod eſt abſurdum. Probatur ſequela, quia ſicut per lumen creatum non poteſt comprehendi Deus, quia eſt obiectum increatum, ita cognitio Angeli ſuperioris, quia eſt accidentalis, exceditur à ſubſtantia Angelica inferiori, tamquam obiecto cognito; non poteſt ergo talis cognitio eſſe adæquata, & proportionata ſubſtantiæ Angeli inferioris tamquam obiecto cognito.

Solutio.

Reſpondetur duplici modo poſſe intelligi cognitionem eſſe æqualem, ſeu proportionatam obiecto; primo modo, quòd æqualis ſit entitas vtriuſque; ſecundo modo, quòd cognoſcibilitas obiecti non ſit maior, quàm ſit repræſentatio per cognitionem, & hoc ſecundo modo cognitio Angeli ſuperioris eſt adæquata ſubſtantiæ Angeli inferioris cogniti, quia cognitio Angeli ſuperioris tantam habet perfectionem in ratione repræſentandi, quantam habet Angelus inferior in ratione eſſendi, & ratio eſt, quia, vt diximus in quæſtione Philoſophica dubio 2. modus cognoſcendi, ſeu repræſentandi ſequitur modum eſſendi virtutis cognoſcentis: ſi igitur virtus cognoſcens, qualis eſt Angelus ſuperior, excedit modum eſſendi obiecti, cognitio etiam repræſentabit obiectum, ſcilicet Angelum inferiorem, non ſolùm adæquatè ex parte obiecti, ſed etiam maiore claritate ex parte cognoſcentis, quàm poſtulet ipſum obiectum. hoc autem ſecundo modo nos dicimus, quòd non eſt proportio inter viſionem infinitam creatam, & ipſum Deum, tamquam obiectum cognitum, quia ipſa cognoſcibilitas obiecti excedit repræſentationem, quæ poteſt eſſe per cognitionem infinitam creatam, propter rationem aſſignatam, quia modus repræſentandi non poteſt excedere modum eſſendi virtutis infinitæ creatæ: talis autem virtus non adæquat Deum tamquam obiectum.

Nota hanc rationem tãquam fundamentum huius noſtræ ſextæ viæ.

19. 2. obiectio contra eandem.

Obiicies ſecundò: Saltem poteſt virtus creata, ſiue eleuata ſupernaturaliter ad ſuperiorem ordinem, ſiue detur ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam, cui connaturaliter competeret viſio beatifica, eleuari adhuc vt inſtrumentum ipſius Dei, vt infinitus eſt ad comprehendendum ipſum Deum.

Solutio.

Reſpondetur, hoc eſſe impoſſibile, quia ſi talis virtus eſt potens ad videndum Deum, iam ſupponitur eſſe in ſuperiori ordine; non poteſt igitur ad altiorem ordinem eleuari ad comprehendendum obiectum ſecundum modum eſſendi quaſi ſpecificum: quia modus eſſendi quaſi ſpecificus obiecti ſemper eſt intra eundem ordinem modi eſſendi, quaſi generici. Et hæc circa probationem conſequentiæ.

20. Probatur antecedens noſtræ ſextæ viæ.

Remanet nunc probandum antecedens, de quo eſt maior difficultas; quòd talis ſcilicet infinitas Dei ſecundùm gradus virtuales, excedat infinitatem cuiuſlibet virtutis creatæ. Probatur autem ſic: ſint exempli gratia tres qualitates ſimplices infinitè, ex quibus duæ ſingulæ æquipolleant infinitis gradibus intenſionis; tertia verò ſit perfectior illis duabus ſaltem in ratione quadam indiuidua, æquipollens duabus infinitatibus graduum illarum duarum qualitatum, ſupponendo quòd detur infinitum maius altero, quod quidem admittunt, qui dant infinitum; in hoc caſu certum eſt, quòd illa tertia qualitas eſt magis infinita in virtute, quàm reliquæ duæ: ita & multò magis in caſu noſtro. Nam ſi darentur creaturæ infinitæ perfectionis, Deus adhuc eſſet magis infinitus ſecundum illam virtualem continentiam graduum, quàm omnes creaturæ ſimul ſecundum totam ipſorum infinitatem etiam infinities replicatam, quia tamquam cauſa efficiens æquiuoca, & exemplaris eminentiori, & perfectiori quodam modo in ſua ſimpliciſſima ratione formali contineret omnem infinitatem creaturarum. Sicut igitur ſi daretur obiectum infinitum formaliter, ſecundum gradus infinitos perfectionis intenſiuæ, quod in ratione cognoſcibilis excederet infinitatem luminis, ſeu viſionis, non poſſit à tali lumine, ſeu viſione comprehendi: ita dicendum eſt, etiam ſi illud obiectum ſit ſimplex, & excedat in ratione cognoſcibilis ſecundum gradus virtuales perfectionis intenſiuæ lumen ſeu viſionem infinitam.

Quãdo obiectũ dicatur excedere in ratione cognoſcibilis cognitionẽ, vide ſuprà n 18.

Authores huius noſtræ ſextæ viæ. S. Thom. Caietan. Bagn.

Hic ſextus modus noſter probandi ſententiam Corollarij videtur eſſe S. Thomæ & Caietani 1. p. q. 12. art. 3. ad 3. vbi loquitur de incomprehenſibilitate non ſolùm ex parte cognoſcentis, ſed etiam ex parte obiecti. Videtur etiam eſſe Bagn. ibid. art. 7. & colligitur ex doctrina eiuſdem S. Thom. art. 8. vbi ait, creaturas videri ex vi cauſæ; ſi autem viſa cauſa nihil perfectionis cauſæ poſſet latere videntem, ſequeretur contra ipſum, omnes creaturas videri poſſe ex vi cauſæ per eumdem gradum indiuiſibilem intentionis. quòd enim ex parte cognoſcentis cauſa non videatur, nihil obſtat, quin cauſa repræſentare poſſit omnes creaturas, ſi totaliter penetretur ex parte obiecti, quia videretur ſecundum totam perfectionem cauſæ adæquatam creaturis. Hac etiam ſexta via ad idem probandum vtuntur Sancti Patres, quos citauimus contra primam viam, præſertim Nazianzenus tract. 49. & Greg. lib. 18. Moral. cap. 39. qui aſſignant rationem, quare Deus non poſſit à creatura per comprehenſionem circumſcribi, quia, inquiunt, creatura eſt.

Patres Nazianz. Greg.

21. Argumenta contrà hunc ſextum modum noſtrũ. Primum argumentum.

Sed contra hunc ſextum noſtrum modum militat directè ratio dubitandi initio quæſtionis poſita, quæ, vt clariùs pateat arguitur primò contra hunc noſtrum modum: Hic modus ſupponit vnum falſum, quòd, ſcilicet, eſſentia Diuina, & quodlibet attributum poſſit ſecundum vnum gradum penetrari, & non ſecundum alium: eſſe autem falſum probatur primò ex Scot. & Bonauent. quia Deus eſt ſimpliciſſima entitas.

Non cõtingit intellectũ noſtrũ circa ſimplicẽ ſubſtantiam decipi.

Secundò probatur ex Ariſtotele 9. Metaph. cap. 12. vbi inquit, *quòd non contingit intellectum noſtrum circa ſimplicem ſubſtantiam decipi, ſed aut omninò eam attingere, aut omninò ignorare.*

Ter

Tertiũ arg. ex Vaſquez. Tertiò probatur ex Vaſquez, inquit, & fortiùs; Iſti gradus virtuales, ſunt magis identificati cum natura diuina, ſeu attributo ipſius, quàm vnum attributum cum alio, vel cum perſonis, quia iſti gradus ſunt intra latitudinem ſui attributi: ſi ergo Beatus videns vnum attributum propter identitatem videt omnia, multò magis Beatus videns naturam diuinam, ſeu vnum attributum, penetrat illud ſecundum omnes gradus. Cõfirmatur 2 argum. Conc. Flor. Et confirmatur adhuc id, quod dicit Vaſquez ex Concilio Florentino in Decreto de Purgatorio, vbi ex hac ſimpliciſſima identitate probat à Beato videri omnia, quæ ſunt in Deo formaliter. Ioan. 14. Probatur præterea ex illo Ioan. 14. *Qui videt me, videt & Patrem meum.* & ſubdit rationem deſumptam ex ſimpliciſſima identitate. *Non creditis,* inquit, *quia ego in Patre, & Pater in me eſt?*

2. argum. Secundò arguitur, quia ex cognitione omnium creaturarum ſecundùm S. Thom. 1. par. quæſt. 12. art. 8. comprehenditur Deus ſaltem ſecundùm attributum omnipotentiæ: ſed ad cognoſcendum omnes creaturas in Verbo tanquam in cauſa, ſufficit tantùm lumen creatum infinitum; ergo non requiritur ad comprehenſionem omnipotentiæ diuinæ lumen increatum.

Soluitur primum argumentum, & explicatur quòd natura diuina, ſeu vnum attributum poſſit à Beato ſecundum vnum gradum perfectionis penetrari, & non ſecundùm alium.

22. Reſp. ad primum arg. Ad primum argumentum reſpondeo, quòd quamuis natura diuina, ſeu attributum iſtius ſint ſimpliciſſima perfectio: tamē in hac ſimpliciſſima perfectione eſt quædam plenitudo infinita æquiualens perfectioni infinitę intenſiuè ſecundum gradus: vnde ſequitur, quòd ſimplicitas facit, vt videatur tota natura diuina infinita cum ſuis attributis, quia non habet partes diſtinctas: plenitudo autem facit, vt ex defectu luminis non videatur totaliter ex parte obiecti, id eſt, ſecundum omnem modum ſuæ perfectionis: Exemplum de concurſu Dei ad extra. ſicut Deus, quamuis ſecundùm totam ſuam virtutem infinitam concurrat ad effectum minùs perfectum, & ad effectum magis perfectum; tamen maior virtus, & maior concurſus requiritur ad effectum magis perfectum: ita etiam vt hic effectus perfectior videatur in Verbo ex vi cauſę, debet ipſa cauſa penetrari ſecundum modum illius perfectionis maioris, ſecundum quem ad extra concurrit: ſed quia in viſione maior videtur difficultas, quàm in concurſu ad extra; Explicatur idem duplici exēplo potētiæ viſiuæ. ideo hoc idem explico in naturalibus duplici exemplo potentiæ viſiuæ, altero circa obiectū intenſum, altero circa obiectum extenſum. Primò potentia viſiua à longè vidēs album, vt octo, totum videt, ita vt non poſſit aſſignari gradus, quem videat, & gradus, quem non videat, præſertim ſi ſit ſimplex qualitas, vt dicetur alibi: & tamen non totaliter videt ſecundum omnem modum intenſionis, quia à longè videt illud, vt ſub albũ. Secundò oſtendo clariùs alio exemplo circa extenſum: Eadem potentia viſiua videns ſolem à longè, videt illum palmarem; videt tamen totum, ita vt non poſſit aſſignari pars ſolis, quæ videatur, & pars, quæ non videatur: & tamen non totaliter videtur ſecundum omnem modum extenſionis. Sicut igitur ſe habet quantitas molis in ſole, ita ſe habet quantitas perfectionis in Deo. Idem oſtenditur exemplo de ſpeculo, quod aliquando quantitatem palmarem repræſentat, vt digitalem, tamen totam repræſentat. quod ex eo patet, quia omnes colores, qui ſunt in diuerſis partibus illius quantitatis palmaris repræſentantur, ſed ſub modo minoris extenſionis: & per hæc patet reſponſio ad primam probationem.

Ad ſecundam probationem eiuſdem argumenti, ex Ariſtotele, reſpondetur tantùm Ariſtotelem intendere, quòd in ſimplicium apprehenſione non poſſit eſſe falſitas, quia falſitas conſiſtit in compoſitione, & diuiſione. 23. Reſpõſio ad confirmationem, Secundum probatur:

Ad tertiam probationem reſpondetur, & pro reſponſione diſtinguendum eſt duplex genus prædicatorum, quæ ſunt in Deo. 24. Reſponſio. Prædicata de Deo ſunt duplicia. Quædam enim ſunt eſſentialia, vt ſunt attributa, vel pertinentia ad eſſentiam, tanquam modi, vt ſunt relationes: & hæc quidem prædicata licet ſint vnum, & idem realiter, & formaliter cum eſſentia, tamen virtualiter diſtinguuntur, & ſecundum conceptum diſtinguuntur quaſi ſpecie, quæ ſecundum noſtrum modum concipiendi, quaſi vnita integrant vnam eſſentiam. Alia prædicata ſunt, quæ non ſunt diſtincta prædicata ſpecie, ſed habēt rationem eiuſdem prædicati ſecundum perfectiorem quemdam modum intenſionis, quæ quidem intenſio eſt intra latitudinem eiuſdem prædicati.

His poſitis, ad argumentum ſic mihi videtur reſpondendum: 25. quòd ratio quare viſa eſſentia videri poſſint per eundem gradum intenſionis attributa, & perſonæ quæ ſunt prædicata prioris generis, non eſt identitas: nam etiam ſi darentur diſtincta à parte rei, adhuc viderentur viſa eſſentia; & ratio eſt, quia non requiritur intenſius lumen, quàm ſit illud quo videtur in ſe eſſentia diuina per cognitionem intuitiuam; ſed potiùs requireretur maior extenſio, ſi eſſent illa prædicata diſtincta à parte rei: quia intenſio, vt dictum eſt in Quæſtione Philoſophica, eſt circa idem obiectum materiale, & formale; extenſio autem circa diuerſa obiecta, niſi dicatur ipſas relationes diuinas videri ex vi naturæ diuinæ magis, & infinitæ penetratæ. At verò ad magis penetrandum ipſam naturam diuinam, ſeu quodlibet attributum propter ipſam plenitudinem infinitam, quæ eſt in ipſis, requiritur maior intenſio luminis: quia eſt circa idem obiectum formale, & materiale, & ideo non mirum eſt, ſi quæ minus diſtinguuntur, vt eſt attributum, & modus intenſionis ipſius, eadem intenſione luminis non videantur; quæ autem magis diſtinguuntur, vt ſunt attributa, & perſonæ, eadem intenſione luminis videantur viſa eſſentia.

Ad confirmationem ex Conc. Florentino, & ex illo Ioan. 14. reſpondetur ex dictis, 26. Reſpõſio ad confirmationem. quòd ad videndum attributa, & perſonas, non requiritur maior intenſio; etiā ſi eſſent diſtincta à parte rei, ſed ſuppoſita diſtinctione requireretur maior extenſio in viſione. At verò, quia ſunt ſimpliciſſimo quodam modo identificata cum natura diuina, ideo ad videndum illa eſt ſufficiens eadem extenſio, qua videtur ipſa natura. Quare identitas facit, quòd viſa eſſentia diuina neceſſariò videantur omnia, quæ ſunt formaliter in Deo: non enim requiritur maior intenſio in viſione per rationem aſſignatam ſuprà; nec maior extenſio, quia omnia, quæ ſunt formaliter in Deo, ſunt quid vnum, & idem ſimpliciſſimum: ergo non eſt vnde videns diuinam eſſentiam impediatur ad non videndum omnia, quę in ea ſunt formaliter. Bene ergo dicit Florentinum, & colligitur ex illo Ioan. 14 quod propter identitatem viſa natura diuina videantur omnia attributa, & perſonæ. Explicatur Florentinũ, & Io. 14.

Soluitur ſecundum argumentum, & explicatur, an ex cognitione omnium creaturarum in Verbo ſequatur comprehenſio.

27. Circa hanc difficultatem, vt diſtinctè procedatur,

tur,

Reſponſio ad ſecundum argumentum.

tur, ſciendum eſt tripliciter poſſe eſſe cognitionem creaturarum in Verbo. Primò cognitionem extenſiuam tantùm, ſecùdò cognitionem intenſiuam, quæ fit per maiorem penetrationem Dei tamquam cauſæ. Tertiò cognitionem, per quam non ſolùm cognoſcuntur perfectiones intrinſecæ creaturarum, ſed per quam cognoſcuntur diſtinctè omnes modi, & rationes poſſibiles ipſarum; ſeu quas Deus poteſt facere in ipſis creaturis. Tres igitur hæ cognitiones ſigillatim examinandæ ſunt.

Notandum pro ſolutione huius ſecundæ difficultatis. Suar. & Bannes viri doctiſſimi.

Sed priùs notandum eſt nos loqui de poſſibili, circa quod poteſt vtraque pars teneri probabiliter, vt optimè notarunt doctiſſimi viri, Suarius 3.p. diſput. 36. & Bannes p.p.q. 12. ar. 8. An autem de facto anima Chriſti cognoſcat omnes creaturas poſſibiles in Verbo alibi videbimus: ſed quodcumque dicatur de facto, non eſt pertinens ad dogma fidei. non enim (vt notat Suarius loco citato) hoc habemus ex Scripturis, neque ex ſanctis Patribus. Et quamuis in directorio Inquiſitorum. quæſt. 11. referatur vt erronea opinio illa Arnaldi, aſſerentis animam Chriſti omnia cognoſcere in Verbo: ibi tamen non damnatur opinio ſecundum ſe, ſed quatenus procedebat ex falſo principio de indiſtinctione naturarum in Chriſto.

28\.

Prima opinio Caiet. *An ex cognitione extenſiua creaturarum ſequatur comprehenſio Dei.* Verior ſententia Scoti, & S. Thomę.

Circa igitur primam cognitionem extenſiuam aliqui exiſtimant, vt Caietanus prima p.q. 12. art. 8. & ibidem Molina diſp. 2. ex cognitione infinita extenſiua creaturarum ſequi comprehenſionem, quia non poſſunt cognoſci creaturæ vt effectus Dei, niſi clariùs cognoſcatur ipſa cauſa. Confirmatur exemplo, quòd adducitur à S. Thoma de principio, quod tunc dicitur comprehendi cum omnes concluſiones cognoſcuntur in ipſo. Sed mihi videtur dicendum cum Scoto in 3. diſt. 14. q. 2. (§. contra rationem huius propoſitionis) & aliis apud Caiet. non ſequi comprehenſionem; quod eſſet conformius S. Thomę infrà probabimus. Et probatur primò, omnes creaturæ ſi ponerentur in actu, non adæquarent infinitum eſſe Dei, ergo etiam ſi omnes cognoſcantur à Beato, non inde ſequitur, quòd cognoſcatur totum id, quod cognoſci poteſt de Deo, & hæc eſt ratio Gotfredi apud Caiet. loco citato, quæ ſi hoc modo intelligatur, vera eſt. Sed contra hanc rationem conatur inſtare Molina, & videtur inſtantia deſumpta ex Caietano, quòd ſi creaturæ omnes cognoſcerentur in Verbo, cognoſceretur potentia ſecundum habitudinem ad totum ſuum obiectum adæquatum: ergo potentia comprehenderetur: ergo & eſſentia. Sed ſoluitur inſtantia. Primò, quia hæc inſtantia haberet fortè aliquam vim, ſi ſermo eſſet de cognitione intenſiua creaturarum, per maiorem, ſcilicet, penetrationem potentiæ diuinæ ſecundum gradus virtuales: ſed ſermo eſt de cognitione extenſiua, ex vi ſcilicet viſionis, quatenus ſcilicet, quia videtur Deus obiectum excedens, videri poſſunt omnes creaturæ per eumdem gradum indiuiſibilem intenſionis: ad hoc autem ſolùm requiritur maior extenſio, vt videbimus in ſequenti Corollario. An autem inſtantia Caietani, & Molinæ, militet in cognitione intenſiua creaturarum, infrà in ſecunda parte difficultatis oſtendemus, quòd non. Secundò probatur eadem ſententia noſtra, quia etiam ſi potentia penetretur ſecundum illum ordinem præcisè adæquatum creaturis tamquam obiectis, adhuc non penetraretur diuina natura ſecundum omnes gradus virtuales, quia in infinitum adhuc excederet creaturas. Tertiò probatur ex Scoto loco citato; Si ipſi A, inquit, conueniant B, & C ordinatè, ita quòd B ſit tota ratio reſpectu C, intelligens B, non comprehendit A, multò magis intelligens C, non comprehendit A. Exemplum de ſubiecto definitione, & paſſione; Si intelligens definitionem, non comprehendit ſubiectum, neque intelligens paſſionem, comprehendit illud: ſed reſpectu Dei eſſe infinitum intenſiuè & eſſe, in quo infinita poſſibilia quomodocumque relucent, ſe habent ordinatè, ita quòd, quia eſt infinitus intenſiuè, ideo infinita poſſibilia relucent in eo, & ita in infinita poſſibilia poteſt, & non è conuerſo. Sed cognoſcens ipſum ſub ratione infinitatis intenſiuæ, non propter hoc comprehendit ipſum. ergo multò magis cognoſcens infinitos effectus poſſibiles, qui relucent in eo, non comprehendit eum.

Inſtantia.

Solutio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Impugnatur reſponſio Caie. ad hãc tertiã rationem Scoti.

Ad hanc tertiam rationem Scoti conatur reſpondere Caietanus, & concedit maiorem tunc eſſe veram, quando ſeruatur idem modus eſſendi in, ſicut in exemplo allato de ſubiecto definitione, & paſſione. Sed quia in caſu noſtro, inquit, variatur modus eſſendi in; nam primum ineſt formaliter, ſcilicet infinitas intenſiua, ſecundum autem ineſt virtualiter, ſcilicet infinitas extenſiua creaturarum, ratio autem falſitatis oſtenditur, quia quando hoc modo variatur modus eſſendi in tunc poſterius, id ſcilicet, quod virtualiter ineſt, infert primum, non autem, è conuerſo, quia poſterius eſt de ordine latentium; latet enim in virtute: primum autem de ordine apparentium, quia eſt formaliter; & ideo bene infertur, quòd ſi Beatus videt omnia, quæ ſunt latentia in virtute cauſæ, comprehendit cauſam: non autem valet, ſi videt cauſam, videt omnia, quæ ſunt virtualiter latentia in cauſa.

Sed hæc reſponſio Caietani, quamuis ſit ſubtilis, non tamen videtur omninò ſoluere hanc tertiam rationem Scoti: nam ex cognitione extenſiua præcisè creaturarum in Verbo: non ſequitur penetratio infinitatis Dei, ſecundum omnes gradus virtuales, vnde quamuis creaturæ ſint de ordine latentium contentæ in virtute Dei tamquam cauſa, non tamen videntur cognitione extenſiua ex vi cauſæ magis penetratæ, ſed ex vi viſionis, vt dictum eſt, & oſtendetur infrà ex profeſſo in ſequenti Corollario.

Replica

Et cùm arguitur, quòd clariùs videtur Verbum, quò plures videntur creaturæ, ſicut clariùs videtur principium, quò plures videntur concluſiones, vt dicit S. Thomas: reſpondetur verum eſſe, quando concluſiones cognoſcuntur in principio, ex maiori ſcilicet penetratione principij, non autem quando cognoſcuntur ex principio per aſſumptionem ſcilicet alicuius propoſitionis, nam occurrente noua propoſitione, poteſt cognoſci ex eo principio aliqua concluſio, etiam ſi non augeatur cognitio intenſiua principij, quamuis augeatur extenſiua, & ita eſt in caſu noſtro. Nam cùm cognoſcuntur creaturæ, ex vi viſionis, non opus eſt, vt magis intenſiuè penetretur cauſa, quia tantùm cognitio eſt extenſiua: ſecus autem eſt cùm cognoſcuntur ex vi cauſæ, ſeu in cauſa, quia tunc neceſſariò requiritur intenſior penetratio cauſæ. An autem ex totali penetratione cauſæ ſecundùm eſſe relatiuum in ordine, ſcilicet ad creaturas, ſequatur comprehenſio Dei ſecundum ſuum eſſe abſolutum, infrà dicetur in ſecundà parte difficultatis.

Solutio.

An ex cognitione plurium concluſionũ magis penetretur principium.

29\.

An ex cognitione intenſiua infinita creaturarũ

Circa verò ſecundam cognitionem intenſiuè infinitam creaturarum; eſſet priùs tractanda illa quæſtio, an ex vi cauſæ videri poſſint creaturæ in Deo. Et ratio dubitandi eſt, quia eſſentia diuina eſt quid abſo

Digitized by Google

Ex vi cauſæ poſſunt videri creaturæ in Deo.

abſolutum, nullum dicens reſpectũ realem ad creaturas poſſibiles, quia ex communi Theologorum in 2.diſt. 30. diceret natura diuina dependentiam aliquam à creaturis tamquam à termino: ſed de hac quæſtione diximus ſuprà, vbi probauimus duo, primum quòd ad viſionem creaturarum in Verbo ex vi cauſæ,ſufficit,quòd eſſentia diuina ſit fundamentalis cauſa.Secundum,quòd quamuis repugnet,hæc relatio prædicamentalis ad creaturas poſſibiles; quia hæc accreſcit fundamento ex entitate termini, & hanc negarunt Theologi citati in 2. Sentent.non tamen repugnat reſpectus tranſcendentalis, quia hîc poteſt eſſe habitudo ad terminum poſteriorem.

An in Deo relatio ad creaturas repugnet.

Ratio dubitandi circa ſecundam partem ſecundæ difficultatis.

His igitur poſitis venio ad ſecundam partem huius ſecundæ difficultatis, circa quam maior eſt ratio dubitandi,quàm circa primam partem, quia huiuſmodi cognitio intenſiua, de qua hic eſt ſermo, non poteſt haberi, niſi Deus tamquam cauſa, magis penetretur ſecundùm gradus virtuales ſuæ perfectionis intenſiuæ. Si igitur daretur huiuſmodi cognitio omnium creaturarum in Verbo ex vi cauſæ, certè penetraretur intenſiuè totum eſſe cauſæ, ſeu potentiæ: ſed potentia Dei eſt adæquata ſuæ eſſentiæ, quia eſt veluti proprietas ipſius: ergo ſi ad penetrandam totaliter potentiam per cognitionem omnium creaturarum ſufficit ad ſummum lumen infinitum,& hoc quidem creatum, vt probatum eſt per calculationem, ſufficiet etiam tale lumen ad penetrandum totaliter eſſentiam, ſecundùm omnes gradus ſuos virtuales.

Impugnatur reſpõſio aliquorum Thomiſtarum ad rationem dubitandi.

Thomiſtæ conuicti hac difficultate concedunt vltimam conſequentiam, negant tamen poſſe dari huiuſmodi cognitionem omnium creaturarum ex vi cauſæ magis penetratæ. Sed contrà primò impugnatur hæc reſponſio, quia non videtur, vnde talis cognitio omnium creaturarum repugnet; ſufficit enim lumen infinitum creatum, vt patet calculando: at hoc non repugnat, ſiue tale lumen ſit ſimplex qualitas,ſiue compoſitum ex gradibus. Infinitum enim, vt dictum eſt ſuprà, ſolùm repugnat in quantitate, in qua eſt extraneitas partium, ratione cuius extraneitatis poſſet aſſignari terminus. Secundò,etiamſi hoc lumen infinitum repugnaret, adhuc impugnatur reſponſio,quia ſaltem hæc reſponſio admittit illam conſequentiam, quòd ſi dari poſſet lumen infinitum creatum per illud,comprehendi poſſet Deus, quòd quidem ſuprà impugnatum eſt, & eſt expreſsè contra S. Thomam citatum prima par. quæſt. 12. artic.7.

Verior reſponſio ad rationẽ dubitandi.

Ad difficultatem igitur propoſitam exiſtimo reſpondendum negando vltimam conſequẽtiam. Nam quamuis ex cognitione omnium creaturarũ in Verbo, ex vi cauſæ per lumen infinitum creatum detur penetrari Deum, ſecundùm totum eſſe cauſæ, ſeu potentiæ,quod idem eſt ac ſecundùm totum eſſe relatiuum ad creaturas: non propterea ſequitur penetrari, ſecundùm totum eſſe abſolutum, quia eſſe relatiuũ, ſiue ſit reale, ſiue reſpectus rationis ad creaturas,non eſt,vt ſic,præciſè,niſi quid infinitum ſyncategorematicè,ſicut eſt tota perfectio creaturarum, in cuius latitudine non poteſt dari,nec concipi creatura, nec determinatè, nec vagè, quæ ſit infinitæ perfectionis categorematicè, vt ſupponitur. Quòd verò tale eſſe relatiuum, ſeu potentia diuina, vt ſic non poſſit eſſe infinita categorematicè, probatur; nam ſumo illud in quo potentia infinita categorematicè excedit terminum infinitum ſyncategorematicè; & quæro, vel ſecundùm illum exceſſum reſpicit terminum, vel non: ſi non, ergo non habet conceptum relatiuum: ſi ſic, ergo adhuc eſt

A maior perfectio in termino, nec valet ſi dicatur, quòd infinitum in ipſa potentia diuina eſt totum actu: in creaturis verò eſt in potentia, quia hoc non tollit infinitatem ſyncategorematicam, vt patet in partibus continui, quæ quamuis ponantur in actu, nulla tamen datur infinitè minima: & ſi omnes creaturæ eſſent actu, adhuc nulla daretur infinita categorematicè.

Replica.

Quòd ſi dicas, lumen creatum, quo videntur omnes creaturæ in Verbo, ex vi cauſæ magis penetratæ, non poteſt eſſe finitum, nec etiam infinitum ſyncategorematicè, quia hoc non eſt dabile actu ſecundùm partes æquales, quia nullam inuolueret confuſionem,ſeu potentialitatẽ,quam intrinſecè includit infinitum ſyncategorematicum: erit ergo B neceſſariò infinitum categorematicum; ergo hoc lumen infinitum erit in infinitum maius quàm requirat cognitio omnium creaturarum in Verbo ex vi cauſæ: ergo per illud penetrabitur eſſentia diuina ſecundùm eſſe abſolutum.

Solutio.

Reſpondetur, tranſeat, quòd per illud penetrari magis poſſet eſſentia diuina ſecundùm eſſe abſolutum; negatur tamen, quòd poſſit totaliter penetrari, ſeu comprehendi per rationem allatam in noſtra via,quia ad comprehenſionem requiritur lumen infinitum increatum.

Reſpõſio ad rationem principalem dubitandi. Potentia Dei eſt adæquata eſſentiæ.

Et ad rationem dubitandi ſuprà allatam initio huius ſecundæ partis, reſpondetur, quòd potentia Dei eſt adæquata eſſentiæ, vt identificata cum illa, & fundamentaliter ſumpta: at verò ſi ſuma- C tur præciſè ſecundùm eſſe relatiuum, eſt etiam adæquata, vt reſpicit productionem ad intrà, & ad extrà, non autem præciſè, vt reſpicit productionem ad extrà, tantùm propter rationem aſſignatam.

Primũ quæſitum. An ex cognitione omniũ creaturarũ comprehẽdatur Deus.

Sed hic quæres duo: Primum,an ex cognitione omnium creaturarum ex vi cauſæ, comprehendatur ſaltem ipſa cauſa, ſeu ipſe Deus ſecundùm eſſe præciſè relatiuum ad creaturas. Et ratio quærendi eſt, quia videtur, nec etiam hoc modo comprehendi, quia cum penetramus Deum, tamquam cauſam ſecundùm totum eſſe formaliter, & intrinſecum cauſæ, non comprehendimus cauſam: ergo multò magis cùm videmus omnes creaturas ex vi cauſæ, non comprehendimus cauſam. Antecedens pro- D batur, quia non videtur totum, quod eſt in cauſa, nam ſupponitur videri Deus tamquam cauſa ſecundùm eſſe formale tantùm, & non ſecundùm eſſe eminentiale, quod ſunt ipſæ creaturæ. Conſequentia probatur per illam rationem Scoti ſuprà allatam in prima parte huius ſecundæ difficultatis,quæ quidem ratio magis videtur militare hîc, quòd ſcilicet quando ſunt duo, exempli gratia, definitio, quæ ſit B, & paſſio quæ ſit C, quæ inſunt vni ſubiecto, & ſit A, ita vt B, ſit tota ratio, quare C inſit ipſi A, ſi intelligens B, non comprehendit A, multò magis intelligens C, non comprehendit A: ſed eſſe relatiuum quod formaliter eſt in Deo, & eſſe eminentiale inſunt Deo, tamquam cauſæ ordinatè, ita vt relatiuum infinitum, quod formaliter eſt in Deo E tamquam in cauſa, ſit ratio, quare inſit ipſi cauſæ eſſe eminentiale creaturarum: ergo ſi videns totum eſſe relatiuum præciſè, quod formaliter eſt in Deo, non comprehendit ipſum Deum tamquam cauſam, nec intelligens totum eſſe eminentiale, ſcilicet omnes creaturas, comprehendet ipſam cauſam.

Reſpõſio ad primũ quæſitum.

His tamen non obſtantibus, dicendum eſt, vt ex dictis colligi poteſt, quòd intelligens omnes creaturas in Verbo, ex vi cauſæ, comprehendat etiam

Digitized by Google

ipſam cauſam: quia ſi videtur vna creatura perfecta vt duo, neceſſariò penetrari debet Deus tamquam cauſa vt duo, & ſic calculando in infinitum; ſi igitur videntur omnes creaturæ, hoc modo comprehenderetur cauſa, quia comprehenderetur totum eſſe eminentiale creaturarum, & totum eſſe relatiuum, vt ſic, quod formaliter eſt in cauſa ſecundùm omnes gradus virtuales ipſius cauſæ, quia vt probatum eſt, eſſe præcisè relatiuum cauſæ, adæquatur omnibus creaturis tamquam adæquato termino potentiæ.

Soluitur ratio in oppoſitum, quæ allata eſt ex Scoto.

Ad rationem verò quæſiti, quæ eſt in oppoſitum, reſpondetur, & colligitur reſponſio, ex S. Thoma 1. part. quæſt. 12. art. 8. ad tertium: tunc veram eſſe rationem Scoti, quando cognitio C non inuolueret neceſſariò diſtinctam cognitionem B, ſicut neceſſariò inuoluit in caſu noſtro; nam cognitio creaturarum ex vi cauſæ inuoluit neceſſariò diſtinctam cognitionem cauſæ, & ſecundùm eſſe eminentiale, & formale, vt probatum eſt: at verò cognitio cauſæ ſecundùm eſſe formale, non inuoluit neceſſariò cognitionem diſtinctam creaturarum, ſed tantùm in confuſo, quia ad cognoſcendum diſtinctè creaturas præter intenſionem, quæ quidem ſi eſt ſufficiens ad videndum eſſe formale, eſt etiam ſufficiens ad videndum eſſe eminentiale, vt patet ex dictis; & fuſiùs oſtendetur in ſequenti Corollario, requiritur adhuc infinita extenſio, ad quam quidem poſſet Deus non concurrere, & hoc fortè voluit dicere Caietanus, ſi tamen ibi loquitur de hac cognitione intenſiua, cùm dixit rationem Scoti eſſe bonam, quando C non eſt de ordine latentium, & eorum, quæ includuntur virtualiter, ſicut ſunt creaturæ ſecundùm eſſe eminentiale, quod habent ipſæ creaturæ in Deo tamquam in cauſa.

Secundum quæſitum.

Secundò quæres, quomodo creaturæ poſſunt videri in Verbo ex vi cauſæ, ſi ille reſpectus in Deo ad creaturas poſſibiles eſt tantùm rationis.

Reſpõſio ad ſecundum quæſitum.

Reſpondetur, vt ſuprà breuiter tactum eſt, primò: Aliqui dicunt eſſe realem, nec habent pro abſurdo, quia non eſt relatio prædicamentalis, quæ quidẽ repugnat Deo, ſiue ſit ad creaturas exiſtentes, ſiue poſſibiles, quia talis relatio, cùm ſit ſecundùm eſſe, accreſcit, & reſultat in fundamento ex poſitione termini: at repugnat relatiuum reale in Deo dependere à creaturis tamquam à termino; ſed eſt relatio tranſcendentalis, quæ reſpicit terminum, tamquam quid poſterius natura. Reſpondetur ſecundò, etiam ſi concedatur tales reſpectus eſſe rationis tantùm, adhuc poſſent videri creaturæ ex vi cauſæ, quia ſufficit vt natura diuina ſit fundamentaliter relatiua. nã cùm perfectior creatura requirat ad ſui productionem maiorem perfectionem in Deo ſecundùm eſſe abſolutum, quod eſt fundamentaliter relatiuum: ſequitur, quòd ſi talis perfectio abſoluta penetretur; veluti adæquata ad productionem creaturæ, quòd videri poſſit etiam ipſa creatura ex vi cauſæ magis penetratæ tamquam adæquatus effectus illius.

Secunda reſponſio.

30. Circa verò tertiam cognitionem creaturarum in Verbo, quæ eſt ſecundùm omnes modos, & rationes ipſarum, exiſtimo reſpondendum eſſe affirmatiuè, cum S. Tho. 1. p. q. 12. ar. 8. ſequi, ſcilicet, ex illa comprehenſionem Dei, &, vt omittam multa exempla de poſſibili, ponam exemplũ de facto in vnione hypoſtatica humanitatis cum Verbo, quæ quidem vnio, quamuis de facto videatur à Beato, non tamen totaliter poteſt comprehendi, niſi cõprehendatur ipſum Verbum, quia totam ſuam perfectionẽ ſumit à Verbo, tamquam à termino, & quamuis non tota perfectio Verbi redundet in vnionem, quia Verbum eſt terminus extrinſecus, tamen quantò magis penetratur Verbum, tantò magis videtur maior perfectio phyſica vnionis, & tantò magis etiam penetratur dignitas moralis valoris, qui reſultat infinitus ſimpliciter ex tali vnione cum perſona Verbi, quæ tamquam forma dignificat infinitè naturam aſſumptam.

Vnio hypoſtatica nõ poteſt comprehendi à Beato.

Inſtantia.

Quòd ſi dicas ad comprehenſionem ſufficere, vt cognoſcantur ea, quæ ſunt tantùm intrinſeca rei, ſicut ad comprehenſionem corporalẽ ſufficit, vt quantitas, quæ eſt intrinſeca corpori comprehendatur à manu. Reſpondetur eſſe diſparem rationem, quia extrinſeca quantitas nullo modo pertinet ad illã quantitatem, quæ eſt comprehenſa corporaliter: at verò ad comprehenſionem intellectiuam pertinere poteſt aliquod extrinſecum, quia cognoſcitur, vt aliquid illius, ſicut in caſu noſtro eſt Verbum, quod eſt terminus illius vnionis, ſecundùm eſſe phyſicum, & præterea ſecundùm eſſe morale eſt forma dignificans vſque ad omnem gradum ipſam naturam, & operationes ipſius.

Solutio.

Breuis reſponſio ex dictis ad totam ſecundam hanc difficultatem.

Ex dictis igitur patet reſponſio ad ſecundam difficultatem propoſitam, concedendo ſufficere lumen creatum ſaltem infinitum ad videndum omnes creaturas in Verbo ſiue extenſiuè, ſiue intenſiuè, ſed negando ex huiuſmodi cognitione cõprehendi Deum, vt dictum eſt in prima, & ſecunda parte difficultatis: at verò ex cognitione creaturarum in Verbo ſecundùm omnes rationes poſſibiles conceditur comprehendi Deum, vt dictum eſt in tertia parte difficultatis; ſed negatur ſufficere lumen creatum etiam infinitum, ſed lumen adæquatum eſſe tantùm increatum, vt probatum eſt in noſtra ſexta via. Quare ad S. Thomam patet reſponſio, quòd loquatur de hac tertia cognitione, cùm dicit in 1. p. q. 12. artic. 8. ex cognitione omnium creaturarum comprehendi Deum: addit enim tunc comprehendi cauſam, cùm cognoſcuntur non ſolùm omnes effectus, ſed omnes rationes effectuum.

Reſpõſio ad auctoritatẽ S. Thomæ.

Et per hæc patet ad ſecundum argumentũ factum contra hunc noſtrum ſextum modum probandi.

QVÆSTIO QVINTA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia quinti Corollarij ſit vera, quod ſcilicet, non repugnet per eundem gradum indiuiſibilem intenſionis, eiuſdem viſionis, qua videtur Deus, videri creaturas omnes, quantùm eſt ex vi intenſionis præcisè.

Materiam huius quæſtionis tractant Scholaſtici in 4. diſt. 49. & in 3. diſt. 14. q. 3. Capreol in 4. q. 6. art. 2. & in 3. q. 2. Ricard. in 4. art. 3. q. 3. & in 3. art. 2. q. 3. Scot. in 3. q. 2. Almain. in 3. q. 1. ar. 1. Och. in 3. q. 13. Bonau. in 3. art. 2. q. 3. Mar. in 4. q. 16. & in 3. q. 3. Gabr. in 3. q. 1. art. 1. Greg. in q. 4. Prologi art. 2. in probat. 2. Concluſionis. Baſſol. in q. 4 prol. art. 3. D. Thom. 1. part q. 12. art. 8. & q. 57. art. 5. & vtrobique Caiet. & alij Recentiores. Sot. in 4. q. 5. art. 3. Vaſq. 1. part. diſput. 50. Suar. 3. part. diſp. 26.

NOTANDVM eſt primò hîc nos non agere, an creaturæ poſſint videri in Deo, tamquam ex vi 1. Notandum.

Digitized by Google

vi cauſæ magis penetratæ, de hoc enim ſuprà diximus; A ſed tantùm intendimus, quòd ex vi eiuſdem gradus intenſionis eiuſdem viſionis, qua attingitur obiectum perfectius, quod eſt Deus, attingi etiã poſſunt creaturæ, quæ ſunt obiecta imperfectiora: neque intendimus, quod de facto videatur à Beato: nã ad hoc præter intenſionem requiritur augmentũ intrinſecum extenſiuum in viſione, vt infrà meliùs explicabitur, quare hæc ſententia Corollarij non coincidit cum opinione Durandi in 4. d. 49. & in 3. d. 14. nec cum opinione Henrici quodl. 9. q. 4. Iſti enim exiſtimant omnes creaturas ſaltem quoad eſſentias neceſſariò de facto videri in Verbo. His poſitis ſententia huius Corollarij ſic deducitur ex principio Philoſophico: Viſio, qua videtur Deus terminatur ad ipſum Deum, tamquam ad obiectum, excedens B omnem perfectionem creaturarum; ergo quantùm eſt ex vi intenſionis huius viſionis non repugnat, vt ſecundùm eumdem gradum indiuiſibilem, quo attingitur ipſe Deus; attingãtur etiam & creaturæ, tam. quam obiecta exceſſa, & vt materialia. Antecedens eſt manifeſtum; Cõſequentia patet ex regula quarta principij Philoſophici dubitatione ſeptima: vbi oſtendimus intenſionem in hoc diſtingui ab extenſione, quòd intenſio tantùm reſpiciat magnitudinem obiecti, extenſio verò multitudinem: ſed tota magnitudo, ſeu perfectio creaturarum non adæquat perfectionem Dei; ergo hic gradus intenſionis, qui eſt ſufficiens ad videndum Deum, eſt ſufficiens ad videndum totam perfectionem creaturarum.

Greg. Vaſquez. Hæc ſententia Corollarij eſt Greg. in qu. 4. prol. C art. 2. in probatione ſecundæ concluſionis: Vaſquez etiam in 1. par. diſp. 50. cap. 5. exiſtimat propter rationem aſſignatam hanc ſententiam noſtram eſſe veriſſimam, ſuppoſito quòd aliqua creatura poſſit videri in Deo, quod ipſe negat; poſſe autem videri eſt opinio Thomiſtarum, & communiſſima, & argumenta, quæ in oppoſitum adducit Vaſquez ſoluimus in ſuperiori Corollario. Hæc etiam opinio videtur D. Th. (S.Thom.) in 1. p. quæſt. 12. & 3. par. quæſt. 10. art. 2. vbi concedit minùs Beatum aliquando videre in Verbo, quæ non videt alius æquè, vel magis Beatus, ea ſcilicet, quæ pertinent ad ſuum ſtatum: & tamen ſi hæc minùs, vel æquè Beatus videret in Verbo ex vi penetrationis cauſæ, eſſet profectò magis Beatus, quia perfectiùs intueretur naturam diuinam: videt ergo D ex vi viſionis. Sed Caietanus, quia tenet non poſſe videri creaturas in Verbo, niſi priùs viſa clariùs eſſentia, reſpondet ad dictum S. Tho. Beatum videre in Verbo formaliter ea, quæ pertinent ad ſuum ſtatum eo tempore, quo ingreditur beatitudinem; cætera verò, quæ poſtea fiunt, videre tantùm cauſaliter extra Verbum. Sed hæc reſponſio non ſatisfacit, quia contingit plura poſſe pertinere ad ſtatum minus Beati tempore, quo ingreditur beatitudinem. Reſpondet ſecundò quidam recentior, minus Beatum videre ea, quæ pertinent ad ſtatum ſuum, quatenus poſſunt cadere ſub viſionem ſibi debitam. Sed neque hæc reſponſio ſatisfacit, quia S. Thom. loquitur vniuerſaliter de rebus pertinentibus ad ſtatum Beati.

An minus Beatus videat plura, quàm magis Beatus.

Caiet.

Sed contra hanc ſententiam Corollarij ſunt aliqua argumenta, quæ oportet ſoluere, ex quorũ ſolu- E tione magis manifeſta fiet veritas huius Corollarij.

Opinio Caiet. & Suar. Et primò arguit Caiet. 1. p. q. 12. loc. cit. quem ſequitur ſatis acutè Suarius ſuper 3. p. d. 26. Creaturæ, inquiunt, non continentur in eſſentia diuina; niſi tantùm eminenter tamquã in cauſa, non autem tamquam in ſpecie repræſentante; ergo non poſſunt videri ex vi viſionis; ſed tantùm ex vi cauſæ clariùs viſæ. Conſequentia eſt manifeſta: Antecedens probatur. nam modus, inquit Suarius, continẽdi creaturas in eſſentia Diuina tamquã in ſpecie, eſt imperfectus; ſequeretur enim, quòd immediatè æquè repræſentaretur Deus, & creaturæ: nec magis dicerentur creaturæ cognoſci in Deo, quàm Deus in creaturis. Notandum pro ſolutione primi argumenti.

Soluitur hoc primum argumentum, & explicatur, an vnico actu poſſint videri Deus, & creatura.

2\. Primus modus. *Triplici modo poteſt creatura videri vnica viſione.* Pro ſolutione huius argumenti notandũ eſt, tripliciter poſſe intelligi, quòd vnico actu videantur Deus & creaturæ; Primo modo concomitanter; ita vt neutrum obiectum ſit ratio videndi alterũ, & hoc modo illa duo obiecta cõiunguntur per accidens in vna viſione per vnam ſpeciem, quæ eſt eſſentia Diuina, immediatè repræſentantem vtrũque. Secundo modo, quòd Deus ſit ratio cognoſcendi creaturas in ſe ipſo tãquam in cauſa, vel ſecundùm alios tãquam in Idea, vel cognoſcente, ita vt quò perfectiores videantur creaturæ, eò clariùs videatur ipſe Deus, tamquam cauſa, vel vt Idea. (Secundus modus.) Tertio modo, cuius non meminerunt auctores citati, quòd Deus ſit ratio videndi creaturas, non tamquam cauſa, vel Idea, ex vi eius videantur creaturæ, ſed quia ipſa viſio quoniam attingit Deum, tamquam obiectum excedens perfectiones omnium creaturarum, attingere etiam poteſt ſecundùm eumdem gradum indiuiſibilem intenſionis ipſas creaturas, tamquã obiecta exceſſa. (Tertius modus.) Et quamuis ipſæ creaturæ videantur ſecundùm eſſentiam ſuam tamquam effectus, & participationes Diuinæ eſſentiæ, & conſequenter non poſſit videri Deus, quin videatur, vt cauſa ſaltem fundamentaliter ipſarum creaturarum, non tamen dicuntur videri hoc tertio modo ex vi cauſæ, ſed ex vi viſionis, quia non viderentur ex vi cauſæ, tamquam à priori.

3\. Hic tertius modus differt à primo & ſecundo. Hic autem modus videndi creaturas, qui quatenus diſtinguitur à ſecundo peculiari quadam ratione, dicitur ex vi viſionis, differt à primo, & ſecundo modo: à primo quidem, quia iuxta primum modum Deus, & creaturæ æquè primò, & immediatè repræſentantur: Vnde per accidens coniunguntur. At iuxta hunc tertium modum viſio Dei eſt ratio videndi ipſas creaturas; quia enim terminatur ad Deũ, tamquam obiectum excedens, non repugnat ex vi eiuſdem gradus indiuiſibilis intenſionis, qui eſt in ipſa viſione, terminari ad creaturas. Præterea hoc ſecundo modo non poſſent videri creaturæ, quin videatur Deus: poſſunt autem primo modo, quia ſunt diſtinctæ viſiones, nullam habentes connexionem inter ſe. Differt autem à ſecundo, quia creaturæ non videntur in Deo tamquam in cauſa, & ex vi cauſæ. Quare nec opus eſt, vt quò plures, & perfectiores creaturæ videntur, eò intenſiùs penetretur Deus tamquam cauſa.

4\. Solutio primæ difficultatis. His poſitis, ad argumentum reſpondetur, quod argumentum, ſi quid probat, probat tantùm Deum, & creaturas nõ poſſe cognoſci primo modo, quia diceret imperfectionem in Deo, ob rationem allatam in argumento, non autem hoc tertio modo: imò primus modus repugnat viſioni, qua videtur Deus, quia eo ipſo quo videtur Deus, tamquam obiectum excedens iam ex vi talis viſionis, non repugnat videri creaturas, vt dictum eſt: & ſic erit tertius modus.

An eſſentia diuina extra Verbum poſſit ſubire vices ſpeciei. Opinio Suarij in 3 p. to. 5. diſt. 26. Quòd ſi quæras, an extra Verbum eſſentia diuina poſſit repræſentare, vt ſpecies immediatè res creatas: Reſpond. nõ facere ad ſolutionẽ difficultatis quodcũque dicatur; breuiter tamen dicitur ad pleniorem intelligentiam, quòd aliqui exiſtimat, quos ſequuntur ſatis probabiliter aliqui Doctores eſſe abſurdum, quia

Digitized by Google

quia repræſentaret æquè primò & immediatè creaturam, ſicut repræſentat ipſam diuinam eſſentiam, & cùm quæritur ab iſtis, quo modo Deus ſuppleat efficacitatem ſpeciei: eſt enim perfectio in Deo, quòd poſſit concurrere ad producendam viſionem in oculo ſine ſpecie: Reſpondent, concurſum ſpeciei ſuppleri à Deo per ſuam voluntatem concurrendo nouo concurſu efficientis ad viſionem. Sed aliquis poſſet inſtare probando, quòd concurſus ſpeciei non poſſit efficienter à Deo ſuppleri, quia ſpecies potiùs videtur concurrere in genere cauſæ formalis, determinando ipſam potentiam, tanquam ratio quaſi prototypa gerens vices obiecti ad inſtar cuius fiat viſio, tamquam imago quædam expreſſa ipſius obiecti, & ipſius ſpeciei impreſſæ, tamquam gerentis vices obiecti in oculo; Alioquin ſequeretur quòd ad viſionem beatificam non eſſet neceſſarium, quòd eſſentia diuina concurrat tamquam ſpecies: quod quidem eſt contra communem, præter paucos, & contra rationem allatam. Sequela probatur, quia ſi ſufficeret concurſus efficientis ad determinandum potentiam ad talem viſionem, ſufficeret profectò lumen gloriæ, quod eſt determinatum ad producendam tantùm viſionem beatificam, præſertim ſi ponatur lumen gloriæ concurrere duplicato concurſu ad ſupplendum concurſum ſpeciei; nec in naturalibus ad ſcientiam vnius concluſionis requireretur ſpecies, ſed ſufficeret habitus illius concluſionis; concurrit igitur ſpecies determinando diuerſo modo, ſcilicet, vt ratio quædam quaſi prototypa, ad inſtar cuius fiat viſio.

Reſponſio auctoris.

Quare videtur fortè dicendum eſſe ad quæſitum, eſſentiam diuinam extra Verbum poſſe repræſentare res creatas, tamquam ſpeciem rerum creatarum ſupplendo efficacitatē ſpeciei creatæ, remotis omnibus imperfectionibus.

Inſtantia.

Quòd ſi dicas, ſi eſſentia diuina extra Verbum poteſt eſſe ſpecies, ſequeretur, quòd ſemper concurreret, vt ſpecies, & ad omnia obiecta, eſt enim indiſtans à potentia, & repræſentatiua omnium obiectorum.

Solutio.

Reſponderi poſſet, quòd requiritur præter indiſtantiam eleuatio in potentia, ad hoc, vt vniatur cum eſſentia diuina tamquam ſpecie, eleuatur autem ſupernaturaliter à Deo ad hoc obiectū, vel ad illud iuxta liberum imperium ſuæ voluntatis. Sed quia hæc dubitatio non facit ad ſolutionē propoſitæ difficultatis, quia numquam in Verbo eſſentia diuina, vt dictum eſt, concurrit tāquam ſpecies primo modo ad repræſentandum, ſcilicet immediatè, & æquè primò creaturas, ad Deum, ideo non opus eſt hanc dubitationem reſoluere, ſed ſufficit tantùm tetigiſſe rationes dubitandi pro vtraque parte.

5. Secūda difficultas. *An ex ſententia Corollarij ſequatur omnes creaturas de facto videri in Verbo.*

Secundò arguitur, contra eamdem ſententiā noſtram, quia ex hac ſententia ſequeretur omnes creaturas videri neceſſariò de facto in Verbo: ſed hoc eſt abſurdum: ergo, &c. Minor probatur, quia quantùm ad viſionem omnium poſſibilium in Verbo, quam admittit Durand. in 4. Goffred. Baſſol. & Henricus, eſt contra communem Scholaſticorum, & Patrum, Nazianz. orat. 36 n. 66. Auguſt. lib. 83. quæſt. q. 14. & aliorum: quantùm verò ad viſionem futurorum eſt contra Scripturam ex illo Marci 13. *De die autem illa, & hora nemo ſcit nec Angeli in cœlo, nec Filius, niſi ſolus Pater.* Quod explicans Gregor. lib. 8. epi. 42. inquit, quod Chriſtus non cognouit vt Magiſter ad dicendum, ſicut cognoſcebat alia myſteria; neque cum facultate illum diem manifeſtandi, ſed ſolùm, vt ipſe cognoſceret; at verò Angeli ſimpliciter ignorāt diem illum. Quod ex eo colligit, quia dicitur Angelos ignorare in cœlo, vbi non agunt cum hominibus: ergo non dicuntur ignorare, quia nō habent facultatem manifeſtandi, ſed quia ſimpliciter ignorant. Sequela maioris probatur, quia non eſt vnde impediatur de facto viſio omnium creaturarum; nam viſio cadit ſuper obiecta tamquam forma, à qua obiecta denominantur viſa; forma autem dando ſeipſam, neceſſariò denominat ſubiectum: ſi igitur ex vi eiuſdem viſionis, qua videtur Deus, poſſint videri omnes creaturæ; ſequitur, quòd de facto neceſſariò videantur.

Nazianz. Auguſt. Marc. 13.

Chriſtus quomodo diē iudicij ignorare dicitur. Gregor. *Angeli ſimpliciter diem iudicij ignorant.*

Soluitur hoc ſecundum argumentum, & explicatur, vtrum creaturæ neceſſariò videantur in Verbo.

6. Reſponſio Vaſquez ad ſecundā difficultatem.

Ad hoc ſecundū reſpondet Vaſquez loco citato, quòd ſi creatura aliqua poſſit videri in Verbo, benè inferretur ex vi viſionis omnes videri; negat autem poſſe aliquam videri, quia (inquit) non poſſunt creaturæ cognoſci, niſi vt participationes diuinæ naturæ, hoc enim illis eſt eſſentiale. Sed diuina eſſentia eſt quid abſolutum; non ergo poteſt eſſe ratio cognoſcendi creaturas tamquam relatas ad ipſum. Quod ſi poſſint hoc modo cognoſci, non ſolùm (inquit) ex vi viſionis, ſed etiam ex vi cauſæ, omnes de facto cognoſcerentur; nam reſpectus ad creaturas ſemper eodem modo apparet videnti Deum; alioquin aliquid Dei lateret Beatum, & præterea creaturæ æquè ſunt in Deo tamquam in operante; non enim vna per aliam operatur.

Impugnatur hæc Reſponſio.

Sed impugnatur hæc reſpōſio ex dictis ſuprà, quia vt in ſuperiori Corollario probatum eſt, hæc opinio, quæ aſſerit nullam creaturam videri in Verbo eſt contra cōmunem Scholaſticorum. Secundò eſt contra Auguſt. vt ibidem oſtendimus. Probatur tertiò; eſſentia diuina poteſt repræſentare ſibi creaturas: cur igitur non poteſt repræſentare etiam Beato? Quòd ſi dicat eſſentiā diuinam eſſe eſſentialiter cognitionem creaturarum, & ideò poſſe ſibi repræſentare creaturas: at verò ipſi Beato eſſentia diuina, vnitur tamquam obiectum; contrà, primò ſaltem Beatus vidēs ipſam cognitionem Dei poſſet videre creaturas per ipſam repræſentatas. Secundò eſt contra S. Thom. 1. p. q. 12. art. 8. vbi ait eſſentiam diuinam repræſentare creaturas, vt cauſam, quia verè eſt cauſa.

Reſpōſio ad argumenta Vaſq.

Ad argumentum autem Vaſquez, quo probat non poſſe repræſentare, vt cauſam, reſpondetur breuiter ex dictis in ſuperiori Corollario, quòd ſufficiat ad repræſentandum, vt cauſa, ſi eſſentia diuina ſit fundamentaliter tantùm relatiua, quia poſſunt creaturæ videri ex vi cauſæ magis penetratæ ſecundùm illam perfectionem fundamentalem adæquatā effectui, vt in ſuperiori Corollario dictum eſt. Secūdò negatur eſſe abſurdū dicere, quòd eſſentia diuina ſit formaliter relatiua, ratione tranſcendentali ad creaturas: quia relatio tranſcendentalis cauſæ dicit ordinem ad terminum, tamquam ad quid poſterius natura; repugnat autem Deo relatio prædicamentalis cauſæ ad creaturas, ſiue exiſtentes, ſiue poſſibiles, quia hæc relatio, cùm ſit ſecundùm eſſe, accreſcit fundamento ex poſitione termini: dependet igitur aliquo modo à præſuppoſito termino, quod quidem repugnat Deo, qui eſt omninò independens. Et hanc relationem negarunt Scholaſtici in 1. diſt. 30. An autem ſi ex vi cauſæ viderentur creaturæ, viderentur omnes, eſt alia quæſtio; & quidem in doctrina noſtra hoc dici non poteſt. Nam ex dictis in ſuperiori Corollario, quando eſſentia diuina repræſentat Beato vt cauſa creaturas, tunc diuerſo modo apparet Beato per intenſiorem penetrationem graduum virtualium perfectionis ipſius eſſentiæ, & hoc modo non poteſt repræſentare omnes, qui ad videndum

plures

Digitized by Google

pluresͤ creaturas requiritur intenſius lumen.

7. *Reſponſio auctoris.*

Quare ad hoc ſecundum argumentum, mihi videtur reſpondendum ex eadem quarta regula principij Philoſophici, dubitatione ſeptima, præter ſcilicet intenſionem, quæ reſpicit magnitudinem obiecti, requiri ad videndum creaturas augmentum intrinſecum extenſionis, quod creſcit proportionaliter ad multitudinem obiectorum: hoc autem augmentum, cùm ſit intrinſecum, & noua quædam entitas, poteſt Deus liberè ad productionem illius non concurrere. Vnde fit, vt viſio, qua videtur Deus, quamuis ſit ſufficiens ex parte intenſionis ad videndum totam perfectionem creaturarum, quæ eſt infra perfectionem Dei, impediri tamen poſſit à Deo, ne extendat ad creaturas, non concurrendo ad augmẽtum intrinſecum extenſionis, quod eſt neceſſarium ad videndum creaturas. Quod autem hoc augmentum extenſionis ſit intrinſecum, & non tantùm extrinſeca terminatio, quæ impediri non poteſt, breuiter hîc probatur, quia viſio in hoc differt à potentia, ſeu lumine gloriæ, quod eſt ad modum potentiæ; quòd quia potentia eſt actus primus, præſupponitur potẽs ſecundùm ſuam perfectionem intrinſecam, vt poſſit terminari ad plura obiecta; determinatur autem à concurſu Dei ad hoc, vel illud obiectum: at verò viſio eſt actus ſecundus, & tamquam forma cadit ſuper obiecta, quæ denominantur viſa ab hac forma; debet ergo eſſe aliquid intrinſecum in actu, à quo fiat iſta extrinſeca denominatio, nam denominatio extrinſeca præſupponit formam intrinſecam in alio, & multò magis debet dari hæc forma intrinſeca, ſi teneatur, quòd viſio ſit expreſſa repræſentatio obiecti: cùm ergo proponitur nouum obiectum, vno ex his tribus modis contingit viſionem cadere ſuper illud, vel primò, quia fit noua viſio, & hoc modo poteſt impediri à Deo: ſed hic modus non poteſt eſſe in caſu quæſtionis, quia præſupponimus creaturas videri ex vi eiuſdem viſionis, qua videtur Deus; vel ſecundò corrumpitur prior viſio, & fit alia, quæ ſit ſimplex qualitas æquipollens pluribus extẽſionibus, & perfectior priore viſione, non quidem ſpecie, quia ſupponimus omnia obiecta in Verbo videri ſub eadem ratione formali: ſed perfectior in ratione indiuidua, & ſi hoc modo fiat viſio, poteſt impediri viſio creaturarum, quia poteſt Deus non concurrere ad hanc nouam viſionem perfectiorem priore: vel tertiò additur noua entitas extenſiua priori viſioni, & hoc etiam tertio modo poteſt impediri, quia Deus poteſt non concurrere ad hanc nouam entitatem ſuperadditã. Sed an hic tertius modus dari poſſit præſertim in caſu quæſtionis, negat quidam Recentior ſuper tertiam partem, quia præter quàm quòd non videtur quomodo hæc noua entitas poſſit vniri cum priori viſione, adhuc iſta noua entitas primariò, & immediatè reſpicit creaturas: non ergo viderẽtur creaturæ ex vi eiuſdem viſionis, qua videtur Deus tanquam obiectum primarium, vt ſupponitur in caſu quæſtionis; potiùs igitur eſſet noua viſio. Sed exiſtimo poſſe dari hunc tertium modum, vt in dub. 5. citato probauimus, quia hæc noua entitas nõ eſſet noua viſio. Sed vniretur cum viſione, qua videtur Deus tamquam modus ipſius viſionis, & hic quidem modus extenſionis, quamuis primariò, & immediatè reſpiciat creaturas, eſt tamen talis naturæ, vt nõ poſſit terminari ad creaturas, niſi illa viſio, cuius hæc extenſio ad creaturam eſt modus, priùs natura terminetur ad Deum, quod non poſſet dici, ſi eſſet noua viſio realiter diſtincta, & iuxta hũc ſenſum dicerentur creaturæ videri ex vi viſionis: de facto autẽ exiſtimo viſionem, qua videtur Deus, & creaturæ ex vi

Tribus modis contingit ſe viſionem ex tenſionem ad nouum obiectum.

Primus modus.

Secundus modus.

Probatur tertius modus, quòd, ſcilicet, poſſit dari qualitas cõpoſita ex plurib. extẽſionibus cõtra quemdam Recentiorem.

Sententia auctoris.

A eiuſdem viſionis, eſſe ſimplicem qualitatẽ, quia meliùs ſaluatur modus videndi ex vi viſionis, præſertim ſi creaturæ non vidẽtur ſucceſſiuè in Verbo, vt ſupponimus ex doctrina S. Thomæ; ſi enim viderentur ſucceſſiuè, vt tenet Scotus, fortaſſe poſſet dici, quòd viſio eſſet compoſita ex pluribus entitatibus; ſi enim eſſet ſimplex qualitas, tota corrumperetur, & fieret ſemper noua, & noua: hæc autẽ ſucceſſiua corruptio non rectè cõpeteret viſioni, qua videtur Deus, quia hæc menſurari debet contra Scotum æternitate quadam participata; & cõſequenter debet ipſa eſſe inuariabilis, quãuis variaretur viſio circa obiecta creata.

Perfecta viſio qua videtur Deus, & creaturæ, eſt ſimplex qualitas.

Sed contra hanc reſponſionem noſtram ad ſecundam difficultatem inſtari poſſet negando fundamentum huius reſponſionis, quòd ſcilicet augmentum B ſit intrinſecum: tum quia hoc non experimur in potentiis, & aliis formis, quæ intenduntur, & remittuntur, vt in calore: tum quia viſio, qua Deus videt ſe ipſum, terminatur extrinſecè ad futura. Non enim poteſt eſſe intrinſeca extenſio, quia quod eſt intrinſecum Deo, identificatur cum ipſo Deo, & non poteſt non eſſe, quicquid dicat Caietanus, qui ſimile quid dicit de volitione Dei, quæ terminatur ad creaturas, at futura poterant non eſſe. Sed ad hæc, & ſimilia argumenta patet reſponſio ex dictis; ad primum quidem dicitur, quòd potentia eſt actus primus, & ideo præſupponitur ſufficiens, vt dictum eſt. Ad ſecundum autem dicitur, quòd viſio Dei eſt infinita, etiam quoad extenſionem, quare ad videndum requiritur in creatura viſa, tamquam conditio, habi- C tudo illa ad exiſtendum pro tali tempore, vt dictum eſt in quæſtione Philoſophica, dubio quinto.

Inſtantia contra reſponſionem noſtram.

Solutio.

8. *Deũ ex parte obiecti cõprehendi poſſe abſurdum eſt.*

Tertiò arguitur contra eamdem ſententiam noſtram ex abſurdo, quod ex hac noſtra ſententia ſequeretur. Abſurdum autem eſt, Deum poſſe comprehendi ex parte obiecti: hoc autem eſt contra communem Scholaſticorũ, & Patrum, præſertim Greg. lib. 18. moral. cap. 39. & lib. 10. cap. 3. Nazianz. orat. 49. quorum verba in ſuperiori Corollario ponderauimus. Sequela probatur, ex vi eiuſdem viſionis, qua videtur Deus, poſſunt videri omnes creaturæ, vt dicit hæc ſententia. Ergo poſſet comprehendi Deus. Conſequentia probatur, quia videretur Deus ſecundum totum id, quod eſt in ipſo formaliter, cùm ſit ſimpliciſſimus, & ſecundum totum, quod eſt in ipſo D eminenter, quia, vt ſupponitur in antecedenti, poſſent videri omnes creaturæ in verbo ſecundũ hanc ſententiam; & confirmatur ex S. Tho. 1. p. q. 12. art. 8. vbi negat omnes creaturas poſſe videri in Verbo, quia ſequeretur comprehenſio, quam art. 7. probauerat eſſe impoſſibilem, antecedens verò ſupponitur, tamquam ſuprà probatum, & breuiter ſic probatur, quia ad vidẽdum omnes creaturas ex vi viſionis non requiritur, vt ſuprà probatũ eſt, maior intenſio in ipſa viſione, per quã videtur Deus, vt obiectum excedẽs: requiritur autem tantùm maior extenſio. Hæc autem ſufficit finita, quæ ſit ſimplex qualitas, ita perfecta in ratione ſua indiuidua, vt æquipolleat infinitis partibus extẽſionis, nec per calculationem aliud probari poteſt. Sed eſto hæc qualitas dari deberet infini- E ta, adhuc nõ repugnat, quia, vt dictum eſt, infinitũ repugnat tantùm in quantitate propter extraneitatem partium, ratione cuius poſſet aſſignari terminus; at verò hæc qualitas, vel eſſet ſimplex, vel ſi eſſet compoſita ex partibus, vna non eſſet extra aliam.

Ad hoc argumentum reſpondetur, quidquid ſit de illo antecedenti: An ſcilicet omnes creaturæ poſſint videri in Verbo ex vi viſionis, quod quidem ſuprà oſtendimus non euidenter repugnare, neganda eſt conſequentia, ex hoc ſcilicet ſequi comprehen-

Reſpõſio ad tertiam difficultatem.

ſionem Dei, & in hoc quidem non eſt immorádum, quia hoc fusè probauimus in ſuperiori Corollario, & ibidem etiam probauimus, quòd nec ex cognitione intenſiua, cùm ſcilicet videntur omnes creaturæ ex vi cauſæ intenſiùs penetratæ, ſequatur comprehenſio naturæ diuinæ.

Ad confirmationem ex S. Thoma ibidem reſponſum eſt in tertia parte difficultatis. Vnum reſtat hic diſputandum, an viſio compoſita ex partibus extenſionis ſit heterogenea, vel homogenea. Ego exiſtimo eſſe diſtinguendum, ſi hæc viſio, qua videntur creaturæ, eſt ex vi viſionis, qua videtur Deus, tunc eſt heterogenea, quia poteſt per vnam partem repræſentari creatura perfectior, quin repræſentetur minus perfecta: nec opus eſt, vt pars nobilior præſupponat ignobiliorem, quia non faciunt vnum, ſicut fit in intenſione: ſi verò eſt ex vi cauſæ potiùs connaturaliter, debet eſſe homogenea, quia non poteſt repræſentari creatura perfectior, quin connaturaliter repræſentetur imperfectior, nam cauſa neceſſariò eſt penetrata adæquatè, & idem proportionaliter dicendum eſt ſi viſio ſit qualitas ſimplex, ita vt ſecundùm rationem ſuam indiuiduam poſſit repræſentare ex vi viſionis perfectiorem creaturam, quin repræſentet minus perfectam.

QVÆSTIO SEXTA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia ſexti Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, non repugnet videri in Verbo ex vi eſſentiæ Diuinæ intenſiùs penetratæ ex parte obiecti, infinita obiecta in aliquo determinato genere per viſionem finitè intenſam.

Materiam huius quæſtionis tractant Doctores, quàm breuiſſime in ſuperiori Corollario citati.

1. Primus caſus.

HÆc ſententia Corollarij, in qua Doctores conueniunt, explicatur exemplificando illam in tribus caſibus. Primus eſt, Beatus per eamdem viſionem finitam, per quam videt Deum, & hominem in Deo, tamquam in cauſa magis penetrata ex parte obiecti, videt etiam totam multitudinem infinitam perfectionum eſſentialium brutalium, quia hæc eſt infrà perfectionem hominis.

Secundus caſus.

Secundus caſus affertur de Chriſto, qui quoniã in Verbo penetrat intellectum, & voluntatẽ damnatorum, videt diſtinctè omnes cogitationes ipſorum, quæ futuræ ſunt in infinitum per totam æternitatem.

Tertius caſus.

Tertius affertur de virtute creatiua, nam ſi cõmunicaretur virtus creatiua ad creandum hominẽ, quam ſupponimus poſſe eſſe finitam, ex his quæ dicemus infrà in quæſt. de creatione, hæc eadem eſſet ſufficiens in actu primo ad creandam totam multitudinem infinitam perfectionum brutalium per eamdem rationem.

Deducitur ſentẽtia Corollarij ex principio Philoſoph. Ex quarta regula dub. 1.

Hæc autem ſententia ſic explicata ſic deducitur ex quarta regula principij Philoſophici; per viſionem finitè intenſam ex vi naturæ diuinæ magis penetratæ ex parte obiecti videtur homo: ergo & per eamdem indiuiſibilem intenſionem poteſt videri tota perfectio brutalis, quæ eſt infrà hominem. Antecedens eſt manifeſtum, quia homo eſt finitæ perfectionis. Conſequens probatur per rationem allatam in quarta regula principij Philoſophici, quia intenſio reſpicit tantùm magnitudinem obiecti ex S. Thoma: ſed tota perfectio brutalis non adæquat perfectionem hominis: ergo gradus intenſionis, qui eſt ſufficiens ad videndum hominem ex vi eſſentiæ diuinæ penetratæ, vſque ad determinatam perfectionem adæquatam homini, erit ſufficiens ad videndam totam perfectionem brutorum, & idem etiam dicendum eſt de virtute creatiua, & de viſione Chriſti, qua videt omnes cogitationes damnatorum, ſolùm poteſt eſſe repugnantia ex parte extenſionis, quæ reſpicit multitudinem obiectorum. Sed de extenſione hic modò non diſputemus, quamuis dici poſſit, quòd etiam ſi requiratur maior extenſio, & infinita, hæc non repugnet, quia poteſt eſſe ſimplex qualitas finita perfectior in ratione indiuidua, quàm ſit alia qualitas compoſita ex infinitis partibus extenſionis: Ad hanc enim tantùm per calculationem infinitorum obiectorum peruenitur, vt patet ex tertia regula quæ habetur in quæſt. prima Philoſophica, dubitatione ſexta.

2. Argumentũ contra ſententiam Corollarij.

Sed contra hanc ſententiam Corollarij eſt argumẽtum ex eodem principio Philoſophico, quia quotieſcumque dantur extrema ſic ſe habentia, quòd quantùm vnum, ſcilicet obiectum creſcit, in eodem ordine, tantùm creſcit virtus, ſi obiectum creſceret in infinitum, etiam virtus creſceret in infinitũ in eodem ordine: ſed ad videndum in Deo, tamquam in cauſa animal perfectum, vt vnum, requiritur virtus, vt vnum, ad videndum perfectius, maior virtus, quia magis penetratur Deus, & ſic in infinitum, ſic etiam de virtute creatiua. Nam ſiſtendo ſemper in modo ſupernaturali producendi ex nullo ſubiecto maior virtus creatiua, requiritur ad creandum animal perfectum, vt quatuor, quia magis elongatur à potentialitate, quàm vt duo, & ſic in infinitum. Quare ſequitur, quod requiratur virtus infinita in vtroque exemplo ad videndum; ſeu credendum totam multitudinem animalium, quam ſupponimus eſſe infinitam ſyncategorematicè, quæ quidem ſequela, vt patet ex dictis, continet abſurdum, nam ſi ad videndum hominem in Deo ex vi eſſentiæ penetratæ, vel ad creandum non requiritur virtus infinita, ſed determinata in certo gradu intenſionis: ergo multo magis non requiritur virtus infinita ad videndum, vel creandum infinitam multitudinem animalium, quæ tota ſimul non attingit intrinſecè perfectionem hominis: ſic etiam dicendum de infinitis cogitationibus damnatorum, quæ non excedunt perfectionem animæ.

3. Prima Reſponſio Caietani. Bene arguit Suarius contra Caiet.

Ad hoc argumentum reſpondet primò Caietanus in tertiam partem quæſtio. 10. artic. 3. aſſerens, quòd per calculationem tantùm probetur virtus infinita ſecundum quid: ſed quia Caietanus non ſatis ſe explicat, quamuis verum dicat, vt videbimus in ſententia noſtra, Ideo occaſionem dedit Suario in 3. part. quæſt. 10. diſput. 26. benè arguendi contra ipſum, quòd ſcilicet per calculationem poſitam in ratione dubitandi ex augmento vnius extremi in eodem ordine, vſque in infinitum, probetur augmentum alteriùs extremi, ſcilicet virtutis in infinitum.

Suarius 3. p. Com. 1. diſp. 1. p. 26.

Secundò reſpondent alij ſatis ſubtiliter; quod ex vi eiuſdem perfectionis finitæ, quaſi indiuiſibilis, qua virtus fertur ſuper totam multitudinem infinitam obiectorum, feratur ſuper ſingula contenta ſub illa multitudine; ita vt non diſtingui poſſit aliquid reſpondens vni obiecto, & aliquid reſpondens alteri obiecto, & dicit, quòd alio modo non poteſt

ſolui

ſolùm calculatio facta, quæ quidem probat virtutem intenſiuè infinitam.

Impugnatur hæc ſecunda Reſponſio.

Sed contra hanc reſponſionem arguitur. nam maior virtus requiritur ad videndum hominem in Deo tamquam in cauſa, quàm ad videndum animal perfectum, vt duo. Quare illa virtus, qua videbatur homo, eſt iam diuiſa, ſuppoſito quòd non videatur homo ea viſione, qua videtur animal perfectum, vt duo, qua ſtante diuiſione, iam militat ratio dubitandi ſuprà poſita ex modo calculandi ſic calculando: Ad videndum in Deo, tamquam in cauſa animal perfectum, vt quatuor, tamquam in cauſa, non ſufficit prior virtus, ſeu viſio vt duo, quia magis penetratur Deus ex parte obiecti tamquam cauſa: Ergo creſcente obiecto in eodem ordine creſcere debet virtus, requiritur igitur viſio,& virtus vt quatuor, & ſic in infinitum in tota multitudine perfectionum eſſentialium brutalium. Sic etiam argui poteſt in potentia creatiua, nam minor virtus requiritur ad creandum animal vt duo, quàm ad creandum hominem, atque adeo illa virtus, quæ erat ſufficiens indiuiſibiliter, verbi gratia, vt octo ad creandum hominem, iam diuiditur, & fit minor ſufficiens ad creandum animal vt duo, qua ſtante diuiſione fieri poteſt calculatio in infinitum in tota latitudine ſemper ſiſtendo in eodem ordine ſupernaturali productionis, ſcilicet ex nullo ſubiecto.

Et hoc quidem argumentum procedit, etiam ſi teneatur perueniri per calculationem ad lumen finitum, quod ſit ſimplex qualitas ita perfecta in ratione ſua indiuidua, vt æquipolleat infinitis gradibus intenſionis, quia etiam hoc conceſſo adhuc ſequeretur, quòd maior virtus ſaltem finita requireretur ad videndum in Verbo ex vi cauſæ totam multitudinem animalem, quàm ad videndum hominem. Quod quidem eſſe abſurdum ſuprà oſtenſum eſt: homo enim excedit in perfectione totam multitudinem animalem collectiuè ſumptam.

Christus videt in Verbo infinitas cogitationes dãnatorum.

Hæc autem reſponſio locum habet in viſione, qua videntur infinitæ cogitationes damnatorum, ſicut ipſe exemplificat, & tenet de facto Chriſtum illas videre in Verbo, ſi ſupponatur huiuſmodi cogitationes non differre ſpecie, ſed numero. Et ratio eſt, quia non viderentur ex vi cauſæ clariùs viſæ, & intenſiùs penetratæ: non enim requiritur in Deo maior perfectio contra Durandum, ſeu intenſior concurſus ad producendum vnum indiuiduum, quàm ad producendum plura ſub eadem ſpecie, quia non dicunt perfectionem formalem diſtinctam: videntur igitur ex vi viſionis per eumdem gradum indiuiſibilem intenſionis, per quem comprehenditur anima: requiritur autem maior extenſio iuxta multitudinem obiectorum. Quòd ſi iſte auctor contendat huiuſmodi cogitationes videri ex vi eſſentiæ clariùs viſæ & intenſiùs penetratæ; tunc idem argumentum poſſet fieri, & vt magis appareat calculatio, incipiendum eſt à prima cogitatione animæ, calculando ſemper augmentum intenſiuè.

Quæſitum. An Chriſtus videat omnes cogitationes damnatorum.

Sed quæres, quomodò Chriſtus de facto poteſt videre in Verbo infinitas cogitationes damnatorum, ſi enim ſaltem requiritur maior extenſio iuxta multitudinem obiectorum: ſequitur quod calculando deueniretur ad infinitum augmentum. Reſpondetur, hoc argumentum militat in omni opinione; in ſuperiori enim Corollario, probatum eſt augmentum extenſiuum intrinſecum in viſione eſſe neceſſarium, ſiue multitudo obiectorum videatur ex vi viſionis, ſiue ex vi cauſæ intenſiùs penetratæ, quia extenſio reſpicit præcisè multitudinem.

Reſponſio ad quæſitum.

Ad quæſitum igitur reſpondetur rationem allatam in oppoſitum nihil obſtare, quin Chriſtus videat omnes illas cogitationes. Nã primò dicimus ex multitudine obiectorum infinita, calculari quidem qualitatem infinitam compoſitam ex partibus extenſionis, non tamen qualitatem ſimplicem infinitam; ſed finitam ita perfectam in ratione ſua indiuidua, vt æquipolleat infinitis partibus extenſionis. Secundò dicimus ex dictis qualitatem ſimplicem infinitam, vel etiam compoſitam non repugnare, quia infinitum repugnat in quantitate propter extraneitatem partium ratione cuius poſſet aſſignari terminus.

Tertia reſponſio.

B Tertiò reſpondent alij fieri viſionem præſtantiorem diſtinctam ſpecie, atque adeò non requiri virtutem infinitam formaliter, ſed in virtute; ſed contra, quia viſio fit maior, & extenditur ad plura obiecta in caſu quæſtionis, ex maiori penetratione eſſentiæ Diuinæ: ergo ſemper habet eamdem rationem formalem primarij obiecti: non ergo poteſt diſtingui ſpecie, ſed in eadem ſpecie magis intendi.

4. Quarta reſponſio verior ad argumentum ex regula 2. principij Philoſophici in dubitatione quinta.

Ad argumentum igitur reſpondetur ex regula ſecunda principij Philoſophici, in dubitatione quinta quòd in caſu difficultatis, cùm augmentum vnius extremi, ſcilicet obiecti non progrediatur vſque ad omnem gradum in ſuo ordine, quia tota infinitas animalium terminatur extrinſecè ad hominem, ſequitur, quòd nec etiam augmentum alterius extremi, ſcilicet virtutis cognoſcentis, erit vſque ad omnem gradum in eodem ordine; ſed vſque ad aliquem gradum determinatum intenſionis, per partes proportionales, quod quidem augmentum virtutis per partes proportionales, æquiualet augmento ſui extremi, ſcilicet obiecti per partes æquales. Et ratio eſt, quia obiectum per augmentum partium æqualium peruenit ad terminum extrinſecum, ſcilicet ad hominem, quod eſt obiectum proportionatum virtuti cognoſcenti auctæ per partes proportionales in extenſione vſque ad determinatum gradum: ſicut ſimili, ſeu pari ratione proportionaliter diximus in quæſtione philoſophica, quòd obiecto verbi gratia extenſo, vt quatuor decreſcente per partes proportionales vſque ad punctum, & creſcente in ratione cognoſcibilis, aliud extremum, ſcilicet virtus viſiua creſcit proportionaliter per partes æquales in infinitum. Et ratio, quam ibi aſſignauimus, fuit, quia decrementum obiecti per partes proportionales æquiualet augmento virtutis per partes æquales. Nam per decrementum obiecti quanti per partes proportionales, deuenitur ad terminum extrinſecum, ſcilicet ad punctum improportionatum virtuti viſiuæ finitæ: ergo pariter cum in caſu noſtræ difficultatis per augmentum obiecti perfectioris, & perfectioris animalis in infinitum per partes æquales perueniatur ad terminum, ſcilicet, ad hominem extrinſecè proportionatum virtuti finitæ in intenſione, virtus non debet creſcere, niſi per partes proportionales vſque ad certum gradum intenſionis adæquatum illi termino extrinſeco, imò ſub minori intenſione poteſt videre totam multitudinem animalium, quia hæc non attingit intrinſecè perfectionem hominis, ſed tantùm extrinſecè, atque adeo minùs penetratur eſſentia Diuina, quatenus cognoſcitur, vt cauſa omnium perfectionum brutalium, quàm quatenus cognoſcitur, vt cauſa hominis. Nam illa virtus creatiua, ſeu

Dubio 4.

Digitized by Google

concurſus in Deo, qui eſt ſufficiens ad creandum hominem, eſt ſufficiens ad creandum omnes perfectiones brutales, non autem è conuerſo. Quòd ſi quæras quare virtus generatiua hominis, cùm ſit perfectior, non ſit ſufficiens ad generandum animalia: Reſpondetur, quòd virtus generatiua hominis, exercetur per qualitatem corpoream determinatam ad vnum, non ſic autem virtus creatiua.

Reſtat igitur modò videndum, quo modo perfectio finitæ virtutis, ſeu viſionis, qua videtur tota perfectio animalium, reſpondeat per partes proportionales ſingulis partibus multitudinis infinitæ animalium contentæ ſub homine, tanquam termino extrinſeco illius: modus autem hic eſt ad videndum hominem in Deo, tamquàm in cauſa requiritur virtus cognoſcitiua, vt octo, vel ad creandum hominem requiritur virtus creatiua, ſiue in Deo, ſiue in aliquo inſtrumento creato etiam vt octo: & hæc imò etiam minor requiritur ad creandum, vel cognoſcendum in Deo, tamquam in cauſa, ſaltem in actu primo, totam illam multitudinem infinitam animalium, contentam ſub homine: Sit igitur illa virtus ſufficiens ad producendum, ſiue ad cognoſcendum omnia animalia infra hominem, ſiue terminata extrinſecè, vt octo, ita vt infrà octo minor, & minor ſufficiat; ſiue intrinſecè, ita vt octo ſit ſufficiens, & minor octo non ſit ſufficiens.

Ad videndum igitur aliquod animal determinatum, verbi gratia, perfectum, vt ſex, requiritur virtus determinata, nam illa minor, & minor infra octo extrinſecè erat ſufficiens ad videndum totam multitudinem animalium, vel ſi requiritur virtus, vt octo, intrinſecè ad videndum totam multitudinem infinitam animalium; tunc virtus ſufficiens ad videndum animal perfectum, vt ſex, non poteſt eſſe indeterminata infra octo, ſcilicet minor, & minor. Nam per hanc indeterminatam videretur perfectius, & perfectius animal, quàm ſit animal, vt ſex. Ad videndum igitur animal determinatè, & præcisè perfectum, vt ſex, requiritur virtus determinata infrà octo. Sit igitur virtus, vt ſex, hoc ſtante cùm ſit calculatio ad ſaluandum infinitatem in progreſſu augmentationis virtutis, & infinitatem in progreſſu augmentationis obiecti, quæ ſit per partes æquales, procedendum eſt per partes proportionales augmẽti virtutis hoc modo; ad creandum, vel videndum in Deo, tanquàm in cauſa animal perfectum vt ſex, requiritur virtus, vt ſex ad creandum, vel videndum animal perfectum, vt duodecim requiritur virtus vt ſex cum dimidio, quia eam proportionem, quam habent duodecim ad ſex, habet totus ſeptimus gradus ad dimidium ſui. Rurſus ad creandum, vel videndum animal perfectum vt vigintiquatuor, requiritur virtus perfecta vt ſex cum quatuor tertiis propter eamdem proportionalitatem, & ſic in infinitum. Ratio huius proportionalitatis eſt, quia ad videndum hominem in Deo, tamquam in cauſa, requiritur virtus vt octo, vt ſupponitur. Si igitur erit virtus vt ſeptem cum quatuor tertiis, vel maior, dummodò non perueniatur ad octauum gradum, non videbitur homo, neque creari poterit à virtute creatiua. Minor igitur particula, quæ additur, eſt ſufficiens ad videndum, vel creandum hominem: quæ ſi dematur, erit virtus inſufficiens ad hominem. Cùm igitur ad videndum, vel creandum ſucceſſiuè totam multitudinem animalium, requiratur minor virtus, quàm virtus quæ ſit, vel vt octo extrinſecè, vel vt octo intrinſecè; tunc ſi erit minor, quàm virtus, quæ ſupponitur, erit inſufficiens ad videndum, vel creandum infinitam multitudinem obiectorum contentorum ſub homine. Quare ſequitur, quòd tota ratio virtutis potentis in infinitum, vel non potentis, oriatur ex additione, vel diminutione minoris & minoris particulæ, vel termini indiuiſibilis. Igitur calculatio, vt probatum eſt in quæſtione Philoſophica, debet ſumi in ordine ad illam particulam minorem, quàm ſit, verbi gratia, infra octauum gradum, ſi terminatio eſt vſque ad octauum gradum extrinſecè, vel ad illud indiuiſibile terminans octauum gradum, qui ſupponitur ſufficiens, & adæquatus toti multitudini infinitæ animalium, tãquam obiecto, ſi terminatio ſupponatur vſque ad octauum gradum intrinſecè; peruenitur autem ad illud per partes proportionales. Quare ſicut ſe habẽt partes proportionales virtutis operantis, ſic ſe habent partes æquales perfectionum brutalium, vſque ad infinitum.

An autem præter hanc intenſionem infinitam luminis requiratur adhuc infinita extenſio, vel vna ſimplex qualitas, æquipollens infinitis extenſionibus, patet ex dictis ſupra in ſuperiori Corollario.

Et hæc Corollaria ſatis ſint circa operationem immanentem ſupernaturalem, qualis eſt viſio beatifica: nunc ſequuntur Corollaria ex eodem primo principio Philoſophico circa operationem immanentem naturalem, qualis eſt cognitio Angelica, & humana.

COROLLA

Digitized by Google

COROLLARIA, SEV QVÆSTIONES THEOLOGICÆ, DE COGNITIONE ANGELORVM.

Ex eodem primo principio Philoſophico.

QVÆSTIO SEPTIMA.

Vtrùm ſententia ſeptimi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, Angelus non poſſit abſtrahere ſpecies intelligibiles ſingularium materialium ab obiecto.

Materiam huius Corollarij tractant Scholaſtici in 2. diſtinct. 5. Scotus quæſt. vltima, Ægid. part. 2. artic. 1. Capreol. quæſt. 2. Durand. quæſt. 6. Gabr. quæſt. 2. artic. 2. Ocham. quæſt. 15. Richard. artic. 6. quæſt. prima. Heru. quæſt. 4. artic. 2. Maior quæſt. 6. & 7. Thomas de Argentina quæſt. 2. artic. 4. Greg. diſtinct. 7. quæſt. 5. Marſ. in 2. quæſt. 7. artic. 1. Vaſquez 1. part. Alex. 2. part. quæſt. 24. Herueus quodlibet. 5. q. 14. S. Thom. 1. part. quæſt. 55. artic. 2. & Caiet. ibidem. Ferrar. 2. contra gentes, cap. 96. inter recentiores Molina 1. part. quæſt. 55. Vaſq. 1. part. diſput. 200. Suar. in 1. tomo Metaph. diſput. 35. ſect. 4. quàm breuiſſimè, D. Thomas, quæſt. citata. Multa etiam colliguntur ex Scholaſticis in 4. diſt. 45. vbi agitur de anima rationali, & præſertim ex Scoto quæſt. 2.

1. IN hac ſententia Corollarij omnes ferè Scholaſtici conueniunt præter Scotum, cuius argumenta infrà ſoluemus. Difficultas in hac quæſtione præcipua eſt in modo illam probandi, examinabimus igitur priùs aliorum modos.

Afferuntur varij modi probandi hanc ſententiam Corollarij, & impugnantur.

2. *Primus modus probandi ſententiam Corollarij ex Richard.* *Angelus eſt medius inter Deum & animam noſtram.* *Ariſtoteles.*

PRimus modus probandi colligitur ex Richardo 1. de Trinit. cuius meminit Scotus in 2. diſtinct. 3. quæſt. 11. Angelus, inquit, eſt medium inter Deum, & animam: ſed Deus per nullas ſpecies intelligit, nec acceptas à ſenſibilibus, nec inditas: anima autem intelligit per ſpecies receptas à ſenſibilibus, & intelligibilia, & ſenſibilia: igitur Angelus medio modo intelligit, ſcilicet, per ſpecies non acceptas à rebus, ſed ſibi concreatas. iſte modus arguendi ſumitur à Philoſoph. 2. de gen. text. 16.

Impugnatur hic primus modus Richardi.

Hic primus modus probandi impugnatur, quia modus ille arguendi per Philoſophum fundatur in iſta propoſitione, ſcilicet, quòd in ente omnis gradus poſſibilis eſt, & id probat Philoſophus, ibi de quadruplici primarum qualitatum coniugatione. A Sufficit igitur ad verificandam illam propoſitionem Philoſophi, quòd Angelus habeat aliquam cognitionem, quam non recipit à rebus, qualis eſt cognitio vniuerſalium, & per hanc differat ab anima, quia hoc modo in ente intellectuali creato datur gradus perfectus Angelorum, quibus eſt indita forma vniuerſalium, & quamuis conueniat cum anima in accipiendo à rebus formas particularium; non tamen per hoc tollitur gradus entis intellectualis perfecti.

3. *Secundus modus probandi. Quòd hic modus non ſit S. Thom. infrà oſtendetur nu. 8.*

Secundus modus probandi eſt aliorum, qui & illum quamuis immeritò tribuunt S. Thomæ, 1. par. quæſtio. 47. articul. 2. Quod continetur (inquiunt) ſparſim & diuiſim in inferioribus, continetur vnitiuè in ſuperioribus. B Sed in inferioribus eſt ſparſim forma rerum ſingularium, ſcilicet in ſenſu, & vniuerſalium in intellectu humano. Ergo in intellectu Angelico vnitiuè continentur iſtæ duæ formæ.

Impugnatur hic ſecundus modus.

Sed impugnatur hic modus, quia ad verificandum antecedens, ſufficit, quòd in intellectu Angelico ſint formæ vniuerſalium, & formas ſingularium non accipiat Angelus mediante ſenſu; ſic etiam vtraque forma ſingularium, & vniuerſalium dicetur eſſe in intellectu Angelico, vt intellectus eſt, ſine ſcilicet miniſterio ſenſus.

4. *Tertius modus apud Scotum.*

Tertius modus probandi eſt aliquorum apud Scotum in 2. diſtinct. 3. quæſt. vltima. Inter virtutem

tem (inquiunt) cognoſcitiuam, & cognitum quod primò, & directè cognoſcitur eſt proportio determinata; ſi igitur intellectus Angeli eſſet primò, & directè apprehenſiuus rei ſingularis ſenſibilis, ſequeretur, quòd maiorem proportionem haberet cum obiecto ſenſibili, quàm intellectus noſter, quia intellectus noſter non intelligit ſingulare primò, & directè; ſed reflexè; cognoſcet igitur Angelus ipſum ſingulare per ſpeciem repræſentantem primò naturam vniuerſalem; quam quidem ſpeciem non accipit à rebus, ſed habet inditam.

Impugnatur tertius modus.

Impugnatur hæc tertia via, primò aſſerendo inſtantiam in Deo, qui primò, & directè intelligit ſingulare ſenſibile: ſecundò dicitur, quòd Angelus habet proportionem cum obiecto ſenſibili ſingulari, non quatenus ſenſibile eſt, ſed quatenus intelligibile: ſicut enim ſenſus eſt primò apprehenſiuus omnis ſenſibilis, ita intellectus Angelicus omnis intelligibilis. & hoc dicit perfectionem in intellectu Angelico, & eſt imperfectio in intellectu noſtro, non poſſe hoc modo ſingulare ſenſibile intelligere, vt intelligibile eſt.

5. *Quartus modus Vaſquez.*

Quartus modus probandi eſt Vaſquez prima parte diſput. 201. Res materialis (inquit) extra intellectum, vel concurrit ad producendam ſpeciem ſpiritualem ſui in intellectu Angelico, vt tota & integra cauſa. Et hoc non, quia corporeum non agit in ſpirituale, præſertim actione principali, & totali. Vel concurrit vt cauſa partialis minus principalis, ſimul cum intellectu Angeli, quæ eſt cauſa magis principalis, vt tenet Scotus. Et hoc etiam non, quia propria virtute concurreret ad producendam propriam formam ſpiritualem. Vel tertiò, vt inſtrumentum. Et hoc non, quia deberet eſſe coniunctum cum intellectu Angeli. Quod probatur tripliciter; Primò exemplo phantaſmatis, quod eſt coniunctum cum intellectu noſtro. Secundò, quia talis eleuatio vix conceditur Deo; non ergo concedi debet Angelo. Tertiò, quia poſſet etiam eleuari ad producendam ipſam intellectionem. Vel quartò res materialis concurrit, vt conditio determinans. Et hoc non; nam quamuis efficiens determinari poſſit à materia circa quam operatur, & potentia cognoſcens ab obiecto quod cognoſcit: tamen intellectus agens non poteſt determinari à re ſenſibili, nec vt à materia, quia non operatur aliquid circa illam; nec vt ab obiecto, quia non eſt obiectum illius: nullo igitur modo à re ſenſibili determinari poteſt.

Impugnatur hic quartus modus.

Impugnatur hic quartus modus tripliciter: primò ſuſtinendo hunc vltimum modum, ſcilicet, quòd concurrat res materialis, vt ratio determinans, ſicut multi valde probabiliter tenent de phantaſmate. Ad inſtantiam dicitur non opus eſſe ad hoc, vt intellectus agens Angelicus operetur, determinari à re ad extra, vel vt à materia, vel vt ab obiecto: ſed ſufficit præſentialitas ipſius rei, tamquam conditionis, ſicuti à ſimili, ſuppoſita exiſtentia termini, tamquam ratione determinante, ſtatim reſultat relatio in fundamento, quæ producitur ab ipſo fundamento: qui quidem terminus comparatus ad cauſam producentem relationem, eſt tamquam conditio determinans; comparatus autem ad ipſam relationem, eſt terminus. Sic etiam dici poteſt, quòd res materialis comparata ad intellectum agentem, eſt conditio determinans; comparata verò ad intellectum poſſibilem, eſt obiectum, ſeu terminus cognitionis. Secundò impugnatur ſuſtinendo cũ Scoto, quòd ſit cauſa partialis minus principalis, & tunc non opus eſt, vt coniungatur per informationem

A cum intellectu agente, vt patet exemplo aliarum cauſarum partialium, quòd autem non repugnat obiectum eſſe cauſam partialem, probatur quia ſpecies totam rationem formaliter repræſentandi habet ab obiecto: non eſt igitur mirum ſi dicatur propria virtute concurrere cum intellectu agente: quando autem hoc modo eſt agens, non eſt abſurdum, vt ſimul ſimultate actionis in eadem duratione circa eumdem effectum cum Angelo, tamquam cum cauſa magis principali, concurrat ad producendum nobilius ſe, quantùm ad aliquem modum effectus producti, qui in ſpecie eſt ſpiritualitas; ſicut etiam in ipſa cauſa magis principalis ratione eiuſdem ſimultatis concurrit ad eſſe repræſentatiuum eiuſdem ſpeciei. Tertiò ſuſtinendo probabiliùs, quòd
B concurrat, vt inſtrumentum, adhuc impugnatur negando inſtrumentum debere eſſe coniunctum per informationem.

Et ad primam probationem reſponderi poteſt, & ſumitur reſponſio ex doctrina Scoti, non eſſe ſimile, quod adducitur de phantaſmate, quia intellectus agens noſter eſt minùs perfectus, & ideo indiget inſtrumento magis depurato: intellectus autem Angelicus eſt magis perfectus, & ideo non indiget tanta depuratione in ſuo inſtrumento. Et hæc ratio ſufficiat quantùm facit ad præſens: infrà enim aſſignabitur vera ratio, quare requiratur tanta depuratio in obiecto.

Ad ſecundam probationem reſpondetur, eleuationem hanc concedi quidem Angelo, ſed longè differentiùs, quàm Deo concedatur. Primò, quia
C talis eleuatio in Deo eſt reſpectu omnium rerum creatarum propter potentiam obedientialem, ſecundum quam creatura ſubiicitur Deo ratione dominij, quod habet Deus ſuper creaturam, ad faciendum quicquid non implicat contradictionem in illa: at verò conceditur Angelo eleuatio reſpectu obiecti tantùm propter connaturalem proportionem, quam habet intellectus Angelicus, tamquam potentia ſuperior in gradu intellectualium cum omni intelligibili naturali, propter quam proportionem debet intelligibile concurrere ad intellectionem ſuo modo; concurrit autem producendo repræſentatiuum ſui.

Potẽtia obedientialis creaturarũ omniũ qua.

De hac eleuatione, vide plura in q. 2. Philoſophica Corol. primo.

Ad tertiam probationem reſpondetur, tranſeat,
D quòd res materialis poſſit concurrere ad producendam intellectionem, vt tenet Scotus; ſed probabiliùs negari poteſt, & ratio diſparitatis eſt, quia non neceſſariò requiritur ad producendam intellectionem, & ideò non eſt concedenda tanta eleuatio: at verò ad producendam ſpeciem intelligibilem neceſſariò requiritur naturaliter iſta eleuatio, & ideo dici etiam poſſet, quòd à natura, ſeu ab Auctore naturæ ſit connaturaliter eleuatum obiectum materiale, tamquam inſtrumentum connaturale intellectus agentis ad producendum ſpirituali modo repræſentatiuum ſui in intellectu poſſibili Angelico.

6. *Quinta via Recentiorũ.*

Quintò aliqui alij Recentiores conantur hanc
E ſententiam Corollarij deducere ex principio noſtro Philoſophico, hoc modo. Species debet eſſe proportionata modo eſſendi virtutis intellectiuæ, vt ſatis probatum eſt in principio Philoſophico, dubio primo; ſed virtus intellectiua Angeli eſt actualior, quàm virtus intellectiua hominis, quia poteſt vnico actu Angelus cognoſcere plura, quàm homo: ergo debetur Angelo ſpecies ſibi proportionata, ſcilicet, repræſentatiua plurium. neque enim alia proportio aſſignari poteſt, neque ſi poſſet hæc deberet denegari, ſed ſpecies, quæ accipitur

ab

Digitized by Google

ab obiectis non poteſt repræſentare plura, ſed tantùm illud obiectum, à quo accipitur: ergo Angelus non poteſt accipere ob ſui perfectionem ſpecies à rebus. Et ſecundum hanc viam ſoluitur illud argumentũ Scoti, quare cùm intellectus agens ſit perfectio animæ rationalis, denegetur Angelo. Reſpõdetur denegari, quia in anima eſt perfectio, in Angelo autem non eſt perfectio ob rationem aſſignatam. eſt enim perfectio in Angelo, intelligere per ſpecies vniuerſaliores. Huiuſmodi autem ſpecies, vt probatum eſt, non poteſt accipere ab obiecto exiſtenti, quod eſt ſingulare.

Quare denegetur intellectus agẽs Angelo.

Sed hæc via quamuis cæteris ſit probabilior non tamen conuincit: dici enim poſſet, quòd intellectus Angelicus eſt tantæ virtutis, vt abſtrahere poſſit ſpeciem vniuerſaliorem ab obiecto ſub ratione conuenientiæ, quam habet cum aliis obiectis ſimilibus, & ipſum obiectum ſub ratione illius conuenientiæ poſſet concurrere ad productionem eiuſdem ſpeciei vniuerſalioris, vt inſtrumentum ipſius intellectus Angelici, vt infrà in ſequenti quæſtione dicemus.

Sextus, & verior modus probandi ſententiam Corollarij ex principio Philoſophico.

8. S. Thom.

SAnctus Doctor 1. par. quæſt. 55. art. 2. in corpore, probat ſententiam Corollarij ex principio noſtro Philoſophico ſic: Hoc (inquit) ex ipſo modo eſſendi ſubſtantiarum ſuperiorum apparet, ſicut enim ſe habet modus eſſendi animæ noſtræ ad modum eſſendi Angeli, ſic modus operandi ad modum operandi: ſed intellectus noſter ex hoc accipit notitiam à rebus corporalibus, quia quo ad eſſe compoſiti, dependet à corpore, & vnitur corpori: ſed Angelus quo ad eſſe, non vnitur corpori, nec dependet à corpore, ergo nec quo ad receptionem notitiæ.

Inſtãtia Scoti contra cõſequẽtiam.

Conſequentiam hanc vltimam negat Scotus in 2. diſtinct. 3. quæſtio. vltim. §. & ſi enim. quia dependentia (inquit) à corpore tamquam à materia, vbi fundatur iſta conſequentia, non eſt ratio adæquata recipiendi notitiam à corpore tamquam ab obiecto, ſed valet peculiariter in anima, quia eſt actus corporis; quare Angelus quamuis ſit independens à corpore, tamquam à materia, poteſt tamen dependere à corpore, tamquam ab obiecto, quatenus finitus eſt, non habens in ſe omnium ſingularium rationes.

Solutio. S. Thom. Scotus.

Sed malè hanc conſequentiam negauit Scotus in 2. nam D. Thom. in 1. par. quæſt. 55. art. 2. vt poſtea benè aduertit idem Scotus in 4. diſtinct. 45. quæſt. 2. §. *ad primum dico*; ponit tamquam rationem adæquatam recipiendi notitiam à corpore, tamquam ab obiecto. eſſe dependentiam à corpore, vt à materia, & probat, quia aliter vnio (inquit) animæ intellectiuæ ad corpus, fruſtra eſſet, & in hac probatione tamquam fundamento nititur totus diſcurſus S. Thomæ. Si igitur in Angelo non eſt hæc ratio adæquata dependentiæ à corpore tamquam à materia, nec eſt dependentia à corpore, vt ab obiecto.

9. Primum argumentum Scoti.

Contra hanc ſententiam Corollarij tenet Scotus in 2. diſtinct. 3. quæſt. vltima, & melius in 4. diſtinct. 45. quæſt. 2. & arguit dupliciter; primò deſtruendo fundamentum S. Thomæ: animam, ſcilicet, vniri corpori ad accipiendum ſpecies à rebus; etiam ſi anima (inquit) extra corpus accipere poſſit ſpecies à rebus ſenſibilibus, adhuc non fruſtra

A vniretur corpori tamquam materiæ, quia poſſet vniri finaliter propter perfectionem totius compoſiti ex iſtis partibus: & ideo licet nulla perfectio poſſit accreſcere huic parti, vel illi, quæ non poſſit haberi ſine tali vnione; tamen non fit fruſtra vnio, quia perfectio totius, quæ principaliter intenditur à natura, non poſſet haberi ſine illo modo vnionis.

Reſponſio Caie. ad hoc primum argumentum Scoti.

AD hoc primum argumentum reſpondet Caietanus, negando hanc vnionem finaliter eſſe propter compoſitum. nam ratio prior eſt bonum ipſius animæ: & probat, quia ſi anima intellectiua facit vnum ſimul cum corpore: præſupponitur in quodam priori ſigno vnibilis corpori; non poteſt autem huius aſſignari alia ratio, niſi quia eſt intellectiua ſimul, & ſenſitiua. Sed de hac coniunctione vlterius

B quæritur eodem modo, aut coniungitur cum corpore propter bonum ſenſitiui, aut propter bonum intellectiui. Non propter primum, quia illud eſt, vt materia; ergo propter ſecundum, ſcilicet, vt à ſenſibus accipiat ſpecies, & habetur intentum.

Impugnatur hæc reſpõſio Caie.

Sed contra hanc reſponſionem Caietani, quæ quidem valde acuta eſt, inſtare poſſet adhuc Scotus, vt priùs, quòd anima, quæ eſt forma intellectiua, & ſenſitiua vnitur corpori finaliter, non propter perfectionem ſuam, ſed propter perfectionem totius compoſiti, quòd conſtat ex ſenſitiuo, & intellectiuo, vt non quidem à ſenſibus accipiat ſpecies, ſed vt vtramque operationem, intellectiuam, & ſenſitiuam,

C propter illum modum vnionis ſimul exerceat. dum enim intellectus intelligit phantaſia phantaſiatur, & propter alias perfectiones compoſiti.

10. Reſpõſio ad primum argumentum Scoti.

AD hoc igitur primum argumentum Scoti exiſtimo reſpondendum, animam corpori vniri neceſſariò propter bonum intellectus. Eſto finaliter ſit propter bonum compoſiti; nam anima in ordine intellectualium eſt ſemiens: non poteſt ergo exercere completè operationem intellectualem; ſi autem haberet, vel ſpecies inditas à Deo connaturaliter; vel connaturaliter extra corpus, ab obiecto materiali abſtraheret ſpecies ſibi proportionatas, profectò haberet operationem intellectualem complete ſibi proportionatam, ſicut habet Angelus; vnde ergo cognoſceretur in ordine intellectualium eſſe ſe-

D miens: quia igitur eſt ſemiens, dependet à corpore, tamquam à materia, & neceſſariò etiam tamquam ab obiecto; etiam ſi finaliter tota iſta ordinatio ſit propter bonum compoſiti. Scotus igitur ſolùm conſiderauit bonum compoſiti, vt finem, non autem illud, vt neceſſarium requiſitum ad bonum ipſius animæ, quod bonum animæ tamquam partis, tandem reducitur finaliter ad compoſitum, tamquam ad totum.

Quòd ſi quæratur, quomodo ergo anima ſeparata, quæ nullas habuit ſpecies in hac vita cognoſcet: Reſpondetur de hoc infra, vbi dicemus conſequenter cum S. Thom. contra Scotum non habere ſpecies ſibi connaturales, ſed ex liberalitate Auctoris dari ſpecies.

E SECVNDÒ arguit Scotus in 2. ſent. loco citato. Etiam ſi (inquit) concederetur S. Thomæ, animam rationalem ſeparatam non poſſe abſtrahere ſpecies ab obiecto materiali; & ideo neceſſariò vniri corpori; negatur tamen idem eſſe dicendum de Angelo, quia in anima ſeparata, inquit, illud prouenit ex imperfectione intellectus agentis, qui requirit ſupremam depurationem in obiecto materiali, quæ depuratio fit per phantaſma: At verò in Angelo, cùm intellectus agens ſit perfectior, poteſt abſtrahere ab obiecto materiali, ſpecies intelligibiles, 11.

præ

præſertim ſi dicatur abſtrahere non ab ipſo obiecto materiali, ſed à ſpecie magis depurata diffuſa per medium.

Non poteſt fieri tranſitus à ſenſibili exteriori ad intelligibile, niſi per imaginabile.

Quòd ſi reſpondeatur cum S. Thoma quæſt. citata ad ſecundum, non poſſe fieri tranſitum à ſenſibili exteriori ad intelligibile, niſi per imaginabile, tamquam per medium; nam ab extremo ad extremū non fit tranſitus niſi per medium; at in Angelo non eſt imaginatio; igitur quamuis lumen Angelicum ſit fortius quàm ſit lumen intellectus in anima non poteſt abſtrahere ab obiecto ſenſibili exteriori ſpeciem intelligibilem.

Inſtātia Scoti contra illud fundamētū S.Th. quod nō fit trāſitus à ſēſibili exteriori tāquā vno extremo ad intelligibile, niſi per imaginabile tamquā per medium.

Contra hoc adhuc inſtat Scotus, tum in ſecundo, tum in quarto locis citatis. Vel eſſe imaginabile (inquit) eſt neceſſariò medium ex parte rei in ſe, vel ex parte potentiæ intellectiuæ, ſed neutro modo; ergo, &c. Probatur, quòd non ſit neceſſarium ex parte rei in ſe, quia tunc ſequeretur, quòd Deus nō poſſet intelligere, niſi mediante phantaſmate, vel imaginatione, quod eſt falſum. Quòd verò neque ſit neceſſarium ex parte potentiæ, probatur: Quia non oporter illud, quod eſt medium virtuti minori, eſſe medium virtuti maiori. Ad quod probandum adducit Scotus duplex exemplum. Primum in quarto loco citato; ſicut in transferendo corpus de loco ad locum, virtus naturalis non poteſt illud transferre de vbi remoto, ad aliud vbi, niſi per medium: & tamen illud non eſt medium virtuti diuinæ, quæ poteſt ſubitò transferre de quocumque vbi, ad quodcumque vbi.

Aliud exemplum adducit in ſecundo: Calidum agens (inquit) debile non poteſt primo actu inducere totum calorem vt octo, niſi priùs inducat duos, & conſequenter alios: ſed agens vigoroſum poteſt inducere totum calorem vt octo, & huic agenti non eſſet medium calor, vt duo, quod erat medium agenti debiliori. Sic in propoſito virtuti intellectiuæ imperfectæ, qualis eſt humana, neceſſariū eſt medium inter ſenſibile ad extra, & inter purè intelligibile, ſcilicet eſſe imaginabile: quod tamen virtuti intellectiuæ perfectiori, qualis eſt Angelica, non eſt neceſſarium.

...nſio ta- ũ- ...i. ...non poteſt abſtrahere ab obiecto materiali ſpeciē intelligibilē niſi per imaginabile.

Ad hoc ſecundum argumentum Scoti admittunt Caietanus, & communiter Thomiſtæ reſponſionem datam in eodem argumento, quæ eſt S. Thomæ prima parte, quæſt. 55. citata, articul. 2. ad ſecundum, vbi ponit idem argumentum, & ſoluit, non poſſe ſcilicet Angelum, quamuis habeat intellectum perfectiorem, quàm anima, abſtrahere ab obiecto materiali ſpeciem intelligibilem, quia non poteſt fieri tranſitus ab obiecto ſenſibili exteriori, tamquam ab vno extremo ad ſpeciem intelligibilem, tamquam ad aliud extremum, niſi per imaginabile, tamquam per medium.

Et ad inſtantiam Scoti ſuperiùs poſitam, in qua eſt tota difficultas, reſpondet Caietan. prima part. quæſt. 55. loco citato, quod imaginabile eſt medium neceſſarium, non quidem ſimpliciter, ſed naturaliter, non ſolùm ex parte virtutis intellectiuæ, ſed etiam ex parte rei ſenſibilis, ita vt ſi intelligibile cauſandum eſt ex obiecto materiali, non poſſit naturaliter cauſari, niſi per tale medium, ſcilicet imaginabile: hæc autem neceſſitas non quidem ſimpliciter, ſed in ordine naturali eſt ſufficiens (inquit) ad probandum intentum contra Scotum. Probat autem Caietanus ex illa vulgata propoſitione Dionyſij capit. 7. de diuin. Nomin. quòd *ordo vniuerſi hoc habet, vt ſupremum infimi attingat infimum ſupremi*; ſed ſupremum infimi in ordine ſenſibilium eſt imaginabile, in ordine verò intelligibilium infimum ſupre-

Ordo vniuerſi hoc habet vt ſupremū infimi attingat infimum ſupremi.

mi eſt concurrere ad educendam ſpeciem intelligibilem de potentia ad actum; igitur non poteſt ſenſibile exteriùs concurrere ad hanc eductionem, niſi priùs deputetur, & fiat imaginabile.

Sed hæc reſponſio Caietan. quamuis ſatis acuta ſit, mihi tamen non videtur omninò ſoluere inſtantiam, tum quia non eſt certum, quòd imaginabile concurrat efficienter ad productionem ſpeciei intelligibilis. multi enim exiſtimant concurrere determinatè tantùm: ſed eſto concurrat efficienter, quòd probabilius eſt, adhuc propoſitio adducta ex Dionyſio non videtur probare intentum. Nam ſi intelligatur de cauſa principali, illa attingentia, de qua ibi fit ſermo, non poteſt eſſe niſi extrinſeca, numquam enim ſupremum infimi poteſt attingere intrinſecè infimum ſupremi, vt ſatis in quæſtione Philoſophica probatum eſt, quia ſupremum infimi adhuc in infinitum diſtat ab infimo ſupremi cùm infimum ſupremi ſit in altiori ordine. Si verò propoſitio illa Dionyſij intelligatur de cauſa inſtrumentaria, non requiritur neceſſariò, vt ſemper ſit ſupremum infimi id, quod attingit intrinſecè infimum ſupremi, quia etiam ſi non ſit tale, poteſt agere in virtute principalis agentis, quod ſupponitur eſſe proportionatum infimo ſupremi. quare concluditur, quòd ſiue ſit ſenſibile ad extra, ſiue ſit imaginabile, numquam poteſt attingere intrinſecè, vt cauſa principalis productionem ſpeciei intelligibilis; ſi verò concurrit, vt inſtrumentum, tunc ſenſibile ad extra poteſt concurrere ad producendam ſpeciem intelligibilem in virtute intellectus agentis Angelici, præſertim cùm tota ratio repræſentatiui reperiatur magis, vel ſaltem primò in obiecto ad extra, quàm in obiecto imaginabili; conditiones verò magis materiales non impediunt, quia eleuantur à virtute principalis agentis, qui eſt intellectus agens Angelicus. Ad Dionyſium verò reſpondetur, intelligendum eſſe de attingentia extrinſecè, non intrinſecè in cauſa principali, vel de attingentia formali. 13. *Impugnatur Reſpōſio Caietani ad inſtantiam Scoti.*

Ad ſecundum igitur Scoti reſpondeo intellectum Angelicum, quamuis ſit perfectior intellectu humano, non poſſe abſtrahere ſpeciem intelligibilē ab obiecto materiali propter rationem ibi allatam à Sancto Thoma, quia ſcilicet extra, tamquam ab vno extremo, ad ſpeciem intelligibilem, tamquam ad aliud extremum, niſi per imaginabile, tamquam per medium, quod quidem imaginabile non poteſt eſſe in Angelo. Et cùm inſtat Scotus, hoc medium non eſſe neceſſarium, nec ex parte rei in ſe, nec ex parte potentiæ intellectiuæ: reſpondeo eſſe neceſſarium ſaltem ex parte potentiæ intellectiuæ. Cùm autem contra hoc inſtat adhuc Scotus imaginabile eſſe quidem medium neceſſarium potentiæ intellectiuæ humanæ; non autem Angelicæ, quia non oporter illud quod eſt medium virtuti minori eſſe medium virtuti maiori, ad quod probandum adducit duo exempla. Reſpondeo primò illa duo exempla non probare intentum; nam primum exemplum de tranſlatione corporis, ſi ſiſtamus in ordine naturali, de quo eſt ſermo, non poteſt transferri de vbi ad aliud vbi, niſi per medium; virtus autem fortior facit, vt velociùs transferatur. Secundum exemplum de calido, probat tantùm, quod virtus fortior poteſt velociùs facere calidum, vt octo, non autem quòd non attingat medium rei, ſcilicet calidum infra octo. Si quid igitur probant exempla, probant tantùm, Angelum perfectiùs producere ſpeciem intelligibilem, quàm animam; non autem probant Angelum non debere attinge

14. *Reſponſio Auctoris ad ſecundū argumentum Scoti cū ſua inſtantia.*

Reſponſio Auctoris ad inſtantiam Scoti.

Digitized by Google

attingere medium, ſcilicet imaginabile, & quia hoc non poteſt attingere (repugnat enim Angelo cùm non habeat corpus) fit vt Angelus non poſſit abſtrahere ſpecies ab obiecto ſenſibili à quo poteſt anima vnita corpori.

Secunda reſponſio Auctoris ad eandem inſtantiam.

Secundò reſpondeo directè ad inſtantiam Scoti, negando imaginabile non eſſe medium neceſſarium non ſolùm ex parte intellectus humani, ſed etiam Angelici, quamuis talis intellectus ſit perfectior, ſi detur abſtrahere ſpecies ab obiecto materiali; neceſſitas autem hæc eſt. Nam Angelus, ſi per intellectum agentem, qui, vt patet, pertinet ad partem intellectiuam, abſtraheret ſpeciem intelligibilem ab obiecto materiali, deberet illam producere modo ſibi proportionato, ſcilicet, vt excitatus per cognitionem; ſed hoc fieri non poteſt; ergo non poteſt ſibi producere ſpeciem. Minor probatur, quia vel hæc excitatio per cognitionem fieret ab ipſomet intellectu agente, & hoc non: quia iam præſupponeretur ſpecies obiecti in ipſo, quam intendit abſtrahere; vel fieret ab ipſo intellectu poſſibili; & hoc non, propter eamdem rationem, quia præſupponeretur ſpecies habita, vel eſſet in aliqua potentia ſenſitiua, ſicut experimur in anima noſtra; & hoc non; quia non eſt vnitus corpori, ſicut intellectus noſter. Maior probatur, tum ex proportione ſæpiùs in ſuperioribus probata, modi operandi ad modum eſſendi: tum confirmatur experientia, quam habemus in ipſa anima noſtra; experimur enim intellectum agentem noſtrum non abſtrahere ſpeciem intelligibilem à phantaſmate, niſi cùm excitatur per phantaſiationem, quæ quidem phantaſiatio, quamuis non ſit ipſius intellectus agentis, eſt tamen ipſius animæ, cuius intellectus agens eſt potentia, vnde fit. Quòd ſi phantaſma eſſet indiſtans ab anima, & non inhærens, non concurreret phantaſma ad productionem ſpeciei intelligibilis, cuius rei non poteſt aſſignari commodè alia ratio, niſi quia ſi non inhæreret, non deſeruiret ad phantaſiationem requiſitam ad productionem ſpeciei intelligibilis.

Replica cõtra reſpõſionẽ Auctoris.

Quòd ſi quis dicat, hinc ſequi vnum abſurdum, poſſe, ſcilicet, intellectum agentem noſtrum abſtrahere ſpeciem intelligibilem in priori quodam tempore, quam phantaſia phantaſietur, tunc ſcilicet cùm viſus videt obiectum, quia tunc anima excitatur vitaliter;

Solutio.

reſpondetur hoc non poſſe fieri, tum quia requiritur naturaliter ſubordinatio potentiarum, tum quia obiectum in phantaſia eſt vniuerſalius, quàm ſit in ſenſu exteriori, & ideo eſt magis proportionatum ſpeciei intelligibili.

Secunda replica.

Quòd ſi quis dicat ſecundò, datur ſenſus agens in ſenſu exteriori: nam obiectũ quia eſt magis materiale, non poteſt ſe ſolo producere ſpeciem minùs materialem in ſenſu exteriori, & tamen ſenſus agens non excitatur vitaliter modo cognoſcitiuo ad producendam ſpeciem.

Solutio. Non datur ſenſus exterior agens.

Reſpondetur negando, dari ſenſum agentem in ſenſu exteriori propter rationem allatam, quia non poteſt excitari modo cognoſcitiuo; & ad probationem reſpondetur negando id, quod aſſumitur, obiectum, ſcilicet materiale non eſſe ſufficiens ſe ſolo ad productionem ſpeciei, quia ſpecies eſt ſemen obiecti, & ſunt in eodem ordine materiali; at verò in caſu noſtro ſpecies intelligibilis, & obiectum materiale ſunt in diuerſo ordine, & ideò non poteſt obiectum ſe ſolo producere ſpeciem intelligibilem in anima, ſed in virtute intellectus agentis humani, qui quidem poteſt excitari modo cognoſcitiuo per phantaſiationem ad producendam ſpeciem intelligibilem in intellectu poſſibili. Ex dictis igitur breuiter formatur reſponſio ad ſecundum argumentum Scoti, & ad inſtantiam ipſius, non poſſe, ſcilicet, lumen Angelicum, quamuis ſit fortius, quàm lumen animæ, abſtrahere ſpecies ab obiecto ſenſibili, quia non poteſt operari modo cognoſcitiuo ſibi connaturali; poteſt autem anima rationalis, vt ſtat ſub intellectu agente, quia cùm ſit vnita corpori poteſt excitari vitaliter à phantaſia. Et hæc ratio ſatis ſit, non enim quærenda eſt demonſtratio in omni materia.

Inferuntur quatuor contra Scotum ex ſuperiori doctrina.

15. Primum illatum. *Angelus cognoſcit obiecta materialia in quacũque diſtãtia.*

PRIMÒ infertur contra Scotum, Angelum intelligere obiecta materialia in quacumque diſtantia. Probatur, quia cùm non accipiat ſpecies à rebus, vt probatum eſt, obiectum non occurrit vt cauſa immutans potentiam, ſed tantùm, vt terminus cognitionis: vt terminus autem non requirit approximationem, quia cognitio extrinsecè ſe habet ad illum, ſi autem concurreret, vt cauſa immutans effectiuè potentiam, adhuc dubitari poſſet an diſtantia localis impediat, & quidem ex vna parte contra Scotum poſſet dici, vt colligitur ex D. Thoma, diſtantiam localem non impedire, quia ſpecies, quæ recipitur in Angelo, non poteſt recipi in medio, ſicut in ſimili dicit D.Thom. prima part. quæſt. 107. de loquutione Angelorum, quæ fit per ſpecies, ſeu per ſigna ſpiritualia. Ex alia verò parte poſſet dici cum Scoto diſtantiam localem impedire, quia operari efficienter ad maiorem diſtantiam arguit in efficiente maiorem virtutem.

16. Secundũ illatum. *Angelus non habet intellectũ agentem.*

Secundò infertur contra Scotum, Angelum non habere intellectum agentem; Probatur ex dictis, quia intellectus agens non datur, niſi ad abſtrahendas ſpecies intelligibiles ab obiecto materiali, ſed iam probatum eſt non poſſe Angelum abſtrahere huiuſmodi ſpecies, ergo non eſt dabilis intellectus agens in Angelo, & huc tendit ratio illa D. Thomæ 1. par. quæſt. 54. art. 4. Quòd quia in Angelo obiectum eſt intelligibile in actu, cùm habeat omnium rerum ſpecies inditas, non oportet ponere intellectum agentem: & ſic ceſſat argumentum, quod facit Scotus in 2. diſt. 3. quæſt. vlt. contra hanc rationem Sancti Thomæ. cùm enim arguit Scotus obiectum adæquatum intellectus Angelici eſſe vniuerſale per prædicationem ad omnia cognoſcibilia ab Angelo, & cùm talia non ſolùm ſint immaterialia, ſed etiam ſenſibilia, quæ ſunt intelligibilia in potentia, fit, vt requiratur intellectus agens, qui faciat illa intelligibilia in actu: Reſpondetur ex doctrina S.Thomæ, quòd non ſolùm obiectum immateriale, ſed etiam ipſum obiectum ſenſibile eſt obiectum reſpectu Angeli intelligibile in actu per ſpeciem inditam ab initio, & ſic obiectum adæquatum Angeli eſt tantùm intelligibile. Vnde bene infert S.Thomas, non eſſe neceſſarium intellectum agentem.

17. Tertium illatum.

Tertiò infertur contra eumdem, quòd ſi Angelus non haberet ſpecies vniuerſalium inditas, non poſſet illas abſtrahere ab obiecto, quia iam probatum eſt non poſſe habere intellectum agentem, nec conſequenter poſſibilem, quod melius in ſequenti Corollario videbitur.

18. Quartum illatum. *Anima ſeparata non poteſt abſtrahere ſpecies ab obiecto materiali.*

Quartò infertur animam ſeparatam habere quidem intellectum agentem, quem habuit ſibi coæuum ab initio, ſed non poſſe in illo ſtatu ſeparationis, abſtrahere ſpecies ab obiecto materiali, quia non habet phantaſma, quod quidem eſt neceſſarium non ſolùm quia concurrit efficienter, partialiter, inſtru

Digitized by Google

inſtrumentaliter, ſimul cum intellectu agente: ſed quia requiritur excitatio per phantaſiationem, quæ non poteſt fieri ſine phantaſmate, quam quidem excitationem ſupra probauimus eſſe neceſſariam, ad hoc, vt modo connaturali intellectus agens operetur. Vnde anima ſeparata, quia nec illi debentur ſpecies inditæ rerum ſingularium exiſtentium, vt infrà probabitur, nec poteſt eas abſtrahere per intellectum agentem, vt probatum eſt, ſit vt non cognoſcat ea, quæ fiunt in mundo, niſi reuelentur, vt docet Auguſtinus libro de cura pro mortuis agenda cap. 15. & Gregorius 12. Moralium cap. 14. Et confirmatur hoc quartum illatum, quia ſi anima ſeparata poſſet per intellectum agentem abſtrahere ſpecies à ſenſibilibus independenter à ſenſibus, ſequeretur, quod etiam dum eſt vnita corpori. Quòd ſi dicas, modus vnionis impedit, quia modus cognoſcendi, ſequitur modum eſſendi ex principio Philoſophico; Contrà, hoc conceſſo ſequeretur, quòd anima ſeparata haberet perfectiorem ſtatum extra corpus, quàm in corpore. quod quidem eſt abſurdum; abſurditas autem probatur ex eo, quia hinc ſequeretur animam non habere appetitum naturalem vniendi ſe cum corpore: vnde vlteriùs ſequeretur, non eſſe ſemiens. nam ſi eſſet ſemiens, neceſſariò diceret aptitudinem ad corpus, cum quo facit vnum ens totale, in aptitudine autem cum carentia eius, ad quod eſt aptitudo, fundatur appetitus naturalis.

Anima ſeparata non cognoſcit ea quæ fiunt in mundo, niſi reuelentur. Auguſt. Gregor.

An anima ſeparata habeat appetitum naturalem, vel elicitũ ad corpus.

Sed Scotus ad hæc reſpondet negando non habere appetitum naturalem ad corpus, quia neceſſariò dicit aptitudinem ad illud, ſed concedit propter argumentum factum animam ſeparatam appetitu elicito, appetere eſſe extra corpus, quia habet perfectiorem modum cognoſcendi extra corpus, quàm in corpore. Sed contrà, quia fruſtra, & improportionatè natura indidiſſet animæ appetitum naturalem ad corpus, ſi propriam operationem, quæ eſt finis, vt quo, formæ haberet perfectiùs extra corpus, quàm in corpore, vt ſuprà probatum eſt.

Dices, quomodo ergo intelligit extra corpus? Reſpondetur ex S. Thoma, quòd quantùm ad cognitionem materialium, non habet modum cognoſcendi, quia non habet ſenſus, quibus mediantibus extrahitur ſpecies, ſed cognoſcit ex Auguſtino citato per reuelationem: quantùm verò ad cognitionem ſubſtantiarum immaterialium, habet quidem ſpecies nouas inditas à Deo, ſed ſunt huiuſmodi ſpecies improportionatæ ipſi animæ, & ideo imperfectiſſimè illas ſubſtantias cognoſcit, ſicut ſi quis videret perſpicillis improportionatis viſui, ſed de hoc alibi diffuſiùs.

QVÆSTIO OCTAVA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia octaui Corollarij ſit vera; quòd, ſcilicet, intellectus Angelicus habeat ſpecies rerum ſingularium materialium congenitas initio ſuæ creationis.

Materiam huius Corollarij tractant Scholaſtici citati in ſuperiori Corollario: & de intelli- A *gentia Angelorum multa dicit Suarius ſatis bene, vt ſolet in primo tomo Metaph. diſput. 35.*

NOTANDVM hanc quæſtionem eſſe diuerſam à ſuperiori: nam etiam ſi concedatur, iuxta reſolutionem prioris quæſtionis, Angelum non accipere ſpecies rerum ſingularium materialium ab obiecto: adhuc remanet quæſtio; an huiuſmodi ſpecies habeat congenitas initio ſuæ creationis, vel à Deo tamquam adminiſtratore naturæ de nouo infundantur, ad præſentiam obiecti exiſtentis, vel modificentur ſal- B tem illæ ſpecies congenitæ vniuerſalium.

VNICA ASSERTIO.

His notatis, ad quæſtionem reſpondeo, tenendum eſſe ſententiam Corollarij, Angelum, ſcilicet, habere initio ſuæ creationis ſecum congenitas ſpecies rerum ſingularium materialium. In hac ſententia conueniunt omnes ferè Scholaſtici cum S. Tho. 1. p. quæſt. 55. & 57. art. 2. præter Scotum, cuius argumentum ſoluemus infrà.

Eſt prætereà hæc ſententia Auctoris de cauſis propoſ. 9. Omnis intelligentia (inquit) plena eſt formis. & clariùs ex Auguſt. 1. & 4. ſuper Geneſ. vbi lo- C quens de formis, ſingularium inquit res priùs fuiſſe in cognitione Angelica, quàm in propriò genere. Probatur prætereà Ezech. 28. illis verbis: *Signaculum ſimilitudinis plenus ſapientia, & decore perfectus in viis tuis fuiſti à die conditionis tuæ.* Vbi eſt ſermo de Lucifero in perſona Regis Tyri. Et notandum verbum illud, *Signaculum ſimilitudinis.* & illud aliud, *perfectus.* Deus enim, cuius Lucifer erat ſignaculum, habet ſpecies rerum vniuerſalium, & ſingularium, quam ſimilitudinem infrà examinabimus num. 11. Quod igitur in hac difficultate controuertitur, eſt; 1. An rationes Philoſophicæ, quæ ad hanc ſententiam Corollarij probandam afferuntur à S. Doctore, & à Thomiſtis ſint bonæ.

Punctus difficultatis.

2. PRIMA ratio eſt aliquorum, præſertim Capr. in D 2. d. 3. q. 2. ad argumenta Aureoli contra ſecundam concluſionem, qui quoniam tenent ſpecies emanare ab eſſentia Angeli, tamquàm proprietates connaturales ipſius, tenent etiam conſequenter Angelum habere ſpecies ſibi congenitas ab initio: proprietates enim fluunt ſtatim ab eſſentia naturaliter, & neceſſariò.

Prima ratio Capr.

Sed iſti Auctores falluntur in antecedenti, ſpecies, ſcilicet, emanare ab eſſentia Angeli, tamquàm proprietates connaturales ipſius. Probatur; nam ex hac opinione ſequeretur ſubſtantiam Angeli immediatè poſſe repræſentare obiecta, quod eſt abſurdum. Sequela probatur; nam ſubſtantia Angeli E continet eminenter ſpecies: eſt enim productiua ipſarum: ergo continet obiecta eminenter in repræſentando. Quòd ſi continet ea eminenter, non eſt cur non poſſit repræſentare formaliter, quia ſubſtantiæ, vt ſubſtantiæ non repugnat repræſentare formaliter, & ſubire vices ſpeciei propter ſuam perfectionem, ſicut patet de eſſentia diuina, & de ipſa ſubſtantia Angeli, quæ repræſentat ſe ipſam, & quæ ſunt ſibi intrinſeca.

Impugnatur.

Secundò probatur, quia vel emanant ab eſſentia Angeli ſpecies earum rerũ tantùm, quæ ſunt productæ, vel etiam poſſibilium. Non poteſt dici primũ, quia inclinatio naturalis ſubſtantiæ ad producendas

Secũdò impugnatur.

paſſio

paſſiones ſibi connaturales, eſt naturaliter determinata: at verò, quòd ſint hæ, vel illæ res productæ, eſt per accidens ex extrinſeca voluntate Dei. Non poteſt dici ſecundum, quia vel eſſent omnium poſſibilium; & tunc ſequeretur, quòd vel eſſent ſpecies infinitæ, vel vna infinitæ perfectionis; vtrumque autem repugnat finitæ perfectioni ſubſtantiæ Angeli: vel eſſent aliquarum rerum poſſibilium; & tunc contrà, quia non poſſet aſſignari ratio cur harum, & non illarum. Quòd ſi dicas hoc prouenire ex tanta perfectione Angeli, ita vt ſubſtantia Angeli perfecta, vt decem, producat ſpecies repræſentantes naturas poſſibiles perfectiores, & perfectiores vſque ad tantum gradum determinatum; alia verò ſubſtantia perfectior plures proportionaliter. Sed contra hanc reſponſionem adhuc replicatur primò, quia Angelus intuitiuè connaturaliter poteſt videre quemcumque Angelum perfectiorem, & perfectiorem in infinitum ſi creetur: ergo & abſtractiuè. Secundò replicatur, quia quilibet Angelus de facto, videt omnes Angelos creatos: ergo de facto ſubſtantia Angeli producit ſibi ſpecies horum Angelorum exiſtentium. Sed hoc eſt abſurdum ex dictis, quia emanatio ſpecierum eſt neceſſaria, & naturalis; at verò quòd hi Angeli de facto ſint producti, eſt per accidens: tertiò ex communiori Doctorum, & S. Thomæ 1. p. quæſt. 17. art. 2. ad quartum. Angelus non cognoſcit alios Angelos poſſibiles, ſed tantùm exiſtentes.

Quare dicendum eſt, ſpecies non emanare ab eſſentia Angeli, ſed eſſe cognitas à Deo iuxta potentiam paſſiuam connaturalem ipſarum; ad hoc autem probandum adducit S. Doctor duas rationes, quas mox examinabimus.

3. *Secunda ratio S. Tho.*

SECVNDA ratio, ſeu probatio eſt S. Thomæ 1. par. quæſt. 55. art. 2. qui probat ſpecies eſſe Angelo congenitas à Deo, initio creationis ex proportione corporum cæleſtium: Sicut corpora cæleſtia (inquit) habent perfectiones ſuas non receptas ab alijs, ſed ſibi concreatas à Deo, corpora verò inferiora ſucceſſiuè perficiuntur per formas: ita proportionaliter in ſpiritibus: in ſuperioribus quidem intellectus ipſorum debet eſſe à principio plenè actuatus per formas intelligibiles concreatas ſibi à Deo ab initio; in ſpiritibus verò inferioribus, ſcilicet animabus, intellectus debet ſucceſſiuè perfici per formas intelligibiles, & proportio ſtat in hoc: ſicut materia eſt in potentia eſſentiali ad formas ſubſtantiales, ita intellectus in ordine intelligibilium eſt in potentia eſſentiali ad formas intelligibiles, ex 2. & 3. de anima.

4. *Durandus arguitur.*

Vnde apparet malè Durandum intellexiſſe hanc proportionem, cùm arguit contra illam afferendo inſtantiam de luna, quæ recipit lumen à ſole; formam autem ſubſtantialem à ſolo Deo; ita inquit à pari: Angelus à ſolo Deo recipit intellectum, quia eſt actus primus in ordine intelligibilium, ſpecies verò, quæ ſunt actus ſecundus, poteſt recipere ab obiecto. Sed inſtantia hæc non eſt contra S. Thomam, qui (vt patet ex dictis) loquitur de potentia eſſentiali ad formam ſubſtantialem, & hanc formam dicit in cœlo eſſe coæuam, & indiſſolubilem: ſic etiam dicit eſſe proportionaliter formas intelligibiles in intellectu Angelico. nam intellectus in ordine ad formas intelligibiles, non eſt actus primus; ſed eſt, vt materia, ſeu potentia eſſentialis: forma verò intelligibilis eſt actus primus ex 2. & 3. de anima; actus verò ſecundus eſt ipſa intellectio, quæ fluit ab intellectu perfectè conſtituto in actu primo per ſpeciem, tanquam per formam intelligibilem.

5. SED contra hanc ſecundam rationem, quæ eſt S. Thomæ inſtat Scotus loco citato, oſtendendo proportionem de corporibus cæleſtibus non eſſe bonā, quia eſt manifeſta diſparitas. Ideo enim (inquit) forma cæli à ſolo Deo creata eſt, vt eſt adminiſtrator totius naturæ, quia non poteſt à tota natura cauſari: at verò nondum eſt probatum à S. Thoma, ſpecies Angelicas non eſſe cauſabiles ab obiecto, imò ex eo, quia ſunt concreatæ è Deo, infert S. Thomas non eſſe cauſabiles: ergo ratio proportionis de corporibus cæleſtibus nulla eſt, imò (inquit) proportionem de corporibus cæleſtibus probare potiùs oppoſitum: quia (inquit) ſpecies Angelicæ ſunt cauſabiles ab obiecto; ergo potius debuiſſet inferre non eſſe concreatas à Deo, quia ideo forma cæli, (vt dictum eſt) concreatur à Deo, vt eſt adminiſtrator totius naturæ, quia non poteſt à tota natura cauſari, ſed ſpecies Angelicæ poſſunt à cauſa ſecunda naturaliter cauſari: ergo non ſunt concreatæ à Deo ſimul cum Angelo.

Scotus. *Forma cæli tur à ſolo Deo creata ſit.*

6. *Caiet.*

Sed ad hanc inſtantiam Scoti reſpondet Caietanus, & exiſtimat S. Thomam non ſupponere ſpecies Angelicas non eſſe cauſabiles ab obiecto; ſed potius ex eo, quia probat per illam proportionem corporum cæleſtium eſſe huiuſmodi ſpecies concreatas à Deo, infert non eſſe cauſabiles ab obiecto: ideo non parum laborat in ſoluendo argumentum Scoti. Soluit autem formando rationem S. Thomæ hoc modo. Proportio, inquit, conſiſtit in hoc, quòd ſicut natura indidit corporibus cæleſtibus formam eſſentialem, quæ quamuis in communi, vt forma eſt, ſit per indifferentiam de nouo acquiſibilis, non tamen hæc in particulari: ſic etiam intellectui ſuperiori indidit Deus ſpecies intelligibiles, quæ ſunt forma eſſentialis in ordine intelligibilium, quæ quamuis in communi ſint de nouo acquiſibiles, non tamen vt Angelicæ ſunt. Secundò inſtat contra Scotum. Petit (inquit) principium in ratione, quam adducit Scotus ad probandum oppoſitum: ſupponit enim, inquit, quòd quærendo vertitur in dubium, ſcilicet ſpecies eſſe cauſabiles ab obiecto.

7. *Impugnatur Reſponſio Caiet.*

Sed replicatur contra ſolutionem Caietani; nam poſſet reſponderi, ideo perfectiones cæleſtes, quamuis ſint de nouo acquiſibiles in communi, ſeu ſecundùm indifferentiam; eſſe tamen ſecundùm proprias rationes creatas à Deo, vt eſt adminiſtrator totius naturæ, quia non ſunt vt ſic in particulari de nouo cauſabiles per aliquam actionem naturæ. Quare, vt hoc idem dicatur de ſpeciebus Angelicis, ſupponendum eſt illas ſecundum proprias rationes non eſſe de nouo acquiſibiles per actionem creaturæ, & non inferri ex eo, quia ſunt concreatæ à Deo non eſſe cauſabiles ab obiecto. Secundò replicatur ſoluendo inſtantiam, quam facit contra Scotum. nam Scotus iam probauerat ſpecies eſſe cauſabiles ab obiecto, ex eo, quia non debet denegari Angelo intellectus agens, qui eſt quædam perfectio: non ergo Scotus petit principium in ſua ratione.

Impugnatur ſecũdum dictũ Caiet.

8. Alij ſecundò reſpondent ad inſtantiam Scoti, & dicunt hanc ſecundam rationem S. Thomæ probare vtrumque, ſpecies, ſcilicet, non eſſe cauſabiles ab obiecto, & eſſe concreatas à Deo: formant autem rationem S. Thomæ ductam ex corporibus cæleſtibus hoc modo: Sicut, inquiunt, materiæ cæli, quia eſt diuerſæ, & ſuperioris rationis à materia inferiorum, non dicens potentiam contradictionis, debetur forma non cauſabilis per actionem nouam creaturæ, ſed à ſolo Deo ab initio congenita; ita potentiæ intellectiuæ Angelicæ, quæ eſt ſicut materia ad ſpeciem, tãquàm formã intelligibilem, quia in gradu intellectualium eſt altioris ordinis, quàm ſit potẽtia intelle-

Digitized by Google

intellectiua humana, debetur forma intelligibilis non cauſabilis per actionem nouam creaturæ, ſed à ſolo Deo initio congenita.

9. Impugnatur hæc ſecũda.

Sed contrà, hæc ſecunda reſponſio falſum aſſumit, formam, ſcilicet, cæli eſſe propter materiam. imò ex Ariſtot. 2. phyſicorum, & primo de anima; materia eſt propter formam, & non è conuerſo, vnde in priori quodam ſigno naturæ forma intelligitur non eſſe cauſabilis per nouam actionem ab agente naturali, quia non habet contrarium: per contrarietatem autem cauſantur formæ ſubſtantiales naturales, & in ſecundo ſigno intelligitur deberi illi materiam alterius rationis, quæ ſcilicet, non habeat potentiam contradictionis, quare ſiſtendo præcisè in hac proportione, debuiſſet priùs probari ſpecies Angelicas, tamquàm formas intelligibiles non eſſe cauſabiles ab obiecto, & hinc inferri eſſe proportionatas intellectui ſuperiori, ſcilicet Angelico.

10. Reſponſio auctoris.

Quare reſpondeo tertiò ad inſtantiam Scoti, quòd ad hoc, vt ratio S. Thomę ducta ex proportione corporum cæleſtium probet intentum, ſpecies, ſcilicet, Angelicas eſſe à Deo concreatas intellectui Angelico, & ſoluatur argumentum Scoti, dicendum exiſtimo S. Thomam ex hac proportione corporum cæleſtium, non inferre ſpecies non eſſe cauſabiles ab obiecto, ſed potiùs hoc ſupponere, & hoc ſuppoſito inferre eſſe concreatas à Deo, ſimul cum intellectu Angelico: & probatur. Nam S. Doctor in corpore articuli, ſtatim poſt hanc rationem ductam ex proportione corporum cæleſtium, quaſi occurrens tacitæ obiectioni, ſeu inſtantiæ factæ à Scoto, addit aliam rationem, per quam probat ſpecies non eſſe cauſabiles ab obiecto, & ſtatim ex hoc infert eſſe à Deo congenitas. Quare ratio S. Thomæ ducta ex corporibus cœleſtibus, ſic formanda eſt: Corpora cæleſtia, quia non habent formas acquiſibiles per nouam actionem creaturæ, debent illas habere ſibi concreatas ab initio: corpora verò inferiora, quia habent formas acquiſibiles per nouam actionem agentis naturalis, debent habere illas ſucceſſiuè: ita à ſimili, quia ſpecies Angelicæ, non ſunt cauſabiles per actionem creaturæ, debuerunt ſimul concreari cum intellectu Angelico: ſpecies verò humanæ, quia ſunt de nouo acquiſibiles per actionem ſenſus, & intellectus agentis: ideo ſucceſſiuè informare debent intellectum humanum.

Tertia & verior reſp. ad inſtantiam Scoti.

Formatur ratio S. Tho. & oſtẽditur ſaltem mediatè niti principio Philoſoph.

Quòd verò ſpecies non ſint cauſabiles ab obiecto, ſupponit S. Thomas in hac ſua ratione, tamquàm ſtatim probandum in ſequenti ratione per principium noſtrum Philoſophicum, quòd ſcilicet, modus cognoſcendi per ſpecies acceptas à rebus, dependet adæquatè à modo eſſendi in corpore, tamquàm à materia: qui modus cognoſcendi cùm non ſit in Angelo, nec conſequenter debet eſſe modus cognoſcendi per ſpecies acceptas à corpore, tamquàm ab obiecto, quam rationem nos in ſuperiori Corollario ſatis diffusè examinauimus. Patet igitur hanc rationem S. Thomæ ductam ex corporibus cæleſtibus bonam eſſe, quatenus nititur ſaltem mediatè principio noſtro Philoſophico.

Soluitur argumentum Scoti.

Et per hæc patet clara ſolutiò ad argumentum Scoti.

11. Tertia ratio S. Thom. *Eſſentia diuina repræſentat omnia, & quoad vniuerſales & quoad particulares conditiones.*

Est tertia ratio S. Thomæ quęſt. 33. art. 2. ad probandum eamdem ſententiam Corollarij ex proportionalitate quadam ad diuinam eſſentiam. Sicut enim eſſentia diuina repræſentat omnia, & quoad vniuerſales, & quoad particulares conditiones, quia illa eſt ſimilitudo omnium eminentiſſimo quodam modo; ſic proportionaliter ſpecies Angeli exemplata ab illa ſimilitudine repræſentat obiectum quoad conditionem particularem; & vniuerſalem. Sed nota quod hæc ratio non militat, niſi ſupponatur ſpecies ſingularium non eſſe cauſabiles ab obiecto. Nam vel hæc ratio fundatur in ratione perfecti, & ſic eſt fallacia in argumento, vt bene arguit Scotus loco citato: procedit enim à magis perfecto ad minus perfectum. Vel fundatur in ratione ſimilium, ita vt ſit ſimilitudo in re repræſentata, differentia tamen in modo repræſentandi, quo modo intellexit S. Doctor, vt bene quantum ad hoc notauit Caietanus. Sed iuxta hunc ſenſum ſi non ſupponuntur contra Caiet. ſpecies non cauſabiles ab obiecto, ratio non militat, quia diceret Scotus ſufficere ad verificandum ſimilitudinem, ſi formæ vniuerſalium ſint inditæ in intellectu Angelico; formas autem ſingularium non accipiat mediante ſenſu, ſed per ſeipſum: & hoc modo intellectus Angelicus eſt quid medium inter intellectum diuinum, & humanum; quia intellectus diuinus, nec vniuerſalium, nec ſingularium accipit ſpecies; intellectus autem humanus vtramque formam accipit miniſterio ſenſuum: Angelus autem ſpecies vniuerſalium habet congenitas, ſingularium autem accipit ob obiecto. Si autem ſpecies ſingularium ſupponuntur non cauſabiles ab obiecto, benè concludit ratio S. Thom. eſſe illas à Deo congenitas, quia ſequeretur alioquin Angelum eſſe in cognoſcendo deteriorem ipſo homine; non enim haberet modum, per quem cognoſceret ſingularia. Quòd verò ſpecies non ſint cauſabiles ab obiecto, iam diximus S. Thomam priùs probaſſe per principium illud Philoſophicum, quia, ſcilicet, habet modum eſſendi independentem à corpore.

Nota ex auctore, quod hęc tertia ratio ſupponere debet ſpecies non eſſe cauſabiles ab obiecto.

Angelicus intellectus eſt quid mediũ inter diuinũ & humanũ.

Argumenta Scoti contrà Aſſertionem ſeu ſententiam huius Corollarij.

12. Opinio Scoti in ſecũdo & argumenta ipſius. Primum abſurdum cõtra ſententiam Corollarij.

SCOTUS in ſecundo ſent. loco citato, tenet oppoſitum; Angelum, ſcilicet, non habere ſpecies congenitas rerum ſingularium materialium; & adducit tria abſurda, quæ oportet diluere. Primò ſequeretur (inquit) vel eſſe infinitas ſpecies ſingularium materialium, congenitas in Angelo; nam ſingularia ſunt infinita ſub vna ſpecie: vel eſſe vnam ſpeciem infinitæ perfectionis; quia vbi pluralitas infert maiorem perfectionem, infinitas infert infinitam perfectionem: ſed poſſe repræſentare plura, infert maiorem perfectionem, quia includit rationes plurium repræſentatiuorum adæquatè: ergo poſſe repræſentare infinita hoc modo, qualia eſſent ſingularia, infert infinitam perfectionem.

13. Secundum abſurdum.

Secundò ex eodem ſequeretur Angelum per illam ſpeciem cõcreatam ab initio, non poſſe cognoſcere rem exiſtentem, vt præſentem, quia vel ſpecies rei ſingularis modificaretur, quando res eſt præſens, & ſic ſequeretur Angelum accipere aliquid ab obiecto, quod quidem antea in ſuperiori Corollario eſt negatum, nam eadem ratio militat, vel quòd accipiat modificationem; vel quòd accipiat totã ſpeciẽ ſingularis; vel nihil accipit, & tũc vel ſpecies rei ſingularis repræſentat illam ſecundũ ſuum eſſe actuale ſicuti eſt. Et hoc quidem eſt impoſſibile, quia repræſentaret rem futuram, vt præſentem pro tali differentia temporis, quod quidem ſoli Deo conceditur in omnium opinione, vt infrà videbitur in Corollario proprio. Vel repræſentaret ſemper, vt pręſentem, & ſic repræſentaret falſum, quia repræſentatio ſpeciei antecederet exiſtentiam. Vel vltimò repræſentaret rem præſentem ſolùm quando eſt præſens, ſed hoc eſt impoſſibile: nam ſequeretur, quòd ipſa

Digitized by Google

ipſa inuariata nunc repræſentaret rem intuitiuè, quam antea repræſentabat ſolum abſtractiuè.

Tertiũ abſurdum.

Tertium abſurdum colligitur ex eodem Scoto, quia in hac opinione non poteſt commodè afferri ratio, quare connaturaliter repugnet Angelo cognoſcere futura contingentia, ſi connaturaliter habet ſpecies inditas ſingularium contingentium. nam non ſolùm res ipſa, ſed etiam duratio ipſius rei eſt proportionatum obiectum intellectus Angelici; ſpecies ergo concreata poteſt repræſentare rem ipſam cum ſua duratione ipſam afficiente. Si verò teneatur alia opinio, Angelum non habere ſpecies ſingularium congenitas, ſed illas connaturaliter abſtrahere ab obiecto, facilè reddi poteſt ratio, cur Angelo non competat connaturaliter cognoſcere futura, quia ab obiecto producitur tantùm ſpecies repræſentans rem exiſtentem cum hac ſua præſenti duratione.

14. Reſponſio ad abſurda allata à Scoto cõtra ſententiã Corollarij: Ad primum abſurdum.

Ad primum reſpondetur, eſſe vnam ſpeciem repræſentatiuam altioris ordinis, vel ſuperioris naturæ, quæ quidem poteſt æquiualere ſecundum extenſionem infinitis perfectionibus inferioris ordinis: dixi ſecundum extenſionem, quia ſpecies repræſentans plura, non opus eſt, vt ſit perfectior intenſiuè, quia non eſt circa idem obiectum magis penetratum, ſed circa plura, niſi illa plura viderentur ex vi alicuius obiecti primarij magis penetrati, vt ſuprà Corollario tertio de viſione beatifica dictũ eſt: ſupponimus autem hîc ſingularia eſſe eiuſdem perfectionis indiuiduæ, quòd ſi vnum ſingulare ſecundũ rationem indiuiduam ſit altero perfectius, tunc hæc vna ſpecies altioris ordinis, vel perfectioris naturæ, per quam repræſentarētur infinita ſingularia perfectiora, deberet eſſe perfecta etiam intenſiuè, ita vt æquiualeat infinitis ſpeciebus inferioris ordinis, vel naturæ, non quidem ratione multitudinis, quia ad hanc ſufficit extenſio; ſed quia deberet repræſentare indiuiduum aliquod vagè quod eſt perfectius, & perfectius in infinitum.

15. Reſpõſio ad ſecundũ abſurdum.

Ad ſecundum variè reſpondetur; primò reſpondent aliqui dicentes Angelum habere ſpecies ab initio inditas, repræſentantes naturam vniuerſalem, & omnia ſingularia contenta ſub vniuerſali, & omnes coniũctiones contingentes circa ſingulare, cognitione abſtractiua: quando verò poſtea res exiſtit actu, tũc poteſt dici illam ſpeciẽ ab initio inditam de nouo modificari, nõ quidẽ ab obiecto, ſeu ab intellectu agente Angeli, ſed ab ipſo Deo, qui indidit illam ſpeciem, & ita ceſſant argumenta, quæ in ſuperiori Corollario fecimus ad impugnandum, quòd non poſſit de nouo dari ſpecies, vel modificatio, quæ accipiatur ab obiecto. nam in hoc caſu, neque obiectum ageret immutando potentiam Angeli, neque intellectus Angeli agens abſtraheret ſpecies, vel modificationem ab obiecto. Quòd ſi quæras ab iſtis, quare non dicitur, quòd Deus dum res exiſtit, imprimat potiùs ſpecies ſingularium, quàm modificet ſpecies vniuerſalium: Reſpondere fortè poſſent, propter duo; primùm, quia ad cognoſcendum ſingularia, & coniunctiones contingentes circa ſingulare, exempli gratia ſeſſionem, loquutionem, ſufficit ſpecies repræſentans vniuerſalem naturam, vt ſuprà probatum eſt: ſecundò etiam ſi non ſufficeret, debebatur adhuc naturæ Angelicæ, vt ab initio cognoſceret ſingularia per ſpecies proprias. Nam non ſolùm natura vniuerſalis, ſed etiam particularis pertinet ad quæſtionem, quid eſt. hæc enim, Petrus eſt homo, eſt propoſitio æternæ veritatis, qualis non eſt hæc, Petrus eſt albus, quia homo eſt prædicatum neceſſarium, & de conceptu Petri: at verò cognoſcere rem

A exiſtentem in actu exercito pertinet ad quæſtionem an eſt, quæ quidem cognitio Angelo non eſt debita, niſi quando res actu exiſtit, quia (vt ſupponitur ex dicendis infrà in Corollario quinto) non debetur illi cognitio futurorum.

Confutatus hæc primat reſponſio.

Hæc quidem reſponſio non poteſt euidenter confutari, & habet (meo iudicio) non paruam probabilitatem, & ſaluat, quomodo per ſolam ſpeciem repræſentantem ſingularia, non cognoſcatur futurum, de qua re infrà: tamen ſi argumentum poteſt alio modo commodè ſolui, vt paulò infrà patebit, non eſt cur potiùs recurratur ad Deum de nouo ſemper producente huiuſmodi ſpecies vel modificationes ſpecierum, quàm ad aliquod intrinſecum in ipſo Angelo; hoc enim eſt connaturalius.

16. Secunda reſponſio Cai. ad ſecũdum abſurdum.

B Secundò reſpondet Caietanus ſpeciem repræſentare rem præſentem, quando actu eſt præſens, & cum quæritur, cur priùs non repræſentabat, reſpondet, quia requiritur duratio præſens, vt conditio ſine qua non, ſicut, vt videatur obiectum à potentia viſiua, requiritur duratio præſens obiecti, quæ quidem non ſolùm eſt neceſſaria ad hoc, vt obiectum immutet viſum efficienter, ſed etiam, vt ipſum obiectum ſit terminus viſionis: vnde ſi Deus conſeruaret ſpeciem albi in oculo corrupto ipſo albo, oculus non videret album, quia, ſcilicet, deeſſet duratio, tamquam conditio neceſſaria.

Refellitur hæc reſponſio Caiet.

Sed impugnatur hæc reſponſio, & quicquid ſit de exemplo potentiæ viſiuæ, de quo mox infrà dicetur, certum eſt, potentiam intellectiuam Angeli eſ-

C ſe cognoſcitiuam ipſius durationis: quod ex eo patet, quia quando eſt præſens, cognoſcit illam etiam, ſecundum Caietanum, cùm tamen illam non cognoſcat potentia viſiua. Deberet igitur Caietanus explicare, quare intellectus Angelicus non cognoſcat durationem, etiam quando nõ eſt actu præſens, cùm adhuc Angelus habeat ſpeciem repræſentatiuam illius: nihil enim recipit, vt ſupponitur ab obiecto præſenti, ſed remanet inuariata, vt priùs. Nec valet, ſi dicatur cum quibuſdam Recentioribus, ſpeciem illam repræſentare durationem in actu primo, & non in actu ſecundo: nam hoc eſt, quod quæritur, quare etiam in actu ſecundo priùs non repræſentabat, cùm tunc eſſet perfectè conſtituta in actu primo. Nec valet ſi dicatur, quod tunc non habebat

D relationem realem, vt mox dicetur.

17. Vera reſpõſio ad ſecundum abſurdum Scoti. Fer. Ægi. S.Thom. Caiet.

Tertiò igitur reſpondeo, quòd ſpecies illa inuariata repræſentat nunc rem præſentem, quam priùs non repræſentabat, quia priùs deerat aſſimilatio cum obiecto, tamquam conditio neceſſaria. Eſt Ferrar. 2. contra gent. cap. 96. Ægid. in 7. diſtinct. 7. qu. 1. articul. 1. ad 2. & colligitur ex S. Thom. & Caietan. locis citatis. Sed aliqui iſtorum probant ex eo, quia requiritur relatio realis ſimilitudinis, quæ non poteſt eſſe inter ſpeciem exiſtentem, & obiectum non exiſtens. Sed hoc mihi non placet, quia aliquando repræſentatur res præterita, ad quam non poteſt eſſe relatio realis: intelligi ergo debet reſponſio de aſſimilatione, quæ ſit relatio tranſcendentalis, & eſſentialis, inter obiectum repræſentatum, & ſpeciem repræſentantem. Conſiſtit au-

Relatio trãſcendentalis.

E tem aſſimilatio in hoc, vt obiectum repræſentetur ſicuti eſt: non poteſt igitur ſpecie Angelica repræſentare obiectum præſens, antequam ſit præſens, quia deeſt præſentia tamquam conditio neceſſariò requiſita ad hoc, vt repræſentetur obiectum ſicuti eſt.

Inſtãtia cõtra hanc reſponſionem.

Sed contra hanc reſponſionem inſtant aliqui, Imago Cæſaris, inquiunt, & phantaſma non requirunt hanc aſſimilationem ad repræſentandum, & ſi Deus

Digitized by Google

ſi Deus conſeruaret ſpeciem albi in oculo, corrupto albo, adhuc oculus videret album, vt præſentem, ſecundum S.Thomam in 3. part. qu.76. art.6. Ergo non requiritur huiuſmodi aſſimilatio explicata inter obiectum repræſentatum, & ſpeciem repræſentantem.

Reſpondetur ad inſtantiam, & ad primum quidem, & ſecundum exemplum facilis eſt reſponſio, quia tam imago, quàm phantaſma repræſentant abſtractiuè, & indifferenter eodem modo rem præſentem, & abſentem: At verò ſpecies, de qua loquimur, eſt talis naturæ, vt rem præſentem repræſentet intuitiuè, non præſentem verò abſtractiuè. Ad tertium exemplú de oculo difficilior eſt reſponſio; ſed Caietanus facilè ſe expediret: diceret enim in tali caſu ſpeciem albi non repræſentare album. Sed hæc ſolutio non videtur fortè conformis S.Thomæ citato in 3.p.q. 76. art.6. vbi ait operationes miraculoſas, quæ interdum fiunt in ſanctiſſimo Sacramento Altaris, quando à diuerſis diuerſa videntur, non fieri in ipſis ſpeciebus ſacramentalibus, ſed fieri aliis modis, inter quos ponit hunc, ſcilicet, per mutationem diuerſam factam in oculo, mediantibus ſpeciebus.

Ad inſtantiam igitur de oculo, reſpondendum eſt eſſe diſparitatem inter ſpecies viſibiles, & ſpecies Angelicas, quia ſpecies Angeli eſſétialiter dicit aſſimilationem ad obiectum ſicuti eſt: non poteſt ergo repræſentare rem præſentem, quando non eſt præſens; ſecus autem ſpecies viſibilis. & ratio diſparitatis eſt. Nam ſi ſpecies Angelica haberet vim naturaliter repræſentandi obiectum, vt præſens, quando non eſt præſens, ſemper naturaliter, & de facto deciperet: at verò ſpecies viſibilis non eſt ſic, quia ſemper naturaliter repræſentat obiectum præſens, vt præſens; dependet enim in conſeruari ab ipſo obiecto. Quòd verò aliquando repræſentet obiectum præſens, quod non eſt præſens, hoc non poteſt contingere naturaliter; oportet enim illam ſpeciem ſupernaturaliter conſeruari in oculo: dependet enim naturaliter in fieri, & in conſeruari ab obiecto, vt experimur. Quid autem dicendum ſit de ſpeciebus ſoni, quæ aliquando repræſentant ſonum, quando non eſt, multa diximus in 2 de anima, & quidem exiſtimo ſonum realem durare; & ideo ſemper eſſe, quando repræſentatur.

18. *Reſponſio ad tertium abſurdum.* Ad tertium abſurdum Scoti reſpondetur, difficilè quidem poſſe aſſignari rationem quare Angelo non debeatur natura ſua cognitio futurorum: & quidem hæc difficultas eſt etiam in opinione Scoti: nam poſſet quæri à Scoto, cur Angelo non potiùs competat ſpecies repræſentans rem cum ſua duratione, ſicuti eſt, ſcilicet præſentem vt præſenté: & futuram, vt futuram: ſed potiùs datus eſt intellectus agens, qui abſtraheret ſpeciem ab obiecto exiſtente. Sed ad hoc tertium abſurdum infrà patebit reſponſio in proprio Corollario de cognitione futurorum.

Inferuntur duo ex ſuperiori doctrina.

19. Primò infertur: In Angelo non eſſe intellectum poſſibilem, quia habet ſpecies ſibi coæuas, per ſe naturaliter inſeparabiles ab illo, vt probatum eſt: vt autem aliquid dicatur poſſibile, non ſufficit vt dicat potentiam ſimpliciter; ſed requiritur, vt dicat potentiam naturalem contradictionis. 9. Metaphyſicæ. Atque adeo ceſſat argumétum Scoti, cùm arguit, quòd etiamſi intellectui noſtro ab initio fuiſſent inditæ ſpecies, adhuc talis intellectus diceretur poſſibilis: ergo pari ratione in Angelo. Reſpondetur enim quòd in tali caſu ſpecies fuiſſent intellectui noſtro coæuæ per accidens, & non per ſe, vt bene aduertit Caietanus 1.p.q.54.art.4. Angelo autem, vt ſuprà probatum eſt, ſunt coæuæ per ſe, & ideo in nullo priori naturæ poteſt in Angelo concipi naturaliter potentia contradictionis.

20. Secundò infertur, Angelum habere ſpeciem congenitam obiecti ſingularis immaterialis, quia non poteſt abſtrahere ab obiecto immateriali per rationem allatam, quia debet operari modo ſibi proportionato, vel cognoſcendo, vel excitatus per cognitionem alterius potentiæ, ſicut intellectus agens noſter, qui excitatur per phátaſiationé: ſed hoc eſt impoſſibile. Sed poteſt etiam nó improbabiliter teneri, quòd non habet ſpeciem inditam ſingularis immaterialis, ſi dicatur Angelum cognitum imprimere ſpeciem ſui Angelo cognoſcenti. ceſſat enim ratio, quia Angelus cognitus poſſet ſpeciem ſui imprimere cognoſcendo. Aliqui verò Recentiores, qui videntur ſecuti Scotum in 2. diſt. 3. q.10. aſſerunt Angelum cognoſcere alium Angelum per ipſammet ſubſtantiam Angeli cogniti, tamquam per ſpeciem, dummodò Angelus cognitus vniatur alteri Angelo cognoſcenti. Quod probant, quia Angelus poteſt cognoſcere ſubſtantiam ſuam, quia eſt ſibi vnita. Sed hæc opinio mihi non placet, tum quia ſupponitur ex communi, Angelum cognoſcere alios Angelos per ſpecies: tum quia ſequeretur, Angelum non cognoſcere alium Angelum, niſi quando eſt indiſtans. quod quidem diceret imperfectionem. Ad argumentum autem ipſorum, cum dicunt; ſi Angelus cognoſcit ſeipſum per ſubſtantiam ſuam: ergo & alius Angelus poteſt cognoſcere alium: reſpondetur eſſe diſparem rationem. nam vnio, qua vnus Angelus cognoſceret alium Angelum, eſſet vnio per indiſtantiam localem, quæ eſt valdè extrinſeca. At verò vnio repræſentatiui cum potentia debet eſſe intrinſeca, vt patet experientia in ſpecie viſiua. vel igitur debet eſſe identica, ſicut eſt vnio Angeli cum ſubſtantia ſua; vel informatiua, ſicut eſt vnio ſpeciei cum intellectu, vel per illapſum, ſicut eſt vnio Dei cum intellectu creato propter ſuam infinitatem.

Hæc breuiter dicta ſunt; nam patent ex ſuperiori doctrina.

QVÆSTIO NONA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia noni Corollarij ſit vera; quòd, ſcilicet, Intellectus Angelicus, quò perfectior, eò intelligat obiecta per pauciores, & vniuerſaliores ſpecies.

Materiam huius quæſtionis tractant Doctores in 2. diſt.3. Scotus quæſt.10. Herueus quæſt.4. art.4. Ægidius 2.p. diſtinctionis.quæſt.2.art.2.dub.3. Thom.de Arg.quæſt.2.art.4.Capr.quæſt.2.ar.1. Diuus Thom.1.part. quæſt.55. art.3. Caiet. hic, Ferr.2.cont.gent.cap.98. Alb.lib.de quat.coæuis prima part.quæſt.5. art.12. Henr.quodl.5.q.14. inter Recent. Mol.1. part q.15. & Thomiſtæ hic Vaſquez.1.part.diſp.202.& 203.

1. *Scotus.* Prima ſententia eſt Scoti in 2.diſt.3.q.10.qui tenet non quò Angelus eſt perfectior, eò intelligere per ſpecies vniuerſaliores.

Probat

Prima probatio huius primi argumenti. Probat primò, repugnat dari ſpeciem vniuerſaliorem, quæ plura repræſentet: ergo &c. antecedēs, in quo eſt tota difficultas, probatur primò, quia vna ſpecies non poteſt eſſe ſimilitudo rerum diſſimilium; ſicut imago non poteſt repræſentare duo. Quòd ſi dicas cum S. Thoma, eſſentiam diuinam, tamquam ſpeciem repræſentare plura diſſimilia, contrà eſt, quia eſſentia diuina primò, & per ſe, vt ſpecies, repræſentat vnum primarium & adæquatum obiectum, ſcilicet ſeipſam, in qua reliqua omnia obiecta ſecundaria continentur eminenter; & ita omnia cognoſcuntur tanquam in vno: at in rebus creatis non poteſt aſſignari vnum primarium obiectum, in quo eminenter reliqua contineantur: ergo non poteſt dari ſpecies, quæ repræſentet plura obiecta & diuerſa in rebus creatis: vna igitur ſpecies vnam tantùm naturam repræſentabit. *Secūda probatio.* Secundò idem probatur ab abſurdo, quia daretur infinitas in ſpecie, non ſolùm quia repræſentaret infinita ſingularia, ſed etiam, quia repræſentaret infinitas naturas. nam ſpecies repræſentans duas naturas extremas, verbi gratia equum, & hominem, repræſentabit omnes intermedias, tum quia intermedia participant rationem extremorum, tum quia continentur extremæ illæ naturæ ſub vno genere proximiori: ſunt autem intermedia infinita, præſertim cùm alterum extremorum (quale in genere animalis eſt homo) ſit in infinitum perfectior intermediis. *Tertia probatio.* Tertiò idem probatur, ſpecies quoad ſuum eſſe eſt natura poſterior obiecto, quod per eam cognoſcitur, quia menſuratur ab illo: ergo ab vnitate obiecti dependet vnitas ſpeciei: non poteſt ergo vna ſpecies repræſentare plura obiecta.

Secundū argumentum. Secundò arguitur, quia & ſi poſſet dari ſpecies vniuerſalior repræſentans plura, adhuc perfectio hæc non eſt concedenda Angelo, quia hinc ſequeretur poſſe Angelum elicere vnum actum adæquatum circa plura: quod quidem eſt abſurdum. Sequelam probant, quia ſpecies impreſſa, tamquam cauſa debet habere ſpeciem expreſſam adæquatam: ſequelam probant, quia ſequeretur Angelum vnico actu & conatu finito intelligere infinita non ſolùm ſingularia, quæ repræſentantur per eamdem ſpeciem, ſed etiam infinitas naturas ſpecificas reales, quæ etiam repræſentari debent per eamdem ſpeciem intentionalem, vt probatum eſt in ſuperiori argumento.

Tertium argumentum. Tertiò probatur, quia hinc ſequeretur aliud abſurdum, poſſet ſcilicet deueniri ad Angelum ſuperiorem, qui omnia cognoſcat per ſuam ſubſtantiam. Sequela ſic probatur: Detur Angelus A. qui omnia cognoſcat per duas ſpecies, creetur Angelus B. ſuperior: hic profectò cognoſcet per vnam. Rurſus, creetur Angelus C. ſuperior hic iam omnia cognoſcet per ſuam ſubſtantiam. nam Angelus C. eſt perfectior; ergo debet magis vnitè intelligere. Non poteſt autem hoc præſtare per vnam ſpeciem, quia iam ſupponimus, Angelum B. inferiorem ipſo C. intelligere per vnam ſpeciem: ergo neceſſariò ſequitur, Angelum C. omnia cognoſcere per ſuam eſſentiam. Abſurdum ſequelæ inde patet, quia cognoſcere obiecta extra ſe, per ſuam ſubſtantiam, arguit in Angelo perfectionem infinitam: nam diceret continentiam eminentialem cognitorum. Ideo enim Deus, arguendo ad hominem, cognoſcit creaturas per ſuam eſſentiam, quia continet illas eminenter: continentia autem eminentialis rei, quæ ſit per creationem, arguit vel infinitatem, vel puritatem in actu, vt probatum eſt, & infrà probabitur: quod quidem repugnat Angelo. Vnde ne vnam A quidem creaturam poteſt Angelus cognoſcere per ſuam eſſentiam.

His tamen non obſtantibus tenenda eſt ſententia Corollarij, Angelum, ſcilicet, quò perfectiorem, eò per pauciores, & vniuerſaliores ſpecies intelligere obiecta. 2. Hæc ſententia eſt ſancti Thomæ, Ægidij Her. Ferrarienſis, Caietani, Vaſquez, Molinæ, Recentiorum locis citatis: eſt etiam Auctoris de cauſis propoſitione 10. & Dionyſij de cæleſti Hierarch. cap. 12. quamuis hoc in loco interpretari poſſit de paucioribus obiectis, quæ ab Angelo inferiori cognoſcuntur. ſed clariùs patet ex cap. vlt. vbi ſaltem habetur ab Angelo ſuperiori, plura recognoſci vnico conceptu extra Verbum. *S.Thom. Ægid. Her. Ferrar. Caiet. Author de cauſis. Dionyſ.* Sed, vt ſtatim dicetur, minor eſt repugnantia, vt detur vna ſpecies B impreſſa, quàm vt detur vna expreſſa: quòd ſi non repugnat, non eſt deneganda Angelo ob ſui perfectionem, vt mox dicetur. Et quamuis aliqui Recentiores, inter quos eſt Vaſquez loco citato dicant non poſſe hanc ſententiam, ne probabili quidem coniectura affirmari; tamen hac ratione, quæ deducitur ex principio Philoſophico, probamus cum S. Thoma.

Ratio fundamentalis. Modus cognoſcendi non ſolùm limpidiùs, ſed etiam (vt ita dixerim) vnitiùs per ſpecies, ſcilicet, vniuerſaliores, & conſequenter per pauciores, eſt perfectior, quàm modus cognoſcendi per ſpecies minus vniuerſales, & plures: ergo hic modus cognoſcendi eſt adæquatus intellectui illius Angeli, qui eſt ſuperior, & perfectior, & vnitior in ſe. Conſequentia patet ex principio, C in quo ſatis probauimus modum cognoſcendi ſequi adæquatè, tanquam proprietatem connaturalem, modum eſſendi ſuæ potentiæ, ſeu principij formalis. Antecedentis probatio colligitur ex S. Doctore, & ex Caietano: & eſt hæc. Perfectio creata, ſi eſt ſimpliciter ſimplex, attenditur penes maiorem propinquitatem ad perfectionem diuinam, vel magis participando rationem formalem illius perfectionis: ſi perfectio eſt communicabilis, vt intellectio, vel ſi eſt incommunicabilis, vt deitas, attenditur ſecundùm maiorem receſſum ab oppoſito, ita vt illa diceretur perfectio ſimilior deitati, quæ magis recedit à non eſſe: Sed intelligere plura per pauciores ſpecies, magis accedit ad intelligere Dei, qui omnia intelligit per ſuam D ſubſtantiam: ergo intelligere plura per vniuerſaliores, & pauciores ſpecies eſt maior perfectio, quàm eadem intelligere per plures, & minus vniuerſales ſpecies.

Confirmatur hæc ratio quadam conuenientia deducta ex eodem principio. nam ſicut intellectus diuinus, quia in ratione intellectiui eſt ſupremus, intuetur omnia per vnam, eamdémque ſubſtantiæ ſimilitudinem: ita intellectus humanus, quia eſt in ratione intellectiui infimus, ſingulas intelligit per ſingulas ſimilitudines, ſeu ſpecies; ergo proportionaliter arguendo, intellectus Angelicus, quia in eadem ratione intellectiui eſt medius inter vtrumque, debet cognoſcere plura per pauciores, & ideo per E vniuerſaliores ſpecies, & quò ſuperior, eò per pauciores, & vniuerſaliores.

Inſtantia Scoti contra probationem. Contra verò hanc rationem inſtat Scotus: Malè (inquit) infertur ex maiore aſſimilatione Angeli ad Deum, Angelum cognoſcere per vniuerſaliores, & pauciores ſpecies. poteſt enim ſaluari maior aſſimilatio in eo, quòd Angelus cum æquali ſpecie perfectiùs intelligit obiectum: poteſt enim illa ſpecie tamquam inſtrumento vti, iuxtà ſuam efficacitatem, & virtutem. Sed ad hanc inſtantiam patet ex dictis reſponſio: nam aſſimilatio non ſolùm debet eſſe in

Digitized by Google

maiori claritate, ſed in maiori vnitione, quia Deus non ſolùm habet perfectionem claritatis in cognoſcendo, ſed etiam perfectionem vnitionis, quia omnia cognoſcit per ſuam ſubſtantiam. Hæc igitur perfectio, ſuo modo proportionaliter non eſt deneganda Angelo, cùm non repugnet, nec vllùm ſequatur abſurdum, vt patebit ex ſolutione argumentorum.

Soluitur primum Argumentum Scoti, & explicatur an poßit dari ſpecies vniuerſalior repræſentans plura.

3. *Reſpōſio ad primum argumentum, & ad ſingulas probationes.*

HOc quidem repugnare tripliciter probatur in argumento facto, ſed ad ſingulas probationes reſpondetur.

Ad primam probationem reſpondetur; ſi ſupponamus ſpeciem impreſſam non eſſe formalem ſimilitudinem rei repræſentatæ, ſed tantùm cauſalem in genere cauſæ efficientis, quia ſcilicet efficienter concurrit ad productionem ſpeciei expreſſæ, quæ etiam eſt ſimilitudo cauſalis formalis, quia intellectus informatus illa ſpecie expreſſa fit cognoſcens obiectum: ſi hoc inquam ſupponamus, facilis eſt reſponſio ad hanc primam probationem; poteſt enim cauſa æquiuoca producere plures effectus diſſimiles; quòd verò intellectus non poſſit plura apprehendere, eſt ex defectu finitæ capacitatis ipſius: at verò concedendum eſt intellectum Angelicum plura poſſe ſimul cognoſcere, quàm cognoſcere poſſit intellectus humanus; & quò perfectior eſt, eò plura cognoſcit: non tamen ea omnia ſimul cognoſcet, quæ poſſunt per ſpeciem repræſentari, ex defectu capacitatis ipſius. Si verò teneamus ſpeciem impreſſam eſſe ſimilitudinem formalem obiecti, non quidem, vt quod, vt eſt imago, ſed vt quo, non quidem in actu ſecundo, vt cognitio, ſed in actu primo: tunc ad probationem reſponderi poteſt, huiuſmodi ſpeciem impreſſam poſſe repræſentare plura diſſimilia ſub ratione vnius; difficultas autem eſt aſſignare, quænam ſit hæc ratio vnius, ſeu vnitas. Aliqui dicunt eſſe genus, quod primò per ſe repræſentatur, & in quo cognoſcuntur omnes differentiæ contrahentes illud genus. Sed contrà, quia differentiæ, nec formaliter, nec eminenter contineri poſſunt in genere; deberet enim genus eſſe vel æquè perfectum, vel perfectius ipſis differentiis: & tamen differentiæ ſunt perfectiores genere: quare ſpecies æquè primò debent repræſentare differentias ſpecificas. Secundò ſequeretur, quòd Angelus ſuperior per ſubſtantiam ſuam cognoſceret inferiora materialia, & immaterialia, quòd eſt impoſſibile ſaltem naturaliter, vt ſuprà probatum eſt. Sequela probatur; nam ſubſtantia ſua repræſentat genus proximum, & remotum, in quo conueniunt inferiora, illúdque perfectè penetrat. nam cognoſcit differentiam perfectam contrahentem illud, qualis eſt ſua, quæ eſt perfectior omnibus differentiis inferioribus.

Æquiuoca cauſſa poteſt producere plures effectus diſſimiles.

Reſpōſio ad primā probationē primi argumēti.

Quænam ſit ratio vnius in qua plura repræſentari poſſunt.

4. *Duplex eſt hæc ratio vnius.*

Dicendum eſt igitur, quòd duobus modis poteſt reperiri hæc ratio vnius, primò quando obiectum eſt cauſa plurium effectuum etiam diſſimilium, quia ſi illud obiectum comprehendatur, tunc in illo, tamquam in cauſa, cognoſcentur omnes effectus. Secundò ex Capreolo, quando plures quidditates repræſentatæ conueniunt in obiecto, ſeu ratione ſub qua, & hæc ſufficit, vt detur vna ſpecies repræſentans plura: verbi gratia, obiectum potentiæ viſiuæ non eſt vnum adæquatum, quod attingitur à potentia, ſed eſt color, vel lumen ſub disiunctione, quatenus color, & lumen conueniunt ſub ratione, ſub qua viſibilis: Eodem etiam modo dicimus repræſentari Angelo, per eamdem ſpeciem equus, & leo, quatenus conueniunt in ratione ſub qua. Sed hinc oritur difficultas; nam eſſe viſibile, & repræſentabile, ſunt quædam habitudines ad videntem, & repræſentantem: ergo debet aſſignari ratio; quare illa duo diſſimilia dicant habitudinem eamdem, & quidem hoc aſſignare difficile eſt apud Philoſophos: Dicendum tamen eſt, quòd color, & lumen conueniunt ſub ratione viſibilis, quæ ratio viſibilitatis eſt aliquid innominatum: quod tamen innominatum non attingitur à potentia viſiua, cùm non ſit conuenientia quædam realis, quæ poſſit attingi ab oculo, ſed quædam ſimilitudo, & propinquitas coloris cum luce, quatenus color eſt participatio quædam luminis: vnde videmus per lumen effingi multos colores apparentes, propter quam ſimilitudinem, & propinquitatem poſſunt participare eamdem rationem ſub qua, viſibilis: ſimiliter plures habitus diuerſarum ſpecierum integrant vnam ſcientiam, quatenus ſtant ſub eadem abſtractione, vel eodem modo cognoſcendi à priori, vel à poſteriori; ſic etiam in caſu noſtro dicendum eſt poſſe duas naturas reales, vel plures diſtinctas eſſentialiter per eamdem vnam ſpeciem intelligibilem repræſentari ſub vna, & eadem ratione ſub qua, quatenus vltimæ differentiæ illarum ſpecierum eſto differant ſe totis, & non habeant conuenientiam realem, habent tamen quamdam ſimilitudinem, & propinquitatem in natura, ratione cuius poſſunt participare eamdem rationem ſub qua.

5.

6.

7. *Reſpōſio ad ſecundam probationē.*

Ad ſecundam probationem eiuſdem primi argumenti, reſpondetur, etiamſi concedatur ſpeciem repræſentare infinita, non tamen hinc ſequitur ſpeciem eſſe infinitæ perfectionis, ſed altioris rationis: ſecundò negari poſſet, quòd repræſentet infinitas perfectiones differentes eſſentialiter, quia illæ intermediæ perfectiones ſpecificè differentes, fortè non habent eamdem rationem ſub qua explicatam.

8. *Reſpōſio ad tertiam probationem.*

Ad tertiam probationem reſpondent aliqui argumentum valere in ſpeciebus, quæ accipiuntur à rebus: hæ enim ſunt poſteriores obiecto, ab eóque vnitatem ſumunt; non autem in ſpeciebus infuſis, quæ non ſumuntur ab obiecto. Sed contrà: quia argumentum probat in quacumque ſpecie, ſiue à rebus accepta, ſiue à Deo infuſa: nam quæcumque ſpecies eſſentialiter ſpecificatur, & menſuratur à ſuo obiecto, quia eſſentialiter eſt repræſentatio illius. Si igitur quoad eſſentiam dependet ab obiecto, dependet etiam quoad vnitatem, quæ eſt paſſio eſſentiæ. Reſpondetur igitur ad probationem, poſſe dari vnā ſpeciem repræſentantem plura obiecta, quæ conueniunt ſub vna ratione formali ſub qua: ab hac enim vnitate formali poteſt ſpecificari, & menſurari vna ſpecies vniuerſalior repræſentans plura. 9.

10. *Materia huius ſecundi argumenti non eſt propria huius loci. vide 1. p.q.5 1.ar.2. Quæcumq; opinio teneatur in hac materia, ſoluitur argumentū.*

Ad ſecundum Scoti reſpondetur, nullum eſſe abſurdum, ſi dicatur actum cognitionis angelicæ eſſe adæquatum ſuæ ſpeciei, quia ſicut (vt dictum eſt ſuprà) poteſt dari ſpecies impreſſa altioris ordinis repræſentans infinita; ita & ſpecies expreſſa, vt fuſiùs dictum eſt in reſponſione ad primum, vel dicendum cum communi Thomiſtarum ſententia, non omnia, quæ repræſentantur per ſpeciem impreſſam, repræſentari poſſe per expreſſam. Et ratio diſparitatis eſt, quia ad expreſſam requiritur aduertentia, ſeu conatus potentiæ, & in fieri, & in conſeruari: & ideo non mirum eſt, ſi non poſſint vnico actu vitaliter, & expreſsè repræſentari omnia, quæ ſunt in ſpecie impreſſa.

Ad

Digitized by Google

11. *Prima Reſponſio ad tertium argumentum, eſt Ægid. Ferr. & aliquorum recentiorum.*

Ad tertium argumentum cùm arguitur deueniri poſſe ad Angelum, qui omnia cognoſcat per ſuam ſubſtantiam; quod eſt abſurdum, reſpondet Ferr. 2. contra gentes cap. 98. Herueus in 2. diſt. 3. quæſt. 4. art. 4. Ægidius in 2. diſt. 3. q. 2. art. 2. ad quartum dubium, quos ſequitur Molina 1. p. & ſupponit, non quemcumque exceſſum in perfectione eſſe ſatis, vt Angeli perfectiores intelligant per pauciores, & vniuerſaliores ſpecies; ſed certum, ac determinatum, qualis eſt inter Angelos diuerſorum ordinum, ſeu Hierarchiarum, ſi ordines, & Hierarchiæ penes naturalia diſtinguuntur. Quod probat primò; nam in animalibus videmus: nam quò animal ſpecificè eſt perfectius, eò habet plures ſenſus, ſeu potentias. nam animalia inæqualia eaſdem habent potentias, & eas eodem modo attingentes obiectum. Secundò probat, quia non quilibet exceſſus luminis in beato cauſat cognitionem plurium obiectorum in Deo; ſed requiritur certus, ac determinatus gradus luminis, per quem eſſentia diuina penetretur, vt cauſa adæquata alterius effectus, quamuis quilibet exceſſus luminis cauſet diſtinctionem, & clariorem cognitionem ipſius diuinæ eſſentiæ. Hoc ſuppoſito,

12. reſpondent ad argumentum, quòd aſcendendo non peruenietur ad Angelum, qui cognoſcat omnia inferiora per ſuam ſubſtantiam, imò nec fortè ad eum, qui cognoſcat per vnam ſpeciem; ſed peruenietur ad ſupremum ordinem, in quo omnes Angeli cognoſcent omnia inferiora per duas aut plures ſpecies, & calculatio facta per aſcenſum non militat, quia requiritur magna perfectio ad hoc, vt cognoſcant per pauciores ſpecies, quæ quidem ſolùm eſt in ſecunda Hierarchia: & rurſus aſcendendo ad nobilitatem Angeli, non ſemper arguetur minoratio in ſpeciebus, niſi quouſque aſcendatur ad tertiam Hierarchiam: deſcendendo verò ad ignobilitatem Angeli, quamuis à prima Hierarchia deſcendendo ad ſecundam inueniantur Angeli nobiliores, & ignobiliores, ſemper tamen habebunt eumdem numerum ſpecierum, vſque ad ſecundam Hierarchiam: in ſecunda verò Hierarchia eſt determinata ignobilitas Angeli, quæ requirit maiorem multiplicationem ſpecierum: & à ſecunda Hierarchia deſcendendo ad primam ſemper remanebit eadem multiplicitas ſpecierum, variata ſemper ignobilitate in Angelis vſque ad infimum, in qua ſi creabitur Angelus inferior, iam etiam habebit eamdem multiplicationem ſpecierum, quam habet ſuperior in eadem Hierarchia, & ita ceſſant argumenta. Quòd ſi quis nolit determinatum gradum ſumere ab Hierarchia, ſed à diuerſitate ordinum in Hierarchia, in qua eſt triplex ordo, eodem modo philoſophabitur calculando ſicut calculatum eſt in Hierarchiis.

13. *Refellitur hæc prima reſponſio Ægidij, & aliorum.*

Sed contra hanc reſponſionem inſtatur primò, quia videtur expreſsè contra D. Thom. loco citato, vbi aſſerit Angelum, quò perfectior eſt, eò per pauciores, & vniuerſaliores ſpecies intelligere. & hoc probat ratio ab ipſo adducta, quia quò perfectior, inquit, eſt Deo ſimilior: ergo magis vnitè intelligit. Secundò, quia quò perfectior, eò actualior: ergo magis vnitè, quia ex eodem S. Thom. actus eſt principium vnitatis. Secundò inſtatur, quia reſponſio ſupponit non poſſe dari plures Hierarchias, quàm tres. quod tamen eſt falſum, quia exceſſus in infinitum Angelorum perfectiorum, & perfectiorum poſſibilium conſtituet aliam, & aliam Hierarchiam ſuperiorem in infinitum. nam ſi tanta determinata perfectio conſtituit vnam Hierarchiam: ergo maior determinata perfectio conſtituet aliam Hierarchiam, & ſic in infinitum, vnde etiam ex Philoſophis multi

Plures dari poſſunt Angelorum Hierarchiæ, quàm tres.

A aſſignant infinita genera intermedia ſub vno genere animalis: quod tamen in animalibus eſt minus neceſſarium, quia tandem deuenitur ad terminum extrinſecum finitè perfectum, qualis eſt homo. Ad rationes verò, quæ afferuntur pro hac prima reſponſione, reſpondetur. Ad primam, in qua dicebatur, quòd ſicut non dantur in animali perfectiori plures ſenſus; ita proportionaliter, nec vniuerſaliores ſpecies in Angelo perfectiori; reſpondetur eſſe diſparem rationem propter duo: primò quia potentiæ in animalibus dantur non ſolùm ad cognitionem, ſed etiam ad conſeruationem vitæ, quare videmus animal perfectius, exempli gratia, talpam non habere ſenſum viſus, quem habent multa animalia imperfectiora: ſecundò propter diſpoſitionem diuerſam B ratione complexionis conuenientem vni animali, & non alteri; vnde experimur animal aliquando imperfectius meliùs videre. Hę autem rationes non militant in ſpeciebus, quæ & ſunt ordinatæ ſolùm ad cognitionem, & ſunt immateriales non indigentes diſpoſitionibus. Ad ſecundam verò rationem eiuſdem Recentioris, in qua dicebatur, quòd ſicut non quilibet exceſſus luminis in Beato, cauſat cognitionem plurium obiectorum in Deo; ita nec quilibet exceſſus in Angelo cauſabit cognitionem plurium per ſpeciem vniuerſaliorem; reſpondetur eſſe diſparem rationem. nam lumen gloriæ non habet determinatum gradum in intenſione, & ideo non quilibet exceſſus cauſat cognitionem alicuius naturæ ſpecificæ in ipſo Deo, niſi ſit determinatè adæquatus C determinatæ perfectioni illius naturæ: at verò exceſſus quilibet in Angelo eſt determinatæ perfectionis, & ideo debetur illi ſpecies adæquatè perfecta tamquam proprietas connaturalis ipſius. Hæc autem debet eſſe vniuerſalior per rationem ſuprà allatam. 14.

Potentiæ in animalibus dãtur ad cõſeruationem vitæ.

Ad tertium igitur argumentum, non minùs acutè, quàm verè reſpondet Caietanus, numquam deueniri ad Angelum ſuperiorem, qui omnia cognoſcat per ſuam ſubſtantiam: Nam Angelus ſuperior habebit pauciores ſpecies, non per minoritatem ſpecierum in ſe, ſed per multiplicationem pluralitatis in Angelo inferiori. Quare ad exemplum illatum reſpondetur, quòd ſi creetur Angelus C, ſuperior ipſo B, non omnia cognoſcet per ſuam ſubſtantiam, ſed D per vnam ſpeciem: Angelus verò B, qui omnia cognoſcebat per vnam ſpeciem, cognoſcet per duas: per vnam quidem omnia inferiora ſe, per aliam verò de nouo creatam intelliget Angelum C, ſuperiorem ſe, qui iam de nouo eſt creatus. 15.

VeraReſpõſio Caietani ad tertiũ argumentum.

Sed hæc reſponſio Caietani communiter exploditur à recentioribus, ſed immeritò; & primò inſtant: Angeli, qui exiſtunt, cognoſcunt omnia inferiora materialia, & ſpiritualia per vnam ſpeciem, & ſpecies in ipſis ſolùm multiplicantur, vt cognoſcant ſuperiores naturas: malè ergo aſſerit hæc opinio, quòd Angelus, quò ſuperior, eò per pauciores ſpecies intelligit. nam tam Angelus ſuperior, quàm inferior omnia inferiora intelligunt per vnam ſpeciem. E

Inſtatur primò contrà hanc veram reſponſionem Caiet.

Secundò inſtant aliqui Recentiores aſcendendo ad cognitionem, qua cognoſcuntur ſuperiores Angeli, ſequeretur (inquiunt) dari aliqua obiecta, quæ à pluribus Angelis ſpecie diſtinctis per totidem ſimilitudines intelligerentur. Nam ſit nunc Angelus ſupremus A. creet Deus ſupra A alium Angelum B, produceretur ſpecies in vnoquoque Angelo inferiori ipſo B: tunc ſi Deus crearet alium Angelum C, ſuperiorem ipſo B, iam alia eius ſpecies reliquis infunderetur, & ita de cæteris. Ex quo fit, vt Angelus A,

Secundò inſtatur contra eãdem.

Digitized by Google

lus A, qui priùs erat ſupremus per tot ſpecies cognoſcat illos de nouo creatos, per quot illos cognoſcit vnuſquiſque de cæteris inferioribus, atque adeo iam non cognoſcet Angelus ſuperior eadem numero obiecta, quæ inferior paucioribus ſpeciebus, ſed planè totidem.

Tertiò inſtatur cõtra eamdem.

Tertiò inſtari poſſet hoc pacto: Angelus A ſupremus, cognoſcebat omnia per vnam ſpeciem: ſed ſi de nouo creetur Angelus B ſuperior ipſo A, tunc infunditur per Caietanum noua ſpecies Angelo A, quæ repræſentet Angelum B; ſed hinc ſequitur fruſtrà dari priorem ſpeciem, quia per ſpeciem de nouo creatam intelliget omnia; ergo eodem modo Angelus A, & Angelus B, per vnam ſpeciem intelligent omnia. Probatur illa ſequela, quia illa ſpecies de nouo creata, eſt perfectior priori ſpecie: ergo per illam ſolam poteſt Angelus A intelligere, & Angelum ſuperiorem de nouo creatum, & omnia inferiora.

Quartò inſtatur cõtra eamdem.

Quartò vlteriùs inſtari poſſet ſic: Ponantur duo Angeli, alter ſuperior, & ſit B, alter inferior, & ſit A: B ſuperior ponatur tantæ virtutis, vt cognoſcat quatuor Angelos ſuperiores poſſibiles C, D, E, F; Angelus inferior, cùm non ſit tantæ virtutis, cognoſcet tantùm duos C, D: in hoc caſu Angelus inferior habebit pauciores ſpecies, quàm Angelus ſuperior: Non igitur eſt verum in vniuerſum, quòd Angelus quò ſuperior, eò habet pauciores ſpecies.

Soluuntur inſtantię allatæ contra Caiet.

Sed his non obſtantibus tenenda eſt reſponſio Caietani, & pro ſolutione inſtantiarum, quæ factæ ſunt contra illam; ſciendum eſt, quòd propoſitio illa Caietani quæ eſt Sancti Thomæ, quòd Angelus nimirum quò ſuperior eſt in perfectione, eò per ſpecies pauciores, & vniuerſaliores intelligit, intelligenda eſt primò de paucitate ſpecierum ſecundùm totam latitudinem obiectorum cognitorum, ita vt quò Angelus eſt ſuperior, tantò habeat pauciores ſpecies reſpectu omnium cognitorum ab ipſo; hoc enim modo fit ſimilior Deo, & dicitur intelligere magis vnitè quàm Angelus inferior. Secundò intelligenda eſt de Angelis cognitis exiſtentibus his poſitis.

Primò notandum.

16. Refellitur ſolutio aliquorum ad primam inſtantiam.

Ad primam inſtantiam reſpondent aliqui, Angelum, quò eſt inferior, eò cognoſcere omnia materialia non per vnam, ſed plures ſpecies, non tamen propter hoc deueniri poſſe ad multitudinem infinitam ſpecierum, quia aſſignari poteſt Angelus infimus, qui non poſſit habere plures ſpecies, exempli gratia, quàm decem: exiſtimant enim non eſſe proceſſum in infinitum in infinitate Angelorum ſecundùm deſcenſum, ſicut eſt ſecundum aſcenſum, & ratio poteſt eſſe, quia non eſt diſtantia infinita inter animam, & Angelum, ſicut eſt diſtantia infinita inter Angelum, & Deum.

Sed contrà, etiamſi non ſit proceſſus in infinitum in Angelis ſecundùm deſcenſum, adhuc dantur æquales ſpecies reſpectu obiectorum inferiorum cognitorum in Angelo ſuperiori, & inferiori. Nam in Angelo infimo per te ſint decem ſpecies; fiat igitur aſcenſus ad Angelum decuplò perfectiorem, vel iſte intelliget per decem ſpecies, vel per vnam: ſi per decem, habetur intentum; ſi verò per vnam, ergo omnes, etiam Angeli ſuperiores, intelligent per

A vnam, & ita etiam habetur intentum.

Vera ſolutio ad primã inſtantiã factam contra Caietanum.

Ad primam igitur inſtantiam reſpondetur: conceditur dari Angelos, qui cognoſcãt omnia inferiora materialia, & ſpiritualia per vnam ſpeciem, atque adeo non per pauciores ſpecies intelligit illa obiecta Angelus ſuperior B, quàm inferior A: non tamen hinc ſequitur contra Caietanum, quòd Angelus ſuperior in tota latitudine obiectorum cognitorum non habeat pauciores ſpecies, quia reſpectu Angelorum ſuperiorum cognitorum, Angelus ſuperior B, intelliget per pauciores ſpecies, quàm Angelus inferior A. Quòd verò Angelus inferior A, & Angelus ſuperior B, intelligant omnia inferiora per vnam ſpeciem, hoc prouenit ex ignobilitate obiectorum inferiorum cognitorum, quæ in repræ-
B ſentari, ſeu quoad repræſentatiua ipſorum adæquata exceduntur, tam à ſpecie, quæ eſt in Angelo A inferiori, quàm à ſpecie, quæ eſt in Angelo B ſuperiori.

Solutio ad ſecundã inſtantiam.

Ad ſecundam inſtantiam conceditur per tot ſpecies cognoſci Angelos ſuperiores de nouo creatos ab Angelo A, qui erat ſupremus, per quot illos cognoſcat vnuſquiſque de cæteris inferioribus; ſed non hinc ſequitur Angelum A, non habere pauciores ſpecies reſpectu obiectorum ſuperiorum, quàm habeant cæteri inferiores. Nam Angeli inferiores præter alias ſpecies, habent ſaltem ſpeciem repræſentantem ipſum Angelum A, qui tamen cognoſcit ſe magis vnitè per propriam ſubſtantiam. Quòd ſi replices hinc ſaltem ſequi, quòd in caſu dato Angelus A ſuperior, & Angelus B inferior, æquè diſtinctè
C cognoſcant Angelum C, quia cognoſcunt per ſpeciem æquè vniuerſalem: reſpondetur, quòd ſpecies Angeli A, qui eſt ſuperior, eſt vniuerſalior, quantum ad cognitionem Angeli C cogniti, non quia obiecta plura repræſentet, ſed quia repræſentat plures rationes, & habitudines Angeli C, & ita diſtinctiùs cognoſcet ipſum Angelum C.

Replica.

Solutio ad tertiam inſtantiam.

Ad tertiam inſtantiam reſpondetur ſpeciem inferiorem, quæ repræſentat Angelum ſuperiorem, non eſſe adæquatam ſuperiori cognito, atque adeo non eſſe ſuperioris ordinis, neque tantæ virtutis, vt per eam cognoſci poſſit & Angelus ſuperior, & omnia inferiora. Quare requiruntur duæ ſpecies, quæ repræſentent illa duo obiecta.

Solutio ad quartam inſtantiam.

Ad quartam inſtantiam reſpondetur, Inſtantiam
D concludere de Angelis ſuperioribus cognitis, vt ſunt poſſibiles, non autem de exiſtentibus, de quibus eſt ſermo. Et ratio diuerſitatis eſt, quia cùm cognoſcuntur Angeli ſuperiores, vt poſſibiles, quamuis Angelus cognoſcens quò plura cognoſcet obiecta poſſibilia, tantò plures habeat ſpecies; tamẽ plura obiecta cognoſcit Angelus ſuperior, quàm cognoſcat Angelus inferior per pauciores ſpecies: at verò quando cognoſcuntur Angeli, vt exiſtentes omnes, cognoſcuntur à quocumque Angelo cognoſcente; & ideò in multitudine cognitorum eſt eadem perfectio in quocumque Angelo. Perfectio igitur maior in Angelo ſuperiori cognoſcente eſt, quia cognoſcit eadem obiecta, & diſtinctiùs, & vnitiùs, ſcilicet, per pauciores, &
E vniuerſaliores ſpecies, vt probatum eſt.

* * *

QVÆ

Digitized by Google

QVÆSTIO DECIMA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia decimi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, Angelus non ſolùm de facto, ſed nec de poſſibili naturaliter poſſit cognoſcere liberas affectiones voluntatis alterius Angeli, vel hominis.

Materiam huius Corollarij tractant Scholaſtici in 2. Bonauent. diſtinct. 8. part. 2. art. 1. quæſt. 6. Richard ibid. artic. 2. quæſt. 8. Capr. quæſt. 1. artic. 1. Th. de Arg. diſt. 7. quæſt. 1. art. 2. Ægid. ibid. quæſt. 2. art. 2. & tract. de cognitione Angelorum, quæſt. 11. Gabr. diſtinct. 9. quæſt. 2. artic. 2. Baſſol. ibid. quæſt. 2. Maioris ibid. quæſt. 4. Greg. diſtinct. 9. quæſt. 1. Marſil. quæſt. 6. artic. 2. Scot. diſtinct. eadem quæſt. 2. ad primum. & in 4. diſtinct. 10. quæſt. 8. ad tertium. Ocham. in 2. quæſt. 20. & quodlib. 4. quæſt. 23. Durand. in 2. diſtinct. 8. quæſt. 5. Heru. ibid. quæſt. 3. Henr. quodlib. 3. quæſt. 13. Alex. 2. part. quæſt. 27. memb. 3. S. Tho. 1. part. quæſt. 57. artic. 4. & hic Caiet. Ban. Vaſq. diſput. 209. & alij Recentiores Thomiſtæ, & præterea S. Thom. 3. cont. gent. cap. 154. & hic Ferrar.

STATVS QVÆSTIONIS.

1. SENTENTIA huius Corollarij ſupponenda eſt tamquam certa, ex communiori opinione Scholaſticorum, S. Thom. Alex. Bonauenturæ, Ægidij, Richardi, Capr. Tho. Arg. Greg. Marſil. Henriq. Maior. Alcot. Caiet. Ferr. & aliorum locis citatis, exceptis paucis, quos infrà citabimus.

Cyril. Chryſoſt. Athanaſ. Damaſcen. Hieron. Ambroſ. Auguſt.

Secundò probatur ex Patribus, Cyrill. lib. 2. in Ioan. cap. 19. Chryſoſt. hom. 3. in Matth. Athanaſ. lib. 9. ad Antioch. quæſt. 17. Damaſc. 2. de fide, cap. 3. Hieron. epiſt. 40. quæ eſt de duobus filiis, Ambroſ. 1. ad Corinth. 2. ſuper illa verba, *Spiritus omnia ſcrutatur.* Auguſt. tract. 22. in Ioan. Sed quia hæc loca poſſunt fortè interpretari, quòd Angelus non cognoſcat de facto ſecreta cordium alterius Angeli, vel hominis: ideo adducam alia loca Patrum, in quibus clariùs dicitur, Angelum ea non poſſe cognoſcere de poſſibili ſecundùm ordinem naturalem,

Chryſoſt. Chryſoſt. homil. 23. in Matth. *Humanorum* (inquit) *cordium cogitatio ſolius Dei eſt, qui ea formauit*, vbi loquitur de poſſibili ſecundùm ordinem naturalem: nam reddit rationem, quia ea formauit.

Hieron. Hier. Matth. 9. in illud, *ecce quidam de Scribis: Dominus* (inquit) *videns cogitationes eorum oſtendit ſe Deum, qui poſſit cordis occulta cognoſcere.*

Auguſt. Auguſt. tract. 22. ad Ioannem idem inſinuat, dum ait cogitationes cordis humani à nullo alio certo cognoſci niſi à ſolo Deo, & ab ipſo homine.

2. Paral. 6. Tertiò probatur ex Scripturis, 2. Paralip. cap. 6. vbi dicitur de Deo, *Tu ſolus noſti corda hominum.* vbi loquitur de affectionibus liberis præſentibus, & non de futuris contra Dur. Fit enim oratio, vt exaudiantur orationes venientium ad templum, quia Deus

A nouit corda hominum; Deus autem exaudit ſecundùm cogitationes præſentes, & non ſecundùm futuras. Præterea Hierem. 17. *Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud?* & reſpondet: *Ego Dominus.* vbi patet ſermonem eſſe non ſolùm de facto, ſed de poſſibili, quia dicitur, *Cor hominis eſt inſcrutabile.*

SVPPOSITA igitur ſententia Corollarij tamquam certa, punctus difficultatis eſt in aſſignanda ratione ad eam probandam. 2. Punctus difficultatis.

Ratio dubitandi.

Et ratio dubitandi eſt, quia affectiones liberæ voluntatis, ſecundùm quodcumque ſecretum intimum, eſt ens naturale; ergo intelligibile ab Angelo, qui cognoſcit ſupremum ens naturale, ſubſtantiam, ſcilicet, ſpiritualem quidditatiuè. Hæc ratio dubitandi

B tantæ eſt efficaciæ apud veteres aliquos, & nonnullos recentiores Scholaſticos, vt nonnulli ipſorum, vt Dur. & Herueus locis citatis, exiſtimarint de facto ab Angelo huiuſmodi liberas affectiones cognoſci. Alij verò, vt Scotus, Och. Gabriel, & Baſſol. exiſtimauerint poſſe quidem naturaliter ab Angelo cognoſci, de facto autem, vt patet ex Scripturis, non cognoſci: quia cognitio, inquiunt, impeditur à voluntate Dei. Sed vtraque opinio iſtorum ſatis impugnata eſt ex Scripturis, & Patribus ſuprà allatis. Alij verò recentiores, vt Vaſquez diſput. 209. propter eamdem rationem dubitandi exiſtimarunt, quòd quamuis Angelus, nec de facto, nec de poſſibili naturaliter cognoſcat ſecreta cordis alterius Angeli, vel hominis, non poſſe tamen à nobis reddi rationem

Durandus. Herueus.

Scotus. Ocham. Gabriel. Baſſ.

Vaſquez.

C Philoſophicam, ſed tantùm hoc haberi ex Scripturis. Communiter autem à Scholaſticis variæ afferuntur rationes, & viæ ad probandum ſententiam Corollarij, quas oportet priùs breuiter examinare, antequam afferamus probationem noſtram ex principio Philoſophico.

Afferuntur varij modi probandi ſententiam Corollarij, & impugnantur.

3. Primus modus probandi.

PRIMVS igitur modus probandi ſententiam huius Corollarij eſt Argentinæ, & Henr. qui tria diſtinguunt in actu voluntatis: primum, ſubſtantiam actus, circa quod ſcilicet obiectum verſatur: ſecundum, qualitatem actus, an ſcilicet illa volitio ſit per mo-

D dum fugæ, ſeu diſplicentiæ, vel per modum proſequutionis, ſeu complacentiæ: tertium, finem, ſeu intentionem. Argentinas putat cognoſci ſubſtantiam, ſed non qualitatem: Henricus ſubſtantiam, & qualitatem, ſed non intentionem, ad quem finem, ſcilicet, dirigatur actus complacentiæ, & diſplicentiæ. Et cùm illis obiicitur ratio dubitandi ſuprà poſita, actum nimirum volitionis, etiam quoad qualitatem, & intentionem, eſſe ens naturale, ergo cognoſcibile ab Angelo: reſpondent actum volitionis eſſe inuariatum ſecundùm ſubſtantiam, & modò terminari extrinſecè ad complacentiam, modò ad diſplicentiam ſecundùm Argentinam, vel modò ad hanc intentionem ſecundùm Henricum, modò ad aliam, quæ quidem terminatio, cùm ſit ſolùm

Argentinas. Henricus.

E ens rationis, vel denominatio extrinſeca, non poteſt ab Angelo cognoſci, quod enim cognoſcitur ab Angelo, eſt ens reale, vel negatio ipſius.

Impugnatur via Argen. & Hēr. vno, & eodem argumento.

Sed arguitur contra id quod ſupponunt hi Authores, actum ſcilicet remanere ſemper inuariatum: contra inquam primò, quia contra Argentinam actus complacentiæ, & diſplicentiæ ſunt diſtincti ſpecie, ſecundùm diuerſum modum tendendi ad obiectum: actus etiam huius, vel illius intentionis ſunt diſtincti ſpecie contra Henricum, quia actus

ſpecifi

Digitized by Google

Actus ſpecificantur ab obiecto formali quod in appetibilibus eſt finis.

A ſpecificantur ab obiecto formali, quod in appetibilibus eſt finis: ergo variato modo tendendi, vel non variato, variatur realiter, & eſſentialiter actus, ergo per rationem dubitandi ſuprà allatam cognoſci poteſt ab Angelo talis actus, cùm ſit ens naturale.

Secūdò impugnatur.

Præterea etiam ſi non differrent ſpecie; adhuc arguitur ſecundò, quia iſta ſubſtantia actus ex ſe indifferens ad hanc, vel illam qualitatem, vel ad hanc, vel illam intentionem: cùm determinatur ad hanc qualitatem, vel ad hanc intentionem reducitur de potentia ad actum; ergo per aliquam mutationem realem, ſiue in ſe, ſiue in obiecto, non in obiecto, vt ſupponitur: ergo in ſe. Quòd ſi dicas produci relationem realem; contrà, quia hæc ſupponit mutationem, vel in termino, vel in fundamento, & præterea hæc relatio eſt ens naturale. ergo eſt cognoſcibilis ab Angelo.

Tertiò impugnatur.

Tertiò arguunt alij: Non poteſt idem actus formaliter eſſe indifferens ad duo oppoſita, ſiue ſint ſecundùm qualitatem, ſiue ſecundùm intentionem. Quòd ſi obiicias: Vna ſpecies eſt indifferens ad repræſentandum oppoſita; ergo & vnus actus poteſt eſſe indifferens ad duo oppoſita: reſpondent, vel ſpecies concurrit effectiuè ad actum, & tunc eſt diſpar ratio, quia poſſunt duo effectus produci ab eodem principio immutato: volitio autem eſt ratio formalis, per quam voluntas efficitur volens, & taliter volens. Qui verò putant ſpeciem concurrere tantùm determinatè, reſpondent eſſe etiam diſparem rationem: quia ſpecies concurrit ad apprehenſionem; in apprehenſione autem oppoſita non exercent actum oppoſitionis, ſecus autem in actu iudicij, vel volitionis, ſeu inclinationis ad obiectum, de qua eſt ſermo. Sed hæc tertia impugnatio non vrget ſicut aliæ duæ; quia poſſet dici quòd illa ſubſtantia actus, ſe habeat vt entitas materialis, quæ poteſt ſucceſſiuè recipere oppoſita, ſicut patet in aliis entitatibus materialibus.

5\. Secūdus modus probandi Ariminēſis.

Secundus modus probandi eſt Gregorij Ariminenſis qui exiſtimat requiri, tamquam conditionem neceſſariam quòd, ad hoc, vt actus voluntatis cognoſcatur, ſit inhæſiuè in eo ſubiecto, à quo debet intelligi.

Sed contrà, quia hæc probatio petit principium: hoc eſt enim quod quærendo controuertitur.

6\. Tertius modus Richardi: & impugnatur.

D Tertius modus probandi eſt Richardi: Ea (inquit) quæ voluntariè ſunt in Angelo, aut in anima noſtra, voluntarie etiam, ſeu imperio eius, in quo ſunt, producunt ſpecies. Quòd ſi cognoſcens eſt indiſtans à voluntate eius, cuius ſunt affectiones, tunc poterunt (inquit) cognoſci, quia non cognoſcuntur per ſpecies, ſed per ſeipſos.

Sed contrà, quia hæc etiam probatio quantum ad primam partem, petit principium, hoc enim quærimus, cur in aliis ſpeciebus, quæ repræſentant actus exteriores alterius Angeli, non requiratur voluntas eius, cuius ſunt actiones, & requiratur ad productionem ſpeciei, per quam repræſentatur actus internus volūtatis. Præterea hæc opinio Richardi errat in eo, quòd ſupponit ſpecies deſumi à rebus, quod ſuprà impugnatū eſt: demū falſum aſſumit, quia poſtquàm actus ſunt producti, non ſunt ampliùs liberi, licèt denominentur extrinſecè liberi à libertate, quæ eſt in cauſa: Sicut ergo neceſſariò producunt habitus, ita etiam neceſſariò cauſare poſſunt ſpecies; quòd ſi non poſſunt cauſare, aſſignanda fuiſſet ratio diſparitatis à Richardo.

Quantum verò ad ſecundā partem, quòd ſcilicet huiuſmodi actus liberi poſſunt cognoſci ab Angelo indiſtanti, arguitur contrà: quia videtur contra Scripturas, & Patres, affirmantes non ſolùm de facto, ſed etiam de poſſibili huiuſmodi cordis affectiones naturaliter non poſſe cognoſci, vt ſuprà vidimus. Si autem ſola indiſtantia eſſet ſufficiens, poſſent huiuſmodi affectiones naturaliter cognoſci, quia poſſet præſertim Angelus ſuperior ſe vnire, quandocumque voluerit ſecundùm præſentiam localem cum alio Angelo, cuius ſunt affectiones.

7\. Quartus modus aliorum.

Quartò alij probant, quia actus voluntatis (inquiunt) eſt ſub dominio voluntatis, & ideo poteſt ab ipſa adhibitum occultari, & manifeſtari.

Impugnatur. *Actus volūtatis quomodo ſint ſub eius dominio.*

B Sed contrà, quia ſi hi Doctores intelligunt affectiones liberas eſſe ſub dominio voluntatis, quia poſſunt liberè elici, verum dicunt: ſi verò intelligunt huiuſmodi affectiones eſſe ſub dominio voluntatis, quatenus in poteſtate voluntatis eſt illas occultare, vel manifeſtare, petunt principium.

8\. Quintus modus.

Quintus modus eſt aliorum, quamuis Angelus (inquiunt) habeat ſpecies inditas vniuerſalium, non tamen poſſunt repræſentare res ſingulares exiſtentes, niſi à Deo modificentur; quia alioquin, ſi ſpecies inuariata poſſet repræſentare rem exiſtentem, ſemper repræſentaret; vel ergo repræſentaret rem futuram, quod eſt abſurdum, vt infrà oſtendetur: vel repræſentaret rem præſentem, vt præſentem, & ſic repræſentaret falſum. Dicunt igitur, quòd ideo ſpecies indita Angelo de libera volitione alterius, illam intuitiuè non repræſentat, quia non modificatur à Deo; & conſequenter non intuitiuè, ſed tantùm abſtractiuè illam repræſentat.

Impugnatur quintus modus.

C Sed quamuis hic modus videatur omnibus ſuprà allatis probabilior, adhuc tamen contra illum arguitur; Primò, quia probauimus ſuprà, non eſſe neceſſariam hanc modificationem, ſed tantùm mutationem in obiecto, quod priùs non exiſtebat, & nunc exiſtit: nam ſic aſſimilatur ſpeciei. Secundò, etiamſi admittatur iſta modificatio, adhuc iſta ratio petit principium. nam vel iſta modificatio eſſet connaturalis ſpeciei, vel non: ſi non, hoc, quærendo controuertitur, quare cùm affectio voluntatis ſit ens naturale, non poſſit habere ſpeciem repræſentatiuam ſui; ſi verò eſt connaturalis, petit etiam aliquo modo principium; hoc enim eſt, quod quæritur quęnam ſit ratio, quòd cùm affectio voluntatis ſit intra latitudinem obiecti Angelici, & ſpecies Angeli ſibi indita connaturaliter petat talem modificationem, ordinariè tamen, & ſecundùm curſum naturalem de facto denegetur à Deo, vt vidimus ex Patribus, & Scripturis allatis, imò ex eo, qui ordinariè denegatur, poſſet argui, quòd non ſit connaturalis; ſicut ſi videremus concurſum Dei ordinariè denegari alicui cauſæ, diceremus cauſam illam non habere principium connaturale ad productionem effectus.

Verior modus probandi ex principio Philoſophico.

9\.

E His igitur modis probandi ſeu rationibus confutatis, mihi videntur duæ rationes poſſe afferri, quæ ſimul ambæ probant ſufficienter ſententiam huius Corollarij, quas attulimus, cùm hanc materiam multis ab hinc annis Neapoli doceremus: prima autem, quæ eſt ſeptima in ordine, eſt moralis, deſumpta ex fine ſeu conuictu politico: ſecunda verò eſt phyſica, deſumpta ex exceſſu obiecti ſupra potentiam: & quamuis prima ex ſe ſola non ſit ſufficiens ſimul, tamen cum hac ſecunda maximam habet vim.

Prima via, ſeu ratio noſtra, quæ eſt ſeptima in ordine.

Prima igitur ratio hæc eſt; Natura intellectualis, ſiue Angelica, ſiue humana, habet modum eſſendi politicum, ergo connaturaliter exigit habere ſuas affectiones

Digitized by Google

affectiones liberas occultas, non manifeſtabiles, niſi ad libitum illius, cuius ſunt affectiones. Antecedens patet experientia, conſequentia etiam quamuis vnuſquiſque eam in ſe ipſo experiatur, probari etiam poteſt ex principio Philoſophico, in quo ſatis probauimus modum cognoſcēdi tamquam proprietatem connaturalem, debere eſſe proportionatum modo eſſendi. Sed modus eſſendi politicus naturæ intellectualis requirit, vt affectiones liberæ alterius Angeli, vel animæ ſint occultæ, & non manifeſtentur, niſi ad libitum illius, cuius ſunt affectiones, vt dictum eſt: ergo non poteſt intellectus Angeli, vel hominis habere modum cognoſcendi affectiones liberas alterius Angeli, vel animæ, niſi ad libitum illius cuius ſunt affectiones.

Hæc ratio bona eſt, ſed non ſoluit rationem dubitandi ſuprà allatam, quare, ſcilicet, cùm actus liber, etiam ſuppoſito hoc fine politico, ſit adhuc ens naturale, non poſſit ab Angelo cognoſci, qui poteſt cognoſcere ſupremum in ordine naturali, ſubſtantiam ſcilicet ſpiritualem; ideò quærenda adhuc eſt aliqua ratio phyſica, quæ erit octaua in ordine.

10. Secunda ratio noſtra quę eſt octaua in ordine. Mihi verò impugnatis iam ſuprà aliis præ cæteris placet ratio Caietani prima par. loco citato, quòd quia res liberæ ſunt altioris ordinis, quàm res naturales, non poſſunt per ſpecies rerum naturalium repræſentari, res naturales vocat, quæ habent cauſam determinatam ad vnum. Sed hæc ratio Caietani communiter à recentioribus exploditur, & multipliciter inſtatur contra illam: præſertim à Vaſquez diſp. 109. cap. 8.

Inſtātiæ cōtra hāc rationē Caiet.

11. *Prima inſtātia.* Primò inſtatur; res liberæ, poſtquam ſunt productæ, ſunt determinatæ ſicut aliæ res naturales; ergo, &c.

Secunda inſtantia. Secundò Caietanus non probat, cur Angeli habere poſſint ſpecies rerum naturalium, & non ſpecies rerum liberarum.

Tertia inſtantia. Tertiò inſtant, per ſpeciem repræſentantur plura diuerſi generis, ſubſtantia, accidens, &c. cur ergo repugnabit per eamdem ſpeciem repræſentari ſubſtātiam Angeli, & affectiones liberas ipſius? Quòd ſi dicas, ſpeciem, quæcumque illa ſit, ſemper eſſe ordinis naturalis, quia neceſſariò repræſentaret; ergo non poſſunt repræſentari per ſpecies res liberæ, quæ ſunt altioris ordinis: Contrà, & eſt quarta inſtantia, quia

Quarta inſtantia. ſequeretur abſurdum implicare ſcilicet de potentia abſoluta huiuſmodi ſpeciem repræſentantem, quia ſemper repræſentaret neceſſariò: ſi ergo dari poteſt talis ſpecies per potentiam Dei, cur ergo non eſt Angelo indita? Et hæc ſunt argumenta recentiorum, quæ omnia ſolui poſſent, vt infrà videbimus, ſi dicatur; modum repræſentandi ſpeciei non eſſe proportionatum modo eſſendi obiecti liberi, quia repræſentatio per ſpeciem eſt à cauſa neceſſaria & determinata ad vnum; obiectum autem, quod eſt actus, liber eſt à cauſa indeterminata, atque adeo eſt extra ordinem rerum naturalium in altiori quodam ordine. Quare mihi videtur adhuc vlterius inſtari poſſe,

Quinta inſtantia. atque hæc, ſit quinta inſtantia: Angelus cognoſcit affectionem ſuam liberam, vel per ſe ipſam, tamquam per ſpeciem, vel per ſpeciem productam ab ipſa vel per ſubſtantiam propriam, tamquam per ſpeciem: & tamen quodcumque ſit repræſentatiuum, neceſſariò repræſentat affectionem liberam propriam; ergo poteſt etiam dari ſpecies in alio Angelo, quæ hanc affectionem liberam neceſſariò repræſentet.

Sexta inſtantia. Sextò Angelus cognoſcit affectionem ſuam præteritam; ergo remanet ſpecies illius repræſentans illam.

Septima. Septimò inſtatur, quia eſſentia diuina, vt ſpecies, repræſentat res liberas Beatis: ergo poterit etiam dari ſpecies creata, quæ repræſentet res liberas.

Eſſentia diuina repræſentat res liberas Beatis. Quòd ſi dicas eſſentiam diuinam repræſentare Beatis res liberas liberè, ſpecies verò creatæ repræſentāt neceſſariò ſi fiat aduertentia ad illas: ſed contrà primò quæritur, cur non poſſit dari talis ſpecies creata, quæ etiam repræſentet liberè? ſecundò, eſſentia diuina tamquam ſpecies repræſentat Deo res liberas neceſſariò.

Octaua. Octauò falſo ſupponitur res liberas eſſe altioris ordinis, quàm ſint res naturales, id eſt, quæ ſunt à cauſa determinata ad vnum. Nam tunc ſequeretur ſupremum ordinis naturalis, numquam attingere infimum ordinis liberorum: & tamen amor, quo Deus

Deus amat ſe neceſſariò. amat ſeipſum, eſt in ordine naturali, id eſt, eorum quæ ſunt determinata ad vnum, quia amat ſe neceſſariò, & tamen eſt altioris ordinis, quàm ſit amor liber, ſecundum terminationem extrinſecam, quo amat creaturas.

12. *Defenditur ratio Caiet.* Sed his non obſtantibus exiſtimo rationem Caietani bonam eſſe, & fundari in principio noſtro Philoſophico; indiget tamen explicatione: ſic igitur formanda eſt. Res liberæ ſunt altioris ordinis, quàm ſint ſpecies, quia ſpecies ſunt ordinis naturalis, cùm repræſentent neceſſariò eo modo, quo cauſa neceſſaria eſt naturalis, quia eſt determinata ad vnum; res verò liberæ ſunt à cauſa indeterminata, quæ habet dominium ſupra ſeipſam, & ideo ſunt in diuerſo, & altiori ordine, quàm ſint ſpecies: nō ergo poſſunt repræſentari per ſpeciē. Hæc ratio innititur principio noſtro Philoſophico, in quo diximus, quod quotieſcumque modus eſſendi obiecti excedit in altiori ordine modū eſſendi principij formalis, ſeu effectiui, nō poteſt obiectū illud intuitiuè attingi ab illo principio formali, quia modus cognoſcendi, vt ſæpè dictum eſt, ſequitur adæquatè modū eſſendi principij formalis, tamquā proprietas connaturalis ipſius: erit ergo improportionatus in ratione cognoſcendi ipſi obiecto quod ſupponitur excedere in altiori ordine modum eſſendi principij formalis, ſed in ordine intelligibilium, ſpecies eſt forma eſſentialis ipſius intellectus, vt ibidem viſum eſt; ergo non poſſunt per

Vide in reſpōſione ad octauam inſtantiam. illam quæ eſt ordinis naturalis, & inferioris repræſentari res liberæ, quæ habent modum eſſendi in altiori ordine, quatenus ſunt à cauſa indeterminata, & habente dominium ſupra ſeipſam, vt infrà dicetur. & cōfirmatur. nam eſſentia diuina, quia eſt in ſupremo ordine, eminenter continens eſſe neceſſarium, & eſſe liberum, ideo tamquam ſpecies repræſentat res neceſſarias & liberas, repræſentat liberè aliis Beatis, vt ſupponimus; & quamuis ſibi repræſentet neceſſariò, hoc eſt, propter perfectionem ſui intellectus, in quo repugnat ignorantia alicuius ſcibilis. Si igitur ſpecies creata non repræſentat liberè, eſt ob ſui imperfectionem, quia eſt in inferiori ordine, quàm ſit res

Replica. libera. Quòd ſi quis dicat, repræſentationem ſpeciēi adhuc eſſe liberam, quia habens ſpecies vtitur illa,

Solutio. quando vult, ſicut & habitu: Reſpondetur alio modo actum voluntatis eſſe liberum, quia talis actus eſt liber, quatenus eſt immediatè elicitus à voluntate indeterminata, & habente dominium ſuprà ſeipſam: at verò repræſentatio ſpeciei eſt libera, nōn quia non eſt à ſpecie determinata ad vnum, ſed quia ſpecies ad hoc, vt actu repræſentet, indiget concurſu alterius cauſæ, ſcilicet intellectus, cuius actus impetratur à voluntate.

13. *Solutio ad primam inſtantiā contra Caiet.* Ad inſtantias autem factas reſpondetur, & ad primam dico, quod quamuis res liberæ in ſenſu cōpoſito, ſint entia neceſſariò determinata, in ſenſu

tamen diuiſo ſunt contingentia ſimpliciter, quia vt ſunt à cauſa indeterminata pro eodem inſtanti contingit illa eſſe, & non eſſe,& ideo collocantur in ordine altiori liberorum.

Solutio ad ſecundam.

Ad ſecundam patet ex principio Philoſophico, cui diximus inniti rationem illam Caietani.

Solutio ad tertiam.

Ad tertiam patet ex dictis, quia res liberæ ſunt diuerſi, & altioris ordinis,quàm ſint ſpecies: at verò ſubſtantia, & alia accidentia ſunt eiuſdem ordinis naturalis cum ſpeciebus, & ideo per illas repræſentari poſſunt.

Solutio ad quartam.

Ad quartam aliqui tenent, non poſſe dari à Deo ſpecies creatas ſupernaturaliter, quæ intuitiuè repræſentent res liberas; negant tamen hinc ſequi, Deum nõ poſſe reuelare ſecreta cordis,quia hoc poteſt facere per loquutionem: vel meliùs,poteſt dici, quòd poteſt dari ſpecies ſupernaturalis, quæ quia eſt in altiori ordine quàm ſint res liberæ (quæ quamuis ſint liberæ, ſunt tamen in ordine naturali, vt naturale opponitur non libero, ſed ſupernaturali, quod viribus naturæ attingi non poteſt)ideo fortaſſe poterit res liberas repræſentare.

Solutio ad quintam.

Ad quintam; Angelus cognoſcit affectionem ſuã liberam per ſubſtantiam ſuam. nam ſubſtantia Angeli tamquam ſpecies repræſentat, & ipſum Angelum, & omnia accidentia, quæ in eo ſunt,vt ſupponitur, ex communi Theologorum ſententia. Cùm autem inſtatur;quòd ſubſtantia eſt ordinis naturalis; reſpondetur, ſubſtantiam eminenter continere eſſe liberum, & eſſe naturale, quia eſt radix, & cauſa vtriuſque eſſe, liberi ſcilicet & naturalis; atque ideo, vt ſpecies poteſt vtrumque repræſentare. Quòd ſi quæras qua ratione ſubſtantia Angeli inuariata poteſt repræſentare affectionem liberam, quæ modò eſt,& antè non fuit,reſpondendum eſt eodem modo, quo ſuprà diximus,de ſpeciebus inditis Angelo,quę repræſentant res præſentes, quando ſunt præſentes propter aſſimilationem:vel dicendum,quòd cognoſcit affectionem liberam per ſeipſam, quia cùm ſit intimè vnita cum Angelo,non indiget ſpecie,ſed poteſt ſe ipſam repræſentare.

Subſtantia Angeli quo modo poſsit repræſentare res liberas.

Solutio ad ſextam.

Ad ſextam reſpondetur,eamdem ſubſtantiam Angeli repræſentare affectionem liberã; quæ fuit,præſertim, ſi cognitio Angeli immediatè cadit ſuper affectionem liberam propriam. Quod ſi cognitio Angeli immediatè cadit ſupra cognitionem reflexam, quatenus cognoſcit ſe habuiſſe illam affectionem; tunc poteſt dici, relinqui ſpeciem illius, quia illa ſpecies non repræſentat immediatè, & directè affectionem liberam,ſed cognitionem Angeli,qua quodammodo reminiſcitur ſe habuiſſe illam affectioné, ſicut accidit in nobis.

Solutio ad ſeptimam; Inſtantiam. *Eſſentia diuina eminẽter continet eſſe liberum.*

Ad ſeptimam reſpondetur, eſſentiam diuinam, eminenter continere eſſe liberum, & ideo poſſe repræſentare res liberas, & neceſſariò modo quodam eminenti:& quamuis res liberas eſſentia diuina ipſi Deo repræſentet neceſſariò propter perfectionem ſui intellectus, aliis tamen repræſentat liberè inuariato lumine.

Solutio ad octauam.

Ad octauam reſpondetur, quòd comparatio fieri debet inter actum liberum, & actum neceſſarium, quatenus vterque actus eſt circa obiectum contingens, quod eſt obiectum creatum, & tunc in altiori ordine eſt actus liber, ſicut patet in homine,& in bruto, quorum alter liberè fertur circa eumdem actum propter perfectionem, & dominium voluntatis ſupra ſeipſum, alterum neceſſariò ob propriam imperfectionem. Quòd verò Deus,& Beatus neceſſariò ament diuinam eſſentiam,hoc prouenit ex perfectione obiecti increati, quod proponitur ſub ratione vltimi finis, habentis omnem rationem boni, atque adeò eſt perfectio potentiæ neceſſitari à tali obiecto.

Dubium, quæ ſit ratio S.Thomæ.

14. **S.Thom.**

SANCTVS Doctor obſcurè loquitur in hac materia,dum aſſerens huius rationem prima par.quęſtio.57.art.2.ait,quòd voluntas naturalis, creata ſoli Deo ſubiacet, & ipſe ſolùm in ea operari poteſt:ergo ea,quæ ex voluntate creata pendent Deo ſoli, cui ſubiicitur ipſa voluntas, nota eſſe poſſunt; eamdem rationem reperit de veritate q.9.art. 12. & in quæſt. de dæmonibus art.8.

15. **Primus modus explicãdi rationẽ S. Thomæ.**

Vide in Corollario ſequenti pun. 2.

Quæ quidem ratio variis modis intelligitur,& explicatur,tam ab ipſis Thomiſtis,quàm ab ipſis aduerſariis, vt à Scoto,& Durando:ſed nullus videtur aptior, quàm ille modus Caietani in ſuperiori puncto à nobis explicatus, iuxta principium noſtrum Philoſophicum, vt patet ſi diſcurramus per ſingulos modos. Primus modus eſt Scoti, qui in 2. ſent. loco citato interpretatur S. Thomam, ac ſi diceret ea, quæ pendent liberè à voluntate, occultari ſola voluntate eius,à quo dependent. Contra quam rationem ſic explicatam benè arguit ipſemet Scotus dupliciter. Primò non poteſt,(inquit)quod ex ſe eſt intelligibile,voluntate eius habentis illud, abſque alio impedimento occultari, alioquin occultare etiam poſſit eſſentiam ſuam. Secundò, quia non eſt modus, quò Angelus occultet volitionem ſuam. nam ſi occultat, alia volitione occultat, & hæc volitio occultans eſt etiam alia volitione occultata, & ſic in infinitum.

Secundus modus.

Secundus modus eſt Durandi loco citato,qui interpretatur S. Thomam hoc pacto, quia voluntas creata ſoli Deo ſubiacet, quoad cauſari, ideo ſoli Deo ſubiacet,quoad cognoſci:contra quem modum idemmet Durandus bene arguit; quia tunc ſequeretur materiam primam, & ſubſtantias ſpirituales ſoli Deo eſſe cognitas, quia à ſolo Deo cauſantur.

16. **Tertius modus.**

Tertius modus eſt eiuſdem, qui interpretatur S. Thomam quoad moueri, quaſi diceret, quòd quia voluntas à ſolo Deo mouetur ad eliciendum actum liberum,ideò ſoli Deo, & ipſi homini, ſeu Angelo elicienti eſt notus actus liber: quam interpretationem admittit Ferrarienſis loco citato. Sed contra hũc modum arguit adhuc bene ipſemet Durandus quia ſequeretur, quòd motus cæli ſoli intelligentiæ eſſet cognitus, à qua eſt ipſe motus. Nec valet, ſi dicatur cum Ferrarienſe quòd motus cæli eſt à forma, & ab intelligentia: non valet(inquam)tum quia falſum aſſumit, cælum moueri à propria forma, quia forma ſe habet tãtùm paſſiuè,vt ſupponimus ex Ariſtotele:tum quia ſicut actus liber noſter eſt à Deo,& ab homine,& tamen quia eſt à Deo, cognoſcitur ab ipſo;ſic etiam,quia motus cæli eſt etiam partialiter ab intelligentia,cognoſci debet ab intelligentia. Se- 17.
cundò affertur inſtantia:nam ſi lapis moueretur ſurſum ab Angelo ſolo, ſequeretur motum illum ſoli Angelo eſſe cognitum,quod quidẽ eſt falſum.Quod ſi dicatur cum Ferrarienſe, motum lapidis ſurſum naturaliter poſſe dependere à cauſa naturali:contrà, quia hoc nihil obſtat: nam de facto, vt violentus eſt, dependet à ſolo Angelo: ergo de facto à ſolo Angelo deberet cognoſci hic motus in indiuiduo. Tertiò vrgetur de motu progreſſiuo animalis, qui eſt cognitus, non ſolùm animali, à quo procedit, ſed etiam ab aliis. Quòd ſi dicatur eſſe diuerſam rationé in motu progreſſiuo,& in actu libero,quia motus progreſ

Digitized by Google

progreſſiuus eſt exterior immediatè depẽdens à potentia exequutiua: actus verò liber eſt interior immediatè dependens à voluntate: contrà eſt, quia hoc eſt, quod quæritur, quare actus, qui dependent à potentia exequutiua, & à Deo ſolo, non ſolùm à Deo, ſed etiam ab Angelo cognoſcantur, & actus liberi, qui dependent à voluntate, & à ſolo Deo, non poſſint ab alio Angelo cognoſci, ſed à ſolo Deo, & ab eo, à quo tales actus eliciuntur.

18. Quartus, & verus modus Caiet.

Reſtat igitur vltimus, & verus modus Caietani, qui S. Thomam ſic explicat, quaſi dicat, ideò, quæ dependent à libera volũtate Angeli ab eodemmet Angelo, & à ſolo Deo cognoſcuntur, quia cùm ſint altioris ordinis, quàm ſint ſpecies naturales, ſeu modus repræſentandi, non poſſunt repræſentari per ipſas ſpecies naturales: & hæc eſt ratio, quam nos ſuprà attulimus ex noſtro principio Philoſophico; quòd verò ſint altioris ordinis, ſuprà ibidem probatum eſt, quia ſunt à cauſa indeterminata, & habente dominium ſuprà ſe ipſam: at verò repræſentatio per ſpeciem eſt neceſſaria, & à cauſa determinata ad vnum. Quòd verò ab Angelo cognoſcantur actus proprij liberi, & à ſolo Deo, ratio eſt, quia iſti actus ab Angelo eliciente cognoſcuntur, per eſſentiam ſuam, tamquam per ſpeciem; à Deo autem etiam per eſſentiam ſuam: eſſentia autem Angeli, & eſſentia Dei eminenter continet eſſe liberum, quia ſunt cauſa ipſius eſſe liberi, & ideò ſunt in altiori ordine, & hoc eſt, quod Diuus Thomas voluit, cùm dixit à Deo ſolo cognoſci actus liberos, *Quia Deus ſolus* (inquit) *operatur in voluntatem:* dixit autem ſolum, non quia non concurrat etiam Angelus, ſeu homo, cuius proprij ſunt illi actus, ſed ad excludendam omnem aliam cauſam naturalem.

19. *Cur ab Angelo ſolo, & à Deo cognoſcãtur, actus liberi.*

Inferuntur quatuor ex ſuperiori doctrina.

20. Primũ illatum de actibus neceſſariis. *Actus neceſſarius eſt triplicitèr.*

PRIMÒ igitur infertur Angelum, cognoſcere actus neceſſarios alterius Angeli, vel animæ Pro cuius explicatione ſciẽdum eſt tripliciter eſſe actum neceſſarium: Primo modo, quoad exercitium, & quoad ſpecificationem, ſicut multi exiſtimant Angelum neceſſariò naturaliter diligere ſeipſum. Secundo modo præcipuè quoad exercitium, vt eſt motus primò primus, factus ab anima ex indeliberatione. Tertio quoad ſpecificationem; & non quoad exercitium, ſicut diximus animam neceſſariò velle bonum in communi. His poſitis dico primò certum eſſe Angelum cognoſcere actus neceſſarios primo modo: patet ex dictis: nam ceſſat ratio, qua ſuprà probauimus non poſſe cognoſci affectiones liberas, quia ſunt altioris ordinis: hoc primum dictum eſt contra Argentinam & Henricum ſuprà citatos, aſſerentes nullum actum poſſe cognoſci, quoad qualitatem, vel quoad intenſionem, ſed ſolùm quoad ſubſtantiam. Secundò dico actus neceſſarios ſecundo modo cognoſci ab Angelo, quia ceſſat ratio: non enim ſunt à voluntate, vt à cauſa indeterminata, ſed vt à voluntate, quatenus eſt natura determinata ad vnum. Aliqui tamen recentiores exiſtimant oppoſitum, & ratio ipſorum eſt, quia ſi talis actus poſſet cognoſci, ſequeretur, quòd nulla facta variatione in actu, poſtea non cognoſceretur, cùm liberè conſeruatur à voluntate. Per liberam enim conſeruationem nihil additur actui, ſed ſoluitur argumentum, quia per ſolam iſtam terminationem extrinſecam fit actus altioris ordinis, quia modò actus conſeruatur à cauſa indeterminata: antea verò fiebat ab eadem cauſa, vt determinata ad vnum. Adde

Angelus cognoſcit actus qui ſunt neceſſarij quoad exercitiũ, & quoad ſpecificationem.

Obiectio.

Solutio.

quòd ſemper præcedit mutatio ex parte intellectus, dici etiam poſſet reſultare nouum modum in actu ex conſeruatione libera. Dico tertiò, actus neceſſarios, tertio modo non poſſe cognoſci ab Angelo: patet ex dictis, quia ille actus eſt in altiori ordine: dependet enim ſimpliciter à voluntate, vt à cauſa indeterminata.

Secundò infertur ex dictis, Angelum non cognoſcere cogitationem intellectus alterius Angeli, vel animæ, quæ eſt imperata à libera voluntate illius. Concluſio hæc non eſt ita certa, ſicut eſt certa illa de affectionibus liberis, neque eſt ita communis, neque oppoſitum eſt contra Scripturas, & Patres, intelligi enim poſſunt de ſecreto cordis quod eſt affectio libera, vt ſuprà probatum eſt. Eſt tamen hæc concluſio valdè probabilis, & eſt expreſſè Sancti Thomæ loco citato, & probari poteſt ex dictis. Nam pertinet ad eſſe politicum, tales cogitationes eſſe occultas: nam vel cogitatio intellectus eſt iudicium practicum, & tunc eſt radix liberæ affectionis voluntatis, quia voluntas ſequitur iudicium practicum de re meliori, ſaltem apparenti. Quòd ſi dicamus adhuc ſtante hoc iudicio practico voluntatem poſſe ſuſpendere actum, non ſolùm negatiuè ex parte obiecti tantùm, quia in tali caſu adhuc requireretur aliud iudicium, ſed negatiuè ex parte actus, & ex parte obiecti, tunc concluſio non eſſet ita certa: tamen quia, vt plurimùm, voluntas ſequitur iudicium practicum, dicendum eſt, ad politiam pertinere, vt tale iudicium ſit occultum, & reducitur ad ordinem eſſe liberi, quatenus eſt radix libertatis.

21. Secundum illatum. *Angelus non cognoſcit cogitationẽ intellectus alterius Angeli.*

Aliquando verò cogitatio intellectus eſt actus credendi, & diſcredendi, & tunc etiam pertinet ad politiam, vt experientia ipſa docet, vt talis actus non cognoſcatur. Quòd ſi quis inſtet, Angelum cognoſcere actus externos potentiæ exequutiuæ, imperatos à voluntate; ergo, & actus intellectus, qui eſt altera potentia à voluntate: reſpondetur, eſſe diſparem rationem. nam actus externus, neque eſt radix actus liberi, neque poteſt cognoſci ex illo actus liber, quoad intentionem; ſecus autem eſt cùm cognoſcitur cogitatio intellectus. 22.

22. Inſtantia de actibus externis.

De actibus verò ſpeculatiuis intellectus, qui quoad exercitium ſaltem dependent, vt imperari à libera voluntate, eſt minus certum, an cognoſcantur ab alio Angelo: probabile tamen eſt non cognoſci, quia potentia intellectiua, & volitiua habent maximam, & mutuam connexionem, & dependentiam, & ideo videtur pertinere ad altiorem ordinem, & ſpectare ad eſſe politicum, vt omnis cogitatio intellectus imperata à libera voluntate ſit occulta, non tamen hoc poteſt demonſtrari.

Tertiò infertur, nõ eſſe valdè improbabilem opinionem Henrici loco citato, qui contra communem aſſerit habitus voluntatis non cognoſci ab alio Angelo, quæ opinio limitanda eſt, vt intelligatur de habitibus, qui fiunt ab actibus liberis: & ratio patet ex dictis. Nam deueniretur in cognitionem actuum liberorum, non ſolùm quoad ſubſtantiam, ſed etiam quoad qualitatem, & intenſionem; ſunt enim inclinatiui ad iterum eoſdem actus liberè eliciendos ſub eadem intentione. Ergo ſi Angelus videt in hoc inſtanti produci huiuſmodi habitum in voluntate, ſtatim cognoſcit talem actum liberum eſſe in voluntate: quod non eſt ſimile, vt dictum eſt, cùm cognoſcuntur actus externi, quia actus externus liberè procedit mediatè à voluntate, & ideo voluntas ſeipſam aliquo modo liberè ſe manifeſtat. At verò habitus fit neceſſariò, & ideo magis ad eſſe politicum pertinet, vt ſit occultus;

23. Tertium illatum. *Angelus non cognoſcit habitum liberarum volitionum.*

Digitized by Google

cultus; & præterea per actus externos non cognoſcitur intentio.

QVÆSTIO VNDECIMA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia vndecimi Corollarij ſit vera, quod, ſcilicet, Angeli loquantur ad inuicem per ſigna quædam ſpiritualia.

Materiam huius quæſtionis tractant Theologi in 2. Aegid. diſtinct. 10. quæſt. 3. & in tractatu de cognitione Angeli, quæſtio. 13. Richardus diſt. 9. articul. 2. quæſt. 7. Capreolus ibidem diſtinct. vndecima, quæſt. 2. Argentina diſtinct. eadem quæſtio. 1. articul. 2. Gregorius diſtinct. 9. quæſt. 2. Marſilius ibidem quæſt. 7. artic. 2. S. Thomas ibidem diſtinct. 10. & in 1. par. quæſt. 102. artic. 1. & quæſtio. 9. de verit. Thomiſta, alij ſuper 1. par. quæſt. 102. artic. 1. vt Caietanus, alij ſuper primam par. quæſt. 57. artic. 4. vt Vaſquez diſp. 201. & communiter alij.

1. *Angeli proprios conceptus ſibi manifeſtant.* SVPPONITVR tamquam certum, Angelos ſibi inuicem manifeſtare proprios conceptus, ſeu ſecreta cordis: eſt communis ſententia Scholaſticorum quos ſuprà citauimus, & Patrum ſupra illa verba primæ ad Corinth. 13. *Si linguis hominum loquar.* Chryſoſtomi, Theodoreti, Ambroſij, Theophylacti, Anſelmi, & Oecumenij: & colligitur ex Auguſtino libr. de diuinat. dæmon. cap. 3. & Dionyſio 3. cap. de Cæleſt. Hierarch. vbi ait, *Angelos inferiores illuminari à ſuperioribus*, quod non poteſt fieri ſine aliqua manifeſtatione propriorum conceptuum. Eſt Damaſceni libr. 2. de fide cap. 3. Patet etiam ex Scripturis, in quibus paſſim habetur, Angelos ad inuicem loqui, & cum hominibus, ſaltem in corporibus aſſumptis. Ex quo *Societatem ſequitur loquutio.* clarè colligitur, habere ſocietatem ad inuicem: ergo etiam ſine corporibus aſſumptis habent hanc ſocietatem, & conſequenter loquutionem, quia ſocietas conſequitur tamquam proprietas rationalitatem, & ſocietatem conſequitur loquutio, ſeu manifeſtatio ad libitũ propriorum conceptuum, vt patet experientia. At Angeli ſine corporibus aſſumptis ſunt perfectè rationales; ergo ſociabiles: ergo manifeſtare debent ad libitum proprios cõceptus. Et præterea ſi hoc habent animæ ſeparatæ, vt habetur in Euangelio de diuite, & Lazaro, multò magis hoc dici debet de Angelis, qui ſunt perfectiores.

Pũctus qu. Punctus igitur difficultatis eſt, quinam ſit modus manifeſtandi proprios conceptus, ſeu ſecreta cordis. Et quidem circa hoc magna eſt diſſenſio inter Scholaſticos: & quamuis à nobis facilè colligi poſſit modus ex ſuperiori doctrina; quia tamen quæſtio eſt grauis, oportet priùs breuiter aliorum opiniones, ſeu modos examinare.

2. *Prima opinio Caiet.* PRIMA ſententia eſt Caietani, qui quoniam, vt vidimus in ſuperiori Corollario, rectè exiſtimat prima par. quæſt. 57. ar. 4. & ſecundum veritatem & ſecundum S. Thomam, *S. Thom.* actus liberos, quia ſunt altioris ordinis quàm ſint ſpecies, non poſſe repræſentari

A per illas; ideo in prima part. quæſtio. 107. bene infert non poſſe loquutionem Angeli fieri per ſpeciem, ſiue de nouo impreſſam ab Angelo loquẽte ipſi audienti, ſicut per ſpeciem inditam ab initio ipſi audienti. Sed hinc cum Capreolo in 2. diſt. 11. quæſt. 2. *Capreol.* & etiam Bonauentura in 2. diſt. 10. vlteriùs intulit, loquutionem nihil aliud eſſe quàm liberam ordinationem ſecreti Angeli loquentis ad alium Angelum, *Loquutio Angeli quid ſit.* ſecundum quam vult Angelus loquens ſuum ſecretum eſſe manifeſtum huic Angelo, & non illi, quam ordinationem Bonauentura appellat nutum: notitia autem ſecreti, quæ vitaliter producitur ab Angelo audiente, ſuppoſita hac ordinatione eſt auditio. Probat Caietanus, ideò priùs non cognoſci ab Angelo ſecretum cordis alterius Angeli, quia non erat intra B latitudinem ſui obiecti: nõ enim pertinebat ad ipſum. Quod confirmari poteſt pro Caietano, quia erat contra ordinem politiæ, & ſocietatem creaturarum intellectualium, vt ſecretum cordis alteri ſit neceſſariò manifeſtum, ſed facta ordinatione iam ſecretum cordis eſt pertinens ad alium Angelum; ergo eſt intelligibile ab alio Angelo.

Vaſquez. Affertur prima impugnatio Vaſquez & cõfutatur. Sed hæc ſententia variè impugnatur, & primò ſatis ingenioſè impugnat illam Vaſquez diſp. 201. cap. 8. quia non poteſt reddi aliquid intelligibile, quòd priùs non erat intelligibile ſola volũtate, abſque aliqua mutatione, vel in ſe ipſa, vel in ſigno, vel in obiecto ſuo primario: vt cùm ex vno principio cognito cognoſcitur id, quod priùs erat ignotum. Sed ad hanc impugnationem iam reſpõdit Caietanus, quòd C per ſolam voluntatem loquẽtis fit obiectum proportionatum alteri Angelo: quia fit de numero eorum, quæ pertinent ad ipſum. nam, vt diximus, ſtante hac voluntate, non obſtat ratio politiæ, quæ priùs obſtabat. Sed inſtat idem auctor, quia tunc ſequeretur, quòd actus odij, vel amoris vnius Angeli cognoſceretur ab alio quia pertinet ad ipſum. Verſatur enim ille actus circa ipſum, tamquam circa obiectum. Sed hæc inſtantia nulla eſt; non enim Caietanus intelligit hoc modo rationem pertinentiæ, ſed quatenus fundatur in ratione politica, & ſocietate rationali, ſecundum quam non pertinet ad alium Angelum cognoſcere actum odij, vel amoris alterius Angeli circa ipſum, niſi accedat voluntas in Angelo manifeſtandi illum actum alteri Angelo. Secundò impugnat, quia *Secunda impugnatio eiuſdẽ, & cõfutatur.* loquutio (inquit) eſt actus intellectus, ex Theophylacto & Theodoreto, ſuper illud Pauli primæ ad Co- *Theophyl. Theod.* rinth. 13. *Si linguis*, &c. At in opinione Caietani D loquutio eſt actus voluntatis. Reſpondetur primò poſſe negari loquutionẽ eſſe actum intellectus. Secundò, etiam ſi concedatur, adhuc dici poteſt, quòd ordinatio illa eſt actus intellectus, quamuis volitio ordinandi ſit actus voluntatis: Caietanus autem illã ordinationem dixit eſſe loquutionem.

Impugnatio Auctoris. Impugnatur igitur hæc opinio Caietani, quia quamuis actus liber ex illa libera ordinatione fiat intra latitudinem obiecti alterius Angeli, adhuc tamen debet aſſignari modus, quo cognoſcatur. nam in doctrina Caietani, & communi, obiectum non cognoſcitur ab Angelo per ſeipſum, niſi ſit propria ſubſtantia, vel quæ intrinſecè inhærent in ipſo; ergo, vel aſſignanda eſt ſpecies in alio Angelo, ſiue de nouo producta, ſiue ab initio congenita, per quam co- E gnoſcatur affectio libera: quod quidem, vt vidimus, Caietanus negat, vel aſſignandum eſt aliquod ſignum, vel quid ſimile: quod etiam negat, quia nullam vult fieri mutationem. Quòd ſi dicat affectionem liberam cognoſci per ſeipſam, gratis profectò dicitur, cùm nulla ſit maior ratio, quàm de aliis obiectis. ſolùm enim ordinatio facit, vt ſit intra latitudinẽ obio

obiecti alterius Angeli, ſicut ſunt cætera obiecta, quæ adhuc indigent ſpecie, vt cognoſcantur: & per hæc patet reſponſio ad rationem Caietani. ſi quid enim probat, ſolùm probat per illam ordinationem actum liberum fieri intra latitudinem obiecti alterius Angeli.

3. Secũda opinio. Scotus.

SECVNDA ſententia eſt Scoti in ſecundo qui diſtinguit, vel Angelus loquens (inquit) eſt ſuperior, vel eſt inferior. Si eſt ſuperior, imprimit inferiori cognitionem naturalem obiecti, quod ipſe ſuperior conſiderat. Si verò Angelus loquens eſt inferior, non poteſt imprimere cognitionem naturalem eiuſdem obiecti, quod ipſe conſiderat, ſed tantùm ſpeciem intelligibilem eiuſdem obiecti. Ratio diſparitatis eſt, quia Angelus ſuperior habet vim impediendi Angelum inferiorem à cogitatione, & ideò imprimit intellectionem eiuſdem obiecti, quod ipſe conſiderat, per quam Angelus inferior fit neceſſariò formaliter intelligens idem obiectum. At verò Angelus inferior non habet hanc vim: & ideo tantùm poteſt imprimere ſpeciem, ad quam ſi Angelus ſuperior velit attendere, poſſit. Ratio Scoti eſt, quia Angelus loquens eſt potens in actu primo ad producendum, vel cognitionem obiecti, quod ipſe conſiderat, ſi eſt ſuperior, vel ſpeciem impreſſam, ſi eſt inferior; & Angelus audiens eſt capax, ergo, &c. Antecedens non aliter probatur, niſi quia non poteſt aſſignari vndénam impediatur Angelus à tali productione.

Impugnatur hic modus Scoti ſecundus.

Sed hæc ſententia impugnatur ab aliquibus, ex eo, quia intellectio non eſt actio tranſiens, ſed immanens, & vitalis: non ergo poteſt produci in alio ſubiecto: ſed quidquid ſit de hoc, nam poſſet dicere Scotus, quòd ſolùm implicat contradictionem, intellectionem non eſſe immanentem, & ipſius vitalis principij, quod intelligit, quoad formalem attingentiam, non autem quoad efficientiam; multi enim cõcedunt, vt ſuprà vidimus, actum viſionis beatificæ produci à ſolo Deo ipſi Beato.

Confutatur prima impugnatio.

Confutatur ſecũda impugnatio Vaſq.

Impugnatur ſecundò à Vaſquez, diſputation. 211. cap. 3. Quia ſequeretur (inquit) quòd poſſet etiam Angelus imprimere intellectionem eiuſdem obiecti, quod ipſe conſiderat, animæ noſtræ vnitæ corpori, quia hoc poteſt animæ ſeparatæ, ſic etiam, & anima noſtra ipſi Angelo: vnio enim cum corpore nihil impedit; hoc autem eſt contra experientiam. Sed hæc impugnatio facilè confutatur ex ſuperioribus dictis, quia nec anima pro hoc ſtatu eſt capax intellectionis Angelicæ, nec Angelus intellectionis humanæ. Probatur primùm, quia obſtat vnio cum corpore. nam, vt in Quæſtione Philoſophica dictum eſt, non poteſt anima vnita corpori habere modum intelligendi, niſi dependenter à phantaſmate, ex principio noſtro Philoſophico, quia modus cognoſcendi ſequitur modum eſſendi potentiæ, tamquàm proprietas connaturalis ipſiùs. At illa intellectio, quæ imprimeretur ab Angelo animæ vnitæ corpori, non fieret dependenter à phantaſmate, ſeu corpore: ergò talis intellectionis non eſſet ob ſui imperfectionem capax connaturaliter anima pro hoc ſtatu. Probatur ſecundum, quòd, ſcilicet, nec anima vnita corpori poteſt imprimere Angelo ſuam intellectionem, vel ſpeciem impreſſam, quia intellectio animæ noſtræ, vel ſpecies, pro hoc ſtatu vnionis eſt dependens à phantaſmate, vt ſuprà probatum eſt: huius autem intellectionis, & ſpeciei non eſt capax Angelus ob ſui perfectionem: non poteſt autem aliã ſpeciem nobiliorem imprimere Angelo, cùm illam non poſſit habere in ſe connaturaliter. Nec obſtat quod dicit S. Thomas 1. part. q. 117. quòd ſi anima ſeparata poſſit mouere corpus ſecundũ locum, poſſet etiam vnita, quia quantùm ad hoc eſt diſpar ratio, quia motus eſt corporalis, & inferioris ordinis: at illa ſpecies, quæ producenda eſſet in Angelo, eſſet altioris ordinis.

Impugnatio Auctoris.

Tertiò igitur impugnatur, loquutio Angeli inferioris ad ſuperiorem, quæ fit ſecundum Scotum per impreſſionem ſpeciei, non poteſt dari ex dictis in ſuperiori Coroll. quia, vt ibi probauimus, ſpecies naturalis non poteſt repræſentare affectionem liberam, quia obiectum eſt altioris ordinis, cùm ſit actus immediatè elicitus à cauſa indeterminata, & habente dominium ſupra ſeipſam: at verò repræſentatio ſpeciei eſt inferioris ordinis, quia eſt cauſa ob ſui imperfectionem determinata ad vnum, vt fuſiùs ſuprà oſtenſum eſt.

Quartò impugnatur à Vazquez, & bene, quia loquutio non eſt manifeſtatio eiuſdem obiecti, quod loquens cogitat, ſed eſt eſſentialiter manifeſtatio cõceptus, quem habet loquens, vt experimur in nobis, & patet etiam ex natura ipſius loquutionis, quæ eſt proprietas ſocietatis ciuilis, ad quam pertinet non ſolùm cognitio obiecti, ſed communicatio conceptuum.

TERTIA ſententia eſt aliquorum recentiorum aſſerentium ab Angelo loquẽte imprimi audienti ſpeciem ſuæ cognitionis. Ratio eſt, quia Angelus, cùm ſit naturæ perfectioris quàm homo, debet meliori modo cognoſcere ſecretum cordis alterius Angeli, vel hominis, quã cognoſcat homo: at homo cognoſcit abſtractiuè per alienas ſpecies: ergò Angelus debet cognoſcere intuitiuè per propriam ſpeciem; hæc autem non poteſt eſſe ab initio congenita, quia ſequeretur poſſe Angelum cognoſcere conceptum alicuius abſque eo, quòd iſte aliter velit manifeſtare, quod eſt contra conuictum politicum, vt ſæpè diximus: ergo eſt de nouo impreſſa per liberam voluntatem Angeli loquentis. 4. Tertia opinio.

Confutatur 1. impugnatio Vaſq.

Sed hæc tertia ſententia variè impugnatur, aliqui (vt Vaſquez) impugnant ex eo, quia ſequeretur (inquit) hoc etiam modo poſſe animam noſtrã, pro hoc ſtatu vnienis loqui Angelo, quòd non experimur. Sed hæc impugnatio confutatur eodem modo, quo confutauimus paulò antè in ſecundo modo ſimilem impugnationem eiuſdem Auctoris. Secundò melius impugnatur hic tertius modus ab eodem, quia principium productiuum huius ſpeciei, vel eſt ſola voluntas ad nutum, & hæc non poteſt pro libito immutare intellectum alterius Angeli: vel eſt cogitatio, ſeu affectio libera ipſius Angeli; & hoc non, quia neceſſariò produceret talem ſpeciem, quod eſt abſurdum, quia (vt probatum eſt) loquutio debet eſſe libera: actus autem non eſt ſicut habitus ſeu ſpecies, quibus voluntas vtitur, quando vult; prærequirunt enim concurſum intellectus, cuius actus imperatur à voluntate. At verò actus ſiue ſit intellectus, ſiue voluntatis neceſſariò producit ſuum effectum: experimur enim producere habitum, & ſpeciẽ in memoria independenter à voluntate. ergo eodem modo in alio Angelo produceret ſpeciem ſui. Sed hæc impugnatio non omninò cõuincit: poſſet enim dici, quòd quia productio huius ſpeciei, non eſt actio immanens, ſicut eſt productio habitus, & ſpeciei in memoria, ſed eſt actio tranſiens in alium, ideo depẽdet ab imperio voluntatis. Et ratio eſt, quia productio habitus, & ſpeciei, quamuis ſit neceſſaria, tamen quo ad vſum dependet liberè à volũtate Angeli; vtitur enim ſpecie, & habitu, quãdo vult: at verò ſi productio ſpeciei in alio Angelo eſſet neceſſaria, eſſet ſimpliciter neceſſaria, quia etiam quo ad vſum nõ dependet

Confutatur hæc impugnatio ſecunda.

amplius ab Angelo producente, ſed ab alio Ange- A lo, in quo recipitur. eſt igitur diſpar ratio de productione ſpeciei in memoria, ſeu habitus, & de productione ſpeciei in alio Angelo.

Tertia impugnatio auctoris. *Nō poteſt dari ſpecies naturalis quæ repræſentet actū liberū.*

Tertiò igitur impugnatur hic tertius modus ex doctrina ſuperioris Corollarij, vbi probatum eſt, non poſſe dari ſpeciem naturalem, quæ repræſentet actum liberum. Nam actus liber eſt altioris ordinis, quàm ſit repræſentatio per ſpeciem creatam, quia eſt à cauſa indeterminata, & habente dominium ſupra ſeipſam: repræſentatio verò eſt à ſpecie creata determinata ad vnum ob ſui imperfectionem. nam eſſentia diuina, vt ſpecies liberè repræſentat Beato res contingentes.

Obiectio.

Quòd ſi obiiciant iſti recentiores, quòd ſpecies etiam impreſſa alteri Angelo etiam repræſentat pro libito Angeli loquentis, quatenus liberè producitur ab illo, ſicut actus liber voluntatis dicitur liber, quatenus liberè producitur, quamuis in ſe ſit determinatus:

Solutio.

Reſpondetur, quòd ſpecies, quatenus liberè producitur, eſt actus exterior, qui non fit immediatè à voluntate, ſed ab intellectu, vel à cognitione; quantùm verò ad repræſentationem, non ampliùs dependet ab Angelo loquente, & ideo ſemper eſt in inferiori ordine, quàm ſit actus liber, quod eſt obiectum: non poteſt igitur repræſentari per ſpeciem.

5. Quarta opinio. Alenſ. Rich.

Quarta ſententia eſt Alenſis & Richardi, quos ſequuntur quidam recentiores aſſerentium, quòd vel ipſe Angelus loquens ſecundum hos recentiores, vel potiùs Deus (in opinione illorum, qui negant Angelum poſſe operari aliquid ad extra, præter motum localem) liberè imprimat audienti ſpeciem ſui conceptus, eſt Alexandri in 2. part. & Richardi in 2. ſent. loco citato. Neque obſtat, quòd Angelus ſuperior aliquid recipiat ab inferiori, quia non recipit per modum illuminationis, ſed potiùs, quantum ad manifeſtationem conceptus, Angelus ſuperior ſe habet aliquo modo, vt inferior, quatenus ſubdit ſe loquutioni liberæ alterius.

Impugnatur primò hic 4. modus.

Sed contra hanc quartam ſententiam arguitur ex dictis, quia ſpecies non eſt proportionata obiecto. nam ſpecies eſt in ordine naturali determinata ad vnum; at verò actus liber eſt in ordine altiori, vt probatum eſt. Neque obſtat, quòd liberè producatur, ſiue ab Angelo, ſiue à Deo. nam etiam ſpecies ſunt Angelo liberè à Deo concreatæ; & tamen ſunt ordinis naturalis: ſic etiam actus exterior liberè producitur à voluntate, & tamen eſt in ordine naturali, quia immediatè eſt à potentia executiua: ita iſtæ ſpecies, quamuis liberè producantur ab Angelo, tamen ſunt ordinis naturalis, quia ſunt ab alia potentia, ſcilicet intellectu immediatè, & neceſſariò repræſentante naturaliter.

Impugnatur ſecundò.

Præterea ſi daretur ſpecies repræſentans conceptum, ſequeretur, quòd Angelus audiens euidenter videret conceptum loquentis, & ita loquens non poſſet eſſe mendax, quod tamen videtur falſum, quia de diabolo dicitur, *quod eſt mendax, & in veritate non ſtetit.* (Ioan. 8.) Ergò potius dicendum eſt, quòd imprimatur ſignum repræſentans ad placitum, vt infrà in noſtra ſententia dicetur.

6. Quinta opinio. Ocham. Gabriel.

Qvinta ſententia eſt Ochami & Gabrielis, aſſerentium, Angelum loquentem producere in ſe verbum ſuæ cognitionis, ſeu affectionis liberæ, quod verbum ſimul cum intellectu audientis producit notitiam in audiente. Saluant autem, quomodo hæc loquutio ſit libera, quia quamuis (inquiunt) neceſſariò verbum producat notitiam in audiente, tamen liberè à loquente formatur hoc verbum ea intentione, vt imprimat notitiam in audiente.

Impugnatur.

Impugnatur hæc quinta ſententia eadem ratione, ac impugnata eſt tertia, & quarta, quia illud verbum neceſſariò, & naturaliter operatur notitiam affectionis liberæ: ſed probatum eſt loquutionem intrinſecè debere eſſe liberam ad hoc, vt proportionetur obiecto. Dixi intrinſecè, quia in hac opinione ſaluatur libertas extrinſecè: nam liberè loquens producit verbum in ſe, ea intentione, vt operetur notitiam in audiente, ſicut etiam ſuprà diximus, quòd quamuis ſpecies liberè producantur à loquente in intellectu audientis, tamen adhuc non eſt proportionata obiecto, quòd eſt altioris ordinis.

7. Sexta opinio Henrici ex Vaſq. ſatis ingenioſa.

Sexta ſententia eſt Henrici, quem ſequitur Vaſquez diſp. 211. cap. 11. quòd Angelus loquens producat in intellectu ſuo cognitionem, ſeu verbum de B ſua libera affectione ordinando illud ad Angelum audientem, quod quidem alius Angelus audiens videt per ſpeciem, quam habet ſibi inditam ab initio, quam diximus ſuprà repræſentare abſtractiuè rem ſingularem: at cùm res ſingularis exiſtit, tunc eadem ſpecies repræſentat intuitiuè rem illam ſingularem, vt præſentem.

Impugnatur.

Sed contra hanc ſextam ſententiam, quæ eſt ſatis ingenioſa, arguitur primò. Hæc opinio ſupponit, cogitationem intellectus, ſeu verbum mentis poſſe cognoſci ab alio Angelo, quod in ſuperiori Coroll. impugnauimus. Secundò eſto cognoſci poſſit, tamen in hac opinione non datur aliquid, per quod Angelus audiens excitetur ad audiendum: illa enim cogitatio, & ordinatio cogitationis ad Angelum audiétem, eſt intrinſeca tantùm Angelo loquenti. C Tertiò ſequeretur ſecundum hanc opinionem, quòd loquutio poſſit fieri vni Angelo, & non alteri, quia omnes Angeli per ſpecies ſibi inditas poſſent cognoſcere talem cognitionem, ſeu verbum mentis Angeli loquentis. Et quamuis Vaſquez hanc ſequelam admittat, tamen clarè patet eſſe contra rationē conuictus politici. Et præterea ſequeretur, quòd homo, quo ad eſſe politicum, eſſet perfectior Angelo, quia homo habet modum vni homini manifeſtandi ſecretum cordis, & non alteri.

8. Durand.

Septima ſententia eſt Durandi aſſerentis locutionem fieri per quædam ſigna ſenſibilia repræſentantia ad placitum, quæ Angelus facit in Cœlo. qui modus magis accedit ad veritatem, cùm ponat ſigna ad placitum, ſed ex eo impugnatur, quia Angelus eſt D ſpiritualis, ergò ei debetur modus locutionis, ſpiritualis, & independens à corpore.

Impugnatur.

Verior ſententia.

9. Verior ſententia. S. Thomas. Ægidius. Argentina. Gregorius. Marſilius.

Vltima igitur, & verior ſententia eſt, loquutionem fieri per ſigna ſpiritualia; vt dicebatur in Corollario. Hæc ſententia eſt ſancti Thomæ, 1. part. q. 102. artic. 5. & quæſt. 9. de veritate, Ægidij, Argentinæ, Gregorij, Marſilij in locis citatis. Probatur primò ex impugnatione aliorum modorum; ſecundò, quia ex dictis in ſuperiori Corollario, affectiones liberæ ſunt cuiuſdam altioris ordinis, quàm ſint res naturales determinatæ ad vnū, quia ſunt immediatè à cauſa indeterminata, & habente dominium ſupra E ſeipſam: ergò non poſſunt, vt ibidem fusè probatum eſt, repræſentari per repræſentatiua naturalia, qualia ſunt ſpecies, vel quid ſimile. Reſtat igitur, vt modus repræſentandi proportionatus ſit per repræſentationem ad placitum.

Loquutio Angelorū fit per repræſentationem ad placitum.

Præterea per hunc modum optimè ſaluatur libera loquutio, quæ eſt neceſſaria in conuictu politico, vt dictum eſt. Probatur præterea ex illo Pauli: *Si linguis hominum loquar & Angelorum*: vbi videtur innuere modum loquendi in Angelis ſimilem noſtro. Quòd autem ille locus intelli

intelligatur de loquutione propria Angelorum, teſtantur multi Patres in illam epiſtolam, Chryſoſtomus hom. 32. Ambr. Theodoretus, Oecumenius, & Anſelmus.

Chryſoſt. Ambroſ. Theodoret. Oecum. Anſelm.

Quæſitum primum. Quomodo fiat hæc manifeſtatio.

10.

Sed pro explicatione huius noſtræ ſententiæ; quæres primò, an manifeſtatio per hæc ſigna ſpiritualia fit ad modum Scripturæ, per ſigna, ſcilicet, impreſſa in ipſo loquente, vel ad modum loquutionis per ſigna, ſcilicet, impreſſa in audiente.

S. Thomas. Ægidius. Capreolus. Argentina.

Reſpondeo, & dico primò, certum eſſe vtroque modo poſſe fieri; ſed probabilius exiſtimo per modū loquutionis, vt colligitur ex S. Thoma prima parte loco citato, & quæſt. 9. de veritate; ſed clariùs in 2. diſtinct. 10. Eſt etiam Ægidij in tractatu de cognitione Angelorum, quæſt. 13. Oppoſitum tenent Capreolus, & Argentina, qui putant eſſe per modum ſcripturæ; ita vt Angelus manifeſtans efficiat quaſi ſcribendo hæc ſigna in ſeipſo, tamquam in libro quodam, & Angelus, cui fit manifeſtatio, habeat ſpecies, per quas poſſit videre illa ſigna quaſi ſcripta, & vt ſic dicam in quodam quaſi libro legere: ſed iſte modus confutatur, & ſimul probatur dictum noſtrum. Primò confutatur ab aliquibus, quia tunc non poſſet Angelus vni manifeſtare ſuum ſecretum, quin omnibus idem manifeſtaretur. nam ſcriptis illis ſignis in intellectu manifeſtantis, cùm omnes habeant ſpecies illorum ſignorum, omnes agnoſcent conceptus, ſeu ſecreta cordis Angeli ſcribentis, quod quidem videtur abſurdum, quia ordo politicus requirit, vt ad libitum loquentis alicuī manifeſtentur actus liberi, alicui verò non. Sed aliqui ad hanc impugnationem reſpondent; quia impedit (inquiunt) longa diſtantia, quominùs alius legat: cùm autem Angelus vult alteri manifeſtare ſuū ſecretum, vnitur cum alio per proportionatā quamdam diſtantiam. Sed hæc reſponſio non ſoluit inſtantiam, quia alij Angeli poſſent ſe etiam ponere in eadem indiſtantia. Poteſt autem ad impugnationem alio modo reſponderi, quòd ſcilicet non omnes Angeli habeant ſpecies illorum ſignorum, vt dicemus infrà in ſecundo dubio. Confutatur igitur ſecundò hic modus ex illo Pauli 1. ad Cor. 13. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum*: lingua autem ad loquutionem pertinet, & non ad ſcripturam: ergo non per ſcripturam fit iſta manifeſtatio ſecretorum cordis. Quòd autem hic locus Pauli intelligatur de loquutione propria Angelorum, ſuprà ex ſententia Patrum oſtendimus. Tertiò confutatur, quia Angelus legens, non habet, vnde excitetur ad legendum; niſi dicatur, quòd Angelus ſcribens manifeſtet priùs alteri Angelo per modum loquutionis Scripturam, quam in ſe imprimit. Sed hæc reſponſio tandem recurrit ad loquutionem: ergo gratis non admittit loquutionem, etiam reſpectu illorum conceptuum, quos in ſe ſcribendo expreſſit.

Manifeſtatio nō fit per modum ſcripturæ.

Dico ſecundò, quòd in iſta manifeſtatione per ſigna, ſiue fiat per ſcripturam, ſiue per loquutionem, quatuor ſunt certa ex ipſomet modo manifeſtandi per hæc ſigna ad placitum. Et primùm, quòd ſecundum vtrumque modum, non ſolùm Angeli loqui poſſunt de internis actibus ſuis: ſed etiam de eo, quod factum, faciendúmque ſit, & de rebus ſibi notis: atque etiam poteſt fieri reuelatio ab vno Angelo alteri Angelo, de rebus etiam ſupernaturalibus. Secundò, certum eſt, quòd audiens non habet euidentiam rei, ſed tantùm fidem, & hoc ſufficit: non enim requiritur euidentia in loquutione, vt patet in humanis. Quòd ſi obiicias, Auguſt. 15. de ciu. cap. 2. aſſerentem in ſpiritualibus non differre videre, & audire. Reſpondetur, quòd audiens dicitur ali-

In ſpiritualibus nō differunt audire, & videre.

A quo modo videre, quia euidenter intuetur illa ſigna. Tertiò, certum eſt ſigna illa immediatè cognoſci, & ipſa cognita repræſentare res ſignatas, id eſt, actus ipſius loquentis, ſicut voces in nobis, & probabilius exiſtimo, quòd ſigna iſta data ſint ad ſignificandos immediatè ipſos conceptus, non autem res conceptas; quòd ſic fortè eſt in vocibus noſtris, vt fusè diximus in lib. 1. Quartò certum eſt, quòd hæc ſigna non ſunt ſicut ſpecies; primò, quia ſpecies non cognoſcuntur, vt quid priùs cognitum, ſecus de iſtis ſignis, vt dictum eſt. Secundò, ſpecies naturaliter ſunt determinatæ ad repræſentandum vnum, & non aliud: non ſic autem iſta ſigna, quia repræſentant ad placitum, vt voces noſtræ. Tertiò, ſi Angelus intimè intueretur, & comprehenderet ſpeciem repræſentantem, B cognoſceret repræſentatum, quod determinatè relucet in repræſentatiuo, vel tamquam in ſimilitudine vt quo, vel ſaltem tamquam in cauſa efficienti. At verò ſi Angelus intimè cognoſceret hæc ſigna ex vi illius cognitionis, non cognoſceret repræſentatum, quia ſunt ad placitum; ſed aliunde cognoſceret per reuelationem: & ideò per hæc ſigna meliùs ſaluari poteſt, quomodo vnus Angelus loquatur vni, & non alteri, vt voluit D. Tho. infrà q. 107. art. 7. & quæſt. de veritate art. vlt.

Ariſt. de interpret. ſeu περὶ ἑρμηνείας.

Quæres ſecundò à quo ſint data iſta ſigna repræſentantia ad placitum, & an data ſit vna lingua tantùm omnibus Angelis, vel plures.

Quæſitū ſecundum.

11.

Reſpondetur, & dico primo, data eſſe hæc ſigna immediatè à Deo, tamquam auctore naturæ ipſis C Angelis ad beneplacitum, ſicut datæ ſunt voces ipſi Adamo, vt colligitur ex Doctoribus citatis, & ratio eſt: Quia non poterant iſta ſigna eſſe ab ipſis Angelis. nam requirebatur ad hoc manifeſtatio ſignificationis iſtorum ſignorum, & cùm ſignificatio ſit ad placitum, requirebatur communicatio, & manifeſtatio cōceptuum inter ipſos, per quos oſtenderetur tale ſignum ſignificare talem conceptum, &c. Ergo requirebatur alia ſigna, & alia poſtea in infinitū, oportebat igitur quòd hæc ſigna darentur ipſis Angelis à Deo tamquam auctore naturæ, vt dictum eſt. Modus autem dandi fuit, quatenus Deus loquitur Angelo per ſpeciem, quæ quoniam eſt altioris ordinis ſupernaturalis, quamuis non immediatè repræſentet volitionem, ſeu conceptum Dei, poteſt tamen repræ- D ſentare conceptum aliquem complexum, verbi gratia, Deus eſt trinus, & vnus, & Angelus intuens illam ſpeciem cognoſcit non poſſe eſſe, niſi à Deo, & ſic arguitiuè neceſſariò cognoſcit Deum loquentem. Poterat igitur dari ſpecies Angelo, quæ repræſentet iſtum conceptum complexum, ſcilicet hoc ſignum ſignificare hanc, vel illam volitionem Angeli, & hoc aliud hanc aliam volitionem.

Quomodo ſint data.

Dico ſecundò, quòd Deus cuilibet Angelo dedit propriam linguam, verbi gratia, ſi ſint viginti Angeli, cuilibet Angelo dedit viginti linguas. nam ſi omnibus Angelis dediſſet Deus vnam linguam, tunc non poſſet vnus loqui alteri Angelo, quin loquatur omnibus. Ratio eſt: nam alter Angelus habet ſpeciem, per quam repræſentantur illa ſigna: & conſe- E quenter poſſet ſcire, quid Angelus loquatur, quamuis fortè nō poſſet ſcire, quis Angelus loquatur, cùm non eſſet propria vnius lingua, ſed communis omnium. Secundò per iſtum modum noſtrum ſaluatur, quomodo Angelus audiens ſciat loquutionem eſſe à tali Angelo, cùm talis loquutio fiat per propriam eius linguam, quod etiam eſt conformius Diuo Paulo dicenti, *Si linguis hominum loquar*, &c. non autem inquit *lingua*. Quod ſi adhuc roges; poſſetne Angelus, vel loquens, vel audiens alteri manifeſtare ſigni-

Deus dedit vnicuique Angelo propriam linguam.

Digitized by Google

Angelus vnus poteſt alteri manifeſtare quod ſibi ab alio dictum eſt.

ficatum illorum ſignorum: Reſpondetur poſſe; nam etiam in humanis poteſt alius referre dictum alterius, atque eodem modo eſſet, ſi loquutio fieret per ſpeciem. & in hoc caſu manifeſtatio ſignificati illorum ſignorum commodiùs fortè fieri poſſet per modum ſcripturæ alteri Angelo, qui non habuit ab initio ſignificatum illorum ſignorum; non tamen poteſt fieri manifeſtatio omnium ſignorum, quia illa ſigna, vt dictum eſt, ſunt infinita: non poteſt autem Angelus, ſiue audiens, ſiue legens, attendere ad infinita, quæ non ſunt vnita in vno, vt ſuprà probatum eſt. At verò Angelus, qui habuit ab initio linguam à Deo per ſpeciem illam ſupernaturalem, poteſt per illam vnam ſpeciem cognoſcere infinita ſignificata illorum ſignorum. non enim repugnat Angelum cognoſcere infinita per ſpeciem vniuerſaliorem, præſertim ſi ſit ſupernaturalis, vt in ſuperiori Corollario probatum eſt.

Vide Corol. 9.

Angelus poteſt loqui cũ altero in quacumque diſtantia.

Tertiò dico, quòd vnus Angelus poteſt loqui in quacumque diſtantia: quia, vt ſuprà probatum eſt, diſtantia non impedit, niſi quando qualitas quæ producitur recipi debet in medio: at iſta ſigna, cùm ſint ſpiritualia, non poſſunt recipi in medio, ſicuti recipiuntur ſpecies viſibiles; quare diſtantia medij non poteſt impedire.

Quartò dico, quòd Angelus audiens non neceſſariò audit, quia quamuis neceſſariò recipiat ab alio Angelo iſta ſigna, poteſt tamen non attendere ad illa, ſicut neque neceſſariò attendit ad omnes ſpecies, quas habet, ſed ad quas voluerit liberè.

QVÆSTIO DVODECIMA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia duodecimi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, Angelus non cognoſcat illa futura contingentia, quę pendent à libera voluntate, vel vt à cauſa, vel vt ab applicante.

Quæſtio eſt de operationibus exterioribus, nam interiores liberas, nec præſentes cognoſcit Angelus ex decimo Corollario.

Materiam huius quæſtionis tractant Scholaſtici citati ſuprà in 2. diſt. 7. præcipuè Ægid. quæſt. 1. S. Thomas cùm Caiet. 1. part. q. 57. art. 3. Ferrarienſis 2. cont. gen. cap. 96. Vaſq. 1. par. diſp. 207. Suar. 3. p. diſp. 27. & in Metaphyſ. diſp. 35. ſect. 3.

1\. *Triplex genus futurorum contingentium.*

PRo explicatione notandum triplex eſſe genus futurorum contingentium. Primum genus eſt, quæ ſunt à cauſa naturali determinata ad vnum, non impedibili ab aliis cauſis naturalibus, ſed à ſolo Deo, reſpectu cuius dicuntur contingentia, vt eſt eclypſis futura. Secundum genus eſt eorum, quæ ſunt à cauſa naturali, ſed impedibili ab aliis cauſis naturalibus: & hæc futura dicuntur contingentia, non quidem ex parte modi faciendi, quia etiam cauſæ impedientes ſunt naturales, & determinatæ ad vnum: ſed dicuntur contingentia ex parte rei factæ, quia quatenus dependent ab vna cauſa naturali, poſſunt impediri ab alia cauſa, ac proinde contingit illa non eſſe futura. Tertium genus eſt eorum, quæ ſunt ex libero arbitrio, vel tamquam à cauſa, vel tamquam ab applicante

A aliquam cauſam naturalem ad effectum.

Futura contingentia quomodo ſciri certò poſſint.

Secundò notandum duplici modo poſſe cognoſci futura contingentia, certò & infallibiliter, primò in cauſa, ſecundò per ſpeciem repræſentantem immediatè ipſum futurum contingens.

His poſitis, vt punctus difficultatis clariùs innoteſcat, ſupponenda ſunt aliqua certa circa hoc triplex genus futurorum contingentium.

Supponuntur aliqua certa.

2\. Primũ ſuppoſitum.

Circa igitur futura contingentia primi generis, certum eſt, primò huiuſmodi futura cognoſci certò, & infallibiliter ab Angelo in ſuis cauſis naturalibus, ſecundum curſum naturalem. Probatur, quia habent

B eſſe determinatum de præſenti in cauſa naturali, quam Angelus perfectè comprehendit.

Secundum ſuppoſitum.

Secundò certum eſt Angelum non poſſe certò, & infallibiliter huiuſmodi futura cognoſcere in vniuerſum in totali cauſa, quia inter alias cauſas eſt diuina voluntas, quæ vel per ſubtractionem concurſus, vel alio modo impedire poteſt hoc futurum, quod eſt determinatum in cauſa, & ideo vt certò; & infallibiliter cognoſcatur, deberet voluntas diuina reuelari Angelo.

Tertiũ ſuppoſitum.

Tertiò certum eſt, huiuſmodi futura non poſſe cognoſci naturaliter ab Angelo per ſpeciem repræſentantem ipſa futura immediatè. nam ſi, vt infrà oſtendetur, non poſſunt cognoſci per ſpeciem naturalem illa futura, ad quæ concurrit liberè humana

C voluntas, ſiue vt cauſa, ſiue vt applicans; multò magis ea, quæ pendent à voluntate Dei, qui liberè poteſt impedire concurſum cauſarum naturalium ſecundarum.

3\. *Cõtingentia ſecundi generis quomodo cognoſcãtur.* Quartum ſuppoſitum.

Circa verò futura contingentia ſecundi generis, quæ ſcilicet ſunt à cauſa naturali determinata ad vnum, ſed impedibili ab alia cauſa naturali, hæc ſunt ſupponenda tamquam certa. Primum ſuppoſitum, quod eſt quartum in ordine, eſt, huiuſmodi futura certò & infallibiliter cognoſci ab Angelo in ſuis cauſis naturalibus ſecundum curſum naturalem: & hoc quamuis non ſit ita certum, & commune apud Doctores, ſicut illud de futuris contingentibus primi generis, tamen mihi videtur eodem modo certum, quia impedimentum, ratione cuius poteſt oriri ali-

D qua incertitudo, eſt adhuc naturale proueniẽs à cauſa naturali determinata ad vnum: ergo illud impedimentum habet eſſe determinatum de præſenti in ſua cauſa: ergò naturaliter cognoſci poteſt ab Angelo, qui comprehendit omnes cauſas naturales. Quòd ſi dicas, non poſſe Angelum percipere omnia impedimenta, quæ poſſunt ſuccurrere quia ſunt aliquando penè infinita. Reſpondetur, quòd ſi velit aduertere, poterit cognoſcere, vel in inſtanti cognoſcendo ſimul omnes cauſas impedimentorum, vel ſaltem in breuiſſimo temporis momento, vt probatum eſt ſuprà. Et hæc eſt opinio multorum Scholaſticorum in 2. diſt. 7. Durand. q. 3. Albert. ar. 5. Alenſ. 2. p. q. 26. memb. 4. & Rich. in 2. diſt. 7. quamuis oppoſitam opinionem etiam teneat eſſe probabilem.

E Eſt etiam Auguſt. de diuinat. dæmon. cap. 5. vbi inquit, quòd non ſolùm dæmones cognoſcunt huiuſmodi futura, quia ipſi poſſunt applicare cauſas, ſed quia etiam ex naturalibus ſignis prænoſcunt; idem etiam habet 4. de Trinit. cap. 17.

Athan. Tertull. Bonauent. Heru. Ægid. Carthuſ.

Oppoſitum tenent inter Patres Athanaſius libro quæſtionum, q. 23. Tertull. in Apolog. & aliqui Scholaſtici in 2. diſtinct. 7. Bonauent. ibid. p. 2. art. 1. q. 3. Heru. ibid. art. 2. Ægid. ibid. quæſt. 2. art. 2. & tract. de cognitione Angelorum, q. 10. Carthuſianus in 2. diſt. 4.

Digitized by Google

diſtinct.4. vbi dicit aliam opinionem eſſe erroneam, & damnatam per articulum Pariſienſem, qui damnat dicentem nihil euenire à caſu, & fortuna; ſed omnia neceſſariò. Sed fallitur Carthuſianus & Richardus, qui eumdem articulum adducit. nam articulus Pariſienſis damnat hæreſim Vvicleſ, qui dicebat omnia ex neceſſitate euenire, etiam ea, quæ ſunt ex voluntate humana, neque per hoc tollitur caſus, & fortuna; nam huiuſmodi futura contingentia dicuntur caſu euenire, quia eueniunt per accidens, reſpectu rei factæ, quamuis eueniant per ſe reſpectu modi faciendi, ſicut ſuprà dictum eſt; ſicut etiam fortuna dicitur aliquid euenire homini, cùm præter intentionem euenit, licet neceſſariò eueniat ex cauſa naturali, & per hæc patet, quare huiuſmodi futura dicantur potius contingentia, quàm neceſſaria.

Richard.

Fortuna quomodo quid homini dicatur euenire.

Quintum ſuppoſitum.

Quintò certum eſt huiuſmodi futura contingentia non poſſe cognoſci ab Angelo in ſuis cauſis totalibus, quia inter illas eſt diuina voluntas, quæ poteſt impedire, quam diuinam voluntatem non poteſt cognoſcere Angelus, niſi per diuinam reuelationem, ſicut diximus de futuris contingentibus primi generis, & hoc modo mihi videtur poſſe interpretari locus ille Sap. 8. quamuis alias interpretationes patiatur, monſtra ſcilicet cognoſci à ſolo Deo, id eſt, certò, & omninò infallibiliter. Nam quamuis ab Angelo cognoſci poſſint ſecũdum curſum naturalem, non tamen, vt dictum eſt, omninò infallibiliter, quia neſcit, an impedienda ſint à Deo. Et hinc etiam eſt, vt notat Auguſt. lib.9. de Ciuit. c.22. vbi loquitur præcipuè de huiuſmodi futuris contingentibus ſecundi generis, quæ ſolent aliquando impediri à Deo, quòd huiuſmodi futura meliùs cognoſcantur à bonis Angelis, quàm à malis, quia boni Angeli poſſunt videre illa in Verbo, vel extra Verbum per reuelationem. Quòd ſi obiicias dæmonem aliquando prædicere huiuſmodi futura, & ſic prædicta euenire. Reſpondetur, dæmones cognoſcere hæc futura in cauſa naturali determinata ſecundum curſum naturalem; & ideo maximum motiuum habent ad prædicendum; ſed quia ſciunt poſſe huiuſmodi futura impediri à Deo, ideo, vt notat S. Aug. loc. cit. loquuntur amphibologicè. Vel dicendum eſt ſecundum eumdẽ Aug. 12. Geneſ. ad lit. cap.17. quòd prædicunt aliquando non id, quod eſt futurum, ſed quod eſt præſens: ſed quia eſt valde diſtans, nobis videtur futurum. Vel dicendum tertiò, quòd ſi aliquando certò prædixerint mortem futuram Saülis, hoc non à ſe, ſed, vt notat Auguſt. 2. ad Simplicianum, q.3. habuerunt à Deo impertiente illis diuinationis ſpiritum.

Sap. 8. *Mõſtra à ſolo Deo cognoſcuntur.*

Auguſt.

Angeli boni futura contingentia melius norunt, quàm mali.

Auguſt.

Auguſt.

Sextũ ſuppoſitum.

Sextò certum eſt huiuſmodi futura ſecundi generis, non poſſe cognoſci ab Angelo per ſpeciem immediatè repræſentantem ipſum futurum, propter eamdem rationem, quam attulimus de futuris contingentibus primi generis.

4.
7. ſuppoſitũ.

De his autem futuris primi, & ſecundi generis non eſt præſens quæſtio, ſed de futuris contingentibus tertij generis, quæ ſcilicet, ſunt à voluntate creata libera, vel tamquam à cauſa, vel tamquam ab applicante, circa quæ adhuc ſunt aliqua ſupponenda, tamquam certa: primum, quod eſt ſeptimum in ordine, applicatio exterior facta ex libero arbitrio, ſiue præſens, ſiue præterita, non impedit, quin futura contingentia ex cauſis naturalibus cognoſci poſſint ab Angelo. nam Angelus, quamuis non poſſit cognoſcere, vt patet ex dictis, operationem interiorem præſentem, poteſt tamen, vt patet ex decimo Corollario, cognoſcere operationem exteriorem ex libero arbitrio præſentem, & præteritam.

A Octauò certum eſt, quòd huiuſmodi futura contingentia, quæ ſunt à voluntate creata libera, vel tamquam à cauſa, vel tamquam ab applicante, per applicationem exteriorem futuram non poſſunt cognoſci ab Angelo in cauſa, tum quia cauſa creata eſt indeterminata, tum quia inter alias cauſas eſt voluntas Dei, quæ non poteſt cognoſci niſi per reuelationem. 8. ſuppoſitũ.

Nonò certum eſt, quòd huiuſmodi futura non poſſunt cognoſci naturaliter per aliquam ſpeciem immediatè repræſentantem illa. Probatur ex Scripturis, & Patribus, Iſa.46. *Ego ſum Deus, nec ſimilis mei enuncians ab exordio nouiſſima, & ab initio, quæ nondum facta ſunt*, & ibidem: *Quæ ventura ſunt annuntiate nobis, & ſciemus, quia Dij eſtis vos.* Idem tenent Patres, Hieronymus hic, Origenes lib.6. contra Celſum, Ambroſ. lib. de caſu diaboli cap. 21. Iuſtinus lib. quæſtionum q.2. & 146. Euſebius, lib.5. de præparatione Euang. cap.10. Damaſc. lib.2. de fide, cap.4. & eſt communis Scholaſticorum. 9. ſuppoſitũ.

B

Punctus difficultatis, & afferuntur varij modi probandi ſententiam Corollarij, & impugnantur.

5.

His igitur ſuppoſitis tamquam certis, quod quærendo vertitur in dubium, eſt, quænam ſit ratio naturalis probandi ſententiam Corollarij, cur huiuſmodi ſcilicet futura contingentia tertij generis, quæ ſcilicet pendent à libero arbitrio, vel tamquam à C cauſa, vel tamquam ab applicante, non poſſint naturaliter, certò, & infallibiliter cognoſci ab Angelo, non quidem in cauſa; nam de hoc reddi poteſt ratio Philoſophica, quòd ſcilicet inter alias cauſas concurrit liberum arbitrium hominis, quod eſt cauſa intrinſecè indeterminata, etiam poſitis omnibus requiſitis; ſed quænam ſit, inquam, ratio naturalis, cur cognoſci non poſſint per ſpeciem, quæ immediatè repræſentet huiuſmodi futura contingentia. Et ratio dubitandi eſt, quia huiuſmodi futura ſunt etiam naturalia: ergo poſſunt ab Angelo cognoſci per aliquam ſpeciem naturalem.

6.
Prima ratio. Richardi. Capreol. Caiet. *Futura contingentia cur à ſolo Deo cognoſci poſſunt.*

Afferuntur autem variæ rationes à Doctoribus ad oſtendendum cur non poſſint huiuſmodi futura contingentia cognoſci naturaliter per propriam ſpeciem. D Prima ratio eſt Richardi in 2.d.38. & 39. ar.1. q.1. & Capreol. in 1. diſt.36. art.2. q.1. quos ſequitur Caietanus loco citato, qui aſſerunt non dari alium modum cognoſcendi futura contingentia, quam quòd ſint præſentia æternitati ſecundũm realẽ coëxiſtentiam. Fundamentum ipſorum eſt, quia æternitas Dei cùm ſit indiuiſibilis, & infinita, omnia tempora complectitur: & ideo à ſolo Deo, qui ſolus æternus eſt, poſſunt cognoſci huiuſmodi futura contingentia.

Hæc prima ratio confutatur.

Sed hæc ratio impugnatur hîc breuiter, quia ſatis fusè impugnabitur in Quæſtione Philoſophica de futuris contingentibus. Impugnatur igitur primò ſic: Si res futuræ habent coëxiſtentiam realem propriam in æternitate, ergo habuerunt ſuum eſſe ab æterno; E non ergo acceperunt eſſe in tempore, ſed tantùm illud idem eſſe, quòd habebant in aliena menſura, ſcilicet in menſura æternitatis, habent poſtea in menſura propria temporis, vel idem bis; vt ait Scotus, manens in ſuo eſſe produceretur.

Secũdò impugnatur, quia priùs res habet eſſe futurum quàm eſſe in æternitate, quia ideo res eſt in æternitate, quia eſt futura. Quæro igitur, quare in illo priori, in quo res futura eſt determinatè futura, non poteſt ab Angelo cognoſci.

Tertiò

Digitized by Google

Tertiò impugnatur, quia æternitas Dei, non facit, vt res exiſtant, ſicut nec immenſitas Dei facit (vt benè notat Scotus) vt loca realiter exiſtant. Sed ſuppoſitis exiſtentiis creaturarum futuris, æternitas Dei, quæ eſt indiuiſibilis, illis coëxiſtit, nec infinitas aliquid facit: nam quamuis ſit infinita ſimpliciter in ſuo genere, non tamen dicitur quoad exercitium ſecundum noſtrum modum cognoſcendi duraſſe per totum tempus futurum. A

Æuum eſt duratio tota ſimul coëxiſtẽs omnibus reb futuris.

Quartò, etiam ſi admittatur hæc ratio Caietani, adhuc ſequeretur Angelum poſſe cognoſcere futura, quia Angelus menſuratur æuo: æuum autem, ſicut & æternitas, eſt duratio tota ſimul coëxiſtens omnibus rebus futuris. Quòd ſi reſpondeatur, oportere non ipſam ſubſtantiam Angeli, neque intellectionem, qua Angelus intelligit ſeipſum, & Deum B menſurari æuo, ſed illam intellectionem, qua cognoſcuntur ipſa futura, quæ intellectio non menſuratur æuo, ſed inſtanti temporis diſcreti; at verò illa cognitio Dei, qua cognoſcit futura, menſuratur æternitate.

Replicatur contra ſolutionẽ primò.

Sed contra hanc reſponſionem replicatur dupliciter: primò, quia futurum ſecundum exiſtentiam realem, ideo coëxiſtit æternitati, quia æternitas complectitur tempus futurum, etiam ſi, impoſſibile non haberet præſentiam obiectiuam; ergo pari ratione, quia æuum, quo menſuratur ſubſtantia Angeli, indiuiſibiliter cōplectitur omne tempus futurū, deberet æuo Angelico coëxiſtere præſentialiter omne tēpus futurum; vnde vlteriùs ſequitur, quòd quia illud tēpus futurum iam eſt præſens Angelo per coëxiſtentiam realem, ſit etiam intellectui Angelico præſens obiectiuè. Quòd ſi dicas ad hanc primam replicam opus eſſe, vt cognitio menſuretur eadem duratione, qua menſuratur res cognita: contra inſtatur. Nam Angelus cognoſcit alium Angelum quoad ſubſtantiam, & tamen ſubſtantia cognita menſuratur æuo, & cognitio Angeli cognoſcentis menſuratur inſtanti temporis diſcreti.

2. replicatur.

Secundò replicatur. Ipſa intellectio Angeli, qua cognoſcit futura, menſuratur inſtanti temporis diſcreti, quod totum ſimul indiuiſibiliter coëxiſtit tempori futuro. Quòd ſi dicas ad hanc ſecundam replicam, inſtans temporis diſcreti non neceſſariò coëxiſtere tempori futuro, ſed pro libito Angeli: contrà inſtatur, quia ſecundum inſtans, quod eſt immediatum primo inſtanti Angelico, indiuiſibili formaliter, & virtualiter, debet neceſſariò durare per aliquod tempus determinatum, vt infrà oſtendetur in Corollario de motu Angelorum. Ergo ſaltem illi ſecundo inſtanti deberet eſſe præſens illud tempus futurum per coëxiſtentiam realem: & conſequenter in primo eſſe illius ſecundi inſtantis poſſet Angelus cognoſcere illud tempus futurum, & quæ in illo contingent.

7.
Aſſertur ſecunda ratio. Mol. 1. part. in q. de ſciẽtia Dei. Futurū contingens non habere determinatam entitatē probat Mol.

Secunda ratio eſt aliquorum, quos ſequitur Molina prima parte, qui quoniam exiſtimant futurum contingens non habere determinatam entitatem, & conſequenter propoſitionem de huiuſmodi futuro, nec eſſe veram, nec falſam determinatè; ideò ſatis congruenter ex hoc ſuppoſito principio deducunt Angelum non poſſe cognoſcere huiuſmodi futura. Et cùm illis obiicitur, hinc ſequi nec Deum cognoſcere illa; quod quidem aſſerere eſt abſurdum; reſpondet Molina Deum cognoſcere illud propter eminentiſſimam, & infinitam ſcientiam. Probatur autem illud principium, futurum ſcilicet contingens non habere determinatam entitatem, quia (inquit) neque eſt determinatum in cauſa, vt ſupponitur, neque in ſe, quia nondum eſt præſens; eſt igitur omninò indifferens ad fore, & non fore; vnde ſequitur, quòd propoſitio enuncians huiuſmodi futurum, nec ſit determinatè vera, nec falſa. Nam eſſe determinatum rei enunciatæ, eſt fundamentum veritatis, & falſitatis in propoſitione; nihil enim aliud eſt veritas, vel falſitas, quàm conformitas, vel difformitas ad rem enunciatam. Secundò probant ex Ariſt. 1. peri hermen. cap. 8. vbi non ſolùm hoc idem aſſerit, ſed etiam probat ex eo, quòd alioquin omnia ex neceſſitate euenirent, & tolleretur conſultatio de futuro contingenti. Ariſt.

Confutatur primò ſecūda ratio, ſeu ſecundus modus probandi.

Res quæ non habet entitatē non poteſt cognoſci.

Sed confutatur hic modus, primò ex ipſorū principio; ſequeretur enim Deum non cognoſcere futurum contingens. res enim, quæ non habet entitatem, nec etiam habet cognoſcibilitatem paſſiuā, determinatam, quia cognoſcibilitas conſequitur entitatem. Nec valet, quod dicit Molina, Deum propter infinitatem intellectus poſſe illud cognoſcere; non valet, inquam; nam ſolùm per hoc probatur Deum habere cognoſcibilitatem actiuam infinitam; non tamē hinc fit, quòd in re contingenti futura, quæ cognoſcenda eſt, reſultet cognoſcibilitas paſſiua: quia hæc præſupponi debet ab intellectu cognoſcente, ad hoc vt poſſit induere rationem obiecti, ſicut à pari; nō quia Deus habet potentiam infinitam, actiuam, hinc ſequitur, quòd poſſit facere id, quod non eſt factibile ſecundum ſe: ſed tamen ſequitur Deū poſſe omne, quod eſt factibile. Quare concluditur, quòd etiam admiſſo ipſorum principio, vel ſequeretur Deū non cognoſcere futurum contingēs, quod eſt abſurdum: C vel ſi cognoſceret, non poſſit afferri ratio, cur etiam non poſſit cognoſcere Angelus, quia eſſet intra latitudinem ſui obiecti; eſſet enim ens naturale. Nec obſtat, quòd Angelus non habeat intellectum infinitum, ſicut Deus, quia, vt probatum eſt, infinitas quantùm ad hoc nihil facit.

Confutatur ſecundò.

Secundò confutatur impugnando principiū ipſorum, futurum ſcilicet contingens non habere determinatam entitatem, quod quidē ſic putant aliqui recentiores poſſe impugnari; quia ſequeretur (inquiūt) propoſitionem de futuro contingenti enunciantem ipſum fore, eſſe determinatè falſam, quia enūciat aliquod determinatè fore, quod eſt indifferens. Et negatiuam eſſe etiam falſam, quia negat determinatè fore, quod eſt indifferens. Sed hæc impugnatio ſolui D poſſet ab aduerſariis. dicerēt enim propoſitionem de futuro non enunciare, vt falsò ſupponitur in argumento, ipſum contingens fore determinatum; quia tunc vtraque propoſitio eſſet falſa; neque enūciari in actu ſignato ipſam indifferentiam rei futuræ cōtingentis, quia tunc vtraque propoſitio affirmatiua, & negatiua eſſet vera: ſed ipſam rē futuram contingentem non determinatè, ſed vt ſtat ſub indifferētia, de qua indifferentia nihil affirmatur, aut negatur: quia verò, vt ſtat ſub indifferentia nullum habet eſſe determinatū, nec in cauſa, vt ſupponitur, nec in ſe, cum non ſit præſens, ſit (inquiunt) vt ipſa propoſitio, nec ſit determinatè vera, nec determinatè falſa.

Probatur futurū contingens habere determinatā entitatem.

Quare ſecundò ſic impugnatur principium ipſorum; Futuro, quod verè eſt futurum, correſpondebit E aliquando *eſt* de præſenti: ergo in ſe eſt determinatum. Eſt ratio Ariſt. 2. de generat. text. 64. Probatur conſequentia, quia cum dicitur, Petrus peccabit, & Petrus non peccabit, impoſſibile eſt, vt pro eadem differentia temporis à parte rei ſit ſimul peccare, & non peccare. Vnde fit, vt diſiunctum illud ſcilicet peccabit, vel non peccabit, ſit determinatè verum, ſiue ſciatur à nobis, ſiue non ſciatur, in quo membro diſiunctum verificandum ſit; ergo illud futurū eſt diſtinctè, & determinatè futurum, de quo, de facto Ariſt.

verum

Digitized by Google

verum eſt dicere quandoque *eſt* de præſenti. Et confirmatur, quia ſuppoſita præſcientia Dei, de futuro contingenti certum eſt, quòd illud futurum præſcitum eſt determinatè futurum: & tamen præſcientia Dei nõ eſt cauſa, vt res ſit futura, præſertim ſi res futura ſit peccatum, quia Deus non poteſt eſſe cauſa peccati, ſed potiùs, quia res erat omninò, & determinatè futura, ideò Deus præſciuit: ergò ante præſcientiam Dei res erat determinatè futura, quia præſcientia Dei ſe habet extrinſecè ad eſſe futurum.

Deus non poteſt eſſe cauſa peccati.

Reſpõſio ad arg. Mol.

Ad argumentum verò in oppoſitum, reſpondetur, negando, futurum contingens non habere eſſe determinatum in ſe, quamuis enim non ſit præſens, habet tamen determinationem ab eadem re, de qua quandoque verum eſt dicere *eſt*: non enim eſt aliud; eſſe præter illud, quod eſt de præſenti. Quòd ſi adhuc replicetur, cùm res eſt præſens, ceſſat ratio futuri; ergo res præſens non poteſt fundare veritatem de futuro: Reſpondetur, quòd vnum & idem eſſe reale eſt præſens, præteritum, & futurum, & per ordinem ad diuerſa tempora dici præſens, præteritum, & futurum: hoc igitur eſſe, quod in ſe eſt determinatum, quia verum eſt dicere quòd in aliqua differentia temporis *eſt* poteſt fundare in ordine ad tempus futurum cognoſcibilitatem paſſiuam, & veritatem de futuro.

Replica. Solutio.

Reſpõſio ad Ariſt. Arimin. Albert. de Sax. Capreol.

Ad Ariſtotelem reſpondetur: Aliqui Peripatetici, vt Ariminenſis quem ſequuntur aliqui recentiores, exiſtimant Ariſtotelem erraſſe. Sed dicendum exiſtimo, quod colligo ex Alberto de Saxonia, & Capreol. in 1. diſt. 39. q. 1. art. 2. ad 3. contra ſextam concluſionem, Ariſtotelem primo peri herme. locutum fuiſſe non de primario ſignificato propoſitionis, quod eſt res ipſa enunciata in actu ſignato, ſed de ſecundario in actu exercito, quod eſt determinatio in cauſa, vel motiuum, quod determinat enunciantem ad proferendum propoſitionem: quod quidem cùm nullum ſit in propoſitione de futuro contingenti, vt ſupponitur, fit vt propoſitio neque ſit determinatè vera, neque determinatè falſa. Vt enim ſit vera, debet eſſe aliqua determinatio in cauſa, cui ſit conformis illa propoſitio: vt autem ſit falſa, debet eſſe determinatio ad oppoſitum, cui ſit difformis. Quòd ſi dicas, enunciatur determinatio in cauſa, & non eſt determinatio: ergò propoſitio eſt falſa; reſpondetur, quòd nec in actu ſignato, nec in actu exercito dicitur eſſe determinatio in cauſa, neque determinatio ad oppoſitum, ſed negatiuè ſe habet proferens, ſicut etiam cauſa ſe habet indifferenter ad vtrumque eſſe futurum; ſolùm hinc habetur propoſitionem eſſe temerè prolatam. Quòd ſi dicas ſecundò, verum, & falſum opponi contradictoriè, erit ergo propoſitio vel vera, vel falſa; reſpondetur, verum, & falſum ſecundum ſe opponi contrariè, vtrumque etiam eſt poſitiuum, alterum conforme, alterum difforme; tamen in propoſitione de præſenti, & de præterito æquiualent contradictoriis reſpectu fundamentorum, quæ ſunt contradictoria ſcilicet eſſe & non eſſe. Sic etiam in propoſitione de futuro, quantùm ad primarium ſignificatum, quia veritas primarij ſignificati de futuro eſt eadem, vt dictum eſt, cum veritate de præſenti: at verò in propoſitione de futuro, quantùm ad ſecundarium ſignificatum retinent vim contrariorum; nam fundamenta veritatis, & falſitatis opponuntur etiã contrariè. nam fundamentũ veritatis eſt determinatio in cauſa ad fore, fundamentũ falſitatis eſt determinatio in cauſa ad oppoſitum. Cũ igitur propoſitio de futuro contingenti nullam habeat determinationem in cauſa ad fore, & non fore, ſequitur huiuſmodi pro- A poſitionem, nec eſſe determinatè veram, nec falſam.

Replica. Solutio. Secunda replica. Solutio. *Verũ & falſum opponũtur cõtrariè.*

Conciliatur Ariſt.

Hinc conciliantur illa duo loca Ariſt. ſuprà citata 1. periherm. & 2. de gener. in quorum altero, cùm dicit propoſitionem de futuro contingenti, neque eſſe determinatè veram, neque falſam, intelligit de ſecundario ſignificato enunciato in actu exercito, in altero verò, cùm dicit eſſe veram, quando illi correſpondet quandoque eſt, intelligit de primario ſignificato. Hæc breuiter dicta ſint de veritate futurorum contingentium, quantùm faciunt ad præſens inſtitutum. Nam fuſiùs de hac eadem materia agemus in propria Quæſtione Philoſophica, vbi etiam agemus de veritate futurorum conditionalium.

8.

Tertia ratio Suarij in tertia parte. *Ad cognoſcẽdũ futurum cõtingens neceſſaria eſt cognitio volitionis diuinæ.*

Tertia ratio ſatis acuta eſt quorumdam recentiorum aſſerentium, quòd ad hoc vt cognoſcatur futurum contingens, deberet cognoſci volitio diuina: ſed B volitio diuina cognoſci non poteſt per ſpeciem creatam, niſi per reuelationem diuinam, vt patet; ergo futurum contingens cognoſci nõ poteſt. Maior probatur, quia volitio diuina cõcurrit ad futurum contingens, tamquam cauſa tripliciter; vel quia effectus pendet ſolũ ab ipſa diuina volitione, vt creatio vniuerſi, vel quia pendet ab ipſa creata volitione; ſed à Deo pendet principaliter per auxilium quoddam extraordinarium: vel pendet à Deo, & etiam à cauſa ſecunda, ita vt (ſicut accidit in peccatis) determinetur concurſus Dei à cauſa ſecunda; ergo neceſſariò debet cognoſci ipſa volitio tamquam cauſa. Probatur conſequentia, quia res futura (inquit) debet cognoſci ſecundum omnes rationes exiſtentiæ, & ſic C debet cognoſci cauſa, quæ operatura eſt, & hinc cõcludit, quòd neque per ipſam ſcientiam infuſam dari poteſt ſpecies repræſentans futurum, quia per illam ſcientiam non videtur intuitiuè voluntas Dei, & ita Chriſtus non cognoſcebat ſecundum illã ſcientiam futura contingentia per ſpeciem repræſentantem, ſed tantùm in atteſtante; ac proinde non habebat euidentiam rei, ſed tantùm euidentiam diuinæ auctoritatis dicentis: & conſequenter habebat cognitionem abſtractiuam, & non intuitiuam. Infert præterea, quòd Angelus naturaliter non cognoſcit illa præterita, quæ non fuerunt in ſua cognitione, quia cùm dependeant ex voluntate Dei, deberet videri ipſa Dei voluntas. Infert vltimò, quòd per ſcientiam Beatam poſſint videri futura D contingentia, quia videtur ipſa diuina voluntas à Beatis.

Confutatur tertia ratio.

Sed hæc ratio non omninò placet, quia non benè probat, quòd videri debeat diuina voluntas: nam per ſpeciem repræſentaretur futurum contingens, vt præſens, pro tali differentia temporis, & ſic vt habens eſſe determinatum in tali differentia extra ſuas cauſas; quare non deberet repræſentari ipſa cauſa, ſicut etiam accidit, cùm videtur res præſens. Imò repræſentatio cauſæ eſſet impertinens; nam talis effectus non poſſet videri ſecundum eſſe, quod habet in cauſa, quia habet eſſe indeterminatum, & cauſa dicitur determinata ad effectum in illo inſtanti, quando producit, non intrinſecè per determinationem, quæ eſt in cauſa, ſed extrinſecè ab effectu producto, E & determinato.

9.

Confutatur quarta ratio Ferrar. & Ægid.

Quarta ratio eſt Ferrarienſis ſecundo cont. gent. cap. 66. & Ægidij in 2. diſtinct. 7. quæſt. 2. art. 1. qui afferunt aliam rationem, & eſt quarta in ordine, quòd ſpecies non eſt principium cognoſcendi, niſi res præſentes, quia futura (inquit) non habent naturam ſecundum quam aſſimilentur ſpeciebus. Sed hæc ratio non ſatisfacit. nam hoc eſt, quod quæritur, quare ſpecies non ſit principium cognoſcendi res futuras, cùm ſit participatio quædam diuinæ eſſentiæ, quæ repræ-

Digitized by Google

repræſentat res futuras. Quòd ſi dicas deeſſe actualem relationem realem ad obiectum futurum: Contrà, quia non requiritur relatio prædicamentalis, ſed tranſcendentalis, ex dictis ſuprà. nam Angelus cognoſcit præterita, ſaltem illa, quorum habuit priùs experientiam; & tamen non eſt relatio realis prædicamentalis inter cognitionem Angeli, & rem præteritam.

Vide Corol. 9.

10. *Quinta ratio.* Alij quintò dicunt, quòd ſi vnum futurum cognoſceretur, ſequeretur poſſe omnia futura cognoſci, quod implicat, cùm ſint infinita.

Confutatur quinta ratio. Sed impugnatur hæc ratio, tum quia Angelus poteſt cognoſcere infinita; vt ſuprà in nono Corollario probauimus, præſertim quando cognoſcuntur per modum vnius, & hoc modo poſſet cognoſcere infinitas cogitationes damnatorum, quia illas cognoſceret per comprehenſionem animæ. Vel dicendum, quòd poteſt futura cognoſcere non ſimul, ſed ſucceſſiuè, illa, ſcilicet, ad quæ voluerit attendere.

11. *Sexta ratio.* Alij ſextò aſſignāt aliā rationem, quòd ſpecies Angeli non poteſt exēplari ab eſſentia diuina, tāquam à ſpecie in repræſentando futurū: ac proinde, ſicut eſſentia Dei nō repræſentat futurū, ita neque dari poteſt ſpecies creata, quæ repræſentet futurum. Quòd verò eſſentia diuina non repræſentet futurum, probatur, quia nō repræſentat illud in cauſa. nam etiam ſi Deus magis penetretur vt cauſa, ſiue ex parte obiecti, ſiue ex parte luminis, adhuc non cognoſceretur futurum contingens, ex vi huius penetrationis, vt ſiet: non enim requiritur maior perfectio in Deo ad hoc, vt poſſibile ſit futurum. Neque repræſentat vt ſpecies: nam Deus poteſt cognoſcere illud futurum in decreto ſuæ diuinæ voluntatis.

Cōfutatur. Sed hæc ratio mihi non placet, quāuis enim concedamus per eſſentiam diuinam nō repræſentari futurum contingens, tamquam per cauſam ob rationem ab ipſis allatam, quod fusè etiam probauimus in Corollario quarto; negamus tamen non cognoſci per eſſentiam diuinam, tamquam per ſpeciem.

Et probatur primò. nā ſi hoc, quod dicit hæc ſexta opinio, valeret, ſequeretur, quòd neque ſpecies Angeli repræſentaret præſens, quia neque Deus videt præſens ex penetratione cauſæ propter eamdem rationem, & poteſt illud videre in ſuo decreto.

Peccatum Deus non prædefinit. Secundò ſaltem Deus non poteſt videre peccatum futurum in decreto diuinæ voluntatis nam peccatum Deus non prædefinit. Quòd ſi dicas, videt in decreto ſuppoſita ſcientia conditionata. Contrà inſtatur, ſi eſſentia diuina, vt ſpecies repræſentat futurum peccatum ſuppoſita conditione, quare non poteſt repræſentare abſolutè?

12. *Quid ſentiat auctor in hac materia.* Quia igitur ad hanc tam arduam difficultatem ſoluendam, nec ex veteribus, nec ex recentioribus videtur hucuſque allata ſufficiens ratio, ideo Vaſquez, & aliqui recentiores exiſtimant nō poſſe à nobis huius rei afferri rationem ex Philoſophia, ſed tantùm veritatem huius rei haberi per Scripturas. quare cùm hanc materiam legeremus Neapoli Anno Domini 1595. conati ſumus aliquam huius rei inueſtigare rationem: occurrerunt autem duæ rationes, quarum, quamuis prior, quæ eſt ſeptima in ordine, aliquo modo defendi poſſit; poſterior tamen quæ eſt octaua in ordine, mihi nunc magis ſatisfacit, & deducitur ex principio noſtro Philoſophico. Vtraque igitur ratio examinanda eſt.

13. *Septima ratio.* Septima ratio, quæ videtur poſſe colligi ex S. Thoma, q. 8. de verit. art. 2. hæc eſt. Si dari poſſet ſpecies, quæ naturaliter Angelo repræſentaret futurum contingens, ſequeretur hanc ſpeciem eſſe nobiliorem ſuo obiecto, quod quidem eſt abſurdum. Nam

A obiectum non ſolùm eſt terminus, quatenus ad illud terminatur cognitio expreſſa per ſpeciem, ſed etiam eſt exemplar ipſius ſpeciei, ſpecies enim (vt ſupponitur ex Philoſophia) eſt vicaria, ſemen, & inſtrumentum, & participatio ipſius obiecti, repræſentans ipſum obiectum, vt exemplata ab ipſo, etiam ſi ſpecies efficienter non fieret ab obiecto, ſed ab alio agente ſuperiori, puta Deo. Nam fieret ad inſtar obiecti, & vt repræſentatiuum ipſius obiecti; abſurdum eſt autem exemplatum eſſe nobilius ſuo exemplari. Sequela probatur, quòd ſcilicet ſpecies eſſet nobilior ſuo obiecto. nam futurum contingens, quod eſt obiectum, non habet actu exiſtentiam pro differentia temporis A, ſed illam habet pro

Species eſt vicaria, ſemen, & inſtrumentum obiecti.

B differentia temporis B; at verò ſpecies haberet exiſtentiam ſecundum ipſum eſſe repræſentatiuum pro differentia temporis A, repræſentando obiectum pro B, ergo eſſet nobilior ſuo obiecto, non ſolùm materialiter, quia exiſteret, ſed formaliter, quia exiſteret ſecundum eſſe repræſentatiuum actuale.

1. obiectio. Quòd ſi obiiciatur primò contra hanc ſeptimam rationem, datur eſſentia diuina, quæ tamquam ſpecies de præſenti repræſentat futurum contingens:

Soluitur. Reſpondetur, eſſe diſparem rationem. nam eſſentia diuina non ideo eſt ſpecies, quia eſt Vicaria, vel ſemen, & participatio obiecti, ſicut eſt ſpecies creata, ſed quia eminenter continet obiectum, tamquam

C exemplar, à quo exemplatur ipſum obiectum, ideo tamquam ſpecies habet vim repræſentandi obiectum; poteſt igitur in actu repræſentatiuo exiſtere, etiam ſi non exiſtat obiectum.

2. obiectio. Quod ſi obiiciatur ſecundò: Species Angelica eſt vniuerſalior obiecto in repræſentando, quia repræſentat plura obiecta ſub quadam ratione vniuerſaliori, atque adeo repræſentat obiectum nobiliori quodam modo; quare non valet illa ratio in vniuerſum, quod, ſcilicet, ſpecies, quæ eſt participatio obiecti, & inſtrumentum ipſius, non poteſt in actu repræſentatiuo eſſe nobilior ſuo obiecto, quod eſt exemplar: ſed tunc valet, quando ſpecies fit ab ipſo obiecto, & non à cauſa ſuperiori, vt eſt Deus.

Soluitur. Reſpondetur, quòd iſta plura obiecta repræſentantur, vt ſuprà in nono Corollario oſtendimus, vel

D tamquam plures effectus in vna cauſa, vel quia habent aliquam ſimilitudinem, ſicut color, & lumen, ſi priori modo, ſpecies non excedit obiectum primarium, in quo videntur alia obiecta; ſi ſecundo modo, illa ſimilitudo eſt ex parte rei in ipſis obiectis, & ideo repræſentatio non excedit obiectum repræſentatum, imò ſi poſſet dari intellectus agens in Angelo, qui abſtraheret ab obiecto ſpeciem, poſſet abſtrahere ſpeciem vniuerſaliorem ſub ratione illa conuenientiæ; quæ eſt in obiecto particulari, vt in nono Corollario diximus.

3. obiectio. Quòd ſi obiiciatur tertiò; Species concreata à Deo in Angelo eſt exemplata ab eſſentia diuina; igitur poteſt eſſe nobilior in repræſentando, quàm ſit obiectum ad extra. Colligitur hæc obiectio ex S.

E Thoma, hac enim ratione probauit, vt vidimus ſuprà Corollario nono, dari ſpecies vniuerſaliores concreatas. Reſpondetur, quòd exemplatur, & producitur à Deo ad inſtar obiecti, cuius eſt ſpecies repræſentatiua, tamquam ipſius obiecti vicaria, vt infrà probabitur.

Soluitur.

4. obiectio. Quod ſi obiiciatur quartò: Species concreata Angelo repræſentat poſſibile, quod quidem poſſibile non eſt actu exiſtens, & tamen ſpecies repræſentans eſt in actu exiſtendi repræſentatiuo: ergo ſpecies

Digitized by Google

ſpecies poteſt eſſe nobilior ſuo obiecto ſecundum exiſtentiam, ſi eſt producta à cauſa ſuperiori.

Solvitur. Reſpondetur ſecundùm D. Thomam non poſſe naturaliter ſpeciem repræſentare poſſibile, & licet ſingularia materialia repræſentet vt poſſibilia, tamen repræſentat in natura vniuerſali ſpecifica, quia cùm Angelus comprehendit naturam vniuerſalem ſpecificam, cognoſcit etiam ſingularia materialia ſub illa contenta, quia ſunt veluti conditiones materiales reſpectu naturæ ſpecificæ, non ſic autem eſt de comprehenſione generis, quia differentiæ non poſſunt dici contineri eminenter in genere, quia ſunt perfectiores ipſo genere.

5. & fundamẽtalis impugnatio. Sed hæc ſeptima ratio, quamuis, vt ex dictis patet, defendi poſſit, tamen nunc mihi non omnino ſatisfacit. nam fundamentum, cui illa nititur, videtur poſſe ſolui, ſi dicatur quòd ſpecies repræſentans futurum, quamuis videatur excedere obiectum in ratione exiſtentiæ, & ſecundum actum repræſentatiuum: tamen hic exceſſus potiùs eſt materialis, quàm formalis: non enim excedit obiectum in ratione repræſentandi formaliter. Et probatur primò, quia alioquin non poſſet repræſentare naturam vniuerſalem antequàm exiſteret determinata ad ſingulare: & tamen Angelo initio ſuæ creationis illam repræſentabat. Secundò probatur, quia exceſſus formalis in ſpecie conſiſtit in ratione repræſentandi, quatenus ſcilicet repræſentat obiectum nobiliori modo, quod tunc videtur eſſe, cùm illud repræſentat tamquam ſecundarium obiectum per primarium, quòd patet in eſſentia diuina, quæ quoniam eſt exẽplar, etiam tamquam ſpecies excedit obiecta creata in ipſa ratione repræſentãdi, quia illa repræſentat tãquam ſecundaria obiecta contenta eminenter in ipſamet eſſentia diuina. Patet etiam in ipſa ſubſtantia Angeli, quæ tamquam ſpecies excedit in ratione repræſentandi accidentia ſibi intrinſeca, tamquam obiecta repræſentata, quia illa repræſentat, vt ſecundaria obiecta contenta eminenter in ipſa ſubſtantia, tamquam in primario obiecto repræſentato.

Octaua & verior ratio probandi ſententiam Corollary ex principio primo Philoſophico.

14. 8. ratio Auctoris. Vide infrà circa finem. OCTAVA ratio, quam etiam tunc temporis, cùm hanc materiam legerem, indicaui, & videtur S. Thomæ, ſic deducitur ex principio; modus cognoſcendi futurum contingens, excedit modum eſſendi ſubſtantiæ Angelicæ: ergo non poteſt eſſe illi connaturalis. Conſequentia eſt manifeſta ex principio; antecedens probatur, quia ad hoc, vt Angelus cognoſcat connaturaliter futurum contingens, deberet eminenter continere ipſum futurum: ſed non continet; ergo modus cognoſcendi excedit modum eſſendi. Minor huius probationis eſt clara, quia ſolus Deus continet eminenter creaturas: Maior, in qua eſt tota difficultas, probatur. nam continentia eminentialis facit, vt non requiratur concurſus obiecti, tamquam repræſentatiui, ſiue per ſeipſum, ſiue per ſpeciem ſui vicariam. nam obiectum repræſentatur per ipſam ſubſtantiam cognoſcentis, tamquam per ſpeciem, quæ quoniam potiùs ſe habet vt exemplar, quàm vt exemplata ab obiecto, ideo poteſt ſubire vices ſpeciei, vt quo repræſentans in ſeipſa, tamquam in primario obiecto vt quod, ipſa obiecta, quæ eminenter continet.

Probatur primò, exemplo de ipſa ſubſtantia Angeli, quæ quoniam, vt ſuprà diximus, eminenter continet accidentia ſibi intrinſeca, tamquam proprietates ſibi connaturales: ideò per ſeipſam, tamquam per ſpeciem repræſentat ſecundum veriorem opinionem Theologorum naturam ſuam, & accidentia in ſeipſa, tamquam in primario obiecto.

Secundò, probatur exemplo de eſſentia diuina, quæ quoniam continet eminenter omnes creaturas, poteſt tamquam ſpecies illas repræſentare in ſeipſa, tamquam in obiecto primario. Quòd ſi dicas, etiam ſi Deus per impoſſibile non eſſet potens omnia facere, & per conſequens non eminenter omnia contineret, adhuc eſſet eodem modo intelligens, ſicut nunc eſt, quia intellectus diuinus non dependet à voluntate, vel à potentia.

Reſpondetur, quòd dato hoc impoſſibili, eſſet alius modus intelligendi, ac nunc eſt: nunc autem modus intelligendi creaturas ſecundùm S. Thomam eſt per cauſam, vt ſuprà probatum eſt: eſſentia igitur diuina, quæ tamquam ſpecies repræſentat cauſam, repræſentat etiam alia obiecta, vt effectus in ſeipſa, tamquam in obiecto primario.

Tertiò probatur à priori, quia ſpecies, quæ eſt ſufficiens ad repræſentandum obiectum primarium, tamquam cauſam, eſt etiam ſufficiens propter ſui nobilitatem ad repræſentandum obiectum ſecundariũ in primario, ſicut à pari probauimus in Quæſtione Philoſophica, dubio quinto, quòd ſpecies illa expreſſa, quæ repræſentat obiectum primarium, eſt ſufficiens ad repræſentandũ obiecta ſecundaria per eumdem gradum indiuiſibilem intenſionis; ſolùm autem requiritur maior extenſio; hæc verò extenſio nõ requiritur in ſpecie. quæ eſt actus primus, vt ibidem probatum eſt; reſtat igitur probatum, quòd ſi Angelus contineret eminenter futurum contingens, poſſet per ſuam ſubſtantiam ſine concurſu obiecti repræſentare ipſum futurum: ſed quia non continet illud, ideo opus eſt concurſu obiecti, vt poſſit ipſum futurum contingens Angelo repræſentari: ſed obiectum non poteſt concurrere ad productionem ſpeciei, cùm non ſupponitur exiſtens, ſed futurum; ergo non poteſt ab Angelo cognoſci ipſum futurũ. Quòd ſi dicat non opus eſſe concurſu obiecti, quia Deus ab initio concreauit Angelo ſpecies: Obiectio.

Solutio. Reſpondetur, quòd quamuis Deus concrearit Angelo initio ſuæ creationis ſpecies rerum, concreauit tamen tãquam adminiſtrator naturæ ſupplens concurſum obiecti: ac proinde concreauit illas, vt inſtrumenta obiectorum. hic enim erat modus proportionatus, & conueniens Angelo, vt hucuſque probatum eſt ex eo, quia non continet Angelus eminenter ipſa obiecta. Concreauit igitur Deus Angelo ſpecies, vt inſtrumenta obiectorum eo modo, quo poterãt produci à ſuis obiectis: ſed futurum contingens, vt futurum, neque connaturaliter, neque per potentiam diuinam poteſt concurrere ad productionem ſuæ ſpeciei; ergo Deus non concreauit ſpeciem, quæ poſſet repræſentare futurum, vt futurum, neque ſecundùm actualem exiſtentiam, quatenus ſcilicet, eſt præſens in tali differentia temporis, quomodo futurum repræſentat eſſentia diuina, neque ſub ratione futuritionis; ſed creauit ſpeciem, quæ repræſentet ipſum futurum contingens abſtractiuè, antequàm exiſteret, & intuitiuè, poſtquàm res exiſtit, quia ſi obiectum exiſteret, eſſet ſufficiens ad gignendum vtramque notitiam. Quòd ſi dicas, repræſentatiuum ſpeciei non pendet ex modo, quo fuit producta, ſed ex propria eſſentia: ſi igitur eſt repræſentatiua rei, quando eſt præſens, eſt etiam repræſentatiua rei, quando eſt futura. Ad hoc reſpondebitur infrà in reſponſione ad quintam obiectionem. Hæc octaua ratio mihi videtur poſſe colligi ex S. Thom. in quæſt. de

Digitized by Google

S. Tho. ibid. ad 1. & clarius 1. p. q. 57. artic. 3. ad 3.

verit. vbi habet, quòd Angeli non poſſunt habere in ſeipſis repræſentatiuum fururorum contingentium, quia non ſunt operatores illorum: ſed debent illud accipere ab obiecto, at futurum contingens non poteſt, inquit, aſſimilare ſibi ſpeciem, quare nec Deus illam concreauit Angelis.

15. 1. obiectio.

Sed contra hanc noſtram rationem obiicies primò, hinc ſequeretur, quòd Angelus non haberet ſpecies vniuerſaliores, quia ſi Angelus abſtraheret ſpeciem ab obiecto, abſtraheret tantùm ſpeciem ſingularem repræſentatiuam obiecti ſingularis: ergo etiam Deus, vt adminiſtrator naturæ non debuiſſet concreare ſpeciem vniuerſalem.

Soluitur.

Reſpondetur, quòd ſi daretur intellectus agens in Angelo, abſtraheret propter ſui perfectionem naturam obiecti ſub ratione quadam vniuerſaliori conuenientiæ, in qua reliqua obiecta ſimilia conuenirēt, quæ quidem conuenientia eſt in illo ſingulari, ac proinde abſtraheret ſpeciem vniuerſaliorem repræſentantem omnia obiecta ſimilia, vt dictū eſt ſuprà. (Vide Corol.)

16. 2. obiectio.

Obiicies ſecundò; Angelus cognoſcit præteritum, quod quidem non poteſt producere ſpeciem.

Soluitur.

Reſpondetur; hoc potius confirmat rationem noſtram. nam propter hanc eamdem rationem dicendum eſt, ſi ante creationem Angeli fuiſſent creata aliqua, quæ præteriiſſent, tunc Angelus non habuiſſet illorum ſpecies. Si verò argumentum intelligitur de præteritis, quæ fuerunt præſentia aliquando in cognitione Angeli, falſum eſt, quòd illa præterita, quatenus aliquando fuerunt præſentia, non potuerint concurrere ad productionem ſpeciei.

17. 3. obiectio, Soluitur.

Obiicies tertiò, Angelus cognoſcit poſſibilia, quæ tamen non poſſunt cōcurrere ad productionem ſpecierum: Reſpondetur, hoc etiam confirmat rationem noſtram: nam propter eamdem rationem non poteſt Angelus naturaliter cognoſcere naturas ſpecificas poſſibiles, vt tenet S. Tho. ſuprà citatus in nono Corollario, ſed tantùm cognoſcit connaturaliter naturas ſpecificas, quæ aliquando exiſtent. Quòd ſi adhuc inſtes; Angelus cognoſcit omnia ſingularia poſſibilia ſub vna ſpecie: Reſpondetur, aliqui negant cognoſci huiuſmodi ſingularia poſſibilia, ſed tunc cognoſci, quando actu exiſtunt. Sed quia nos in nono Corollario tenuimus, vt probabilius, & magis Thomiſticum, cognoſci huiuſmodi ſingularia poſſibilia abſtractiuè, etiam illa, quæ numquam exiſtent, ideò ad inſtantiam reſpondendum eſt, illa cognoſci in natura vniuerſa ſpecifica, tamquam in re cognita, quia ſingularia ſecundùm conditiones materiales videntur contineri naturaliter, & neceſſariò eminenter in ipſa natura vniuerſali ſpecifica: quod non idem dicendū eſt de differentiis, reſpectu generis, quia ſunt perfectiores ipſo genere, & contrahunt illud formaliter: quare dicendum eſt, quòd quia Angelus comprehendit illam naturam vniuerſalem, cognoſcit etiam ſingularia per eamdem ſpeciem, per quam repræſentatur natura vniuerſalis, ſicut Angelus comprehendēs cauſam, comprehendit etiam neceſſariò omnes effectus poſſibiles. Quare ſufficit vt illa natura vniuerſalis poſſit immittere ſpeciem ſui; poteſt autem immittere, quia ſupponit Angelum habere ſpeciem illius naturæ vniuerſalis, quę aliquando exiſtet in ſingulari, natura autem, cùm exiſtit in ſingulari, poteſt immittere ſpeciem repræſentantem ſeipſam in vniuerſali, vt dictum eſt ſuprà, ac proinde poterat Deus, vt ſupplens concurſum obiecti initio concreare ſpeciem repræſentantem naturam vniuerſalem.

Inſtātia cōtra ſolutionem. — Soluitur inſtantia.

18. 4. obiectio.

Obiicies quartò: Sequeretur ſaltem ex reſponſione data, quòd Angelus poſſet cognoſcere ſuam volitionem futuram, vel cognitionem, vel operationem ſaltem externam futuram, quia illam continet eminenter.

Soluitur.

Reſpondetur, aliqui exiſtimant huiuſmodi actus internos non repræſentari per ſpeciē, ſed ſeipſis tantùm cùm exiſtunt. Sed dicendum eſt, quòd ſiue repræſententur per ſpeciem, ſiue per ſubſtantiam Angeli, non dicitur Angelus continere eminenter ſuam volitionem, vel cognitionem, quia ad volitionem in eodem genere cauſæ ſecundæ, concurrit neceſſariò naturaliter, & efficienter ſimul cum voluntate Angeli ipſum obiectum cognitum: ad actum verò internum cognitionis, concurrit etiam efficienter ſpecies, tamquam inſtrumentum obiecti in eodem genere cauſæ ſecundæ. Nec etiā dicitur continere propriè eminenter ſuam operationem externam, quia ad illam requiritur cognitio, & volitio, quæ non dependet à ſolo Angelo, tamquam à cauſa ſecunda, vt viſum eſt.

19. 5. obiectio.

Obiicies quintò: Angelus nullas accipit ſpecies à rebus, ſed omnes à Deo ſunt concreatæ ab initio, vt probatum eſt ſuprà: ergo ſpecies neceſſariò repræſentant futurum. nam neceſſariò repræſentant rem ſicuti eſt, ſecundùm actualem ſuam exiſtentiam, & hoc modo repræſentant futurum exiſtēs pro tali differentia temporis. Si enim hoc modo non repræſentarent rem, non videtur, quomodo poſſent repręſentare rem, quando eſt præſens: niſi ſaltem modificationem accipiant ab obiecto, quod negatum eſt in 8. Corollario niſi repræſentarent rem ſemper præſentem, quod quidem eſt abſurdum, quia repræſentarent falſum.

Soluitur.

Ad hanc obiectionem reſpondent quidam Recentiores, ſpeciem quidem concreatam à Deo, quantum eſt ex ſe, eſſe repræſentatiuam futuri, ſed non actu repræſentare, quia futurum non eſt intra latitudinem obiecti Angelici.

Inſtatur cōtra hanc ſolutionem.

Sed hæc reſponſio mihi non ſatisfacit. Nam ſi obiectum non eſt intra latitudinem obiecti Angelici, non poteſt habere connaturaliter ſpeciem connaturalem repræſentatiuam ſui in actu primo, per principium Philoſophicum ſuprà explicatum. Fateor tamē huic reſponſioni recentiorum fauere Diuum Thomam quæſt. 57. artic. 3. vbi dicit ſpecies Angelicas æqualiter ſe habere ad præſentia, & futura, non tamen ipſa præſentia, & futura æqualiter ſe habere ad ſpecies. Sed dici poſſet, S. Thomā tantùm velle, quòd ſpecies repræſentent naturam, quæ eadem eſt præſens, ac futura: præſens autem; vt præſens; & futurū, vt futurum, non æqualiter ſe habere ad rationes, ſeu ſpecies: & videtur ibidem afferre eamdem rationem, quam nos attulimus.

Quare ad obiectionem reſpondendum eſt, ſpeciem concreatam à Deo, antequam natura exiſtat, repręſentare abſtractiuè; cùm verò exiſtit intuitiuè, nihil accipiendo à re, ſed quia tantùm facta eſt aſſimilatio obiecti cum ſpecie, vt ſuprà in octauo Corollario fusè probatum eſt. Hæ enim ſpecies, vt ibidem dictum eſt, ſunt diuerſæ naturæ, & à phantaſmate, quod tantùm repræſentat abſtractiuè, & à ſpecie viſibili, quæ tantùm repræſentat intuitiuè, & ab eſſentia diuina, quæ tamquam ſpecies repræſentat rem, ſicuti eſt, futuram, vt futuram pro tali differentia temporis, & præſentem, vt præſentem: ſed hæc ſpecies eſt talis naturæ, vt repræſentet rem futuram abſtractiuè tantùm, rem verò præſentem intuitiuè, quia tunc aſſimilatur obiecto; nō repræſentat autem rem futuram intuitiuè, quia non eſt tantæ perfectionis: fuit enim à Deo concreata talis naturæ, iuxta exigentiam intellectus Angelici, qui, vt dictum eſt, non poteſt connaturaliter cognoſcere futurum.

QVÆ

QVÆSTIO DECIMATERTIA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia decimitertij Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, non poſſit Angelus lumine naturali cognoſcere myſteria ſupernaturalia, ſeu gratiæ, conceptu proprio, & quidditatiuo.

Materiam huius quæſtionis tractant Scholaſtici, præcipuè in 4. diſtinct. 10. Scotus quæſtione 8. Baſſolus quæſtione eadem. Maior. quæſtione 5. Ocham. quæſtione 5. articulo 3. Durand. quæſtione 4. Sotus quæſtione 1. artic. 7. Richard. artic. 5. quæſtione 5. Palud. quæſtione 4. artic. 2. Bonauentura 2. parte, diſtinctione 10. artic. 2. quæſtione 1. Alexander 4. parte, quæſtione 10. in tractatu de ſacrificio Miſſæ, memb. 7. articulo 3. Sanctus Thomas prima parte, quæſtione 57. artic. 5. & hic Caietanus, & in tertia parte, quæſtione 76. articulo 7. Ægidius theoremate 16. Gabriel in can. lectione 43. Henricus quodlib. 11. quæſtione 12. Vaſquez 1. parte, diſput. 214. Suarez 3. parte, diſput. 56. ſect. 3. tomo 3. & diſput. 48. ſect. 1. & Thomiſtæ ſuper 1. partem S. Thomæ quæſtione 57. articulo 5.

1. PRO explicatione notandum, myſteria ſupernaturalia eſſe in duplici differentia; quædam ſunt realitates, vt lumen gloriæ, viſio beatifica, ſpecies, ſi dari poſſet creata, quæ repræſentaret Deum intuitiuè, gratia, & cæteri habitus, qui illam conſequuntur; quædam alia ſunt modi realitatis naturalis; huiuſmodi ſunt vnio hypoſtatica humanitatis Chriſti cum Verbo, præſentia indiuiſibilis corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis, modus exiſtendi per ſe accidentium in Euchariſtia, & deſitio panis in Sacramento. & horum modorum aliqui ſunt, qui reſultant in re facta, vt præſentia indiuiſibilis corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis, vnio hypoſtatica, & modus exiſtendi per ſe accidentium: alij ſunt tantùm in fieri ſupernaturales: huiuſmodi eſt deſitio panis in Sacramento, & penetratio corporis cum corpore, & alij huiuſmodi his notatis.

2. *Myſteria intrinſecè ſupernaturalia non poſſunt cognoſci ab Angelo.* Vide in qu. Philoſ. dub. 1.

Myſteria intrinſecè ſupernaturalia, habent modum eſſendi excedentem ſecundum altiorem ordinem modum eſſendi virtutis cognoſcentis Angelicæ: ergo non poſſunt à virtute Angelica proprio, & quidditatiuo conceptu cognoſci ſiue abſtractiuè, ſiue intuitiuè. Conſequentia eſt manifeſta ex principio, quòd ſcilicet, cùm modus eſſendi obiecti, excedit modum eſſendi virtutis cognoſcentis, excedit etiam modum connaturalem cognoſcendi ipſius virtutis. Nam modus cognoſcendi adæquatur modo eſſendi ſuæ potentiæ, tamquam proprietas connaturalis ipſius. Antecedens probatur, quia quod eſt intrinſecè, & ſecundùm ſubſtantiam ſupernaturale, eſt in altiori ordine, quàm ens naturale, ſed hu-

A iuſmodi ſunt myſteria gratiæ: ergo non poſſunt naturaliter cognoſci ab Angelo, proprio, & quidditatiuo conceptu. Eſt communis ferè Scholaſticorum in 4. & S. Thom. Caietani, & aliorum Thomiſtarum locis citatis.

Contra hanc ſententiam Corollarij tenent Scot. Baſſol. Maior, Gabriel, & Ocham locis ſuprà citatis: probant autē ex oppoſito principio. exiſtimant enim myſteria gratiæ ſuprà enumerata non eſſe intrinſecè, & ſecundùm ſubſtantiam ſupernaturalia, ſed tantùm extrinſecè ex ſolo modo productionis, quia à ſolo Deo effici poſſunt, ſicut eſt reſtitutio oculi cæco: & ex hoc bene concludunt, huiuſmodi myſteria cognoſci poſſe ab Angelo intuitiuè, quia ſunt intrinſecè in ordine naturali. Si enim cognoſci poteſt ſubſtantia naturalis ab Angelo, multò magis hæc myſteria, quæ ſunt accidentia in eodem ordine. Quare vt punctus difficultatis in hac Quæſtione plenè reſoluatur, oportet examinare ſigillatim, An hæc myſteria gratiæ ſint ſupernaturalia intrinſecè ſecundùm ſubſtantiam: An verò tantùm extrinſecè ratione efficientis; hinc enim pendet reſolutio Quæſtionis, An ſcilicet ab Angelo cōnaturaliter cognoſci poſſint intuitiuè, ſeu proprio & quidditatiuo conceptu. Quod vt commodiùs agatur, diſtribuitur Quæſtio in quinque dubitationes. *Oppoſitum tenet Scot. Baſſ. Maior. Gab. & Och.*

B

Prima; An myſteria gratiæ, quæ ſunt realitates, vt lumen gloriæ, viſio beatifica, gratia, &c. ſint ſupernaturalia intrinſecè, vel extrinſecè.

C Secunda; An vnio hypoſtatica humanitatis Chriſti ſit modus intrinſecè ſupernaturalis, vel tantùm extrinſecè: Et, An ſaltem abſtractiuè per alienam ſpeciem cognoſci poſſit.

Tertia; Idem quæritur de modo indiuiſibili corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis.

Quarta; Idem quæritur de modo eſſendi per ſe accidentium in Euchariſtia.

Quinta; Idem quæritur de deſitione panis in Sacramento.

PRIMA DVBITATIO.

An myſteria gratiæ, quæ ſunt realitates, qualia ſunt lumen gloriæ, viſio beatifica, ipſa gratia, & habitus illam conſequentes ſint intrinſecè ſupernaturalia.

D

3. *Opinio Scoti, Baſſ. Gab. & Ocham.* SCOTVS, quem ſequitur Baſſolus, Maior, Gabriel, & Ocham, tenet eſſe tantùm ſupernaturalia in ordine ad agens; ita vt ſupernaturalia dicantur illa, quæ poſſunt fieri à ſolo Deo; vt cùm oculus amiſſus cæco reſtituitur. Naturalia verò, quæ poſſunt fieri à cauſa naturali, ſiue attingantur intrinſecè ab ipſa cauſa, ſiue tantùm extrinſecè; vt anima rationalis, quæ apud Scotum eſt ordinis naturalis, quia quamuis à ſolo Deo creetur, tamen extrinſecè attingitur à cauſa naturali per diſpoſitiones, quæ excludunt à materia omnem aliam formam, & poſſunt ſolùm E ſtare cum anima connaturaliter.

4. *Verior opinio S. Tho. & impugnatur ſimul opinio Scoti. Probatur primò. 1. p. d. 14. a. 2. Myſteria gratiæ ſunt intrinſecè ſupernaturalia.*

Sed dicendum eſt contra Scotum cum S. Tho. & communi Theologorum, locis ſuprà citatis, huiuſmodi myſteria gratiæ, eſſe ſupernaturalia intrinſecè ſecundùm ſuam ſubſtantiam. Et probatur primò: quia alioquin ſequeretur, quòd Angelus diceretur eſſe ſupernaturalis, quia à ſolo Deo creari poteſt. Quòd ſi dicas cum Vaſquez nōn dici ſupernaturalis quia ante creationem nulla cauſa anteceſſit, ſecundùm cuius curſum dici poterat Deus operari. Cōtra; quia hoc eſt impertinens. ſufficit enim Deum operatum

ratum eſſe ſupra curſum cauſarum poſſibilium, cùm à nulla cauſa naturali eſſe potuerit. A
Secundò. Secundò probatur: Sequeretur, quòd ſi lumen gloriæ, & viſio beatifica intrinſecè, & ſecundùm ſubſtantiam eſſent naturalia, poſſent competere connaturaliter Angelo, ſaltem creabili: quia ſecundùm ſubſtantiam eſſent eiuſdem ordinis, & poſſet creari Angelus tantæ perfectionis in tota latitudine Angelorum, quæ eſt infinita, cui huiuſmodi entitates connaturaliter conuenirent. Nec obſtaret, quòd iſtæ qualitates eſſent ſupernaturales, quatenus à Deo ſolo fieri poſſunt, tum quia hoc ſe habet extrinſecè, tum quia etiã ſubſtantia Angeli à ſolo Deo fieri poteſt: quare in hoc etiam conuenirent. Non poſſe autem lumen gloriæ, & viſionem beatificam Angelo creabili connaturaliter conuenire, ſuprà oſtenſum eſt in ſecũdo Corollario. B

5\. Tertiò probant alij. Impugnatur hæc 3. probatio.

Tertiò probant aliqui recentiores à priori, quia ſunt ſupernaturalia, non ſolùm ex parte cauſæ efficientis, ſed etiam ex parte ſubiecti: ſubiectum enim ſuapte natura illa non expoſcit. Sed cõtrà, quia hoc eſt, quod quæritur; vnde probetur non eſſe connaturalia ſubiecto. Quòd ſi dicatur, quia ſunt ſupernaturalia intrinſecè, hoc eſt petere principium.

6\. Quarta probatio à priori.

Quartò igitur à priori ſic mihi videtur probandum, quia huiuſmodi myſteria includunt modum proprium eſſendi Dei, vt in eodem ſecundo Corollario probatum eſt.

Prædicata in Deo ſunt in triplici differentia.

Sed pro huius probationis explicatione breuiter recolendum eſt, prædicata quæ ſunt in Deo, eſſe in triplici differentia. Quædam ſunt, quæ abſtrahere poſſunt ſecundùm noſtrum modum concipiendi à proprio modo eſſendi in Deo, vt ratio ſubſtantiæ, viuentis, intellectus: & hæc communicari poſſunt creaturæ per contractionem ad proprium modum connaturalem ipſius creaturæ. C Quædam alia ſunt, quæ nec naturaliter, nec ſupernaturaliter communicari poſſunt creaturæ; vt eſt eſſe infinitum, actum purum. Denique alia ſunt, quæ inuoluunt proprium modum eſſendi in Deo: & conſequẽter non poſſunt hæc abſtrahere à proprio modo Dei. Huiuſmodi ſunt lumen gloriæ, & viſio beatifica, quæ quidem dicunt cognitionem intuitiuam ipſius Dei in ſeipſo, & non per aliquod medium materiale, ſeu potentiale, qui modus cognoſcendi eſt proprius Dei, qui eſt actus purus. Nam cæteræ creaturæ, cùm ſint immerſæ materialitati, vel ſaltem potentialitati, non poſſunt habere modum connaturalem intuẽdi Deum actum purum in ſeipſo: D ſed tantùm habent modum cognoſcendi ipſum actum purum per medium materiale, ſeu potentiale, tamquam priùs cognitum, ſicut homo cognoſcit Deum per creaturas materiales, tamquam per effectus priùs cognitos: Angelus verò per eſſentiam ſuam, tamquam per effectum cognitum. Quare hæc prædicata non poſſunt communicari creaturæ connaturaliter, quia modus cognoſcendi excedit, vt viſum eſt, modum eſſendi ipſius creaturæ: ſed communicari poſſunt inſtrumentaliter, quia non inuoluunt in ſuo conceptu præciſè vt viſum eſt, infinitatem, ſed tantùm talem modum cognoſcendi Deum in ſeipſo.

Vide in q.1. Phi.dub.1.

In 2. Corol.

7\. *Gratia ſanctificans eſt intrinſecè ſupernaturalis. Gratia eſt ſupernaturalis intrinſecè.*

Sed hìc occurrit primò dubium de ipſa gratia ſanctificante, quia nõ videtur includere hunc proprium E modum eſſendi in Deo, ſicut includunt viſio beatifica, lumen gloriæ, & ſpecies, quæ repræſentaret Deũ, ſi dari poſſet creata. Reſpondetur, quòd gratia eſt etiam ſupernaturalis intrinſecè, quia eſt participatio diuinæ naturæ, & facit connaturaliter dignum viſione beatifica, quæ, vt hactenus probauimus, eſt ordinis ſupernaturalis: & idem dicendum eſt de aliis habitibus, qui ipſam gratiam tamquam proprietates connaturaliter conſequuntur.

8\. *Scientia infuſa eſt ſupernaturalis.*

Secundò occurrit dubium difficilius de habitu, & ſpeciebus ſcientiæ infuſæ, quia hæc non inuoluunt modum eſſendi Dei.

Sed dicendum eſt, huiuſmodi habitus, & ſpecies eſſe ſecundùm ſubſtantiam, & intrinſecè ſupernaturalia, quia per hæc connaturaliter cognoſcuntur lumen gloriæ, & viſio beatifica, & ipſa gratia in ſeipſis quidditatiuè, ſiue abſtractiuè, ſiue intuitiuè: ergo habent proportionem cum ipſis obiectis cognitis, quæ diximus eſſe intrinſecè ſupernaturalia, vt fuſiùs in quarto Corollario diſputatum eſt. Reſtat igitur probatum id, quod intendebamus ſuprà, non poſſe ab Angelo videri huiuſmodi myſteria, quia ſunt intrinſecè ſupernaturalia.

Reſpõſio ad arg. Scot. allatũ ſuprà.

Ad argumentum autem Scoti, cùm dicebatur, quòd ſubſtantia cognoſcitur ab Angelo; ergo multo magis myſteria gratiæ, quæ ſunt accidentia: Reſpondetur ex dictis, eſſe diſparem rationem, quia huiuſmodi accidentia, cùm ſint ſupernaturalia, ſunt in altiori ordine, quàm ſit ſubſtantia naturalis, & ideò excedunt modum eſſendi potentiæ cognoſcentis Angelicæ.

SECVNDA DVBITATIO.

An modus vnionis humanitatis cum Verbo ſit intrinſecè ſupernaturalis: & , An ſaltem cognoſci poſſit ab Angelo per alienam ſpeciem.

9\.

QVOAD primam partem difficultatis, dico primò, vnionem humanitatis Chriſti cum perſonalitate Verbi eſſe intrinſecè ſupernaturalem, quia participat aliquo modo proprium modum eſſendi in Deo. Nam per hunc modum humanitas Chriſti vnitur immediatè perſonalitati diuinæ, ſicut ipſa eſſentia diuina, in hoc ſenſu, quòd ſicut natura diuina à perſonalitate diuina terminatur, ita natura humana à ſola perſonalitate diuina terminatur. Quòd autem natura diuina, præter alias differentias terminetur identicè propter infinitatem, nihil obſtat, quin proprius modus eſſendi in Deo participetur à creatura, ſicut à ſimili intellectus Beati, quia intuetur Deum in ſeipſo, & non per aliquod medium priùs cognitum, participat proprium modum cognoſcendi ipſius Dei, vt probatum eſt ſuprà: & tamẽ hic modus in Deo eſt infinitus, & comprehenſiuus, qualis non eſt in Beato. Præterea hæc vnio facit Chriſtum connaturaliter dignum viſione beatifica & omni alio dono ſupernaturali: ergo ipſa eſt intrinſecè ſupernaturalis, quoad ſecundam partem.

10\. *Angelus non poteſt intuitiuè cognoſcere modum vnionis hypoſtatica.* Ambroſ. Chryſoſt.

Dico ſecundò, quòd hinc remanet iam probatum, quod intendebamus, non poſſe, ſcilicet, Angelum lumine naturali intueri hunc modum vnionis. Quod clariùs, & expreſsè inter alios Patres, dicunt Ambroſ. lib. 1. de fide ad Gratianum, c. 5. & Chryſoſt. hom. de S. Ioanne Baptiſta, omitto alios, qui vel loquuntur de cognitione humana, vel de illa interpretari poſſunt.

Nec poteſt cognoſcere hũc modum abſtractiuè quidditatiuè. *Nec poteſt cognoſcere per alienam ſpeciem.*

Quòd ſi quæras, An Angelus abſtractiuè poſſit hunc modum cognoſcere, reſpondetur ex eodẽ principio, vt patet ex dictis, quòd non poteſt cognoſcere proprio conceptu, & quidditatiuo, per propriam ſpeciem, quia excedit lumen Angelicum, quod eſt naturale. Sed quæres adhuc, an ſaltem poſſit cognoſcere per cognitionem extremorum. Aliqui tenẽt, quòd ſic, quia ab Angelo poteſt perfectè comprehendi natura humana ſecundùm omnes ipſius modos connaturales. Quantum igitur eſt ex parte huius extremi, nullam dicit repugnantiam: ex parte verò alterius extremi, ſcilicet, Dei, nihil obſtat, quia Angelus

per

Digitized by Google

per cognitionem naturalem, quam habet de ipſo Deo, nullam videt repugnantiam. Sed dicendum eſt, non poſſe certò cognoſci. nam quicquid ſit, An poſſit habere certitudinem ex parte illius extremi, ſcilicet, humanitatis propter argumentum factum, nullam tamen poteſt habere certitudinem ex parte alterius extremi: quia cùm per cognitionem naturalem non comprehendat Deum, non poteſt ſcire certò, An aliquã imperfectionem dicat in ipſo Deo. Et præterea non ſufficit cognitio tantùm naturæ diuinæ, vt ſic: ſed requiritur adhuc cognitio perſonalitatis Verbi, quæ nullo modo cognoſci poteſt lumine naturæ. Imò addo quòd nec Beatus hoc modo poteſt cognoſcere, quia non poteſt comprehendere perſonalitatem Verbi, præſertim ſi detur incompre-
Coroll.4. henſibilitas ex parte obiecti, vt ſuprà tenuimus, & non ſolùm ex parte claritatis.

TERTIA DVBITATIO.

An modus indiuiſibilis præſentiæ Corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis, ſit intrinſecè ſupernaturalis.

11. *1. arg. contra ſupernaturalitatem præſentiæ indiuiſibilis corporis Christi.* Circa verò modum indiuiſibilem præſentiæ corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis, maior eſt difficultas, quàm ſit circa ſuperiorem modum vnionis, propter duo. Primò, quia hic modus habet aliquam conuenientiam, ſaltem analogicam, cum modo naturali indiuiſibilis præſentiæ animæ rationalis in corpore, & Angeli in loco, quando ibi ſe ponit diuiſibiliter. eſt enim totus in toto, & totus in qualibet par-
2. argum. te. Secundò, quia hic modus indiuiſibilis præſentiæ reſultat naturaliter ex ablatione proprij modi quantitatis, quæ eſt tota in toto, & pars in parte, quod non eſt idem de vnione humanitatis cum Verbo. nam ex ablatione proprij modi non reſultat naturaliter vnio cũ Verbo. His tamen non obſtantibus.

Primum dictum. Dico primò, quoad primam partem difficultatis, hunc modum indiuiſibilis præſentiæ corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis eſſe intrinſecè ſupernaturalem, quia nulli ſubiecto poteſt competere naturaliter, non quidem ſubſtantiæ quantæ. nam proprius modus ipſius eſt eſſe extenſam in ordine ad locum: hic autem modus dicit indiuiſibilitatem in ordine ad locum. Nec poteſt connaturaliter competere ſubſtantiæ ſpirituali, quia in ſubſtantia ſpirituali hic modus non ſolùm eſt indiuiſibilis in ordine ad locum, ſed etiam in ſeipſo: at verò hic modus, qui ponitur in corpore Chriſti, eſt extenſus in ordine ad ipſum corpus Chriſti. nam cùm corpus Chriſti ſit extenſum in ordine ad ſe, vt ſupponitur, ſubiectat, vt ita dicam, hunc modum ſecundùm omnes partes ſuas, quia ſecundùm omnes partes eſt inextenſum in ordine ad locum.

12. *Reſpõſio ad argum. Ad primũ.* Ad argumenta, quæ ſunt contra hoc primum dictum, reſpondetur ad primum, quamuis hic modus habeat conuenientiam analogicam cum modo animæ rationalis, & Angeli; tamen eſt diuerſæ rationis: quia hic modus eſt extenſus in ordine ad ſubiectum: & vt ſic non ſolùm non poteſt fieri à cauſa naturali, ſed nulli ſubiecto poteſt conuenire naturaliter, & ideò eſt intrinſecè ſupernaturalis. vnde huic modo poteſt bene applicari diſtinctio illa, quòd non ſolùm eſt ſupernaturalis ex parte cauſæ, ſed etiam ex parte ſubiecti, quia nulli ſubiecto competit connaturaliter. Neque hîc petitur principium. nam cùm quæritur, quare non conueniat alicui ſubiecto; reſpon-

deri poteſt ex dictis, quia vel ſubiectum eſt quantum, vel ſpirituale, non poteſt competere quanto, quia dicit in extenſionem in ordine ad locum: non ſpirituali, quia dicit extenſionem in ordine ad ſubiectum.

Ad ſecundum reſpondetur negando, quòd hic modus reſultet naturaliter ex ablatione proprij modi. nam ſi à quantitate auferatur proprius modus diuiſibilis præſentiæ ad locum, non reſultat in illa præſentia indiuiſibilis, ita vt ſit tota in tota, & tota in qualibet parte loci: ſed tantùm ad ſummum reſultat inextenſio in ordine ad locum, quod ſcilicet, quantitas non occupet locum, ſed quòd poſſit ſe penetrare cum alio quanto. hæc autem penetratio eſt tantùm ſupernaturalis extrinſecè ex parte efficientis. Neque reſultat naturaliter, quòd vna pars corporis extenſi in ordine ad locum, ſit vbi eſt alia pars, niſi miraculosè illa pars replicetur: at verò in corpore Chriſti non ſolùm vbi eſt vna pars, ſunt omnes aliæ partes, ſed nullam habet extenſionem in ordine ad locum, ſed indiuiſibilem præſentiam, vt tenet communis opinio, quia alioquin corpus non eſſet in punctis, ſed tantùm in punctis eſſent indiuiſibilia corporis Chriſti. Ad ſecundũ.

Quantum ad ſecundam partem difficultatis, cùm quæritur, an Angelus poſſit cognoſcere certò ſaltem abſtractiuè hanc indiuiſibilem præſentiam corporis Chriſti per alienam ſpeciem. verbi gratia, An per ſpeciem, per quam videt hanc præſentiam indiuiſibilem in anima, & per ſpeciem, per quam videt corpus, poſſit cognoſcere modum hunc indiuiſibilem in corpore Chriſti. Reſpondeo, & dico ſecundò, quòd non, quia hic modus indiuiſibilis præſentiæ corporis Chriſti in Sacramento eſt diuerſæ rationis, vt dictũ eſt, à modo præſentiæ indiuiſibilis ipſius animæ. 13. *Secundum dictum.*

Secundò, cùm quæritur, An ſaltem arguitiuè videri poſſit ex eo, quia non videt modum proprium quantitatis: Reſpondeo, & dico tertiò, quòd non, quia non poteſt ſcire, An Deus impediat in Angelo viſionem proprij modi ſubtrahendo ſuum concurſum. Si verò carentia proprij modi quantitatis cognoſcatur ab Angelo poſitiuè proprio, & quidditatiuo conceptu, vt aliqui exiſtimant, ex eo quòd ſit intra latitudinem obiecti intellectus: tunc dico, quòd ſi Deus non impediat, vt Angelus formet talem conceptum poſitiuum, neceſſariò ſaltem arguitiuè cognoſcet Angelus hunc modum indiuiſibilem præſentiæ corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis, quia non datur alius modus. Quòd ſi dicas poſſe dari alium modum ſupernaturalem, ſcilicet per penetrationem: Contrà, quia hic modus, cùm ſit intrinſecè naturalis, & tantùm extrinſecè ſupernaturalis ex parte efficientis, vt dictum eſt ſuprà, videri poſſet ab Angelo. Præterea hic modus penetrationis non reſultat in re facta, ſed tantùm eſt quædam negatio. 14. *2. quæſitum, hic modus an arguitiuè cognoſci poſſit.*

Tertiò quæres, An ſaltem Angelus videat corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis, quamuis non videat modum, ſicut Angelus videt humanitatem Chriſti, non tamen videt illum modum vnionis cum Verbo. Reſpondent Caietanus in 3. parte, & Ægidius theoremate 29. affirmatiuè. Aliqui verò recentiores ſubtiliùs dicunt, quòd quamuis de facto Chriſtus ſit ſub ſpeciebus panis, tamen non videtur, niſi vbi eſt ſecundùm præſentiam naturalem. non poteſt enim videri replicatum, quia videretur eſſe ſub ſpeciebus panis: ac proinde cum modo indiuiſibili. Si verò corpus Chriſti (inquiunt) eſſet tantùm ſub ſpeciebus panis, tunc videretur corpus Chriſti: ſed non prout eſt ſub ſpeciebus panis, ſicut videtur humanitas Chriſti, ſed non prout eſt vnita Verbo. Ego verò dico, quartò, 15. *3. An Angelus videat corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis. Opinio Caiet. & Ægid. Opin. recẽt. Opin. Auth.*

Digitized by Google

quartò, quòd corpus Chriſti, vt eſt de facto, videtur ſecundùm propriam præſentiam naturalem, ſecundùm quam eſt in cœlo, & videtur etiam ab Angelo idem corpus non habere modum naturalem præſentiæ diuiſibilis: ſed non videtur eſſe ſub ſpeciebus panis (præſertim ſi negationes videantur ab Angelo per propriam ſpeciem proprio, & quidditatiuo conceptu) hinc arguit Angelus corpus Chriſti eſſe replicatum, quia ſcit non poſſe habere duos modos oppoſitos in ordine ad eumdem locum.

QVARTA DVBITATIO.

An modus exiſtendi per ſe accidentium in Euchariſtia ſit intrinſecè ſupernaturalis. Et, an ſaltem arguitiuè cognoſci poſſit ab Angelo.

16. *1. arg. contra ſupernaturalitatē modi exiſtendi per ſe accidentiū in Euchariſtia.*

CIrca verò hunc modum eſſendi per ſe accidentium in Euchariſtia, maior adhuc eſt difficultas, quàm ſit circa ſuperiorem modum indiuiſibilis præſentiæ corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis, propter duo. Primò, hic modus videtur idem cum modo eſſendi per ſe ipſius ſubſtantiæ; non ergo intrinſecè eſt ſupernaturalis, ſed tantùm extrinſecè ex parte efficientis, vt tenet Scotus, & reliqui veteres ſuprà citati.

Secundò, quia hic modus eſſendi per ſe in accidenti clariùs apparet, quòd naturaliter ſequatur in accidenti ex ablatione proprij modi, ſcilicet exiſtendi in alio; ſunt enim oppoſiti.

17. *1. dictum, iſte modus, ſi eſt dabilis, eſt ſupernaturalis.*

His tamen non obſtantibus, dico quoad primam partem difficultatis, hunc modum non ſolùm extrinſecè, ſcilicet ex parte efficientis, ſed eſſe intrinſecè, & ſecundùm ſubſtantiam ſupernaturalem, ſi tamen modus iſte dari poteſt, quod examinabimus in ſecundo dicto.

Probatur hoc primum dictum, quia hic modus nulli ſubiecto poteſt competere connaturaliter, non quidem ipſi ſubſtantiæ, quia hic modus neceſſariò eſſet accidentalis; tum quia accidens non eſt capax modi ſubſtantialis, nec ſupernaturaliter, ſicut ſubſtantia non eſt capax modi accidentalis eſſendi in alio ſubiectiuè: tum quia nihil ſubſtantiale eſt in ſpeciebus panis, quod quidem videtur à Doctoribus proferri abſolutè, non reſtringendo ſe ad indiuiduum ſubſtantiæ panis, vt ſupponimus in materia de Euchariſtia. Nec poteſt hic modus competere connaturaliter accidenti, vt patet, quia connaturaliter accidens habet modum oppoſitum, ſcilicet, modum eſſendi in alio.

18. *Reſpōſio ad primum.*

Ad argumenta ſuperiùs facta, quæ militant contra hoc primum dictum, reſpondetur, ad primum quidem patet ex dictis.

Reſpōſio ad ſecundum.

Ad ſecundum negatur, ex ablatione modi eſſendi in alio reſultare neceſſariò modum exiſtendi per ſe, ſed potiùs accidens corrumpi, niſi miraculosè conſeruetur à Deo ipſo, ſupplendo efficienter concurſum cauſæ materialis.

19. *2. dictum, nō poteſt dari modus exiſtendi per ſe in accidenti.*

Secundò dico, eſſe valde probabile hunc modum exiſtendi per ſe, non poſſe reſultare in accidenti, ſed tantùm accidens conſeruari ſine ſubiecto à Deo tamquam à cauſa principali, & fortè à corpore Chriſti tamquam cauſa inſtrumentali ad hoc, vt dicatur habere corpus Chriſti aliquam connexionem cum ſpeciebus ſacramentalibus; poſſe autem Deum ſupplere efficienter genus cauſæ materialis, ſupponimus iam probatum in Philoſophia. Hoc ſecundum di-

A ctum eſt Scoti in 4. diſtinct. 12. quæſt. 1. eſt etiam S. Thom. 3. p. q. 77. art. 7. Et quamuis oppoſitum videatur dicere art. 1. ad 4. & in 4. d. 12. q. 1. art. 1. quæſtiunc. 3. tamen hæc loca exponi poſſunt negatiuè, id eſt, ſine ſubiecto per continuam conſeruationē ipſius Dei. Tenent etiam hanc opinionem aliqui Thomiſtæ: Soto in 4. diſt. 10. q. 2. art. 2. Palud. diſt. 12. q. 1. & nonnulli alij. Probatur, quia hic modus (vt probatum eſt in primo dicto) eſt accidentalis; ergo non poteſt carere naturali ordine ad ſubiectum: quomodo igitur poteſt dare accidenti eſſe per ſe, ſi hic modus connaturaliter petit eſſe in alio? Quòd ſi dicatur hunc modum entitatiuè, & materialiter eſſe accidendentalem, ſed formaliter, vt dicunt quidam recen-B tiores eſſe ſubſtantialem. Contrà, vel formaliter tantùm habet ſimilitudinem cum modo ſubſtantiali, & hoc modo formaliter non eſt intrinſecè, & verè ſubſtantialis, ſed tantùm ſimilitudinariè, vel formaliter intrinſecè, & verè eſt ſubſtantialis: & tunc militat argumentum allatum in primo dicto, vbi probauimus, quod accidens non eſt capax modi ſubſtantialis, nec aliquid ſubſtantiale eſt in Sacramento.

Scot. *S. Thom.* *Soto.* *Palud.*

20. *3. dictū: Angelus nec quidditatiuè, nec arguitiuè cognoſcit modum exiſtendi per ſe in accidentibus Euchariſtiæ.*

Tertiò quoad ſecundam partem difficultatis, dico, quòd ſi datur iſte modus exiſtendi per ſe in accidenti, non poteſt Angelus illum cognoſcere, nec quidditatiuè proprio conceptu, quia (vt probatum eſt) eſt intrinſecè ſupernaturalis, conſequenter non eſt intra latitudinem obiecti Angelici. Nec etiam arguitiuè poteſt illum cognoſcere, nam vel negatio proprij modi accidentis exiſtendi, ſcilicet in alio, co-C gnoſcitur ab Angelo arguitiuè, quatenus non videt illum: & hoc modo non poteſt cognoſcere certò (poteſt enim dubitare) an Deus impediat cognitionem illius modi per ſubtractionem ſui concurſus, vel cognoſcit negationem illius proprij modi proprio, quidditatiuo, & poſitiuo conceptu, & tunc non poteſt certò cognoſcere Angelus; An ſublato modo exiſtendi in alio, reſultet hic modus exiſtendi per ſe, vel potiùs à Deo ſolo conſeruetur accidens ſine iſto modo exiſtendi per ſe. Si verò repugnat dari iſtum modum exiſtendi per ſe, ſed teneatur accidens conſeruari tantùm à Deo ſolo, & hoc euidenter cognoſcatur ab Angelo: tunc dico, quòd ſi negationes cognoſcuntur ab Angelo arguitiuè, non poteſt certò cognoſcere accidens non habere proprium modum D exiſtendi in alio, quia poteſt dubitare, an Deus impediat per ſubtractionem ſui concurſus, ne Angelus cognoſcat modum exiſtendi in alio. Si verò negationes cognoſcantur proprio, & quidditatiuo conceptu: tunc ſi Deus non impedit, vt Angelus formet poſitiuum conceptum, de negatione modi exiſtendi in alio, cognoſcet certò Angelus arguitiuè ſaltem accidens conſeruari à Deo. Nam euidenter videret negationem modi exiſtendi in alio, euidenter etiam ſciret repugnare modum exiſtendi per ſe: ergo neceſſariò inferret accidens conſeruari à cauſa prima.

E

QVINTA DVBITATIO.

An deſitio panis ſit ſupernaturalis; & An euidenter cognoſcatur ab Angelo.

21. *1. dictum. Deſitio panis eſt extrinſecè ſupernaturalis.*

CIrca verò deſitionem panis dicendum eſt primò illam eſſe ſupernaturalem extrinſecè ex parte efficientis tantùm, tum quia non reſultat in re facta, tum quia eſt eiuſdem ordinis cum creatione ſeu

Digitized by Google

ſeu conſeruatione, vt notauit Durandus. Eſt enim A ſubtractio concurſus; negatio autem eſt eiuſdem ordinis cũ ſuo poſitiuo. Secundò dicendum eſt illã cognoſci certò ab Angelo, ſi negatio cognoſcatur ab Angelo, proprio, & quidditatiuo conceptu, quia (vt benè notauit Durandus) deſitionẽ, & eſſe panis eſſe eiuſdem ordinis. Sicut igitur videt Angelus panem eſſe à Deo creatum, ſic etiam videt à Deo eſſe annihilatum. Si verò negatio ab Angelo cognoſcatur arguitiuè per diſcurſum, quatenus ex eo, quia non videt ſuum poſitiuum, arguit eſſe negationem huius: tunc non poteſt certò Angelus cognoſcere deſitionem panis, quia poſſet dubitare, an Deus impediat cognitionem panis in ipſo Angelo. B

Deſitio panis cognoſcitur ab Angelo, ſi proprio, & quidditatiuo conceptu cognoſcatur negatio.

An autem negatio videri poſſit ſaltem ab Angelo poſitiuè, proprio, & quidditatiuo conceptu, non eſt quæſtio huius loci, ſed tractari ſolet in 2. de anima text.103. vbi dicit Ariſtoteles, ***viſum eſſe luminis, & tenebrarum***, ex quo loco colligunt aliqui, negationem cognoſci proprio, & quidditatiuo conceptu: alij verò colligunt oppoſitum, nam viſus (inquiunt) de quo loquitur Ariſtoteles, non poteſt formare actum poſitiuum circa tenebras, quia tenebræ non ſunt intra latitudinem obiecti viſus. Ego verò exiſtimo ex illo loco, non poſſe aliquid certò colligi: nam ex eo, quia negatio non eſt proprium obiectum viſus, non poteſt inferri non eſſe obiectum C proprium intellectus, quia negatio eſt intra latitudinem obiecti intellectus. Et hæc breuiter dicta ſint de huiuſmodi myſteriorum ſupernaturalitate, quæ potiùs ſupponenda fuiſſet: nam longior diſputatio habetur in propriis locis, præſertim in 3. parte vbi agitur de vnione humanitatis cum Verbo, de indiuiſibili præſentia corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & de aliis modis.

An negatio videri poſſit ab Angelo.

Et hæc quidem Corollaria Theologica ſatis ſint, tàm circa operationem immanentem ſupernaturalem, qualis eſt viſio beatifica; quàm circa naturalem, qualis eſt cognitio Angelica: nunc ex eodem primo principio Philoſophico ſequuntur Co- D rollaria circa modum cognoſcendi, & appetendi animæ rationalis pro hoc ſtatu vnionis cum corpore; ex quo modo operandi deducemus, tum ipſius immortalitatem, tum infirmationem, & multiplicationem.

QVÆSTIO DECIMAQVARTA THEOLOGICA.

E

Vtrùm ſententia decimi quarti Corollarij de immortalitate Animæ ſit vera, quòd, ſcilicet, Animam rationalem eſſe intrinſecè immaterialem, & immortalem, demonſtrari poſſit lumine naturali, & de facto ſit demonſtratum ex modo cognoſcendi, & appetendi ipſius Animæ.

IN hac quæſtione ſunt duæ dubitationes: altera eſt de immortalitate animæ ſecundum veritatem; altera de immortalitate animæ ſecundum Ariſtotelem.

Quantum ad primam dubitationem, pro explicatione notandum primò, quòd hæc materia partim eſt Philoſophica, quam ex profeſſo tractat Ariſtoteles 3. de anima, & meminit etiam aliis locis, 1. de anima, text.66. & 2. text. 21. & 2. de generat. animal. cap.3. & 12. Metaph. tex.16. & 17. & alibi, & in his locis expoſitores; Simplicius 1. de anim. tex. allegato, & 3. de anim. tex.20. & hic Caietanus, Ianduuus 3. de anim. quæſt.5 & 29. D.Thom. & alij Commentatores, Simon Portius de humana mente, & Plato in Timæo, & Plutarchus lib.4. de placit. Philoſ. cap.7. & Cic.1. Tuſculan. & lib. de Senect. Partim verò eſt Theologica, Scholaſtici in 4. diſt. 43. vbi præcipuè Scot. q.2. D.Thomas 1. par. q.75. ar.2. & 6. & 2. cont. gent. cap.50. 55. & 79. vbi hoc etiam probat rationibus naturalibus Herueus quodlib. 1. quæſt.11. & Canus 12. de loc. Theolog. cap.15.

1. Primò notandum. De animæ immortalitate vbi diſſerant Ariſt. & alij.

Secundò notandum, certum eſſe de fide, contra veteres Hæreticos, animam noſtram eſſe immaterialem, & immortalem, vt habetur apud Euſebium lib. 6. Hiſt. Eccleſiaſt. ca.17. apud Nyſſenum in diſp. de reſurr. & anim. Chryſoſtomum 4. de prouident. Auguſtinum lib.4. confeſſ. cap.16. Damaſcenum lib.2. de hæreſ. & Auguſtinus, ſeu potius Gennadius in lib. de Eccleſiaſt. dogm. ca.4. quem ſecuta eſt tota Eccleſia, optimè explicat eſſe immortalem per naturam, & habetur in Conc. Lat. ſub Leone X.

2. Secundò notandum. Animam eſſe immortalem de fide certũ eſt. Euſeb. Nyſſen. Chryſ. Auguſt. Damaſcen. Cõcil. Later.

Quod igitur controuertitur, eſt, An poſſit demonſtrari lumine naturali, animam eſſe immaterialem, & immortalem. Pro quo notandum tertiò, quòd ſi demonſtrabitur de anima immaterialitas, remanebit etiam demonſtrata immortalitas contra Scotum: nam non poteſt corrumpi per ſe, quia cùm ſit immaterialis ſubſtantia, non habet contrarium corruptiuum, nec per accidens ad corruptionem compoſiti, quia eſt independens quo ad eſſe à corpore, nec poteſt corrumpi ex eo, quia cùm habeat dependentiam obiectiuè à corpore, remaneret extra corpus otioſa, vt in Ariſtotele exiſtimauit Caietanus, quia non daretur corrumpens, vt probatum eſt, vnde potiùs deberet inferri, quòd Deus tanquam auctor naturæ daturus eſſet animæ ſeparatæ, ſpecies ſibi conuenientes, vel remanſuras ſpecies hîc acquiſitas, quàm inferri animam ex natura ſua immortalem fore annihilandam.

Pũctus difficultatis. Tertiò notandum. Anima ſi eſt immaterialis eſt immortalis.

Quartò notandum, quòd modus demonſtrandi animæ immaterialitatem, & immortalitatem ex lumine naturali reducitur ad quatuor capita, primum eſt, ex modo cognoſcendi per abſtractionem: ſecundum ex modo diiudicandi obiectum ſupra naturam obiecti recepti: tertium, ex modo reflectendi ſuper actum ſuum in infinitum; quartum ex modo volendi liberè obiectum indifferens.

3. 4. notandum. Quatuor capita, ex quibus probatur animæ immaterialitas & immortalitas.

Et quamuis videatur ex modo operandi animæ rationalis non poſſe argui ipſius animæ immaterialitatem, quia modus cognoſcendi ſequitur modum eſſendi ipſius animæ, vt vnitæ cum corpore; tamen ſi rectè inſpiciatur modus cognoſcendi ipſius animæ, & obiectum ipſius, facilè ex illo colligentur duo, primum, quòd ſit vnita corpori accidentaliter; ſecundum, quòd in ſe ſit eſſentialiter ſpiritualis, & ſeparabilis. obiectum enim ipſius eſt duplex, motiuum, & terminatiuum. & quidem ex motiuo argui poteſt vnio cum corpore; ex terminatiuo autem, & ex tali modo cognoſcendi illud, facilè inferri poteſt ſpiritualitas, & ſeparabilitas à corpore.

Primum caput probandi animæ immortalitatem.

4. PRIMVM caput probandi animæ immortalitatem

eſt

1. argumẽtũ ex 1. capit. ex modo cognoſcendi per abſtractionem.

eſt ex modo cognoſcendi per abſtractionem,ex quo capite quinque argumenta deſumuntur. Primò, quia abſtrahere naturam à conditionibus indiuiduantibus materialibus, eámque facere vniuerſalem, eſt ſuprà modum eſſendi potentiæ intrinſecè immerſæ conditionibus indiuiduantibus, materialibus: ergo humanus intellectus eo modo abſtrahens, non eſt potentia intrinſecè immerſa materiæ. Conſequentia patet ex principio Philoſophico, vbi fusè probauimus modum cognoſcendi ſequi modum eſſendi potentiæ, tamquàm ipſius proprietatem connaturalem. Dices,intellectus Angelicus eſt immerſus potentialitati, & conditionibus indiuiduantibus, & tamen poteſt abſtrahere actum à potentialitate, & naturam à conditionibus indiuiduantibus: ergo. Reſpondetur tam potentialitas, quàm conditiones indiuiduantes ſunt ſpirituales, & per conſequens non impediunt abſtractionem.

vide quæſt. Phil. dub. 1.

Obiectio.

Solutio.

5.

2. argumentum.

Secundò, probant alij: Modus cognoſcendi animæ, maximè abſtractus, etiam obiectiuè eſt independens à corpore: ergo & modus eſſendi eſt independens à corpore ſubiectiuè. Antecedens probatur, quia experimur obiectum maximè abſtractum, quale eſt ens in communi, nos intelligere ſine conuerſione ad phantaſma: ergò, &c. Quòd ſi obiiciatur dictum Ariſtot. lib. 3. de anim. tex. 39. *quòd oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari*: Reſpondetur, intelligi de intelligente obiectum motiuum, & terminatiuum, quale eſt ſenſibile. Quòd ſi obiiciatur ſecundò: Modus cognoſcendi animæ pro hoc ſtatu vnionis, debet eſſe dependens à corpore obiectiuè, ad hoc vt ſit proportionatus modo eſſendi animæ pro hoc ſtatu vnionis, vt probatum eſt in primo Corollario. Reſpondetur,quòd quia anima rationalis pro hoc ſtatu eſt vnita corpori, & etiam eſt intrinſecè ſubſtantia ſpiritualis, ideo quamuis vt vnita corpori nihil poſſit intelligere, quod priùs non fuit aliquo modo in ſenſu; tamen quia in ſe eſt ſpiritualis,poteſt aliqua intelligere ſine cõuerſione ad phantaſma,quod tunc eſt, quando intelligibile eſt maximè abſtractum, vt experimur: hunc autem modum intelligendi ſine conuerſione ad phantaſma non poſſet habere,ſi non eſſet in ſe ſpiritualis,quia proportionatum obiectum eſſet materiale,ſicut & ipſa eſſet materialis,quia alioquin obiectum excederet potentiam in ratione ſcibilis; & conſequenter non poſſet quidditatiuo conceptu cognoſci, vt in Quæſtione Philoſophica probatum eſt.

Obiectio.

Solutio.

2. obiectio.

Solutio.

7.

3. argum.

Tertiò,alij probãt,quod etiamſi anima non poſſet cognoſcere ens maximè abſtractum,niſi per cõuerſionem ad phantaſma, adhuc ex ipſa natura obiecti abſtracti probari poſſet immaterialitas animæ,quia modus eſſendi obiecti abſtracti, vt obiectum eſt, & non vt res eſt, excedit modum eſſendi potentiæ immerſæ materiæ indiuiduanti: ergo obiectum abſtractum attingi non poteſt conceptu proprio, & quidditatiuo à potentia immerſa materialitati: ſed attingitur ab intellectu noſtro; ergo nõ eſt immerſus potentialitati. Antecedens probatur,nam modus eſſendi obiecti, vt obiectum eſt, eſt eſſe abſtractum à materia indiuiduante: nam ſecundum Ariſtor. 12. Metaph. obiectum eo eſt ſecundum ſe magis intelligibile, quò magis eſt à materia abſtractum. Prima conſequentia eſt manifeſta ex principio Philoſophico poſito in Quæſtione Philoſophica, vbi probauimus quòd quotieſcumque modus eſſendi obiecti, vt obiectum eſt, excedit modum potentiæ, non poteſt obiectum ab illa potentia attingi conceptu proprio, & quidditatiuo: quia modus cognoſcendi potentiæ, cùm ſit proprietas connaturalis

Quæſt. 1. Phil. dub. 1.

A ipſius, non poteſt excedere modum eſſendi potẽtiæ, vt ibidem probatũ eſt: ergo ſemper eſt improportionatus modo eſſendi obiecti excedentis modũ eſſendi potẽtię. Secunda conſequentia probatur,quia experimur non cognoſcere ens abſtractũ à conditionibus indiuiduãtibus materialibus quidditatiuo,& proprio conceptu. Quòd ſi obiiciatur: Intellectus pro hoc ſtatu cognoſcit Deum actum purum tanquam cauſam principalem,& tamen eſt immerſus potentialitati: Reſpondetur,iam dictum eſt in Quæſtione Philoſophica intelligi debere de perfecta,& quidditatiua cognitione per propriam ſpeciem: Deus autem non cognoſcitur pro hoc ſtatu conceptu quidditatiuo, & proprio, ſed per alienam ſpeciem,& per analogiam ad creaturas; at verò vniuerſale cognoſcitur B perfectè, ſiue per ſpeciem diſtinctam repræſentantem ſolùm ipſam naturam vniuerſalem accidentis ſenſibilis, ſiue per ſpeciem, per quam repræſentatur ipſa natura in hoc, vel illo ſingulari: nam cùm intellectus habeat vim abſtrahendi à conditionibus indiuiduantibus, cognoſcit perfectè ipſam naturam ſenſibilem abſtractam à materia indiuiduante proprio, & quidditatiuo conceptu, & non per analogiã ad aliud obiectum immerſum conditionibus indiuiduantibus, & etiam ſi dum intelligit vniuerſale ens abſtractum conuertat ſe ad phantaſma intelligendo ſingulare materiale; non tamen cognoſcit ens abſtractum per illud ſingulare, tamquam per medium, ſed cognoſcit vtrumque ſimul propter connexionem animæ cum corpore.

Obiectio.

Solutio.

4. argum. *Demõſtratur immediatè animæ immortalitas ex ipſa natura obiecti abſtracti.*

C Quartò probat S. Thomas 2. contra gent. cap. 55. ratione 10. & ca. 70. ratione 3. & ratione 5. immediatè animæ incorruptibilitatem ex eadem natura obiecti abſtracti hoc modo; Intelligibile in quantùm intelligibile eſt neceſſarium, & incorruptibile (de contingentibus enim, vt ſic, habetur opinio, & non ſcientia, & in tantùm de illis habetur ſcientia, in quantùm fiunt neceſſaria, & incorruptibilia induendo rationem vniuerſalem) ergo modus eſſendi intellectus debet eſſe incorruptibilis, ad hoc vt fiat proportio inter modũ eſſendi potentiæ, & obiecti vt obiectum eſt. Dixi (vt obiectum eſt) nam incorruptibilitas in Cœlo non ſe habet, vt obiectum in ratione cognoſcibilis in ordine ad potentiam viſiuam; ſed ſe habet, vt res eſt: in ordine verò ad intelle- D ctum, ſe habet, vt obiectum; quia ſcientia, vt dictum eſt, non poteſt eſſe, niſi de neceſſario, & incorruptibili. Conſequentiam probat S. Thomas dupliciter, primò ex proportione perfectibilis,& perfectiui. ſecundò ex proportione receptiui, & receptibilis: ex parte quidem perfectiui, & perfectibilis probat cap. 55. & c. 59. rat. 3.

Probatur cõſequentia ex proportione perfectiui & perfectibilis.

8. *Perfectiuum & perfectibile ſunt eiuſdẽ ordinis ſicut actus & potentia.*

Hoc modo Perfectiuum, & Perfectibile ſunt vnius ordinis,quia perfectiuum comparatur ad ſuum Perfectibile, ſicut proprius actus ad propriam potentiam; proprius autem actus, & propria potentia ſunt eiuſdem ordinis, ſicut patet de materia Cœli, quæ eſt potentia ad actum immiſſibiliter,& materia inferiorum,quæ eſt potentia ad actum amiſſibiliter. Sed contra hanc probationem conſequentiæ inſta- E tur, quia ſequeretur, quòd corpus hominis deberet eſſe incorruptibile. Nam eius perfectio, quæ eſt anima intellectiua, eſt incorruptibilis. Reſpondetur cum Ferrar. cap. 55. ex eodem S. Thom. 1. par. q. 76. ar. 5. & in 9. de ani. ar. 8. quòd anima intellectiua, & corpus ſunt eiuſdem ordinis, quatenus perfectibile ab anima: eſt autem perfectibile, quatenus aſſumitur proportionatum ad faciendas operationes ſenſitiuas, quibus mediantibus fiunt ſpecies intelligibiles; vt ſic autem debet eſſe ex contrariis mixtum, quia

Inſtatur cõtra conſequentiam. Ferrar. D.Thom. Solutio. *Corpus quãuis corruptibile, poteſt dici eſſe eiuſdẽ ordinis cum anima immortali.*

Digitized by Google

Corpus eſt corruptibile ex neceſſitate materiæ, & per accidens.

quia vt ſic eſt organum tactus, in quo fundantur alij ſenſus. Quare corpus eſt corruptibile ex neceſſitate materiæ, & per accidens, & non ſecundum intentionem primam eligentis talem materiam propter talem formam. Hæc autem neceſſitas non eſt in intellectu humano, vt perfectibilis eſt ab obiecto, quia ad hoc vt obiectum, quatenus perfectiuum gignat notitiam ſui in intellectu humano, non eſt neceſſe, vt intellectus ſit corruptibilis, ſicut erat neceſſitas in corpore, reſpectu animæ, ad hoc, vt anima faciat ſuas operationes: ergo intellectus debet eſſe vt perfectibilis eiuſdem ordinis cum obiecto, vt probatum eſt; ſed obiectum quatenus ſcibile eſt neceſſarium & immutabile; ergo etiam intellectus, vt perfectibilis debet eſſe incorruptibilis. Ex parte autem receptiui, & receptibilis probat idem S. Thom. cap. 79. rat. 5. hoc modo. Vnumquodque recipitur in aliquo ſecundum modum eius, in quo eſt: ſed formæ rerum recipiuntur in intellectu, quatenus ſunt actu ſcibiles; ſunt autem huiuſmodi, quatenus ſunt vniuerſales, & incorruptibiles, quia quatenus tales, ſunt actu ſcibiles, vt probatum eſt, ergo, & intellectus, qui eſt receptiuus, debet eſſe abſtractus à materia indiuiduante, & eſſe incorruptibilis. Et hæ quidem rationes militant, ſiue detur ſpecies propria repræſentans vniuerſale, ſiue fiat vniuerſale per abſtractionem actiuam intellectus. nam quatenus intelligibile eſt, dicitur forma perfecta, & receptibilis in intellectu.

Probatur eod. conſequentia ex parte receptiui, & receptibilis.

Receptibile recipitur ſecundum modum recipientis.

5. argum.

Quintò ex Scoto in 4. diſt. 43. q. 2. in prima propoſitione. Dantur aliqui actus, ſeu formæ, quæ non poſſunt eſſe ſecundum aliquam potentiam ſenſitiuam, quæ eſt neceſſariò materialis cognoſcitiua, v. g. formæ vniuerſales, & relationes rationis: ergò tales actus ſunt alterius potentiæ, quàm ſenſitiuæ. Conſequentia patet: Antecedens probatur; nam ſenſus non poteſt moueri ad cognoſcendum aliquod, niſi illud includatur in obiecto ſenſibili, vt ſenſibile eſt. Sed ſenſibile, vt ſic, eſt exiſtens; Vniuerſale autem, & habitudo rationis nec ſunt, nec fuerunt exiſtentia; quod dico propter imaginatiuam, quæ fertur in abſens; ergo huiuſmodi actus ad potentiam ſenſitiuam nullo modo pertinent.

Secundum caput probandi.

9.

Primum ar. ex 2. cap.

Intellectus humanus diiudicat obiectū ſupra naturam ſpeciei recepta: cognoſcit enim ſubſtātiā, & Deum terminatiuè.

SECVNDVM caput probandi eſt ex modo perfectè diiudicandi obiectum ſupra naturam obiecti recepti, & ex modo diſcurrendi, ex quo capite duo argumenta deſumuntur. Primum ex modo diiudicandi; alterum ex modo diſcurrendi. Ex modo quidem diiudicandi ſic probatur animæ immaterialitas, quia modus diiudicandi perfectè obiectum ſupra naturam obiecti recepti intentionaliter, excedit modum eſſendi potentiæ cognoſcentis immerſæ potentialitati: ſed intellectus humanus habet talem modum diiudicandi; ergò non poteſt eſſe intrinſecè materialis. Minor patet experientia: Nam intellectus humanus pro hoc ſtatu non habet ſpeciem, niſi effectus creati materialis, vel ſaltem potentialis, ſi detur ſpecies ſuæ cognitionis ſpiritualis; & tamen terminatiuè diiudicat perfectè, Deum non eſſe materialem, neque immerſum potentialitati. Præterea in phantaſia eſt tantùm ſpecies accidentis concreti per modum ſubſiſtentis; & tamen intellectus diiudicat, & diſcernit ſubſtantiam ab accidenti, ſiue hoc faciat per propriam ſpeciem repræſentantem ſubſtantiam materialem, quod ſequitur Apol. 3. de anim. quæſt. 11. & 20. ſiue vt vult Scotus 7. Metaphyſ. &

Apoll. Scotus.

Herueus. *Subſtātia cognoſcitur per diſcurſum.*

A Herueus quodl. 5. ſiue hoc faciat medio diſcurſu: quod quidem verius exiſtimo; ſic enim experimur, nec vllam naturaliter aduertimus differentiam in hoſtia conſecrata, & non conſecrata, & ſic remanet probata Minor. Maior, in qua eſt tota difficultas, probatur per illam maximam Peripateticam in 3. de anima tex. 4. *Omne recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti.* Quæ maxima licet expreſsè non habeatur apud Ariſtot. tamen illam clarè colligunt Peripatetici ex tex. 4. & 6. Nam Ariſt. ex eo, quòd intellectus intelligit omnia, infert eſſe immixtum. Quòd ſi quis negaret conſequentiam ipſi Ariſtoteli, probaret expreſſa maiori hunc in modum; Omne B recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti: ſed intellectus intelligit omnia materialia; ergo debet eſſe denudatus à materialitate. Sed quoniam hæc maxima multas videtur habere difficultates, ideò priùs illæ expediendæ ſunt, deinde probandum eſt intentum.

Ariſtot. 3. de anima.

Exponitur illa maxima. *Omne recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti.*

Prima difficultas eſt, de quo recipiente intelligatur Maxima. Secunda, de qua natura recepti intelligatur, à qua debet eſſe denudatum recipiens. 10.

Prima difficultas, de quo recipiēte intelligatur maxima. Opin. Marc.

Quoad primam difficultatem, ſciendum eſt primò, quòd recipiens, vt notat Mercennarius in ſuis dilucidationibus, eſt in triplici differentia; quoddam eſt recipiens realiter, ſiue illud ſit vniuerſaliter, C vt eſt materia prima; ſiue particulariter, vt ſunt elementa reſpectu formæ mixti: quoddam intentionaliter; tertiū ſpiritualiter. Maxima autem Ariſt. verificatur de omni hoc triplici recipiente. nam materia prima, quia eſt recipiens realiter, vniuerſaliter nec eſt forma, nec eſt coniuncta formæ; elementa, quia ſunt recipiens particulariter, non ſunt forma mixti, neque habent coniunctam formam mixti: recipiens verò intentionaliter, v. g visus, nullum habet colorem, quia recipit omnem colorem: ſic etiam recipiens ſpiritualiter, qualis eſt intellectus, quia cognoſcit omnia materialia, infert Ariſtoteles quòd non debet eſſe mixtus materialitati, de quo eſt præſens controuerſia.

Differentia inter recipiēs realiter & recipiens intētionaliter.

Secundò ſciendum, maximam, quantùm ad recipiens intentionaliter, ſeu ſpiritualiter, quoad perfectum D iudicium, eſſe exponendam, hæc eſt enim differentia (vt notat idem Mercennarius) inter recipiens realiter, & recipiens intentionaliter, quòd recipiens realiter impeditur à receptione formæ, ſi non eſt denudatus illa; recipiens verò intentionaliter, non impeditur à receptione ſpeciei, ſeu cognitione obiecti, ſed impeditur à perfecto iudicio; nam amaritudo exiſtens in lingua, non impedit, quominùs guſtus recipiat ſpeciem obiecti dulcis, ſed impedit iudicium reſpectu illius; iudicat enim ſaporem illum, vt amarum: ſic etiam oculus hicterici, qui eſt coloris crocei, terminatur quidem ad omnes alios colores, ſed iudicat illos, vt E croceos.

11.

Secūda difficultas. *A qua natura recepti debet eſſe denudatum recipiens.*

1. expoſitio

Confutatur prima ex primo.

Quo ad ſecundam difficultatem maior eſt dubitatio, de qua ſcilicet natura recepti intelligatur Maxima, à qua debet eſſe denudatum recipiens. Nam aliqui exponunt de recipiente denudato à natura recepti ſecundum eſſentiam, id eſt, quòd non ſit eſſentialiter id, quod recipitur. Nam alioquin, inquiūt, non concluderetur intentum ab Ariſtot. quòd ſcilicet intellectus ſit eſſentialiter immaterialis, cùm accidentaliter, & extrinſecè ſupponatur coniunctus cum materia. Sed hęc expoſitio, vt conſtat experientia, falſa eſt; oculus enim hicterici, eſt ſecundum exiſtentiam tantùm, & accidentaliter croceus, & tamen omnes colores iudicat vt croceos, & materia coniuncta accidentaliter cum forma, non eſt receptiua alte

Digitized by Google

alterius formæ. Ad argumentum verò reſpondetur, in multò magis concludi (vt mox infrà videbitur) intellectum eſſe intrinſecè ſpiritualem, quatenus perfectè ſaltem terminatiuè diiudicat de omni obiecto materiali, etiamſi pro hoc ſtatu ſit accidentaliter cum materia coniunctus.

Secunda expoſitio Mercennarij.

Secundò exponit Mercennarius diſtinguendo de recipiente realiter, & de recipiente intentionaliter, ſeu ſpiritualiter: Recipiens quidem realiter, ſiue vniuerſaliter, ſiue particulariter, debet eſſe denudatū, & ſecundum eſſentiam, & ſecundum exiſtentiam forma, quam debet recipere: Recipiens autem intētionaliter, ſeu ſpiritualiter debet eſſe denudatum à natura recepti, non ſolùm ſubiectiuè ſecundum eſſentiam, & exiſtentiam, ſed etiam obiectiuè.

Probatur primò, de vtroque recipiente intentionaliter, & ſpiritualiter, quia intus apparens ex Ariſt. 3. de anima tex. 4. prohibet extraneum, præſertim ſi ſpecies ſit connaturalis, quia magis moueret, & excitaret potentiā, quàm ſpecies obiecti extranei: vnde ſaltem non benè iudicaret de obiecto extraneo.

Quare viſo lucido ſtatim non videtur obſcurum.

Secundò probat ſpecialiter, in recipiente intentionaliter exemplo Ægidij, qui reddens rationem, quare viſo obiecto lucido, non poſſimus ſtatim videre obiectum obſcurum; Reſpondet, quòd remanet ſpecies intus exiſtens illius lucidi, quæ prohibet receptionem extraneæ ſpeciei, quæ eſt ab alio obiecto.

Tertiò probat ſpecialiter in recipiente ſpiritualiter, qualis eſt intellectus ex Ariſtot. 3. de anima, qui in tex. 4. ex eo, quòd intellectus eſt immixtus intelligibili, ſeu obiectiuè, quia intelligit omnia, deducit in tex. 6. eſſe immixtum ſubiectiuè. ponit enim in text. 7. particulam illatiuam, (vnde irrationabile eſt.) Ne igitur Ariſtot. probet idem per idem, aliud genus immixtionis ſupponit in tex. 4. & illud deducere eſſet negatio. quare in tex. 6. deducit immixtionem ſubiectiuè; quam deductionem eſſe bonam probat Mercennarius ſic. Ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis; detur ergò oppoſitum conſequentis, & erit hoc; Intellectus eſt mixtus corpori ſubiectiuè: ergò dari debet oppoſitum antecedentis, & erit hoc, intellectus non intelligit omnia.

Impugnatur opinio Mercennarij.

Sed hæc expoſitio Mercennarij, quantùm ad id, quod aſſerit recipiens intentionaliter, ſeu ſpiritualiter debere eſſe denudatum à natura recepti, etiam obiectiuè, quamuis ſit vera de facto; quia nec ſenſus, nec intellectus pro hoc ſtatu habent ſpecies innatas: tamen ſimpliciter eſt falſa. nam denudatio naturæ recepti obiectiuè non videtur eſſe ex ſe neceſſaria: ſed videtur ſufficere denudatio ſubiectiuè. datur enim inſtantia in intelligentiis, quæ habent ſpecies innatas; & tamen non impediuntur ab intellectione vnius ſpeciei, non intellecta alia.

Inſtātia cōtrà impugn.

Dices cum Capr. in 1. diſt. 7. q. 3. ſpecies illas intelligentiarum non eſſe eiuſdem ordinis cum ſpeciebus noſtris, quia illæ non ſunt talis naturæ, vt recipiantur, ſed ab initio ſunt impreſſæ, & ideo intus exiſtens, non eſt cur prohibeat receptionem extrinſecæ ſpeciei, cum nulla ſit talis receptio ſpeciei extrinſecæ.

Inſtatur cōtra hoc 1. caput.

Soluitur inſtantia.

Sed contrà, quia etſi remanet probatum, ſpeciem innatam non neceſſitare ad cognitionem ſui, ergò etiamſi detur ſpecies connaturalis in ſenſu, vel intellectu, non neceſſitaret. Confirmatur, quia modò de facto ſpecies, quæ ſunt in ſenſu, vel intellectu non connaturaliter innatæ, ſed acceptæ ab obiectis, non neceſſitant potentiam ad aduertendum ad illas; ergò iam ceſſat ratio, qua probatur, ſpeciem connaturalem impedire receptionem extraneæ ſpeciei,

A vel ſaltem perfectum iudicium de illa. Præterea intellectus poſſet producere vnum actum circa illa duo obiecta, alterum intrinſecum, alterum extraneum, ſaltem non ita intenſum. Adde, quod in opinione Scoti, intellectus Angelicus recipit ſpecies indiuiduorum materialium ab obiectis: cùm tamen habeat alias connaturales aliorum obiectorum, vel ſaltem recipit ſpeciem, vel ſignum repræſentatiuum volitionis alterius Angeli, & tamen ſpecies alia impreſſa non impedit cognitionem ſpeciei, quæ recipitur ab obiectis extrinſecis.

Ad 1. argu. Mercen. S. Thom.

Ad argumenta autem Mercennarij reſpondetur, ad primum, D. Thomæ illum locum Ariſtot. quòd ſcilicet intus apparens prohibet extraneum, interpretatur de natura ſubiectiuè, & ſubdit exemplum
B de humore amaro exiſtente in lingua febricitantis.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum reſpondetur, falſam eſſe rationem, quæ aſſumitur ad ſoluendam illam experientiam, & probatur falſitas. Nam ſpecies viſibiles dependent in conſeruari ab obiecto; imò ſi eſſet vera illa ratio aſſignata, ſequeretur, viſo calore croceo, non poſſe videri album, quia intus exiſtens prohiberet receptionem extrinſecæ ſpeciei albi. Præterea illa ſpecies lucidi non eſſet connaturaliter innata; quare non impediret, ſicut nec ſpecies recepta in phantaſia impedit receptionem alterius ſpeciei. Sicut enim ſe habet phantaſia ad obiectum ſuum adæquatum, quod eſt omne accidens concretum ſenſibile; ita ſe habet viſus ad obiectum ſuum adæquatum, quod eſt lucidum, & coloratum. Ratio igitur experientiæ
C eſt, quia diſſipatur organum per viſionem lucidi.

Ad tertium

Ad tertium reſpondetur in vtroque tex. 4. & 6. ſecundum expoſitionem Auerrois, Ariſtotelem loqui de immixtione ſubiectiuè, nec inde ſequi idem per idem probari; ſyllogizat enim in hunc modum:

Exponitur tex. 4. & 6. 3. de anim.

Omne recipiens debet eſſe denudatum natura recepti ſubiectiuè; quia ſi oculus haberet colorem viridem, non poſſet perfectè recipere ſpecies aliorum colorum perfectè diiudicando de illis, quos omnes videret vt virides: ſed intellectus recipit omnes formas materiales, perfectè ſcilicet diiudicando de illis; ergò benè concludit in tex. 6. quòd non debet eſſe immixtus ſubiectiuè corpori.

3. expoſitio Auerrois. & S. Thom.

Tertia igitur expoſitio verior eſt Auerrois & S. Thomæ 3. de anima ſect. 7. qui intelligunt hanc maximam Ariſtot. non obiectiuè, ſed ſubiectiuè tan-
D tùm ſecundum eſſentiam.

Sed diſcutiendum adhuc eſt, de qua natura recepti ſubiectiuè intelligatur, qua debet eſſe denudatum recipiens. Pro cuius rei explicatione;

4. notandū. Alex.

Sciendum eſt quartò Alexandrum intelligere maximam de quacumque natura recepti ſubiectiuè: vnde infert intellectum debere eſſe denudatum immaterialitate, & etiam ſeipſo: atque adeo eſſe puram potentiam, quia recipiendo intelligit ſeipſum, & alia immaterialia, qualia ſunt intelligentiæ. Sed contrà: arguunt aliqui Auerroiſtæ, quia intellectus, nec à ſeipſo, nec ab aliquo obiecto immateriali per ſe primò mouetur, ſed tantùm à materiali: quare maximam volunt intelligi de natura obiecti, quod
E per ſe primò mouet. Sed neque hoc eſt verum. Nam intellectus Angelicus, & anima abſtracta perfectè diiudicant de aliis obiectis; & hoc quidem concedendum eſſet, etiam ſi non haberent ſpecies innatas, ſed reciperent ſecundum opinionem Scoti ſpecies ab obiectis materialibus, à quibus per ſe primò mouerentur, & ratio eſt quia immaterialitas non eſt impeditiua; Quare exponenda eſt maxima de natura recepti impeditiua, qualis eſt natura materialis, & hæc debet eſſe denudatum recipiens ad perfectè

Natura recepti, à qua debet eſſe denudatū recipiēs eſt natura materialis, quia hæc eſt impeditiua.

Digitized by Google

An omnis natura materialis ſit impeditiua.

perfectè diiudicandum de recepto. Sed adhuc dubitatur, An omnis natura materialis ſit impeditiua, & ratio dubitandi eſt; Primò, quia viſus eſt receptiuus quantitatis, & perfectè diiudicatiuus de illo, & tamen non eſt denudatus natura quanti. Secundò, phantaſia per ſe primò mouetur ab omni obiecto materiali.

Reſpondet Auerrois ad hoc dubium, maximam non intelligi de denudatione à natura generis, ſed à natura recepti, à qua patitur recipiendo ſpeciem, quod dictum Auerrois aliqui Auerroiſtæ interpretantur, quòd recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti, à quo recipit propriam ſpeciem; ſed à quantitate non recipit propriam ſpeciem, ſed recipit ſpeciem à colore modificatam per quantitatem. Sed hæc reſponſio non videtur euacuare rationem dubitandi. Nam adhuc dubitari poſſet, quare ſpecies propria recepti eſt impeditiua, & modificata non eſt impeditiua. Dicendum eſt igitur, rationem quare natura generis non ſit impeditiua, eſſe, quia potentia viſiua cùm ſit quanta, habet proportionem & ſimilitudinem cum obiecto quanto: imò ſi obiectum non eſſet quantum, non poſſet videri à potentia viſiua, vt in Quæſtione Philoſophica probatum eſt. Cùm igitur omnia quæ repræſentari debent, neceſſariò ſint quanta, non impeditur à repræſentatione ex eo, quia ipſa potentia eſt quanta, imò habet debitam proportionem cum obiecto. At verò natura ſpecifica, qualis eſt color, verbi gratia, croceus, eſt impeditiua. Nam ſi oculus eſt, vel intrinſecè croceus, vel extrinſecè coniunctus cum medio croceo, habet oppoſitum eius, quod recipit; quod quidem oppoſitum eſt impeditiuum, quia ab illo dependet potentia in cognoſcendo. Quare etiã ſi potentia viſiua recipiat ſpeciem albi, non tamen poteſt perfectè diiudicare de illo, quia cùm organum, vel medium, à quibus dependet potentia viſiua in videndo, ſit croceum, omnes colores neceſſariò videt ſub ratione crocei. Nam cùm ſit materialis, non poteſt ſe eleuare ſupra naturam ſui organi, ſeu medij, à quo dependet in videndo. Sic etiam dicendum eſt de guſtu, cùm eſt infectus amaritudine;

Natura materialis obiecti oppoſiti eſt ſolum impeditiua.

12\. Debet ergò potentia eſſe denudata natura recepti ſecundum rationem genericam contractam per differentiam oppoſitam. Vnde experimur, quòd oculus croceus, vel videns per medium croceum obiectum album, nullo modo videt illud vt album, ſed vt croceum. Et ſic patet reſponſio ad primam rationem dubitandi. Ad ſecundam rationem dubitandi de phantaſia reſpondetur, quòd materialitas in phantaſia non impedit, quin benè, & perfectè diiudicet de ſuo obiecto, quod per ſe mouet ipſam phantaſiã, quia omne obiectum, quod repræſentatur, eſt neceſſariò etiam accidens materiale ſenſibile; ergo potiùs habet proportionem cum illo, ſicut diximus de quantitate; ſed non poteſt phantaſia diiudicare de illo alio obiecto, quod eſt coniunctum cum proprio obiecto, & eſt illi oppoſitum, v.g. de ſubſtantia, quæ eſt coniuncta cum accidenti, tanquam ſubiectum ipſius; nec de Deo, qui eſt cauſa prima immaterialis illius accidentis. Ratio autem huius eſt. Primò, quia illud aliud obiectum, quod eſt coniunctum cum accidenti, non poteſt eſſe, nec obiectum motiuum, nec terminatiuum. Non motiuum, tum quia non experimur intueri per propriam ſpeciem ipſam ſubſtantiam, ſed ad ſummum experimur illam cognoſcere per diſcurſum, tum quia cùm phantaſma fiat mediantibus ſpeciebus impreſſis, vel expreſſis ſenſuum exteriorum, quæ non ſunt repręſentatiuæ talis obiecti, quod coniungitur cum accidente, non poteſt phantaſma in repræſentando excedere illas ſpecies ſenſuum exteriorum. Quòd verò neque tale obiectum, quòd coniungitur, poſſit eſſe obiectum terminatiuum ſaltem ſecundum cognitionem abſtractiuam, probatur, quia phantáſia à materialitate impeditur, vt eleuet ſe ſupra phantaſma ſibi proportionatum, quia tam potentia, quàm obiectum quo, ipſum ſcilicet phantaſma ſunt intrinſecè materialia. Quòd ſi inſtetur, quia adhuc phantaſia, ſeu exiſtimatiua cognoſcit inſenſatum, nociuum, ſcilicet, & amicum quod tamen non fuit in ſenſu exteriori. Reſpondetur, ſemper illud cognoſcere, vt eſt hoc accidens materiale nociuum, & ita numquam abſtrahit ab hoc accidenti materiali, quod habet in ſenſu exteriori: ſed intellectus abſtrahit ſubſtantiam ab accidenti, & perfectè diiudicat illam, vt abſtractam, & diſtinctam ab accidenti, & præterea diſcernit ſubſtantiam immaterialem à materiali.

Ex dictis igitur ſequitur manifeſtè intentũ, quòd ſcilicet ex modo diiudicandi perfectè potentiæ intellectiuæ deducatur immaterialitas ipſius. Nã quòd primò, & per ſe repræſentatur à ſpecie intelligibili eſt accidens materiale, ſiue in ſingulari, ſiue in vniuerſali. nam intellectus agens producens ſpeciẽ determinatur à phantaſmate: quare neceſſe eſt, vt intellectus poſſibilis ſupra naturam ſuæ ſpeciei eleuetur ad hoc, vt perfectè diiudicet diſtinctam ſubſtantiã ab accidente: & præterea, quòd eleuetur ad perfectè diiudicandum, dati cauſam immaterialem, ſiue ſit intelligentia, ſiue Deus, ipſius effectus materialis. Quòd autem tantùm diiudicet terminatiuè, & non motiuè, hoc non arguit materialitatem, ſed arguit in ſe eſſe immaterialẽ vnitam materiæ; quatenus enim immaterialis eleuatur ſupra naturã obiecti recepti intentionaliter, ſeu ſpiritualiter, quod nulli potentię cognoſcitiuæ materiali, nec interiori competit: quatenus verò vnita eſt materiæ pro hoc ſtatu ſequitur, quòd cognoſcat tãtùm abſtractiuè per alienam ſpeciem, & non quidditatiuo, & proprio conceptu, & quòd cognoſcat terminatiuè, & non motiuè. 13.

Concluditur intentũ, quòd intellectus ſit immaterialis, quia diiudicat de ſubſtantia materiali & immateriali, quæ nõ repræſentatur per ſpeciem receptam.

Hoc primum argumentum ex modo diiudicandi eſt commune apud Peripateticos ex Ariſtotele loco citato, in 3 de anima, vt vidimus ſuprà, & eſt expreſſè D. Thomæ 3. de anima, lectione 7. vbi inquit, quòd quia intellectus non eſt cognoſcitiuus vnius tantùm generis ſenſibilium, ſicut auditus, vel viſus, nec tantùm eſt cognoſcitiuus, vt phantaſia qualitatum, & accidentium ſenſibilium communium vel propriorum, ſed eſt cognoſcitiuus vniuerſaliter totius naturæ ſenſibilis, infert debere carere tota natura ſenſibili; per naturam autem ſenſibilem intelligit etiam ſubſtantiã materialem. Nam ſuprà dixerat, non eſſe tantùm cognoſcitiuũ omnium qualitatũ, & accidentium ſenſibiliũ communium, vel propriorũ, quorũ eſt cognoſcitiua phantaſia, vt ſuprà dictũ eſt. Ariſt. S. Thom.

Secundum argumentum in hoc ſecundo capite ad demonſtrandam animæ immaterialitatem eſt ex modo diſcurrendi, quo vtitur Scotus in 4. diſt. 43. q. 2. quia modus diſcurrendi (inquit) non poteſt eſſe ſine relatione rationis: relatio autem rationis non poteſt eſſe obiectum ſenſus, quia non eſt ſenſibile exiſtens, vel quod extitit, quod eſt obiectum ſenſus, vt ſuprà dictum eſt. Sed inſtari poteſt, quòd non eſt neceſſarium ad diſcurſum, vt relatio ipſa cognoſcatur tanquam obiectum, ſed ſufficit, quòd actu directo vnum ordinetur ad aliud. Sed reſponderi poteſt, quòd experimur cognoſcere relationem per actum reflexum; & tunc non eſt noua ratio Scoti, ſed coincidit cum illa ſua quinta primi capitis, quam poſuimus puncto ſecundo. 14.

Secundũ argumentũ huius 2. cap. ex Scoto ad demonſtrandã animæ immaterialitatẽ ex modo diſcurrendi, Scotus. Inſtantia. Solutio.

Tertium

Tertium caput probandi eiuſdem animæ immortalitatem.

15. Tertium caput eſt ex modo cognoſcendi per reflexionem; Probatur autem ſic; Modus cognoſcendi potentiæ per reflexionem ſupra ſuum actum præſertim in infinitum excedit modo eſſendi ipſius potentiæ intrinſecè immerſæ materialitati, quia quantùm non eſt propriè reflexiuum, ſaltem in infinitum, vt probabimus; ſed intellectus humanus etiam pro hoc ſtatu vnitas materiæ, reflectit ſe ſupra ſuos actus in infinitum; ergo quamuis extrinſecè ſit vnitus materiæ, intrinſecè tamen eſt immaterialis. Eſt ratio Scoti in 4. loco citato. Minor eſt manifeſta per experientiam: Circa Maiorem dubitatur, & primò inſtatur contra illam. Nam ſenſus exterior reflectit ſe ſuper actum ſuum, ex Ariſtot. 2. de ani. vbi inquit, quòd viſus videt ſe videre, & dicit viſionem eſſe coloratam. Ita etiam tenet Venetus, Ægidius, & alij. Secundò inſtatur, quia in ſenſu Interiori hoc verificatur tum propter maiorem nobilitatem ipſius, tùm quia etiam experientia ipſa docet, memoriam etiam in brutis verſari circa obiectum priùs cognitum. Canis enim videns baculum, quo vapulauit, eleuatum, fugit; hoc etiam docet expreſsè Ariſtot. lib. de memor.

16. *Reſpōſio ad 1. inſtātiam.* Ad primam inſtantiam reſpondetur, negando ſenſum exteriorem reflectere ſe ſuper actum ſuum. Ita D. Thomas parte prima, quæſtione 74. & 87. Scotus in quarto, diſtinction. 45. Philoſophus, & Simpl. 3. de anima, & ratio eſt clara. Nam actus non comprehenditur ſub obiecto viſus, quod eſt coloratum, vel luminoſum, & quamuis Ariſtot. vocet viſionem coloratam, intelligitur tantùm in repræſentando, quatenus eſt ſpecies expreſſa coloris.

Ad Ariſtot. reſpondetur primò, explicari poteſt, vel quia ſenſus exterior cognoſcit actum ſuum in actu exercito, quia dum viſus actu videt, quaſi experitur ſe videre, non quidem in actu ſignato: ſed dum potentia viſiua cognoſcit obiectum extrinſecum, quaſi in actu exercito experitur ſe videre. Secundò explicari poteſt, quatenus immittit ſpeciem in ſenſum communem, vel ſaltem determinat ſenſum communem, vt producat in ſeipſo ſpeciem: & ſic dicitur viſus mediante ſenſu communi videre, ſeu cognoſcere ſe videre: & hoc voluit dicere Albertus lib. 2. de ani. tract. 4 quem ſequuntur aliqui Thomiſtæ, quòd viſus, quatenus coniunctus ſenſui communi, & factus quaſi vnus cum illo ſentit ſe ſentire.

17. *1. reſpon. ad 2. inſtan.* *An aliqua reflexio competat brutis.* Ad ſecundam inſtantiam, quæ eſt difficilior, reſpondetur tripliciter: & primò reſpondent Scotiſtæ, negando aliquam quamuis minimam reflexionem competere brutis, quia quæcumque minima reflexio arguit immaterialitatem, præſertim in opinione ipſius Scoti, qui tenet potentias non eſſe realiter diſtinctas, nec conſequenter inſtrumenta, ſed tantùm eſſe quoſdam modos ipſius animæ, atque adeò animam agere immediatè, vt modificatam. conſequenter enim, tenetur dicere actum, quo cognoſcitur alius actus ipſius animæ, tamquàm obiectum, eſſe propriè reflexum, quia eſt eiuſdem virtutis cognoſcentis ſupra ſuum actum, non autem eſt actus potentiæ ſuper actum alterius potentiæ: in quo caſu actus eſſet propriè directus potentiæ agentis, reflexus autem reſpectu actus cogniti alterius potentiæ. Ad experientiam autem reſpondet canem non fugere ex eo, quia recordatur vapulationis; ſed quia in illa vapulatione fuit in æſtimatiua relicta ſpecies baculi, vt ſibi diſconuenientis: quare cùm videt baculum tali modo eleuatum, fugit, quia repræſentatur illi, vt diſconueniens per illam ſpeciem relictam. Et confirmatur, quia ouis recens nata ex inſtinctu naturæ fugit lupum, quem numquàm antea viderat: & hæc quidem opinio probabilis eſt, & benè ſoluit ſecundam inſtantiam.

Sed communis opinio Thomiſtarum tenet oppoſitum, & videtur magis Peripatetica. Nam definiens Ariſtot. memoriam, dixit, *eſſe habitum phantaſmatis, vt imaginis rei cognitæ:* & cap. 2. de mem. dicit, quòd reminiſcimur aliquando, quod audiuimus vel vidimus priùs. Et hic locus non poteſt intelligi, niſi tantùm de memoria ſenſitiua, quia in illa ſolùm eſt phantaſma; memoria autem ibi definita eſt habitus phantaſmatis. Secundum igitur hanc opinionem reſpondetur ad ſecundam inſtantiam, negando actum memoriæ ſenſitiuæ, qui verſatur circa obiectum priùs cognitum, eſſe propriè reflexionem, quia in opinione Thomiſtarum potentiæ ſunt realitates diſtinctæ, & inſtrumenta animæ, quæ agunt immediatè; vna autem potentia non reflectit ſe ſuper ſeipſam, ſed ſuper actū alterius potētiæ ignobilioris, ac proinde reſpectu potentiæ reflectentis actus eſt directus; intellectus autē reflectit ſe ſuper actum ſuum. 18. *Quid ſit memoria.* *2. reſp. Tho. ad 2. inſtant.*

Sed adhuc inſtari poteſt, quia non eſt ita certum, dari plures potentias ſenſitiuas interiores, ſed vnam tātùm, quæ propter diuerſos actus varia ſortitur vocabula. Eſt Galeni lib. 4. de vſu partium c. 10. quamuis de differentiis ſymptomatum videatur oppoſitū dicere. Hæc autem opinio probatur poſitis duobus fundamentis. Primum eſt, non eſſe multiplicandos ſenſus interiores, niſi quando vnus ſenſus poteſt aliquid, quod non poteſt alius: quia alioquin fruſtrà multiplicarentur. Secundum, potentia potens percipere obiectum in abſentia, eſt etiam potens percipere obiectum in præſentia, quia quotieſcūque potentia eſt conſtituta in actu primo per ſpeciem, poteſt producere actum, ſed ſimul ac potentia eſt percipiens obiectum in præſentia, debet illa alia potentia, quæ per ſe datur diſtincta, eſſe ſufficienter conſtituta in actu primo ad percipiendum obiectum; ergo in illo inſtanti poteſt percipere obiectum in præſentia; fruſtra igitur datur illa alia prior. Probatur Minor, quia ſpecies potentiæ percipientis in abſentia, producitur à ſenſatione potentiæ percipiētis in præſentia; ergo dum eſt illa ſenſatio, producitur ſpecies: ergo & in eodem inſtanti potentia illa alia eſt ſufficienter conſtituta in actu primo ad producendam ſenſationem in præſentia obiecti. Ex hoc fundamento tollitur primò ſenſus communis. Nam datur ſenſus communis, vt percipiat obiectum in præſentia, & phantaſia, quæ percipiat in abſentia: ſed phantaſia percipiens in abſentia, eſt ſufficiens percipere in præſentia per ſecundum fundamentum, ergo eſt inutilis ſenſus cōmunis per primum fundamentum. Secundò tollitur æſtimatiua, quia æſtimatiua datur ad cognoſcendum obiectum inſenſatum, nociuum ſcilicet, vel amicum in præſentia; memoria verò ad cognoſcendū idem inſenſatum in abſentia: ſed cognoſcens in abſentia eſt potens cognoſcere in præſentia ex ſecundo fundamento; ergo æſtimatiua eſt inutilis, & non dabilis per primum fundamentum. Tertiò tollitur phantaſia, quia memoria cognoſcens inſenſatum, neceſſariò debet cognoſcere ſenſatum; nam memoria cognoſcens lupum, vt inimicum, neceſſariò cognoſcit hunc lupum ſecundum illa accidentia externa; ſecundum quæ apprehendit lupum vt inimicum: ſed phantaſia datur ad cognoſcēdum ſenſatum; ergo fruſtra & non dabilis per primum fundamentum. Concluditur igitur, quòd ſit vna potētia ſenſitiua interior, quæ denominatur memoria præci-

Replica. *An detur vnus ſenſus interior.* *Senſus interiores nō ſunt multiplicādi.* *Senſus communis tollitur, & æſtimatiua.* *Phantaſia.*

Digitized by Google

præcipuo actu, quatenus eſt cognoſcitiua obiecti inſenſati in abſentia, quod obiectum eſt terminatiuum totius perfectionis ſenſitiuæ.

20. Quare ne in hac materia de immortalitate animæ ad ſoluendam illam ſecundam inſtantiam, qua probant etiam potentiam ſenſitiuam, eſſe reflexiuam, videamur ſaltem inniti opinioni Thomiſticæ de multiplicatione ſenſuum, ſoluenda eſt inſtantia, etiam ſi admittatur vnus ſenſus interior. Ad ſecundam inſtantiam igitur, qua probabatur dari reflexionem eiuſdem potentiæ ſenſitiuæ ſupra ſeipſam: reſpondetur negando adhuc dari perfectam reflexionem in ſenſu interiori propter quatuor. Primò, quia potentia non apprehendit actum ſuum, vt obiectum, ſed apprehendit obiectum ſingulare ſenſibile priùs cognitum, vt ſtat ſub actu, & ideo Ariſtoteles ſuprà citatus dixit, memoriam eſſe habitum phantaſmatis, vt imaginis priùs cognitæ: at verò intellectus reflectit ſe ſuper actum ſuum apprehendendo actum, vt obiectum. Secundò, ſenſus non facit relationem perfectè ordinando cognitionem ad cognitum, nec perfectè apprehendit relationem affigendo illam rei cognitæ. Tertiò, ſenſus non reflectit ſe ſuper actũ ſuum reflexum; vltimum enim, quod attingit potentia ſenſitiua, ſiue ſit vna, ſiue plures potentiæ, eſt reflectere ſuper obiectum inſenſatum, nociuum ſcilicet, vel amicum priùs cognitum, quia hoc eſt ſufficiens bruto ad ſeruandam vitam. Quartò etiamſi detur poſſe ſe reflectere ſuper actum ſuum reflexum, adhuc tamen eſt impoſſibile, vt reflectat ſe in infinitum, ſicut experimur reflectere intellectum: & quia hoc maximè conducit ad immortalitatem animæ, ideo aliquantulum fusè oſtendendum eſt, quomodo potentiæ materiali implicet reflexio in infinitum.

Verior reſpõſio ad 2. inſtantiam.

Differentia inter reflexionẽ bruti, & hominis. Prima. Secunda. Tertia. Quarta.

21. ET primò antequàm res hæc probetur, ſupponendum eſt ad reflexionem requiri maiorem eleuationem à materia, quia materia eſt impeditiua reflexionis, vt patet experientia. Nam quia ſenſus exterior eſt magis materialis quàm ſenſus interior, ideo ſenſus exterior nõ poteſt ſe reflectere, vt probatum eſt; ſenſus autem interior poteſt. Hoc ſuppoſito, probatur per calculationem, quòd ſi daretur reflexio in infinitum, potentia deberet eſſe omninò immaterialis, per regulam illam Peripateticam probatam in Quæſtione Philoſophica, quando ſcilicet duo ita ſe habent, vt quantùm vnum minuitur per partes proportionales, tantùm alterum augeatur per partes æquales: ſi vnum minuatur vſque ad non gradum ſui, compar creſcet vſque ad omnem gradum ſui, id eſt, in infinitum. & è conuerſo; materialitas autem, & reflexio ita ſe habent. Nam quantò minuitur de materialitate, tantùm creſcit de reflexione, & è conuerſo: ergo ſi reflexio eſt in infinitũ, materialitas minuetur vſque ad non gradum ſui. Sed obiicies, quia dictum eſt in dicta Quæſtione Philoſophica contra Caietanum, quòd ſi diminutio fiat vſque ad non gradum ſui extrinſecè, adhuc compar creſcet vſque ad omnem gradum in infinitum, vt facilè patet calculanti. ergo ex calculatione reflexionis in infinitum, arguitur tantum diminutio materialitatis, vſque ad non gradum ſui extrinſecè, retinendo ſcilicet ſemper aliquem gradum materialitatis minorem, & minorem in infinitum. Reſpondetur hoc verum eſſe: ſed cùm potentia debeat eſſe determinata in aliquo gradu materialitatis ſecundum naturam ſuam, ſequitur neceſſariò non poſſe ſe reflectere in infinitum, vnde vlteriùs ſequitur, ſi ſe reflectit in infinitum, debere eſſe immaterialẽ. Præterea etiam ſi dari poſſet potentia materialis minus, & minus in infinitum, adhuc ſequeretur, virtutem reflexiuam in tali potentia eſſe infinitam per partes æquales: quod eſt impoſſibile, quia vt dictum eſt in eadem Quæſtione Philoſophica, ſemper augeretur virtus per additionem eiuſdem virtutis ſuperadditæ, & ſic in infinitum. Sequitur igitur, intellectum eſſe immaterialem, cùm poſſit ſe reflectere in infinitum, vt patet experientia. Quod ſi adhuc ſecundò obiicias, ex calculatione ſequi, dari in intellectu virtutem infinitam in reflectendo; Nam, vt priùs dicebatur, ex diminutione materialitatis arguitur maior vis, & perfectio in reflectẽdo, & ſic in infinitum creſcit augmentum. Reſpondetur, dictum eſt in Quæſtione Philoſophica in explicatione ſuptadictæ regulæ, quando fit tranſitus ad alium ordinem ſuperiorem, ſufficere virtutem finitam; & ſic eſt in caſu noſtro. Nam in calculatione ſupponebatur potentia materialis, quæ diminuebatur ſecundum materialitatem, & augebatur ſecundum virtutem reflexiuam materialem, & ideo ſemper augmentum erat eiuſdem virtutis materialis ſuperadditæ; at verò cùm peruenitur ad immaterialitatem, iam fit tranſitus ad virtutem ſuperioris ordinis, & ita ſufficit finita virtus, vt ibidem probatum eſt, quia ceſſat calculatio, quæ fiebat per additionem eiuſdem virtutis.

Repugnat potentiæ materiali ſe in infinitum reflectere. Dub. 3. & 4. Obiectio. Solutio. 2. Obiectio.

Manet igitur probatum, animam eſſe immaterialem, & immortalem ſecundum naturam ſuam, ex triplici modo cognoſcendi intellectus humani ſibi connaturali, ſcilicet primò per abſtractionem, ſecundò per perfectam diiudicationem, & diſcurſum; & tertiò per reflexionem: reliquum iam eſt, hoc idem probare ex parte potentiæ appetitiuæ ſcilicet ex modo volendi.

Quartum caput probandi animæ immortalitatem ex modo volendi potentiæ appetitiuæ immaterialis.

HOC caput continet tria argumenta: primum eſt apud Scotum in 4. diſt. 43. q. 2. in fine primæ propoſitionis; vbi ex modo operandi liberè deducit immaterialitatem animæ, quia indeterminatio, inquit, non poteſt poni in aliquo appetitu organico, vel extenſo. quilibet enim appetitus organicus, vel materialis determinatur ad certum genus appetibilium ſibi conueniens, ita vt illud apprehenſum non poſſit non conuenire, nec appetitus non approbare. Negat tamen Scotus, ex immaterialitate deduci immortalitatem animæ, quam immortalitatem negat, vt vidimus ſuprà, poſſe demonſtrari lumine naturali. Sed quamuis contra Scotum ex immaterialitate argui poſſit immortalitas, vt ſuprà initio Corollarij dictum eſt adhuc tamen directè ipſa immortalitas ſic demonſtrari poteſt, & eſt ſecundum argumentum. 22.

Scotus. 1. arg. Scot. ex modo volendi.

Scotus negat immortalitatem animæ probari poſſe lumine naturali, ſed malè.

Modus operandi ſequitur modum eſſendi, vt probatũ eſt in principio Philoſophico: ſed modus operandi liberè dicit independentiam à quocumque agente, & obiecto materiali, quod poſſit vel neceſſitare, vel impedire actionem internam voluntatis (quod ſupponimus certum apud Philoſophos morales, & Theologos in 4. diſt. 25. & ex Gregor. Nyſſeno in diſp. de reſur. & ani. libertas, inquit, eſt aſſimilatio cum eo, quod dominum non habet, & ſui iuris, & in ſua poteſtate eſt) ſequitur igitur, eam habere modum eſſendi, qui non ſubiaceat actioni alterius corruptiuæ, atque adeo, habere modum eſſendi incorruptibilem ex natura ſua.

2. arg. ex eodem modo volendi.

Quòd ſi obiicias, hinc ſequi debere eam eſſe immateria

Obiectio.

Digitized by Google

materialiorem ipſis intelligentiis, & conſequenter debere eſſe actum purum, quia etiam in modo operandi liberè eſt indepēdens à creaturis immaterialibus, quia ſolum poteſt à Deo neceſſitari phyſicè, ſiue obiectiuè per viſionem beatificam, ſiue efficienter per qualitatem phyſicam.

Solutio. Reſpondetur hinc non deduci primò immaterialitatem animæ, ſed tantùm primò, & immediatè deduci animam rationalem ex natura ſua eſſe incorruptibilem, ſeu immortalem, ita vt non ſubiaceat actioni corruptiuæ alicuius ſubſtantiæ creatæ immaterialis; non autem ſequi debere, eam eſſe actum purum, quia puritas actus non requiritur ad incorruptibilitatem: ex incorruptibilitate igitur ſequitur tantùm illa immaterialitas, quæ requiritur, & eſt ſufficiens, qualis eſt illa, quæ eſt immerſa potentialitati, imò, quia in modo operandi dependet voluntas humana à prima ſubſtantia, quæ poteſt illam neceſſitare, ſequitur reſpectu illius eſſe corruptibilem, & non habere illam immaterialitatem, quam habet prima ſubſtantia, ſcilicet, puritatem actus. & hoc modo intelligenda eſt ſexta Synod. act. 11. cùm dicit, *animam hominis non eſſe immortalem per naturam, ſed per gratiam*, id eſt, reſpectu Dei potentis annihilare.

24\.

3\. argu. ſeu ratio ex eo. c. volendi.

Tertiò probatur, voluntas humana appetit actu elicito, & fortè neceſſario quo ad ſpecificationem vitam immortalem; ergo ipſa eſt immortalis. Antecedens eſt manifeſtum experientia: conſequentia probatur. Nam talis modus volendi eſt impreſſus ab auctore naturæ; ergo non debet eſſe inanis. Conſequentia eſt manifeſta. Antecedens probatur; nam talis perſuaſio de animæ immortalitate eſt ferè neceſſaria, vt dicit Nyſſenus in diſ. de reſur. & ani. & Cicero in Catone ad appetendā rationabiliter ipſam mortem, verbi gratia, pro patriæ liberatione, de qua re multa exempla congerit Cicero 1. q. Tuſcula. & ad exercendos alios actus difficiles virtutum: vnde Auguſt. confeſſ. lib. 6. c. vlt. (Niſi credidiſſem, ait, reſtare poſt mortem animæ vitam, & actus meritorum, quod Epicurus credere noluit, Epicurus palmam in animo meo accepiſſet;) perſuaſio autem ferè neceſſaria ad exercendos actus virtutum non poteſt eſſe niſi à Deo.

25\.

1\. Inſtantia Scoti cōtra hanc 3. rationem.

Sed contra hanc tertiam rationem huius quarti capitis inſtat Scotus, vbi ſuprà. Primò quia debuiſſet probari priùs, appetitum naturalem, & non appetitum elicitum eſſe ad immortalitatem, quia appetitus naturalis eſt ipſa aptitudo animæ, ſeu ipſa anima realiter, appetitus autem elicitus eſt actus ipſius, ex quo non poteſt inferri immortalitas, niſi priùs probatur appetitum elicitum eſſe rectum, ſecundum ſcilicet apprehenſionem, rectam, & non erroneam: non eſt autem manifeſtum (inquit) per rationem naturalem, an ratio oſtendens homini ſemper eſſe, tamquam appetibile, ſit ratio non erronea, quia priùs oporteret oſtendere, illud eſſe immortale poſſe competere homini ſecundum appetitum naturalem.

2\. inſtantia. Secundò inſtat; Probatio (inquit) conſequentiæ videtur nulla: Nam licet non eſſe non poſſit appeti; tamen maximum bonum momentaneum poteſt meliùs eligi, quàm remiſſum bonum, vel vita vitioſa per magnum tempus: quare non poteſt argui immortalitas animæ ex eo, quia multi libenter mortui ſunt pro patria.

Reſpōſio ad 1. inſtātiam. Reſpondetur ad primam inſtantiam, negando aſſumptum, quia ex rectitudine appetitus eliciti deduximus immortalitatem, ad quam eſt appetitus naturalis, quæ eſt ipſamet voluntas; vt autem oſtendatur appetitum elicitum eſſe rectum, non oportet præſupponere appetitum naturalem, quia hoc pro-

A bauimus ex eo, quia talis appetitus elicitus eſt impreſſus ab Auctore naturæ.

Ad ſecundum reſpondetur, nos non probaſſe animæ immortalitatem ex eo, quia non eſſe non poteſt appeti, vt aliqui conati ſunt probare, contra quos eſt argumentum Scoti, ſed tantùm ex eo, quia rationabiliter multi appetunt mori pro patria, & ex eo, quia ad hoc maximè perſuadet vita immortalis poſt hanc vitam, benè colligimus, hunc appetitum eſſe impreſſum ab auctore naturæ, atque adeo non eſſe inanem, quicquid ſit, an illud maximum bonum momentaneum apprehenſum poſſit etiam mouere ad appetendam mortem; ſufficit enim, quod negari nō poteſt, maximè accendi homines appetitu vitæ immortalis poſt hanc vitam, vt patet experientia, & probauimus ex Nyſſeno, Cicerone, & Auguſtino. *Ad 2. Appetitus immortalitatu eſt impreſſus ab Auctore natura.*

B Ad hanc tertiam rationem confirmandam eſt illa communis ratio, quia videmus ſæpe viam impiorum in hac vita proſperari, non autem viam iuſtorum; pertinet igitur ad Dei prouidentiam in alia vita, pœna impios, & præmio iuſtos afficere. Conſequentia probatur dupliciter. primò, quia libera operatio ex natura ſua eſt digna pœna, vel præmio. quare optimè infert Chryſoſtomus ſer. 4. de prouidentia quòd qui negant immortalitatem animæ, negant Deum eſſe iuſtum, & conſequenter eſſe Deum. Probatur ſecundò, quia alioquin non prouidiſſet Deus de medio ſufficienti ad rectè inſtituendam vitam, quod patet ex illo Pauli in 1. ad Corinthios 15. (*Si tantum in hac vita ſperantes in Chriſto ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus.*) 26. Ad 3. Cōfirmatur hæc 3. ratio ex prouidētia Dei. *Animæ immortalitas probatur euidēter ex Dei prouidentia.* Chryſoſt.

C Sed contra hanc confirmationem inſtat Scotus; primò, quòd non ſit notum lumine naturæ eſſe vnum Rectorem hominum ſecundum legem Iuſtitiæ retribuentem, & punientem. Et confirmari poteſt, quia ſapiens cum Sapientiæ 2. hoc eodem argumento vſus eſſet, huius ignorationem retulit in Sacramenta abſcondita Dei; ergo immortalitas animæ, & prouidentia Dei non ſunt nota lumine naturali. 1. Inſtantia contra hanc confirmationem.

Secundò inſtat idem Scotus, quòd magna impiorum vindicta eſt ipſa turpitudo culpæ, cruciatus animæ, & conſcientiæ flagellum; merces verò magna proborum eſt fructus ipſe virtutis, quo mirificè delectantur probi: & citat illud Auguſtin. *Voluiſti Domine, & ita eſt, vt omnis inordinatus animus ſibiipſi ſit pœna.* quod etiam D probari poterat ex illo ad Rom. 1. *Mercedem, quam oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes.* 2. Inſtantia eiuſdem. Auguſt. 1. conf. c. 12. Ad Rom. 1.

Sed has inſtantias ſoluit Canus; & primam quidem negando non eſſe notum lumine naturali eſſe vnum Rectorem, prouidentem, &c. Ad confirmationem reſpondet tantùm ibi ſapientem retuliſſe in Sacramenta Dei ignorantem quæſtionis; quomodo ſcilicet Deus permittat impium proſperari, & iuſtum ab impio opprimi. Canus. Solut. 1. inſtantiæ.

Solutio. Secundam verò inſtantiam ridiculam exiſtimat Canus. Ego ſaltem exiſtimo facilè ſolubilem, tum quia hanc quæſtionem, nec Dauid Pſalm. 72. nec Ierem. 12. nec Abac. 1. exiſtimarunt expediri poſſe, niſi recurratur ad præmium, & pœnam in alia vita: tum quia modicum hoc eſſet præmium bonorum, & modica pœna malorum. quod quidem in- E telligo in ratione mercedis, quæ conſequitur honeſtatem actus. nam in ſe virtus eſt maximum bonum. Et præterea ſecundò, neque hæc ratio pœnæ, & præmij aſſignata à Scoto ſufficeret ad rectè inſtituendam vitam, vt probauimus ſuprà ex illo Pauli 1. ad Cor. 15. Addo tertiò, quòd multi impij non ſentiunt hunc cruciatum, & ſi qui ſentiunt aliquem cruciatum, eſt potius ob metum pœnæ futuræ, & de hoc cruciatu intelliguntur Auguſtinus, & Paulus citati in oppoſitum. Pſal. 72. Ier. 12. Abac. 1. *Virtus eſt in ſe maximū bonum.*

Soluun

Digitized by Google

Soluuntur Argumenta quibus probatur animæ immortalitatem eſſe contra lumen naturale.

27. CONTRA hanc ſententiam Corollarij de immortalitate animæ hactenus probatam ex lumine naturali ſunt duæ opiniones; altera aſſerit eſſe contra lumen naturale; altera verò non poſſe lumine naturali demonſtrari. oportet autem argumenta vtriuſque opinionis exactè ſoluere.

Pomponatius retractat ſuã opinionem. Eſt igitur prima opinio Pomponatij in lib. 2. quem edidit de animæ immortalitate contra Sueſſionéſem, quamuis expreſſis verbis non dicat animæ immortalitatem eſſe contra lumen naturale; rationibus tamen conatur oſtendere, immortalitatem animæ eſſe contra lumen naturale: interrogatus tamen oppoſitum dixit, vt patet ex epiſtola, quæ impreſſa eſt nomine ipſius Pomponatij ad Iauellum, in qua petit per preces emendari & corrigi, ſi quid inuoluntariè lapſum ab ore fuerit, & approbat Reſpõſiones ipſius Iauelli ad ſua argumenta. Argumenta pro hac opinione præcipuè ſumuntur ex quibuſdam principiis, quæ videntur eſſe ſecundum lumen naturale, quæ quidem principia hæc opinio non probat, ſed ſupponit potius tamquam nota lumine naturæ, & tamquam certa apud Peripateticos.

Primũ argu. ex principio Philoſ. *Imperfectum refugit natura.* Primum argumentum ſumitur ex illo principio Philoſophico, quòd Imperfectum refugit natura, cuius proprium eſt conducere ad perfectum; ſed pars extra totum eſt imperfecta; ergo contra principium naturale eſt dicere, animam rationalem, quæ eſt pars, remanere perpetuò imperfectam ſeparatam à toto.

Secundum. *Nullum violentũ eſt perpetuum.* Secundum argumentum ſumitur ex illo principio Philoſophico 2. de Cœlo, *Nullum violentum eſt perpetuum:* ſed ſeparatio corporis ab anima eſt violenta, quia eſt contra inclinationem naturalem animæ, quam habet ad perficiendum corpus; ergo contra lumen naturale eſt dicere, quòd anima perpetuò remaneat extra corpus.

Tertium. *Ex nihilo nihil fit.* Tertium argumentum ſumitur ex illo alio principio. *Ex nihilo nihil fit,* de nouo ab agente naturali, nec ab ipſo Deo ſolo; nam ex creatione cum nouitate eſſendi ſequeretur, quòd caderet mutatio in Deum, ex 12. Met. ſed ſi anima eſſet ſua natura immortalis, neceſſariò crearetur de nouo, quia fieret in tempore, ex nullo præſuppoſito ſubiecto, cùm ſit ſpiritualis, & independens à corpore ſubiectiuè: ergo eſt contra lumen naturale.

Quartum. *Multiplicatio eſt ex materia.* Quartum argumentum ſumitur ex illo principio, Vbi non eſt materia, non eſt multiplicatio: ſed anima rationalis cognoſcitur naturali lumine multiplicata; ergo naturaliter cognoſcitur generabilis, & corruptibilis. Sunt alia principia, quæ potiùs ſunt fundata in doctrina Ariſtotelis, quàm in lumine naturæ, & ideo illa commodiùs examinabimus loco ſuo in hac quæſt.

28. CIRCA hanc primam opinionem Pomponatij notandum eſt, ante ſolutionem argumentorum, illam eſſe hæreticam, & damnatam in Concil. Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 8. vbi definitur, hæreticum eſſe dicere, quòd ex principiis Philoſophiæ ſequitur, animam eſſe mortalem. Et aſſignatur ratio, quia verum vero non repugnat. Hoc poſito reſpondetur ad Argumenta.

1. reſp. Scot. ad 1. arg. Ad primum reſpondetur ex Scoto negando Minorem, quia ſecundum Scotum non eſt vera Minor, niſi de parte, quæ recipit perfectionem aliquam in toto; anima autem non recipit, ſed communicat; ſicut nec repugnat efficienti manere ſine effectu ſuo.

A & hoc eſt, quod voluit dicere Ariſt. 12. Metaph. 17. *aliquam formam poſſe remanere, vt intellectiuam.* Quòd ſi obiiciatur, quòd ſeparata non habeat ſpecies ſibi connaturales: Reſpondetur, negando aſſumptum, debentur enim illi in illo ſtatu ſpecies nobiliores; quæ repræſentent quidditatiuè gradus abſolutos ſubſtantiarum. quos pro hoc ſtatu ſpecies repræſentant connotatiuè, in ordine [illegible] ad effectus. Sed quid dicendum ſit in doctrina D. Thomæ, qui tenet animam habere meliorem modum cognoſcendi in corpore, quam extra corpus, patebit ex ſolutione ad ſecundum. Ariſt. Replica. Solutio. 2. reſp. in doctrina Tho.

Ad ſecundum reſpondetur negando Minorem, & aſſignatur duplex ratio negationis. Prima Scoti: Inclinatio (inquit) naturalis eſt duplex; vna ad actũ B primum, & eſt imperfecti ad perfectum, & concomitatur potentiam eſſentialem; alia eſt ad actum ſecundum, & eſt perfecti ad perfectionem communicandam, & concomitatur potentiam accidentalem. De prima, inquit Scotus, verum eſt, oppoſitum eius eſſe violentum, & non perpetuum, quia ponit imperfectionem perpetuam, quam Philoſophus habet pro inconuenienti. ſunt enim in vniuerſo cauſæ ablatiuæ huius imperfectionis. Secunda autem inclinatio non ponit imperfectionem, & ideò non datur cauſa naturalis ablatiua. Nam anima pro eo ſtatu ſeparationis habet perfectam operationem, imò perfectiorem, quam habet pro hoc ſtatu; intelligit enim per ſpecies ſibi inditas à Deo, tamquam ab Auctore naturæ, quæ ſunt vel eiuſdem naturæ cum An- C gelis, vel ſaltem repræſentant quidditatiuè gradus abſolutos ſubſtantiarum, quos tantùm ſpecies acceptæ à phantaſmatibus repræſentant connotatiuè. 1. reſp. Scoti ad 2. arg. *Inclinatio naturalis eſt duplex.* *Duplex inclinatio ad materiam.*

Sed contra hoc dictum Scoti argui poteſt; Nam anima eſſentialiter eſt pars; ergo dicit inclinationem, & appetitum naturalem ad materiam, tamquã quid imperfectum reſpectu compoſiti, ad quod finaliter dicit ordinem, & inclinationem: ergo licet non violentetur appetitu elicito, ſaltem violentatur appetitu naturali. Reſpondetur pro Scoto animam dicere ordinem ad corpus corruptibile, compactum nempe ex elementis ad exercendas ſuas operationes pro hoc ſtatũ: ac proinde non erit violentum appetitui naturali, eſſe ſeparatum. 29. Replica. Solutio.

D Quòd ſi adhuc inſtetur, quòd corruptibile, vt corruptibile, neque reſpiciatur, neque intendatur per ſe primò ab anima, ſed tantùm perfectibile proportionatum: per accidens autem eſt, quòd ſit corruptibile, vt ſuprà probatum eſt: Reſpondetur ex dictis corruptibilitatem conſequi naturaliter, & ideo ſaltem non eſt contra naturam animæ reſpicere corruptibilitatem ſui perfectibilis: quare nec erit illi violentum ſeparari, & remanere extra ſuum perfectibile. Secundò reſpondetur pro Scoto, animam dicere inclinationem eſſe ad corpus propter bonum corporis, vel compoſiti, non autem propter bonum ſuum, ſed potiùs, vt communicet bonum ſuum, vt ſuprà diximus in Corollario tertio. 2. replica. Solutio. Vide ſuprà. 2. Solutio.

Sed adhuc remanet difficultas in ſolutione huius E ſecundi argumenti in doctrina Diui Thomæ. Nam Diuus Thomas tenet, vt ſuprà oſtẽdimus contra Scotum Coroll. ſeptimo, animam dicere inclinationem ad corpus propter bonum ſuum: exiſtimat enim meliorem cognitionem naturaliter habere animam in corpore, quàm extra corpus, quia intelligere in corpore eſt illi naturale; extra verò corpus eſt illi præternaturale. Et quamuis habeat ſpecies inditas perfectiores ſpeciebus acquiſitis pro hoc ſtatu; tamen anima (inquiunt Thomiſtæ) non habet ſuffi- 2. reſ. ad argu. ex S. Th.

Digitized by Google

cientem virtutem ad vtendum illis, quia ſunt tantùm proportionatæ Intellectui Angelico, ſicut patet de conſpicillis, quibus is, cui illa adæquantur, benè vtitur; cui verò non adæquantur, ſunt potiùs impeditiua viſionis. Quare pro D. Thoma aſſignari poteſt ſecunda ratio negationis minoris huius ſecundi argumenti, quòd ſcilicet non dicatur anima violentari extra corpus, quia anima exigit ex natura ſua vtrumque ſtatum. Primus ſtatus eſt, vt vniatur cum corpore ad hoc, vt mediante corpore acquirat ſuas perfectiones per ſenſus, quas ſine ſenſibus acquirere non poteſt. Nam quòd homo aliquando moriatur ante acquiſitionem talium perfectionum, eſt per accidens. Secundus ſtatus eſt, vt corrupto corpore habeat alium modum intelligendi ſibi proportionatum; hoc enim petit natura animæ, cui eſt connaturale, habere corpus corruptibile, vt ſuprà probatum eſt.

30. Ad 3. Ad Tertium reſpondetur, principium illud, ſcilicet, *Ex nihilo nihil fit;* intelligendum eſſe de agente creato naturali, attingente intrinſecè ſubſtantiam producti, quia tale agens neceſſariò debet agere in materia, ex qua educat formam, vt probabitur in Corollario de Creatione; non autem intelligendum de agente increato, quod gerens vicem agentis naturalis creat animam rationalem, nullo præſuppoſito ſubiecto, ex quo educatur; ſed ſubiecto benè diſpoſito, in quod inducatur; Diſponitur autem per motum agentis creati naturalis attingentem ipſam vnionem ſaltem materialem ſubiecti cum anima. Ad probationem verò, quòd ſcilicet Deus mutaretur, reſpondetur, nullam ſequi mutationem in Deo, ſed ſolùm ex parte effectus noui, qui creatur, quod quidem ſufficeret ad non ponendam mutationem in Deo; ſed adhuc datur mutatio in ipſo ſubiecto nouiter diſpoſito, neque fit mutatio, vel ſaltem viciſſitudo ex eo, quia Deus ex nolente fit volens, quia ab æterno voluit creare pro hoc tempore, neque fit mutatio ex parte creationis, quia cum ſit actio tranſiens; nihil reale ponit in Deo, ſed in creatura.

Deus nõ mouetur, ſi crearet aliquid de nouo ab æterno determinatũ.

Ad Ariſt. Ad Ariſtotelem autem primò poteſt dici, non eſſe contra nos. nam intelligendus eſt, quando creatur aliquid de nouo ſine mutatione ſubiecti, ſicut fuiſſet creatio vniuerſi, ſi fuiſſet in tempore. Sed dico ſecundò, neque hoc eſſe verum, vt tenent communiter Theologi, quia ſufficit, vt probatum eſt, mutatio ex parte effectus producti.

31. Ad 4. Ad Quartum reſpondetur, Entia incompleta ad hoc, vt multiplicentur, non requiri, vt ſint materialia intrinſecè: ſed ſufficit, vt dicant ordinem eſſentialem ad materiam. An autem entia completa debeant habere materiam, tamquam partem ſui ad hoc, vt poſſint multiplicari, quæſtio eſt inter Diuum Thomam, & Scotum in quæſtione de multiplicatione Angelorum. Sed hæc quæſtio non facit ad noſtrum propoſitum; tamen fateor, magis facere ad ſolutionem argumenti, ſi in hac quæſtione teneatur opinio Scoti negantis materiam partis, & aſſerentis ſufficere materiam totius per differentiam quamdam indiuidualem, quæ dicitur ecceitas.

Soluuntur Argumenta quibus probatur animæ immortalitatem non poſſe oſtendi lumine naturali.

32. 2. opinio. Altera opinio contra Corollarij ſententiam eſt aliquorum aſſerentium animæ immortalitatem non poſſe demonſtrari ratione naturali. Huius opinionis eſt Scotus in 4. diſt. 43. quæſt. 2. vbi quamuis demonſtratiuè conetur oſtendere animæ immortalitatem contra Auerroem, negat tamen immortalitatem demonſtrari poſſe, vel ſaltem non eſſe demonſtratam, ſed creditam. & idem aſſerunt Iandun. in 3. de anima, quæſt. 5. & 29. & Caietanus in epiſt. ad Roman. cap. 9. ſed explicari poteſt, vt infrà in eadem quæſtione dicetur. Argumenta pro hac opinione hæc ſunt.

Quòd immortalitas animæ non poſſit demõſtrari lumine naturali. Scot. Iand. Caiet.

1. argu. pro hac opinione. Primò rationes allatæ à Doctoribus, præſertim à D. Thoma 1. par. & con. gen. & in quæſtionibus de anima pro animæ immortalitate ſunt ſolubiles: ergo ſignum eſt illas non eſſe euidentes.

2. argum. Secundò, ad indagandam animæ immortalitatem præcipua via eſt ipſa animæ propria operatio; nam ſicut res ſe habet ad operari, ita ſe habet ad eſſe, vt in Quæſtione noſtra Philoſophica probatum eſt. & hãc viam ad indagandam animæ immortalitatem tenuit Ariſt. 1. de ani. tex. 13. Sed experimur nos non ſolùm accipere ſpecies à corpore, ſed nec intelligere ſine conuerſione ad phantaſma: ergo ex propria ipſius animæ operatione, non poteſt argui ipſius immortalitas, & ſeparabilitas. Ariſt.

3. argum. Tertiò, ſi admittatur poſſe naturaliter immortalitatem animæ demonſtrari, ſequeretur naturaliter poſſe cognoſci reſurrectionem mortuorum, contra Auguſt. lib. 13. de Trinitate cap. 9. & communem Doctorum. Probatur ſequela, quia nullum violentum eſt perpetuum; ſi autem anima eſſet immortalis, perpetuò violentaretur extra corpus, quia eſſentialiter eſt forma corporis, & lumine naturali demonſtratur eſſe formam, vt infrà in ſequenti Corollario demonſtrabitur; ergo lumine naturali cognoſcetur, quòd anima eſſet iterum reditura ad corpus: ita autem reditio vocatur reſurrectio, ſecundum Damaſc. lib. 4. cap. 19. Auguſt. Damaſc.

33. Canus. Antequam reſpondeatur ad argumenta, ſciendum eſt quòd Canus lib. 12. contra hanc opinionem duo dicit: Primò, eſſe erroneum (vel ſaltem temerarium, vt exiſtimat Toletus) dicere, animæ immortalitatem naturali ratione non poſſe demonſtrari. Ratio eſt, quia de fide eſt, animam rationalem habere naturam incorruptibilem; ergo ſaltem à poſteriori per operationem propriam ipſius animæ eſt demonſtrabilis. Secundò dicit, periculoſum ſaltem eſſe dicere, adhuc animæ immortalitatem non eſſe demonſtratam. Probat primò: Nam licet de quadratura circuli teneatur, quòd demonſtrabilis illa quidem ſit, ſed adhuc non ſit demonſtrata; tamen hoc dici non poteſt de anima, quia ex ipſius operatione propria, quæ nobis innoteſcit, poteſt oſtendi qualis ſit ipſa natura animæ. Argumentum autem dictum ex propria operatione, eſt vera demonſtratio, quicquid ſit, quod alicui, vel ob defectum ingenij, vel propter inaduertentiam, vel propter malam affectionem non appareat demonſtratio. fatemur autem non eſſe ita euidentem demonſtrationem, ſicut eſt Mathematica: nam talis non requiritur. Prætereà Chryſoſtomus homil. 4. de prouidentia aſſerit, qui de animæ immortalitate dubitant, eos dubitare an in meridie ſit dies. Et Auguſtinus libro decimotertio de Trinitate, cap. 9. dicit, immortalitatem animæ ratione teneri, reſurrectionem auctoritate. quem locum non bene videtur citaſſe Scotus pro ſeipſo. Et quamuis Auguſtinus dicat, paucos Philoſophos animæ immortalitatem inueniſſe, idque ægrè: intelligit, eos non habuiſſe demonſtrationem Mathematicam, & cum difficultate inueniſſe illam, quæ poteſt haberi: in lib. autem 1. de Ciuit. Dei, cap. 22. aſſerit. Platonem immortalitatem animæ vidiſſe. Tertiò probat, quia Deus non deficit

Erroneũ, vel ſaltẽ temerariũ eſt, aſſerere immortalitatẽ animæ non poſſe lumine naturali demonſtrari.

Non eſt quærenda Mathematica demonſtratio in probanda animæ immortalitate.

Chryſoſt. Auguſt.

Animæ immortalitas tenetur ratione, reſurrectio fide.

Digitized by Google

ficit in neceſſariis ad inſtituendam benè & conſtanter vitam, iuxta regulam rationis; ad hoc autem maximè conducit cognitio immortalitatis animæ, vt ſuprà probauimus in eadem quæſtione: ergo pertinebat ad ipſum Deum dare euidens ſignum huius immortalitatis. Præterea ad hominem, contra Scotum, ſi euidenter ſecundum ipſum demonſtratur immaterialitas animæ, demonſtratur etiam immortalitas, vt ſuprà oſtenſum eſt. His poſitis reſpondetur ad argumenta.

34. Reſpond. ad argu. Ad primum, negatur commodè poſſe ſolui rationes adductas ſuprà, ex modo operandi, & ibi aliquas inſtantias Scoti ſoluimus; & iam notauimus, non in omnibus iuxta præceptum Philoſophi requirendam eſſe mathematicam demonſtrationem.

35. Reſp. ad 2. Ad ſecundum reſpondetur, dependentiam animæ rationalis à corpore, tamquam ab obiecto pro hoc ſtatu vnionis non obſtare, quin cognoſci poſſit animæ immortalitas ex multis aliis capitibus, quæ ſuprà attulimus, ex modo ſcilicet cognoſcendi obiectum per abſtractionem. Secundò, ex modo diiudicandi obiectum terminatiuè ſuprà naturam ſpeciei receptæ. Tertiò per reflexionem, & diſcurſum, & hoc quidem etiamſi admittatur intellectum non ſolùm in accipiendo ſpecies, ſed etiam in illis vtendo, dependere neceſſariò à corpore. Adde quòd ſuprà probauimus, in maximè abſtractis non vti corpore, ſeu imaginatione; propoſitio autem illa Ariſtotelis, *quòd oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari*, intelligenda eſt quando intelligitur obiectum materiale ſenſibile, & habens materiam indiuiduantem.

36. Ad 3. Auguſt. Ad tertium reſpondetur negando ſequelam argumenti ex Auguſtino allegato libro 13. de Trinit. cap. 9. vbi vtrumque admittit, & reſurrectionem ſola auctoritate teneri, & immortalitatem animæ ratione naturali. Ad probationem ſequelæ negamus, animam violentari extra corpus, vt ſuprà oſtendimus ad 2.

Secunda dubitatio de immortalitate animæ ſecundum Ariſtotelem.

37. Circa mentem Ariſtotelis variè opinati ſunt expoſitores, ita vt quidam ipſorum dixerit Ariſtotelem tamquam ſæpiam ſuo ſe atramento abſcondiſſe; ſed immeritò. nam mox infrà adducemus loca expreſſa Ariſtot. pro animæ immortalitate.

1. opinio Sc. Prima opinio eſt Scoti in 4. diſtin. 44. q. qui dicit, Ariſt. in hac materia fuiſſe dubium, quem ſequitur Herueus quodl. 1. quæſt. 11.

2. Alex. Secunda opinio eſt Alexandri tenentis, animam rationalem eſſe mortalem in Ariſtotelis ſententia, Plutarch. Theod. quem ſequitur Plutarchus libro 5. de placitis Philoſophorum cap. 1. Theodor. de curand. affect. præcipuè lib. 5. Simon Portius in diſputatione de men. human. Loca Ariſtot. pro hac opinione ponemus in fine.

3. Caiet. Tertia Caietani 3. de ani. text. 20. qui exiſtimat in Ariſtotele animam rationalem eſſe formaliter immortalem, & ſeparabilem, ex tex. 4. & 6. de Anima: ſed ſecundum exiſtentiam eſſe inſeparabilem, quia ſeparata eſſet otioſa; nihil enim (vt habet in tertio de anima textu vigeſimo) intelligit ſine intellectu paſſiuo, id eſt, phantaſia. Omitto hîc opinionem Auerrois, nam infrà in ſequenti Corollario commodiùs examinabimus.

4. opinio, & verior Sim. Olym. Am. Auic. S. Th. & aliorum. Quarta opinio verior & communior eſt Simpl. lib. 1. de ani. text. 66. & lib. 3. tex. 2. & Olympiodori, Ammonius, Auicenna, Diuus Thomas, & Miranda. de ſingul. certam. Albertus, & Ægidius exiſti-

Coroll. Albert. tom. 1.

A mant in Ariſtotele animam rationalem eſſe immortalem etiam ſecundum exiſtentiam, & cum his mihi videtur ſentiendum: ſunt enim pro hac ſententia loca expreſſa in Ariſtotele. Ac primùm quidem adducemus loca, quæ probant contra Alexandrum, immortalitatem animæ ſecundum naturam ſuam. Secundò afferemus ea contra Caietanum, quæ probant animam eſſe immortalem etiam ſecundum exiſtentiam. 38.

Primus locus Ariſtotelis 3. de ani. t. 4. & 6. in quibus expreſsè habet, Intellectum eſſe incorporeum, & inorganicum, & probat ex illo principio, quia omne recipiẽs debet eſſe denudatum natura recepti. quod principium fusè ad hoc probandum examinauimus ſuprà in eadem quæſtione. 1. locus 3. de an. t. 4. & 6.

B Secundus locus eſt 10. Ethicorum cap. 3. & 4. & de par. ani. cap. 10. vbi Ariſtot. vocat animam quoddam diuinum, & licet Ariſtot. aliquando omnẽ formam appellet diuinam, reſpectu materiæ ignobilioris, vt 1. Phy. tex. 81. & aliquando ſolam animam vocet diuinam, vt 2. de generat. ani. c. 3. tamen aliquando animam rationalem propter nobilius eſſe, quod habet, vocat ſolam diuinam, vt patet in textibus prællegatis, vbi habet hæc verba digna concionatore Chriſtiano: *Si igitur intellectus, diuinum quid eſt, ſi ad hominem reſpiciamus: ſic vita, quæ ex intellectu traducitur, ſi humanæ vitæ comparetur, diuina etiam ipſa eſt, neque enim oportet (quemadmodũ nonnulli monent) vnumquemque cum ſit homo, humana, & cùm ſit mortalis, cogitare mortalia, ſed quatenus licet, immortalem ſe* C *reddere, & efficere, vt ex præſtantiſſimo omnium, quæ in ipſo eſt, vitam traducat. Nam licet id mole ſit paruum, vt tamen, & pretio omnia longo interuallo excedit.* 2. 10 Eth. c. 3. & 4. *Sententia Ariſtot. concionatore Chriſtiano digna.*

Tertius locus eſt 12. Metaph. text. 16. & 17. vbi dicit, animam intellectiuam poſſe permanere poſt effectum ſuum formalem. 3. 12. Met. t. 16. & 17.

Quartus 12. Metaph. tex. 51. vbi dicit intellectum primum à materia eſſe ſeiunctum, quia eſt indiuiſibilis, quare in toto æuo ſemper intelligit indiuiſibiliter, id eſt, totum ſimul. Quòd ſi dicat Alexander, hunc textum intelligendum eſſe de intellectu agente: Contrà, quia Deus non dicitur forma corporis, neque dicitur intellectus humanus; at intellectus, de quo 12. Metaph. loquitur Ariſtot. dicitur forma corporis, vt ex text. 17. citato, & in hoc tex. 51. dicitur D intellectus humanus. 4. 12. Met. 51.

Quintus 2. de anima 21. vbi dicitur, quòd de intellectu nihil adhuc manifeſtum eſt, ſed videtur eſſe aliud genus animæ, & hoc ſolùm poſſe ſeparari, verbum autem (videtur) vt Simplicius & Philoponus notarunt, eſt legendum aſſertiuè, & non dubitatiuè, contra Alexandrum. Nec obſtat illud, quod additur (eſſe immanifeſtum) nam tantùm Ariſtot. vult ſignificare, quòd adhuc non eſt determinatum, ſed determinabitur 3. de anim. 5. 2. de an. 21.

Sextus eſt in 3. de anima text. 13. & 14. vbi dicit intellectum eſſe intelligibile per ſe, vnde non indiget, vt abſtrahatur, vt fiat intelligibile, ſicut ſenſibile ad hoc, vt fiat intelligibile, opus eſt vt abſtrahatur, quia eſt materiale. 6. 3. de ani. t. 13. & 14.

E Septimus 1. de part. anim. cap. 1. dicit animam rationalem non eſſe conſiderationis phyſicæ; & adducit rationem, quam repetit in Metaph. quia (inquit) anima eſt magis abſtracta, quàm ſint res Mathematicæ; ergo ſi pertineret ad Phyſicum agere de anima abſtracta, ad eumdem etiam pertineret agere de Mathematicis; quia ſecundo Phyſicorum text. decimonono dixerat obiecta phyſica eſſe minus abſtracta, quàm ſint Mathematica. Intelligit ergo Ariſt. animam rationalem, quando eſt abſtracta, & ſeparata 7. 1. de part. anim.

 à cor

Digitized by Google

à corpore eſſe conſiderationis Metaphyſicæ, quia eſt abſtractior Mathematica: cùm verò eſt coniuncta, eſſe conſiderationis Phyſicæ. Alioquin ratio Ariſtotelis nullius eſſet ponderis, ſi non daretur anima ſeparata: niſi abſque fundamento dicas cum Miranda, rationem hanc non eſſe ab Ariſtotele adductam, tamquam veram, ſed diſputationis gratia ad exercendum ingenia. Et hic quidem text. eſt etiam notandus contra Caietan. quia videtur probare animam eſſe immortalem in Ariſtotel. non ſolùm ſecundum ſuam naturam, ſed etiam ſecundum exiſtentiam.

39. Contra opinionē Caie.

Sed quia omnia hæc loca, quæ militant contra opinionem Alexandri, & alios citatos, Caietanus ſoluere poteſt in ſua opinione, animam nempe rationalem in Ariſtot. eſſe ſecundum ſuam naturam, B & formaliter immortalem, ſed ſecundum exiſtentiam mortalem, ne ſit otioſa: ideo contra Caietanum adducenda ſunt alia loca in Ariſt. in quibus expreſsè habeatur, intellectum humanum non corrumpi per ſeparationem à corpore.

Exponitur t. in 2. de gener. ani. c. 3. qui eſt præcipuè cōtra Caietan. & Alex.

Præcipuus autem locus eſt, & eſt octauus in ordine, ſecundo de Generatione animalium, cap. 3. vbi habet Ariſt. quòd ſola mens extrinſecus accedat, ſoláque diuina ſit; nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis. vnde ſequitur manifeſtè ex text. 13. 1. de anima eſſe ſeparabilem, & quia locus citatus in ſecundo de Generatione, vrget contra ponentes mortalitatem animæ, ideo afferendæ ſunt aliorum expoſitiones, & impugnandæ.

1. exp. Alex. & impugn.

Intellectus agens non eſt Deus vt vult Alexander, neque de eo locus Ariſt intelligitur.

Primò, Alexander exponit hunc textum, de intel- C lectu agente, qui ſecundum ipſum Deus eſt. Sed cōtrà, quia Ariſtot. determinat illam quæſtionē, quam ſuprà propoſuit: An ſcilicet omnes animæ innaſcātur intrinſecus; an verò accedant extrinſecus, vel vtrum aliæ intrinſecus, aliæ extrinſecus accedant; non ergo poteſt textus ille intelligi de Deo, qui eſt intellectus agens apud Alexandrum; certum enim erat Deum ex ſemine non traduci. Et prætereà quia Ariſtot. ibi ait, duplicem eſſe ſubſtantiam animalis, materiam, & formam; formam autem dicit eſſe animam: animam autem triplicem, vegetatiuam, ſenſitiuam, & rationalem; & de his quærit, an omnes intrinſecus innaſcantur, &c. & determinat non omnes, ſolámque mentem aſſerit extrinſecus accedere; ergò mentem ſumit pro anima, quæ eſt for- D ma hominis.

Impugnatur 2. exp. Simon Por.

Secundò, Simon Portius exponit hunc text. de actu ſecundo, & non de actu primo. Sed improbabiliter hoc dicitur; nam Ariſtot. proponit quæſtionem de anima, & non de operatione. Secundò etiam actio ſenſitiua, ſi intelligatur de actu ſecundo, accedit extrinſecus, quia dependet ab obiecto extrinſeco ſenſibili, ſicut actio intellectus à phantaſmate.

Impugnatur 3. exp. aliorum.

Tertiò, alij exponunt, extrinſecus accedere ſecundùm apparentiam, & non ſecundùm veritatem: quia ſi compararetur anima intellectiua cum alijs animabus, parum, aut nihil extrinſecarum qualitatum, & materialitatis habere videtur. Sed cōtrà, quia extrinſecus accedere, ita negatur de anima vegetatiua, & ſenſitiua, vt verè concludatur ex ſemine traduci, E quia earum actio communicat cum organo corporali: ergo etiam ſecundum veritatem affirmatur de anima rationali, quod extrinſecus accedat, id eſt, quod non traducatur ex ſemine.

Impugnatur 4. Zaba.

Quartò, Zabarella aliter exponit hunc text. vult enim Ariſtot. proponere quæſtionem illam, an omnis anima, veniat extrinſecus, an verò intrinſecus; an aliqua extrinſecus, aliqua intrinſecus, & notat hic Auctor per extrinſecus Ariſtotelem intelligere duo: A Primum, vt ipſa ſubſtantia animæ dicatur priùs extra corpus exiſtere, & operari, & poſtea in corpus induci. Secundum, ratione cauſæ efficientis, & iuxta, (inquit) hunc ſecundum ſenſum dicit Ariſt. in fine omnes formas etiam elementares extrinſecus aduenire, quia producuntur à principio extrinſeco, & animam produci à virtute ſeminis, quod habet duas virtutes, alteram elementarem, alteram cœleſtem; & eſſe quinti elementi, id eſt, ſtellarum. & dicitur talis virtus principium ſeparatum, id eſt, rectum, & gubernatum ab agente ſeparato. Iuxta verò primum ſenſum vult ab Ariſtotele impugnari illud membrum, ſcilicet omnes partes animæ extrinſecus accedere: impugnat autem per contradictorium, ſumendo particularem negatiuam, ſcilicet aliquas B partes animæ non poſſe aduenire extrinſecus, & probat de his, quæ ſunt organicæ, quia cùm ſint organicæ, non poſſunt extra corpus exiſtere. Hoc probato, dicit *Reſtat igitur*. Debet autem legi. *Reſtat autem* de anima intellectiua, quæ (cùm non ſit organica, quia actio eius non communicat cum corpore) poſſet accedere extrinſecus, quantùm eſt ex hoc capite: ſed nihil determinauit de hoc.

Obiectio contra 3. ab or.

Quòd ſi dicas, ſaltem deduci ex doctrina Ariſtotelis, eſſe immaterialem, quia ſecundum Ariſtotelem non eſt organica, cùm actio eius non communicet cum corpore, tamquam cum organo: Reſpondet Zabarella, hanc conſequentiam non valere. Nā forma ignis inorganica eſt; & tamen eſt materialis, quare cùm Ariſtot. dicit, animam rationalem nullam partem C corporis occupare, & eſſe ſeparabilem, intelligitur de organo, & non de materialitate.

Soluitur.

Sed hæc reſponſio huius Auctoris facilè reiicitur. Nam ideo forma ignis non eſt organica, quia eſt valdè materialis, & ad operandum contenta eſt craſſis diſpoſitionibus; quare tota materia, in qua eſt, eſt illi veluti organum. Nam in tota materia poteſt operari; forma autem, quæ magis eleuata eſt à materia, vt vegetatiua, & ſenſitiua, habet peculiare organum, in quo operatur; anima ergo rationalis cùm ſit perfectior vegetatiua, & ſenſitiua (vt eſt communis opinio, & etiam ipſe Zabarella concedit) ſi non habet organum, profectò optimè ex hoc concluditur eſſe immaterialem.

Anima rationalis non habet organum, & ſic eſt immaterialis.

Et hoc eſt, quod ſecundum aliquos Auerroiſtas voluit dicere Ariſtot. 4. & 6. ex D eo, quòd intelligit omnia; deducit (inquiunt) Ariſtot. immortalitatem animæ rationalis, ſcilicet eſſe immixtam corpori: & ex immaterialitate in text. 6. probat eſſe inorganicam. Sed quicquid ſit de hoc text. ſaltem textus ſeptimus probat expreſsè in Ariſtot. ſi anima eſſet organica, & materialis, læderetur ab excellenti intelligibili; non enim propter aliud ſenſus læditur ab excellenti ſenſibili, niſi quia eſt materialis, & vtitur organo materiali.

Verior expoſitio.

Anima rationalis eſt ſimul cum corpore.

Cùm ergo dicat Ariſtot. animam extrinſecus aduenire, quia actio eius non communicat cum corpore, intelligendum eſt, non produci ex ſemine, & menſtruo; concluditur igitur, quòd anima rationalis eſt quidem ſimul cum corpore, quia non eſt actu ante corpus, quod informat: non tamen præexiſtit E in ſemine, nec intrinſecus accedit, quia actio eius non communicat cum corpore. quare ex text. 13. primi de anima poteſt ſeparata à corpore exiſtere, & operari.

9. 3. de an. t. 19.

Nonus eſt 3. de an. t. 19. vbi dicitur, *intellectus eſſe immixtus, impaſſibilis, & ſeparabilis*. Nec recurrēdum eſt ad intellectum agentem, qui eſt Deus, quia in tex. 17. dicitur differentia animæ; Deus autem non eſt differentia animæ. & t. 2. dicitur eſſe perpetuus.

10. 1. cœl. t. 100.

Decimus, primo Cœl. tex. 100. ait *in intrinſeca ſuperficie*

perficie cœli eſſe quædam inalterabilia, & impaſſibilia, A *optimam habẽtia vitam, & per ſe ſufficientiſſimam, quæ perſeuerant toto æuo: etenim hoc nomen* (inquit) *diuinitus enunciatum eſt ab antiquis,* quod de intelligentiis intelligi non poteſt, quas Ariſtot. tamquam motrices orbium cœleſtium 8. Phyſicorum, & 12. Metaphyſic. perpetuò addicit proprio orbi.

40. Loca Ariſt. in oppoſitũ pro opinione Alex. aſſerentis in Ariſt. mortalitatẽ animę ſecundũ naturã ſuã.

SED contra hanc ſententiam noſtram ſunt quædam loca Ariſtotelis in oppoſitum, aliqua quidem directè oppoſita, alia verò tamquam principia ex quibus deducitur oppoſitum. Circa loca directè oppoſita, primò adducemus ea quę videntur probare opinionem Alexandri, eſſe ſcilicet animam rationalem mortalem ſecundum naturam ſuam, & formaliter: ſecundò, ea quę videntur probare ſaltem eſſe mortalem ſecundum exiſtentiam, vt dicebat Caietanus B ex Ariſtot. ſententia, ne ſcilicet ânima ſit otioſa extra corpus.

1. 3. de an. 20. Primus locus eſt in 3. de anim. 20. vbi dicitur intellectus paſſiuus eſſe corruptibilis.

2. 1. Phyſ. 83. Secundus, 1. Phyſ. 83. *de Phyſicis* (inquit) *& corruptibilibus formis dicemus.* ſed anima eſt forma ex 12. Met. text. 16. & 19. & eſt Phyſicæ conſiderationis, ergò corruptibilis.

3. 2. Phyſ. t. 4. Tertius, 2. Phyſ. text. 4. *Natura autem eſt* (inquit) *ſubiectum, aut in ſubiecto,* ſed anima eſt natura, & non eſt ſubiectum; ergò in ſubiecto; ergò dependens ab illo; ergò corruptibilis.

4. 2. Phyſ. 12. Quartus, 2. Phyſ. 12. *Forma* (inquit) *non eſt ſeparabilis ab eo, cuius eſt forma, niſi ſecundum rationem;* ſed anima rationalis eſt forma; ergo non eſt ſeparabilis à materia. C

5. 2. Phyſ. 19. Quintus, 2. phyſ. 19. phyſica ſunt minus abſtracta, quàm ſint Mathematica; ſed ſi anima eſſet ſeparabilis, eſſet magis abſtracta; quare non eſſet phyſicæ conditionis.

6. 1. cœli tex. 127. Sextus, 1. cœli text. 127. ſi generabile, corruptibile neceſſe eſt; ſed anima generatur, quia fit per diſpoſitiones.

7. de long. & breuit. vitæ cap. 2. Septimus, de long. & breuit. vitæ, cap. 2. dicit, ſciẽtiam corrumpi dupliciter, primò per contrarium, ſecundò per corruptionem ſubiecti; ſed ſcientia ſubiectatur in anima; ergo anima eſt corruptibilis. Sunt aliquot alij textus ferè idem repetentes.

41. 8. 1. de ani. Octauus, qui præcipuè videtur probare opinionem Caietani, eſſe ſcilicet ſecundum exiſtentiam ſolùm mortalem in Ariſtotele eſt textus, primo D de anima 12. & 13. nam in 13. dicit, ſi eſt aliqua animæ operatio propria, contingit ipſam ſeparari; ſi verò non eſt propria, non erit vtique ſeparabilis, & in 12. dicit, quòd operatio animæ, quæ dependet ab organo, vt à corpore, vel etiam vt ab obiecto, non eſt omnino animæ propria. Sed in tertio de anima textu trigeſimo nono concludit, quòd operatio animæ, aut eſt imaginatio, aut non ſine imaginatione: ergo ſequitur in Ariſtotele, cùm anima non habeat propriam operationem, non fore ſeparabilem.

42. Sunt verò alia loca Ariſtotelis ex quibus deducitur tamquam ex principiis mortalitas animæ, reducuntur autem ad quatuor capita; omitto autem illa alia quatuor capita poſita, & ſoluta ſuprà quę non E ſolùm in Ariſtot. ſed videbantur etiam fundata in lumine naturali.

Primum igitur caput eſt, quòd mouens, & motum debent eſſe coæterna, ne detur violentatio, & otioſitas, quod duobus exemplis in doctrina Ariſtot. probari poteſt. Primum eſt, de intellectu Anaxagoræ, quem dicit 8. Phyſ. text. 15. eſſe inordinatum, quia æterno tempore quieuiſſet, ſi chaos moueretur in tempore. Secundum exemplum 8. Phyſ. text. 53. vbi ait, *ſi mouens eſt æternum, & mobile eſt æternum,* & è conuerſo; quare concludit, intellectum, & cœlum eſſe æternum, & è conuerſo. Ex hoc principio videtur deduci, quòd in Ariſtot. anima rationalis non poteſt eſſe immortalis, quia æterno tempore quieſceret ſine corpore.

Secundum caput; quia in doctrina Ariſtot. non datur infinitum in actu ex 3. Phyſ. ſed ſtante immortalitate animæ, & æternitate mundi, quam æternitatem euidenter tenet Ariſt. ſequitur clarè infinitum in actu animarum: nam ſtante æternitate mundi infiniti homines præceſſerunt, quarum animæ immortales modò exiſterent. 2. caput.

Tertium caput in Ariſtot. Quod fit in tempore, eſt corruptibile, contra Platonem, & ideo primo cœli negat creationem cum nouitate eſſendi, quia quod creatur eſt incorruptibile; fit enim independenter à materia. 3. caput.

Quartum caput 8. Phyſ. 52. habet Ariſtot. hanc maximam: Quod mouetur per accidens eſt corruptibile; ſed anima in Ariſtot. eſt forma corporis, & mouetur per accidens: ergo non eſt immortalis. Et confirmatur primò ex illo alio loco 8. Phyſ. c. vlt. vbi Ariſtot. ſupponit omnem formam eſſe diuiſibilem, & conſequenter corruptibilem, & hinc deducit, intelligentiam non vniri cœlo, vt formam; quare ſequitur in Ariſtot. animam rationalem, cùm ſit forma, non poſſe eſſe immortalem, quia eſſet diuiſibilis: quòd ſi anima rationalis admitteretur in Ariſtot. immortalis, & indiuiſibilis: ſequeretur, deductionem Ariſtotelis eſſe nullam. Reſpõderi enim poſſet, intelligentiam vniri cœlo, vt formam incorruptibilem, & indiuiſibilem ſimul. Confirmatur 2. ex illo text 30. 12. Metaphyſ. vbi Ariſt. facit hanc conſequentiam, *Intelligentiæ ſunt æternæ, ergo carent materia;* ergo à deſtructione Conſequentis ad deſtructionem Antecedentis, anima rationalis non caret materia, quia eſt in corpore; ergo non eſt æterna. 4. caput. Confirmatur primò. Confirmatur 2. hoc 4. cap.

AD argumenta reſpondetur, & primò ad loca directè oppoſita: Ad primum locum 3. de anim. tex. 20. dicimus, per paſſiuum intellectum Ariſtotelem intelligere phantaſiam. Patet ex eod. 3. de an. 48. vbi per intellectum Ariſtoteles explicat, imaginationem. Et confirmatur, quia in eodem text. 20. dixerat, intellectum eſſe immortalem, & perpetuum; ergo per intellectum paſſiuum intelligit phantaſiam. 43. Reſp. ad loca Ariſt. & 1. ad loca directè oppoſita. Ad 1.

Ad ſecundum, 83. primi Phyſic. reſpondetur, intelligi (præcipuè) vel poni differentiam inter Phyſicam, & Metaphyſicam, quòd illa conſideret etiam corruptibiles ſubſtantias, quas non conſiderat Metaphyſica. Ad 2.

Ad tertium, 2. Phyſicorum, Anima eſt natura, quia eſt in ſubiecto per receptionem, quamuis non per ſuſtentationem. Ad 3.

Ad quartum, 12. 2. Phyſicorum reſpondetur, loqui contra Platonem dicentem, Ideas eſſe quidditates rerum, & eſſe ſeparatas. Contrà, inquit Ariſtoteles, forma dum exercet actum formæ, non eſt ſeparata ab eo, cuius eſt forma. Vel dicas, formam vt naturam, non poſſe eſſe ſeparatam, ab eo, cuius eſt forma: quare anima rationalis abſtracta, non eſt natura; eſt autem natura, dum eſt actu vnita cum corpore. Ad 4.

Ad quintum, quòd anima rationalis, quatenus vnita corpori, eſt minus abſtracta, quàm ſint Mathematica; vt ſic autem eſt Phyſicæ conſiderationis. Ad 5.

Ad ſextum, 1. cœli, reſpondetur, Ariſtotelem ibi loqui de ſubſtantia, quæ propriè generatur: at anima ratio- Ad 6.

Digitized by Google

rationalis non dicitur propriè generari. Nam diſpoſitiones non intrinſecè attingunt ſubſtãtiam animæ, ſed tantùm extrinſecè, quatenus attingunt vnionem, ſaltem materialem ex parte ſubiecti.

Ad ſeptimũ. *Quomodo ſcientia corrumpatur.*

Ad ſeptimum, de long. & breuitate vitæ reſpondent aliqui, quòd ibi Ariſt. quærit, quot modis accidens corrumpatur, & ponit exemplum de ſcientia; exemplorum autem non requiritur veritas. Secundò dicunt aliqui corrumpi ſcientiam, quatenus corrumpuntur phantaſmata, à quibus dependent ſpecies acquiſitæ quo ad eſſe illarum, vel ſaltem quoad repræſentationem. Vel tertiò dicendum, Ariſtotelem (vt patet intuenti textum) non loqui de ſcientia, quæ eſt in anima rationali, ſed de cognitione, quę etiam reperitur in brutis, quia (ait) corruptis animalibus, corrumpi ſanitatem, & ſcientiam, id eſt, cognitionem ſenſitiuam.

Ad 8. qui adductus eſt pro opinio. Caiet.

Ad octauum, primi de anima 13. propter illum textum Caiet. dixit in Ariſtotele, animam formaliter eſſe ſeparabilem, ſed ſecundum exiſtentiam eſſe inſeparabilem. Sed reſpondetur ad hunc textum, quòd intellectus in intelligendo ſecundum ſe non dependet à phantaſia; ſed pro hoc ſtatu propter vnionem animæ cum corpore, eſt quædam connexio inter phantaſiationem, & intellectionem; quia cùm intellectus intelligit, phantaſia phantaſiatur, & ideo ſunt eiuſdem rationis intellectio animæ ſeparatæ, & coniunctæ: diſcurſus autem Ariſtotelis hic eſt in textibus allegatis, vt patet intuenti illos. Ariſtot. 1. de ani. 12. dicit, *Si intellectio eſt imaginatio, aut non ſine imaginatione, non contingere intellectum eſſe ſine corpore.* hoc autem interpretandum eſt, dummodò intellectus dependeat ab imaginatiua, tamquam ab organo, aut in aliquo genere cauſæ: ad text. 6. 3. de an. & 20. determinat intellectum eſſe immortalem, & perpetuum, & non habere organum: diſtulit autem vſque ad tex. 39. an intellectio fiat ſine phantaſia, quaſi dicat nihil obſtare an fiat cum phantaſia, an ſine phantaſia, ad hoc, vt ſit immortalis, dummodo non dependeat à phantaſia, tamquam ab organo. Et confirmatur. nam 2. de ani. text. 152. probat intelligere non eſſe ſentire, quaſi hoc ſufficeret ad probandam immortalitatem. Et confirmatur ſecundò ex ſecundo de generat. animal. cap. 3. quem adduximus contra Caietanum, in quo clarè habet Ariſtot. actionem animæ non communicare cum corpore. Præterea ſi formaliter intellectus eſt immortalis ſecundum Caietanum, quæro ab ipſo, à quo corrumpitur efficienter? Ad argumentum autem Caietani reſpondetur, non fore intellectum otioſum, quia vel remanent ſpecies acquiſitæ, vel ab Auctore naturæ dantur animæ ſeparatæ ſpecies debitæ illi ſtatui ſeparationis. Inſtabis pro Caietan. quia Ariſtot. 12. Metaphyſ. text. 30. impugnat Ideas Platonis, quia eſſent otioſæ, cùm nullum mouerent corpus; ſed anima ſeparata eſſet etiam huiuſmodi. ergo, &c. Reſpondetur: Ideæ ſecundum Platonem ſeparatæ non intelligebant, at anima ſeparata intelligit. Eſt & alia reſponſio, quam vide infrà num. 43.

Intellectus ſecundũ Ariſtotelem non dependet à corpore.

44. Reſp. Auerroiſt. ad capita argumentor. cõtra animæ immortalitatem.

Ad illa verò quatuor capita argumentorum allata contra animæ immortalitatem, reſpondetur, & primò facilè reſpondent illi, qui tenent vnum eſſe intellectum in omnibus corporibus humanis, tamquam in vno orbe humano, quæ opinio eſt Auerroiſtarum, contra quos arguemus infrà? Reſpondent enim ad primum caput, mouens, & motum eſſe coæterna, quia numquam anima eſſet extra corpus; haberet enim mobile æternum, orbem ſcilicet humanum. Quo ad ſecundum caput de

A infinito reſpondent, intellectum fore vnum ab æterno. Quo ad tertium caput de creatione reſpondent non creari cum nouitate eſſendi, ſed fuiſſe ab æterno. Sed adhuc militat contra hanc opinionem 4. caput. Qui verò admittunt multiplicitatem animarum, ad eadem capita variè reſpondent: & primò reſpondet Miranda de ſingul. certam. Ariſtoteles cùm ex vna parte poſuiſſet æternitatem mundi, immortalitatem, & multiplicitatem animarum; & ex alia parte negaſſet illa tria, ſcilicet poſſe dari aliquod violentum, & aliquod infinitum actu, & creationem cum nouitate eſſendi, aduertit hæc ad inuicem repugnare. Nam ſi ex vna parte anima eſt immortalis, & multiplicata, & mundus eſt ab æterno, ſequeretur contra aliam partem dari infini- B tum actu animarum; & animam violentari extra corpus, & dari creationem de nouo, quia producerentur nouæ, & nouæ animæ independenter à ſubiecto, quia ſupponuntur eſſe ex ſua natura incorruptibiles: ideo dicit Ariſtotelem cautum fuiſſe in refutanda tranſmigratione Platonica animarum. Vidit enim, quòd ſi daretur tranſmigratio animarum Platonica facilè conciliatum iri in doctrina ſua omnes illas duas partes: ideo text. 53. primi de anima carpens Pythagoricam tranſmigrationem, noluit carpere Platonicam, ne daretur manifeſta cõtradictio in doctrina ſua: nec tamen expreſſè approbauit, quia videbatur fortaſsè repugnare lumini naturali. Erat autem Platonica tranſmigratio ani- C mæ de corpore in corpus humanum; Pythagorica autem de corpore humano in brutale: hac autem ſtante Platonica tranſmigratione, facilis patet reconciliatio illarum duarum partium, quia poſſet ſtare ex vna parte æternitas mundi, immortalitas animæ, & multiplicatio animarum: & ex alia parte poſſet ſine vlla repugnantia negari, quòd datur aliquod violentum, vel infinitum actu, vel creatio cum nouitate eſſendi; quia ſtante tranſmigratione Platonica, anima numquam eſſet extra corpus, nec eſſent infinitæ, ſed finitæ, quia finitæ ſufficerent per totam æternitatem à parte ante, & à parte poſt; nec daretur creatio cum nouitate eſſendi, quia ab æterno fuiſſent creatæ in numero determinato, & adæquato corporibus, quæ corpora ſucceſſiuè ge- D nerantur, & corrumpuntur per totam æternitatem. Sed adhuc etiam contra iſtorum opinionem militat 4. caput.

1. reſp. Mirand. Miranda

Quid ſentiat Ariſ. de trãſmigratione Platonica animarum.

Tranſmigratio animarũ Platonica quomodo à Pythagorica differat.

Alij verò Peripatetici communiter expreſsè negantes tum hanc tranſmigrationem Platonicam in Ariſtot. tum vnitatem intellectus Auerroiſtici, quam infrà in ſequenti Corollario impugnabimus, aliter reſpondent ad illa capita. 45.

3. reſp. & verior ad quatuor capita argumẽtorũ ſupra allata contra immortalitatẽ animæ.

Ad primum de violento reſpondetur, vt ſuprà dictum eſt, animam non dici violentari. Nam anima dicit ordinem naturalem ad corpus corruptibile; ad hoc enim, vt exerceat operationes ſuas, dum eſt in corpore, debet habere corpus compactum ex elementis; quare etiam naturaliter dicit hoc, vt ſeparetur à corpore. Adde quòd anima ſeparata E non habet virtutem actiuam, vt poſſit iterum vniri, ſicut ſi lapis eſſet ſurſum, & non haberet grauitatem, non diceretur violentari: & ſi diceretur violentari, eſſet propter duo, quia naturaliter deberet habere grauitatem, & quia ſecundum ſua principia intrinſeca deberet eſſe deorſum: non ſic autem anima, quia naturaliter dicit, vt aliquando ſit ſeparata, & non habeat virtutem naturalem, vt poſſit reuniri.

Ad primum exemplum de intellectu inordinato, reſpondetur Ariſtot. ibi docere, ſi Chaos æterno

no tempore quieſceret, & moueretur in tempore, intellectum fuiſſe inordinatum, quia Chaos erat aptum moueri æterno tempore in Ariſtotele: at verò non ſic de corpore humano reſpectu animæ, quia non eſt aptum æterno tempore informari, cùm ſit ex natura ſua corruptibile. ſic etiam reſponderi poſſet ad text. 30. Metaphyſ. vbi dicitur Ideas fore otioſas.

Ad ſecundum exemplum de mobili æterno, reſpondetur ibi Ariſtotelem velle, dari primum mouens immobile, & conſequenter debere dari primum mobile, quod ſemper mouetur, quia eſt aptum moueri: non ſic autem de corpore humano, vt dictum eſt. Præterea ſecunda ratio quam aſſignat, non fundatur in eo, quòd intelligentia alioquin violentaretur: ſed quia multiplices effectus, qui ſunt in his inferioribus, & oppoſitæ mutationes, & ea, quæ aliquando quieſcunt, aliquando mouentur, non poſſunt prouenire immediatè à primo motore immobili, & immateriali; proueniunt ergò immediatè à primo mobili, quod ſemper mouetur, quod eſt medium inter primum motorem, & hæc generabilia, vt doctè exponit Ægidius in 2. de anima: quòd ſi non ſemper moueretur, non eſſet perpetua generatio in inferioribus. Adde tertiò, quod etiam ſi ratio in Ariſtotele fundaretur in eo, quòd intelligentia alioquin violentaretur, ſi non moueret æterno tempore; adhuc eſſet diſpar ratio de intelligentia, & anima rationali; quia intelligentia fruſtraretur in ſpecie, anima autem non ſic, quia eſſent aliæ animæ, quæ perpetuò mouerent corpus.

Primũ mobile eſt mediũ inter primum motorem, & hæc generabilia.

46. Reſp. ad 2. caput.

Ad ſecundum caput de infinito dicendum Ariſt. 3. Phyſ. vt patet text. 40. loqui expreſsè de infinita magnitudine, ſeu multitudine in quantitate ſenſibili. Et licet text. illo 40. ponat ſecundam rationem de numero, quæ videtur militare in infinito ſpirituali; tamen ibidem dicit, ſe loqui logicè, præſertim quia illa ratio, vt habeat vim, debet adhuc intelligi in infinito, numero ſenſibili: de hoc enim verificatur, quòd non poteſt pertranſiri, ſicut nec magnitudo: & quidquid ſit, an ſecundum veritatem infinitum ſpirituale repugnet: ſufficit tamen, quòd Ariſtoteles non expreſsè illud negauerit, vt euitetur manifeſta contradictio in doctrina Ariſtot. Adde, quòd ſecundum veritatem non poteſt demonſtrari infinitum repugnare, niſi fortè in quantitate, ex ratione extraeitatis partium, ex qua ſequitur, quòd quantitas infinita haberet terminum, vt patet ſubtrahendo partes, vel addendo ipſi quantitati infinitæ, quæ quidem ratio non militat in infinito rerum ſpiritualium, nec etiam in gradibus intenſionis, quia vnus non eſt extra alium, nec vnus vnitus alteri mediante altero, ſed immediatè, vnde ex ſubtractione, vel additione non poteſt aſſignari terminus.

Infinitum nõ repugnat, niſi in quãtitate.

Ad tertium de creatione cum nouitate eſſendi reſpondetur Ariſtotelem primo de Cœlo arguere contra Platonem dicentem, mundum eſſe genitum, & præcipuè contra Zenocratem aſſerentem, Platonem dicere, mundum eſſe ab æterno, & eſſe genitum, & productum per motum. Contrà, inquit Ariſtot. motus debet præcedere id, quod producitur: ergo non poteſt id, quod per motum producitur, ſiue intrinſecè, ſiue extrinſecè, eſſe æternum à parte antè, nec etiam poterit eſſe æternum à parte pòſt, quando intrinſecè attingitur à motu. Ex hac autem poſitione Peripatetica ſequuntur duo circa animam rationalem. primum quòd anima rationalis, quia præſupponit motum in materia, non ſit æterna à parte antè, ſed de nouo producta: ſecundum, quia huiuſmodi motus non attingit intrinſecè ipſius animæ productionem, ſed vnionem tantùm, fit, vt non ipſa anima, ſed compoſitum ſit corruptibile. Eſt autem hîc aduertendum, idem eſſe apud Ariſtot. genitum, ac productum per motum, & ingenitum, ac nõ productum per motum.

Plato ponit mundum æternum, & productũ per motum.

Anima rationalis nõ eſt æterna ſine principio ſed de nouo creatur.

Reſp. ad 4. cap. ex text. 52. 8. Phyſ.

Ad quartum caput ex 8. Phyſicorum text. 52. reſpondetur: Ariſtotelem in octauo Phyſicorum per multos textus velle oſtendere primi motoris incorporeitatem: ſic autem oſtendit, vt textus illi ſimul cohæreant: Si primus motor (inquit) eſſet incorporeus, motus Cœli non eſſet regularis, quia irregularitas prouenit, vel ex pluribus motoribus (quod oſtendit exemplo proiectorum) vel ex vno, qui dum mouet, etiam mouetur: ac proinde, talis motor (inquit) defatigaretur, ita vt non poſſit vniformiter, & ſemper mouere. Et certè loquitur de motore quod, qualis eſt intelligentia aſſiſtens, quæ ſi moueret, & moueretur, eſſet, vt inquit Ariſtoteles, materialis, & per conſequens defatigaretur. Nam ſi de principio Quò, quæ eſt forma, eum loqui velimus, dicendum eſſet alterum iſtorum, vel ipſam formam eſſe corruptibilem, vel eam eſſe in compoſito tamquam quod corruptibili. Ex hoc igitur textu nullo pacto deduci poteſt, animam rationalem apud Ariſtot. eſſe mortalem, ſed ad ſummum eſſe partem compoſiti corruptibilis, quamuis neque hoc modo intellecta ratio Ariſtotelis conuincat, quia nulla apparet repugnantia, cur non poſſit dari forma Cœli, quæ moueret, & moueretur, & tamen quòd ſit incorruptibilis, & in ſubiecto incorruptibili. Ratio autem Ariſtot. intelligenda eſt ſecundum probabilitatem quandam ductam ex inductione horum inferiorum, in quibus forma materialis, quæ per accidens mouetur, eſt corruptibilis, & quia forma, quæ vniretur cælo per ſolum motum, eſſet materialis, ideo etiam eſſet corruptibilis; quod non eſt ſimile de anima rationali, quæ non vnitur propter motum principaliter, ſed vt intelligat dependenter obiectiuè à corpore. ideo non arguitur, quòd debeat eſſe materialis, & conſequenter corruptibilis, vt ſuprà probauimus.

Primus motor in doctrina Ariſtotelis eſt incorporeus.

Ad primam confirmationem ex octauo Phyſicorum, capite vltimo, reſpondetur velle Ariſtotelem probare primum motorem; cùm moueat immotus, nullam habere magnitudinem, quia illa, inquit Ariſtot. aut eſt finita, aut infinita: non infinita, quia infinitum non datur; non finita, quia finita non poteſt habere virtutem infinitam, vt moueat æterno tempore: & quicquid ſit de veritate huius text. ſolùm quantum facit ad rem noſtram, colligitur ex illo, primum motorem, ad hoc, vt moueat tempore infinito, non debere eſſe magnitudinem, non autem quòd non debeat eſſe in magnitudine, niſi recurramus ad t. 52. vbi probat, quòd ſi eſſet in magnitudine, moueret, & moueretur: ſed hunc textum paulò antè expoſuimus.

Ad ſecundam confirmationem ex textu 30. 12. Metaphyſicorum, aliqui reſpondent interpretando Ariſtotelem de Materia, in qua inhæret forma, non quam informat tantùm. Sed contrà, quia Ariſtoteles non haberet intentum; vult enim probare in illo textu, intelligentiam non eſſe formam informantem. Quare ſecundò reſpondetur, antecedens Ariſtotelis eſſe hoc: Intelligentiæ ſunt æternæ motrices; ergo carent materia, quia ſi haberent materiam, quam informarent, mouerent, & mouerentur; ergo vel ipſæ eſſent corruptibiles, vel in aliquo corruptibili. quam conſequentiam probat inductione, non in aliquo corruptibili, quia probatum erat, cœ-

lum

Digitized by Google

lum eſſe incorruptibile; ergo corruptibiles. at hoc non valet de anima rationali, quia eſt in compoſito corruptibili. An autem hæc ratio Ariſtotelis, & reliquæ adductæ teneant, nécne, non eſt huius loci diſputare; ſufficit enim hic tantùm oſtendere mentem Ariſtotelis; quòd in ipſius dictis nulla ſit contradictio, tenendo poſitionem eiuſdem Ariſtotelis de animæ immortalitate.

Sequitur quod ipſæ intelligētiæ deberent eſſe.

QVÆSTIO DECIMA-QVINTA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia decimiquinti Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, Anima rationalis ſit foma informans.

Materiam huius Quæſtionis tractat Ariſtoteles libro ſecundo de Anima, à textu 4. vſque ad 8. & 12. Metaphyſic. text. 17. & Expoſitores in his locis, Simplicius libr. 2. de Anima textu 7. Themiſtius ibidem capit. 27. Auerroes libro 3. de Anima comment. 5. Philoponus in præfat. ſecundi de Anima, & ibidem textu 11. & 3. de Anima textu 1. Alenſ. primo, & ſecundo de Anima, controuerſia de immortalitate Animæ, Miranda de ſingul. cert. Scholaſtici in quarto, diſtinctione 43. præſertim Scotus quæſtione 2. Durandus in ſecundo, diſtinctione 17. Aegidius quodlibet. 2. quæſt. 18. & Diuus Thomas, prima parte, quæſt. 75. articul. 1. & 5. & opuſculo 16. & Caietan. & Valentia ſuper 1 part. 1. S. Thom. loco citato.

Sunt in hac quæſtione duæ dubitationes.

I. *An anima rationalis, ſit forma informans ſecundum veritatem.*

II. *An ſit forma informans ſecundum Ariſtotelem.*

PRIMA DVBITATIO.

An anima rationalis ſit forma informans ſecundum veritatem.

2. SVPPONO tamquam certum de fide, animam rationalem eſſe formam informantem ex Cōcilio Viennenſi ſub Clemente Quinto, & Lateranenſi ſub Leone Decimo: & habetur clarè ex Scripturis, Geneſ. 2. *Factus eſt homo in animam viuentem.* Iacobi 2. *Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt.*

Punctus difficultatis.

Quod igitur controuertitur eſt, An poſſit lumine naturali demonſtrari animam rationalem eſſe formam informantem. Et quidem exiſtimo cum cōmuni Scholaſticorum, eſſe iam hoc demonſtratum ex principio noſtro Philoſophico, ex modo ſcilicet cognoſcendi, quod ſic oſtendo.

3. Anima rationalis habet modum intelligendi dependenter à corpore; ergo habet aliquem modum

A eſſendi cum corpore ſecundum aliquam vnionem; ergo habet modum eſſendi per informationem, cùm non poſſit aſſignari alia vnio. eſt ratio Sancti Thomæ. Antecedens antequàm probetur explicatur: Actus intelligendi dupliciter concipi poteſt. primò, vt eſt operatio quædam vitalis effectiuè elicita ab anima. ſecundò, vt eſt formalis operatio vitalis, ſcilicet attingentia obiecti. Hic autem non accipimus actum intelligendi primo modo, quia non eſt certum, apud aliquos eſſe effectiuè ab anima, exiſtimantes eſſe effectiuè tantùm ab obiecto, & animam ſe habere tantùm paſſiuè, quod quidem falsò tribuitur Diuo Thomæ, quia D. Thomas tantùm voluit cum Ariſtotele, quòd actus intelligendi perficiatur in paſſione, ſeu B receptione. Accipimus igitur actum intelligendi ſecundo modo, quia vt ſic, certum eſt eſſe proprium, & ſolius intelligentis, & repugnare vt ſic, etiam ab ipſo Deo attingi: ſic explicatum antecedens probatur tripliciter, primò, quia recipit ſpecies à corpore. Secundò, quia in ipſo actu intelligendi obiectum ſenſibile, *oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari*, id eſt, dum intellectus intelligit, quòd phantaſia phantaſietur circa idem obiectum propter connexionem. Tertiò, quia ſubſtantias immateriales non intelligit pro hoc ſtatu, niſi per effectus materiales ipſarum, tamquam per medium priùs cognitum; & ideo dicuntur à Philoſophis intelligentiæ eſſe obiectum terminatiuum, & non motiuum intellectus humani pro hoc ſtatu. Prima conſequentia probatur C ex principio Philoſophico, quia modus cognoſcendi ſequitur modum eſſendi: ſi ergo habet modum cognoſcendi dependenter à corpore, debet habere modum eſſendi cum corpore, ſecundum aliquam vnionem. Secunda conſequentia, quod, ſcilicet, hic modus vnionis non poſſit eſſe niſi per informationem, probatur, quia anima rationalis intelligitur vniri corpori, vel primò, vt motor mobili, ſicut volunt aliqui Peripatetici; vel vt intellectus obiecto, ſicut volebat Auerroes, quatenus vnitur corpori per ſpeciem intelligibilem, quam accipit à phantaſmatibus; vel tertiò vt forma informans. Sed non poteſt vniri primo, & ſecundo modo; ergo vnitur tantùm tertio, ſcilicet per informationem. Probatur non vniri primo modo quia D operatio motoris recipitur in mobili. At verò intellectio, cùm ſit vitalis, & ſpiritualis non poteſt recipi in corpore: motus autem corporis eſt impertinens ad intellectionem. Nec ſecundo modo contra Auerroem, quia ſecundum ipſum homo formaliter eſſet homo per cogitatiuam, & non per intellectum: ergo ſequeretur in ſua doctrina hominem non dici formaliter intelligere, ſed intellectum aſſiſtentem. Quòd ſi dicatur poſſe dici formaliter intelligere, quatenus ſcilicet intellectus eſt vnitus corpori per ſpeciem intelligibilem, quam accipit à phantaſmate, quod eſt in cogitatiua: Contrà: nam nec cogitatiua, nec phantaſma, vt patet ex dictis, dicitur formaliter intelligens, ſed intelle-E ctus; ergo per vnionem cum phantaſmate, tamquam cum obiecto non poteſt homo denominari intelligens, quod verò homo ipſe formaliter intelligat, probatur experientia. Nam experimur nos intelligere, ſicut & ſentire; & cum volumus, intelligimus. & ſi quis hoc negaret (inquit Scotus) iam non eſſet homo, ſed brutum, quia non haberet illam perceptionem internam, quam habent alij homines. Sed contra hanc ſententiam Corollarij ſunt duo argumenta.

Actus intelligendi poteſt concipi, vel vt eſt actus elicitus effectiuè, vel vt formalis attingentia obiecti.

Actus intelligēdi, vt formalis attingentia depēdet à corpore ſimpliciter.

Intelligentiæ ſunt obiectū terminatiuū intellectus humani.

Anima rationalis eſt vera forma corporis.

Solui

Soluitur primum argumentum, & explicatur quomodo anima rationalis poſſit eſſe replicata indiuiſibiliter in corpore, ita vt ſit tota in toto, & tota in qualibet parte.

4. ARGVITVR primò: Si anima rationalis eſt forma corporis, & eſt ſpiritualis, & indiuiſibilis, vt in ſuperiori Corollario demonſtratum eſt; ſequitur eſſe totam in toto, & totam in qualibet parte. Sed hoc eſt abſurdum, & impoſſibile: ergo non eſt forma corporis. Sequela maioris probatur, quia quatenus forma, *eſt actus primus dans eſſe corpori organico*, ex Ariſtot. 2. de Anima; ergo dat eſſe omnibus partibus. Nam eſſe totius conſurgit ad eſſe partium; & confirmatur ex Concilio Lateran. ſub Leone X. vbi habetur animam vniri eſſentialiter corpori humano, corpus autem humanum eſt, quod ex variis partibus conſtat. Quòd ſi aliqui in doctrina Platonis contendunt animam rationalem eſſe ſolùm in cerebro, tamquam in arce, concupiſcibilem verò in hepate, iraſcibilem in corde, quod quidem non exiſtimo verum in Platone; loquitur enim de potentiis ſenſitiuis animæ, concupiſcibili ſcilicet, iraſcibili, & cogitatiua. ſed quicquid ſit; adhuc, inquam, difficultas militat contra Platonem: quia ſi anima eſſet in cerebro tamquam forma informans, ſequeretur quòd eſſet replicata indiuiſibiliter in toto cerebro, ita vt ſit tota in toto, & tota in qualibet parte cerebri, quod diximus repugnare.

Anima non eſt in cerebro, vt voluit aliqui Platonici.

Cogitatiua hominis eſt in cerebro, ſecundùm Platonem.

Tota igitur difficultas eſt circa minorem propoſitionem, An ſcilicet repugnet animam rationalem eſſe replicatam indiuiſibiliter in corpore, ita vt ſit tota in toto, & tota in qualibet parte. & quidem argumenta ad impugnandum hanc indiuiſibilem replicationem animæ, hæc ſunt.

Difficultas, *An anima rationalis ſit tota in toto, & tota in qualibet parte corporis.*

5. Primum, ſi anima rationalis eſſet tota indiuiſibiliter in qualibet parte: ergo tota eſſet in digito. ergo ſequeretur, quòd digitus eſſet homo, quia nihil aliud eſt homo, quàm compoſitum ex materia, & anima rationali.

Probatur, *animam rationalem nō eſſe replicatā indiuiſibiliter in corpore.* 1. arg.

Reſp. ad 1. ar. Reſpondetur negando conſequentiam. nam homo ſignificat ſubſiſtens in natura humana: at digitus non eſt huiuſmodi: homo enim non dicitur quoduis compoſitum ex materia, & anima: ſed ex materia illi adæquata: Atqui hinc patet, quare in homogeneis pars recipit denominationem totius, non autem in heterogeneis, quia in homogeneis idē eſt modus informationis in toto, & in qualibet parte, & eædem ſunt proprietates, non ſic autem in heterogeneis.

Quare in homogeneis pars accipit denominationem totius, & non in heterogeneis.

6. 2. argumentum. Secundò arguitur contra hanc indiuiſibilem replicationem animæ, quia ſequeretur animam rationalem eſſe infinities in corpore, quia eſt in ſingulis partibus proportionalibus, quæ ſunt infinitæ.

1. reſp. ad 2. ex Alen. Reſpondetur primò, quòd licet partes ſint infinitæ ſecundum materiam, non tamen ſunt infinitæ ſecundum formam: ſi quidem hominis forma quamuis coniunctim conſeruetur in qualibet minori, & minori parte, non conſeruatur tamen ſeiunctim in quauis minore, & minori parte materiæ: & ideo non dicitur propriè eſſe in infinitis partibus, ſed ad ſummum in illis partibus, in quibus poſſet conſeruari. Sumitur hæc reſponſio ex Alenſ. qui dicit quid ſimile de corpore Chriſti exiſtente ſub ſpeciebus panis. Sed quia ex hac reſponſione ſequeretur, ſaltem animam non eſſe ſemel in corpore, ſed bis, aut ter, &c. ideo ſit ſecunda reſponſio deſumpta ex Bonauent 1. par. diſtinct. 10. quæſt. 5. ex D. Thom. 3. par. quæſt. 26. Animam eſſe ſemel in corpore, conſiſtit in eo, vt totum, quod informat, & cui coexiſtit, vnum ſit, & anima coexiſtat continuatè, ſicut continuum eſt id, cui coexiſtit, ita vt non ſit pars aliqua intermedia in corpore, cui anima non coexiſtat. Quare etiam ſi ſit in infinitis partibus, non dicitur eſſe infinities, ſed ſemel: ſi verò informaret duas materias diuiſas, tunc diceretur eſſe bis.

Alenſ.

A 2. reſp. & verior ad idem ex Bonau. S. Thom.

7. 3. arg. Tertiò arguitur, Anima eſt indiuiſibilis; ergo non videtur quomodo poſſit coexiſtere diuiſibili. Probatur conſequentia, quia punctum ſi centies replicetur, non coexiſteret, ſaltem permanenter, niſi puncto. Hæc conſequentia deſumitur ex Ariſtotele (B) 3. de Cœlo textu 7. vbi ait diuiſibile non poſſe coexiſtere indiuiſibili, neque à pati indiuiſibile diuiſibili.

Reſp. ad 3. Reſpondetur: Non debemus imaginari replicari animam ſicut punctum; ſed in anima eſſe plenitudinem quamdam naturalem adæquandi rem aliquam diuiſibilem, ita vt licet formaliter ſit indiuiſibilis, ſit virtualiter tamen diuiſibilis, quatenus ſua indiuiſibili entitate adæquat rem extenſam, ſicut diximus de duratione indiuiſibili, quæ poteſt coexiſtere multo tempori noſtro.

8. 4. arg. Quartò arguunt aliqui hæretici: Si anima eſſet in capite, & in pede, non eſſet vna. Sed hoc eſt falſum; ergo, &c. Probatur Maior, vnum dicit indiuiſionem à ſe, & diuiſionem ab alio. (C) Sed ſi anima eſſet in duabus partibus, ſcilicet in pede, & in capite, eſſet à ſe diuiſa; ergo non eſſet vna.

Reſp. ad 4. Reſpondetur duplicem eſſe vnitatem, quædam eſt intrinſeca, quæ conſequitur naturam rei; quædam extrinſeca, quæ conſequitur determinationem in loco. Anima igitur etiam ſi non eſſet vna vnitate extrinſeca, eſſet tamen vna vnitate intrinſeca, ſed in caſu dato eſt etiam vna vnitate extrinſeca, quia (vt ſuprà dictum eſt) nullum eſt medium interiacens, cui non coexiſtat anima in corpore. Quòd ſi anima informaret duas materias diuiſas, tunc anima diceretur habere tantùm vnitatem intrinſecam, non autem extrinſecam. Et hinc eſt, quòd anima non habet plura Vbi totalia, ſed vnum. Si verò poneretur (D) adæquatè in duobus corporibus, tunc neque repugnaret habere duo Vbi totalia, ſicut neque repugnat corpori exiſtenti in duobus locis adæquatis.

Anima eſt vna vnitate intrinſeca, & extrinſeca.

9. 5. arg. ex abſurdis probatur. Quintò arguitur, videntur ex hac poſitione, quòd ſcilicet anima ſit tota in toto, & tota in qualibet parte, ſequi aliquot abſurda, & incompoſſibilia. 1. abſurdū. Primum, quomodo anima rationalis habeat coniunctam materiam in pede, quam non habeat coniunctā in capite, cùm eadem ſit in pede, & in capite. 2. abſurdū. Secundum, quia ſequeretur, animam, quæ videt in pupilla, videre etiam in pede. nam cùm viſio ſubiectetur in anima indiuiſibiliter, reperiri debet vbicumque eſt anima. Sic etiam de intellectione, anima, quæ intelligit in cerebro, intelligeret etiam in pede. 3. abſurdū. Tertium, (E) ſequerentur contradictoria. Nam anima in vna manu quieſceret, & eadem in alia manu moueretur, atque adeo quieſceret, & non quieſceret; Præterea prout eſt in eadem manu quæ mouetur, haberet vbi ſucceſſiuum, & vbi quieſcens, ſic & in alia manu quieſcente.

Reſp. ad tria abſurda allata in 5. ar. Reſpondetur; de hac materia replicationis diffuſiùs agemus, cùm in ſequentibus agemus de quantitate, vbi incidet quæſtio de replicatione corporum. Breuiter tamen nunc, quantùm facit ad propoſitum, reſpondemus ad abſurda allata, iuxta quamcumque

cumque opinionem circa hanc materiam de replicatione corporum, ne videamur ſubterfugere argumentum.

10. Reſp. ad 1. abſurdum. Ad primum abſurdum, ea, quæ coniunguntur cum anima per quamdam informationem, & ſunt per ſe abſoluta, dicuntur informari ab anima, quatenus ſunt indiſtantia ab anima, non autem quatenus ſunt indiſtantia inter ſe: quare anima informans poteſt habere coniunctam materiam in pede, vt eſt in pede, & non habere illam, vt eſt in capite, & ſimile quid eſt in corpore replicato in duobus locis, quod habet in loco A, veſtes ſibi adiacentes, quas non habet in loco B, vt eſt communis opinio: ſic enim Deus propter ſuam immenſitatem eſt in omnibus locis, & tamen locus A non eſt in loco B.

11. Reſp ad 2. Ad ſecundum abſurdum reſpondetur tripliciter. primò, quòd in quacumque opinione nullum videtur ſequi abſurdum. Nam ſi teneamus communiorem opinionem, quæ videtur D. Thomæ, & Scoti in 4. (S.Thom. Scot.) quòd quotieſcunque eſt aliquid replicatum duobus locis, forma abſoluta, quæ producitur in vno loco, producitur etiam in eodem ſubiecto, vbicumque replicato, quia eſt idem ſubiectum; nec habet aliud vbi, quam vbi ſubiecti: tunc dicendum eſt ſecundum hanc opinionem, non eſſe abſurdum actus vitales eſſe vbicumque eſt anima, nec propterea diceretur anima videre in pede, ſed anima, quę eſt in pede habere inhærentem ſibi viſionem, ſecundùm quam videt in pupilla tamquam in proprio organo: nam ad viſionem requiritur organum. Sic etiã intelligere diceretur prout eſt in phantaſia, quia requiritur phantaſma, ſeu phantaſiatio, dum intelligit ſaltem materialia. Imò faciliùs hoc poſſet ſaluari in anima rationali, quam in corpore replicato. nam accidens, quod in ea ſubiectatur, eſt ſpirituale, quare naturaliter replicabitur in pluribus locis, quòd non videtur habere tantam probabilitatem in corpore replicato, quando in vno loco producitur forma materialis, & corporea; quia illa forma naturaliter non eſt replicabilis in duobus locis, niſi Deus velit facere nouum miraculum. Si verò velimus tenere aliam opinionem, quæ videtur Alenſis, Bonauenturæ, Ochami, & Maioris in quarto, (Aleſ. Bonau. Och. Maior.) aſſerentium, formam, quæ producitur in ſubiecto replicato, eſſe in ſubiecto, prout eſt in vno loco, & non eſſe in eodem ſubiecto, prout eſt in alio; quia cùm indiſtantia ſit neceſſariò requiſita ad informationem, & hanc indiſtantiam habeat in hoc loco hæc forma, ex eo quia hîc producitur, & non ibi, vnde habet diſtinctum vbi ab vbi ſubiecti; (2. reſp. ad idẽ 2. abſurdũ.) tunc reſpondetur ſecundò nullum ſequi abſurdum, ſi dicatur, quòd viſio tantùm eſt in anima, prout eſt in pupilla, & intellectio eſt tantùm in anima, prout eſt in phantaſia, quia prout eſt ibi, producitur à ſpecie, vel phantaſiatione. (3. reſp. ad idẽ 2. abſurdũ.) Tertiò reſpondetur ad idem ſecundum abſurdum; probabiliter teneri poteſt ſpeciem ſiue phantaſma non concurrere effectiuè, ſed determinatè. & in hac opinione anima vbicumque eſt, producit viſionem, quia non requiritur, vt ſpecies, ſeu phantaſma ſit indiſtans ab anima, vt ſit in aliqua parte debita. Nam non ſemper conditio requiritur, vt ſit vbi eſt effectus; quia ad relationem concurrit fundamentum effectiuè determinatum à termino, tamquam à conditione, & tamen terminus non eſt vbi eſt effectus. & quamuis terminus non ſit conditio informans, ſicut eſt ſpecies; ſufficit tamen, vt ſpecies informet partem animatam debitam, & vt viſio ſit indiſtans à ſuis cauſis, ſcilicet ab anima, vt efficiente, & ab ipſamet, vt recipien-

A te. Sic etiam dicendum eſt de ſpecie intelligibili, quod ipſa ſcilicet producatur ab intellectu poſſibili, vbicumque eſt, quia ſufficit, vt phantaſma determinans ſit in imaginatiua.

Inſtantia. Quòd ſi quis inſtet contra hanc tertiam reſponſionem; ex hac ſcilicet ſequi, quòd ſi homo poneretur in duobus locis, & in vno tantùm loco haberet ſpeciem, quòd hic homo apprehenderet entitatem repræſentatam per ſpeciem in vtroque loco. Hoc autem eſt abſurdum, quia hinc ſequeretur duo contradictoria eſſe ſimul. Nam ſi in vno loco haberet ſpeciem, per quam eliceret iudicium demonſtratiuum, & in alio aliam ſpeciem, per quam eliceret iudicium probabile, vel oppoſitum de eodem obiecto, vtrobique haberet iudicia contradictoria, & prætere-
B rea vtrobique poſſet amare, & odio habere obiectum. Sed hæc inſtantia ſoluitur ſecundum duas opiniones, (1. Solutio.) primò, negando, iudicium, quod producitur in vno loco, produci in alio. nec eſt ſimile de anima, quia anima licet ſpeciem haberet in parte determinata corporis, tamen propter connexionem partium, habebit viſionem vbicumque; quia viſio, ſeu intellectio, connaturaliter conſequitur ipſam animam vbicumque eſt, tamquam in proprio loco adæquato; ſed in anima nullum ſequitur abſurdum, quia ſpecies non fiunt niſi in vna parte determinata; ac proinde non poſſunt ſequi diuerſa iudicia. At connexio hæc tollitur in homine replicato in duobus locis totalibus; atque adeò iudicium factum in vno loco, non conſequitur naturaliter, vbicumque eſt homo; ac proinde negandum eſt in homine re-
C plicato ſequi contradictoria allata. Non enim ſequitur, quòd homo replicatus haberet in eodem loco duo iudicia oppoſita, ſed potiùs haberet iudicium demonſtratiuum in vno loco, & in alio probabile. vnde vlteriùs ſequitur, quòd quia in vno loco non aduerteret, quòd intelligit in alio; ideo in vno poſſet odio habere, in alio amare Deum: ſimpliciter tamen eſſet Deo inimicus, quia vbi odio habet, habet ſufficientem gratiam ad amandum, & tenetur ibi amare. Sed ſi teneatur opinio aliorum aſſerentium, quòd quamuis ſpecies ſint in homine, vt eſt in A, & non vt eſt in B, tamen quòd apprehenſio obiecti eſt in homine, prout eſt in A & B, tunc ſoluitur ſecunda inſtantia facta: (2. Solutio.) ſequeretur in hac opinione, quòd vnum tantùm eſſet iudicium vtrobique. nam vel rationes apprehenderentur in vtroque loco probabiles, & ſic vtrobique
D nulli parti aſſentiretur, vel ſi in vno loco eſſent ſpecies, per quas apprehendi poſſent rationes ad demonſtrationem, in alio verò, per quas apprehendi poſſent rationes ad probabilitatem: tunc quia in vtroque loco eſſet apprehenſio vtrarumque, fieret vt intellectus non formaret niſi vnum iudicium demonſtratiuum tantùm ac ſi eſſet in vno loco tantùm, in quo quamuis apprehenderentur rationes ad vtrumque formaretur tamen iudicium demonſtratiuum, tamquàm magis conuincens. Sic etiam dicendum eſt de amore, & odio, quod vnum tantùm actum eliceret amoris, vel odij. Nam licet phantaſmata mouentia ad amorem ſint in vno loco, & non in alio; tamen apprehenſio motiuorum erit in vnoquoque loco. Quare tunc anima tenta-
E bitur, & poterit ſe inclinare ad quamcumque partem voluerit. Circa verò gratiam Dei concurrentem & mouentem ſecundum illos, qui tenent concurrere Deum obiectiuè excitando, & mouendo phantaſmata, eodem modo philoſophandum eſt. Si autem, quod verius eſt, imprimendo aliquid in intellectũ, & voluntate, tunc quia motio eſt ſpiritualis,

Digitized by Google

tualis,& adde, quòd Deus eſt indiſtans à quocumque, hæc motio reciperetur vbicumque. Quòd ſi hęc motio fieret mediante inſtrumento corporali indiſtanti ab anima prout eſt in A,& non indiſtanti ab anima prout eſt in B: tunc quia motus eſt ſpiritualis, fortaſſe produceretur vbicumque.

12. Quæſitum.

Sed quæritur hic, an ſuppoſito, quòd ſi vbicumque eſt anima, eſt actus vitalis, ſequatur poſſe animam ſentire dolorem, ſeu voluptatem infinitam, vel ſaltem excedentem gradum determinatum, verbi gratia, vt octo.

Maior.

Reſpondetur, ſi teneatur opinio Maioris, vnum hominem replicatum in decem locis habere tantas vires, ac ſi eſſent decem homines: conſequenter idē fortè dicendum eſſet de anima replicata, ſaltem in partibus determinatis corporis. Dixi fortè quia eſt aliqua ratio diuerſitatis in corpore replicato, & anima. Nam in illo eſſet diſcontinuatio, & in quolibet corpore replicato perfecta diſpoſitio, in hac autem non ſic. Sed quidquid ſit de hoc, opinio Maioris de corpore replicato, non eſt tenenda, vt videbimus in loco ſuo. Et conſequenter multò magis dicendum de anima, quòd ſi verbi gratia, habuerit dolorem, vt octo, in manu non poſſe produci alium dolorem in pede, ſi obiectum diſconueniens pedi applicetur, quia ille dolor vt octo, quem anima non poteſt excedere naturaliter, eſt vbicumque eſt anima: ſic etiam dicendum, cùm anima mouet vnum brachium tantùm, poteſt ibi exercere totam vim ſuam: ſi verò moueat vtrumque brachium, non poteſt in vtroque exercere totam.

Non poteſt anima ſentire dolorem excedentē in quacunque parte vbi eſt anima.

13. *An potentiæ ſint vbicumque eſt anima.* S.Thom. Alenſ.

Ex his, quæ dicta ſunt num. 11. patet quid dicendum ſit de potentiis, quòd, ſcilicet, ſecundum opinionem S. Thomæ ſint, vbicumque eſt anima, præſertim cùm ſint ſpirituales, quia naturaliter replicantur cum anima rationali; Quòd ſi potentiæ ſenſitiuæ dependeant efficienter à diſpoſitionibus, tunc ſi teneatur ſecunda opinio Alenſis, dicendum eſt eas eſſe in anima, prout tantùm eſt in ea parte corporis, in qua ſunt tales diſpoſitiones.

14. Reſpōſio ad tertium abſurdum. *An formæ conſequentes locū ſint vbicumque eſt anima.*

Ad tertium abſurdum reſpondetur, quo ad formas conſequentes locum, & quæ ſupponunt præſentiam localem, qualia ſunt vbi, & relatio indiſtantiæ, aliqui exiſtimant illas eſſe vbicumque eſt anima. Quæ opinio non dicit implicantiam, quia tales formæ non exercent actum formalem in quacumque parte; ſed tantùm in vna; in aliis verò ſunt quaſi mortuo modo, verbi gratia, cùm manus dextera mouetur, & ſiniſtra quieſcit dicendum eſt in hac opinione, quòd vtrumque vbi, ſucceſſiuum, ſcilicet, & quieſcens, ſit in anima prout eſt in manu dextera, ſed vbi quieſcens in anima, prout eſt in manu dextera, non exercet actum formalem, ſed ſe habet mortuo quodam modo, vbi autem ſucceſſiuum exercet ſuum actum formalem; è contrà verò, vbi quieſcens in anima prout eſt in manu ſiniſtra, exercet actum ſuum formalem, non autem vbi ſucceſſiuum: ſic etiam dicendum eſſet de relatione indiſtantiæ. Sed mihi cum communi videtur dicendum oppoſitum, quia replicatio non cogit nos ad multiplicandas iſtas formas relatiuas in ordine ad locum; ſunt enim dependentes à loco. Nam hoc vbi requirit hoc ſpatium, reſpectu cuius eſt hoc vbi: ita hæc relatio indiſtantiæ requirit approximationem, quæ quidem approximatio eſt tantùm in vno loco. Secùs dicendum eſt de aliis relationibus, quæ non habent pro ratione fundandi præſentiam localem: quicquid ſit, an requirat illam tamquam conditionem, qualis eſt relatio animæ ad generantem totum compoſitum, & aliæ huiuſmodi.

Formas conſequentes locum non replicari probabilius eſt.

A Sed quæres, an cùm manus mouetur dici poſſit animam ſimpliciter moueri ſecundum locum? Reſpondetur negatiuè ex Caietano prima parte q. 76. & ratio eſt, quia non relinquit totum locum: nam definitè eſt in toto corpore, tunc igitur diceretur ſimpliciter mutari, quando totum corpus mutaretur ſecundum locum; ſed ſecundum quid concedi poteſt animam moueri in vna manu, & quieſcere in alia.

15. *Anima non poteſt dici moueri, cū mouetur tantum manus.* Caietan.

Soluitur ſecundum argumentum, & explicatur an detur vnus intellectus aſſiſtens.

16.

Argvitvr ſecundò contra eamdem ſententiam Corollarij: ſi anima rationalis eſt forma informans, B ſequitur neceſſariò, quòd illa ſit multiplicata, quia ſubſtantia vnius non ineſt alteri, alioquin omnes homines eſſent vnus homo formaliter in indiuiduo, per vnam ſcilicet, & eamdem numero formam, vt infrà contra Auerroem meliùs explicabitur. Sed videtur repugnare multiplicatio in anima rationali, vt patet ex dictis in Corollario decimoquarto. Primò, quia multiplicatio eſt ex materia. Secundò, quia anima, vel extra corpus violentaretur, vel naturaliter cognoſci poſſet reſurrectio mortuorum. Tertiò, quia repugnat doctrinæ Ariſt. vel enim daretur infinitum animarum, quia infiniti homines præceſſerunt; vel tranſmigratio ſaltem Platonica: vtrumque autem eſt contra Ariſtotelem.

Auerrois figmentum de intellectu humano.

Propter hæc, & ſimilia argumenta, Auerroes adC inuenit illud figmentum, intellectum, ſcilicet humanum eſſe vnum, & aſſiſtentem toti orbi humano.

17.

Quam quidem opinionem aliqui conantur multis argumentis impugnare, quę quidem optima ſunt, non tamen videntur conuincere proteruum, vt patet diſcurrendo per ſingula. Aliqui primò impugnant ex multitudine intellectionum in diuerſis hominibus, quæ prouenire non poteſt, niſi ex multiplicatione intellectionum. Sed hoc primum argumentum ſoluitur, ſi dicatur talem multiplicationem intellectionum prouenire ex multiplicatione phantaſmatum, quæ ſunt multiplicata multiplicatis hominibus.

Soluitur primū argumētum contra Auerroem.

Quòd ſi adhuc contra hanc ſolutionem inſtetur, à phantaſmate imprimi ſpeciem, quæ recipitur in inD tellectu: ſi ergo vnus eſſet intellectus, haberet ſpecies omnium phantaſmatum; non igitur diſtinctæ ſpecies eſſent in vno homine, & diſtinctę in alio; ergo nec intellectiones diſtinctæ. Sed ſoluitur inſtātia, etiā admiſſis his ſpeciebus, ſi dicatur phātaſma producere ſpeciē in intellectu, quatenus ipſum phātaſma eſt indiſtans ab intellectu, vt eſt in corpore A,& non producere in eodem intellectu, prout eſt diſtans ab eodem intellectu, quatenus phantaſma eſt in corpore B, quia etiam eodem modo multi philoſophantur, vt dictum eſt in ſuperiori difficultate de homine replicato in duobus locis. Sed poſſet aliquis quærere; corrupto homine, ſeu phantaſmate, remanétne illa ſpecies in intellectu Auerroiſtico? ReſpōE detur poſſe dici, quòd non, quia dependet illa ſpecies in fieri, & in conſeruari à ſuo phantaſmate.

Inſtātia cōtra ſolutionem.

Reſpōſio ad inſtantiam.

18. Secundū argumentum.

Secundò impugnant alij, quia ſequeretur dari opiniones contrarias de eadem re in vno, & codem intellectu, quia ex dictis ſequeretur alias ſpecies produci in intellectu, prout eſt in A, & alias repræſentatiuas oppoſiti, prout eſt in B.

Prima ſolutio.

Ad hoc ſecundum argumentum reſpondent aliqui dicentes, quòd ſecundum eſſe reale non poſſunt recipi duo contraria in eodem, ſed recipi poſſunt ſecundum eſſe intentionale, ſicut eſt viſio albi,

& viſio

Digitized by Google

& viſio nigri. Sed hæc ſolutio non placet, quia tantùm procedit de cognitione contrariorum obiectorum, non autem de duabus cognitionibus contrariis in ſeipſis, & de hac contrarietate procedit argumentum contra Auerroem. Solui igitur poteſt ſecundò hoc ſecundum argumentum ſicut primum, ſi dicatur vnam opinionem eſſe in intellectu, vt eſt indiſtans in A, & non eſſe in eodem, vt eſt indiſtans in B.

Secunda, & verior ſolutio ſecundi argumenti.

19. Tertium argumentum.

Tertiò aliqui impugnant, quando (inquiunt) hic intellectus Auerroiſticus vnitur corpori, cognoſcitne illud corpus, cui vnitur, vel non? Si non cognoſcit, tunc non eſt ratio, quare vniatur potiùs corpori humano, quàm equino; vel ſaltem corpori humano organizato, quàm non organizato. Si ſic; ergo cognoſcit per phantaſma, quia alioquin eſſet vna de ſubſtantiis ſeparatis, contra ipſum Auerroem: at hoc phantaſma aſſignari non poteſt. Sed ſoluitur hoc tertium argumentum, ſi dicatur non vniri per cognitionem, ſed naturaliter, ſicut ipſa anima rationalis multiplicata naturaliter informat partem ſui corporis aptam informari. Quòd ſi quæratur quomodo pertranſeat medium interiacens: Reſpondetur, hunc motum non eſſe motum propriè dictum, ſicut ſi ipſa anima rationalis ponatur multiplicata, informat partem corporis aptam informari, non informando partem corporis interiacentem non aptã, & quamuis aliqui negent hûc caſum in anima multiplicata, tamen ſaltem non eſt in intelligibile, quod informet vnam partem aptam, non informando aliá non aptam interiacentem. Imò inſtà in ſequenti Corollario cum communi Doctorum probabimus Angelum poſſe facere tranſitum de extremo ad extremum ſine medio. Nam ſicut ſi Angelus ſe ponat in loco adæquato diuiſibiliter, poteſt deſerere medium non relictis extremis; ita poteſt pertranſire ab extremo ad extremum ſine medio, quod multo magis valet in opinione Thomiſtarum, qui dicunt Angelũ nullibi eſſe, antequàm actu operetur, vel velit operari. Nam idem etiam dicerent Auerroiſtæ, quòd hic intellectus ponitur in loco per vnionem cum corpore, ſicut Angelus ponitur per operationem, & extra corpus nullibi eſt. Sicut igitur Angelus dum operatur in A; poteſt ſe ponere in C, ſi velit operari in C, abſque eo, quòd pertranſeat B, vbi non operatur, vel nõ vult operari, nec opus eſt, vt relinquat A, ſi A, & C eſt locus adæquatus; eodem modo iſte intellectus Auerroiſticus, dum eſt vnitus corpori A, & conſequenter eſt in loco A, poteſt vniri corpori C abſque eo, quòd pertranſeat B, quia in B non poteſt vniri, quæ vnio eſt ratio formalis eſſendi in loco, nec opus eſt, vt relinquat A, quia totus orbis humanus eſt locus adæquatus huius intellectus Auerroiſtici.

Solutio.

Quomodo intellectus pertranſeat medium interiacens.

20. Verior impugnatio opinionis Auerroiſticæ de vnitate, & aſſiſtẽtia intellectus.

Quare ad impugnandam vnitatem huius intellectus Auerroiſtici, & ad probandam multiplicationem animarum rationalium, ratio mihi videtur eſſe à priori, & Peripatetica illa, quam ſuprà adduximus, quòd quia anima rationalis eſt forma informans, & dat vltimum complementum non ſolùm quo ad operari, ſed etiam, quo ad eſſe: ideo fit, vt neceſſariò ſit multiplicata ad multiplicationem corporum. Probatur ſequela: Nam ſubſtantia vnius non ineſt alteri, quia tunc omnes homines eſſent vnus homo formaliter, & in indiuiduo per vnam eamdem numero formam. Quòd ſi dicas, licet ſit vna forma, ſunt tamen diuerſi effectus formales, ſicut eſt vna imago ſigilli, ſunt tamen diuerſæ figuræ pro diuerſitate cerarum: Reſpondetur claram eſſe diſparitatem, nam diuerſi effectus formales in diuerſis ceris ſunt per diuerſas figuras intrinſecas, tamquam per rationes formales; Imago autem ſigilli ſe habet, vt ratio exemplaris intrinſeca. At in diuerſis hominibus, ſi non darentur animæ multiplicatæ, tamquã formæ, non poſſet aſſignari ratio formalis intrinſeca, quæ daret vnicuique homini ſuum eſſe hominis, ſed omnes homines eſſent vnus homo eſſentialiter, & formaliter in indiuiduo. Quòd autem anima rationalis ſit forma informans, iam probatum eſt puncto primo. Nec argumenta Auerroiſtarum contra multiplicationem animarum vrgent, vt patebit ex ſolutione ipſorum. & Hæc ratio eſt etiam Peripatetica. Nam Ariſtot. 7. Metaph. 41. ait ſubſtantiam vnius non ineſſe alteri. Prætereà ſecundò hac eadem ratione vtitur Ariſtot. contra Idæas Platonis; quia (inquit) ſequeretur contra Platonem, quòd eſſentia eſſet in pluribus. Tertiò ad excludendum exemplum aſſignatum de imagine ſigilli dicit in 2. de anima tex. 8. & 9. quòd anima rationalis debet eſſe ſicut figura in ſecuri, & ſicut viſus in oculo. Conſtat autem, quòd tam figura in ſecuri, quàm viſus in oculo ſunt intrinſecè. Quartò 3. de ani. Ariſtot. inquit intellectum noſtrum eſſe ſicut tabulam raſam, in qua nihil eſt depictum: ſi autem vnus eſſet intellectus, hic eſſet æternus, & haberet ſcientiam omnium, vel ſaltem multarum rerum. & quamuis 1. de ani. dicat intellectum eſſe antiquum, intelligit de intellectu Anaxagoræ in ipſo Chao.

Anima multiplicata ad multiplicationem corporum.

Ariſt.

Ariſt.

Intellectus noſter eſt ſicut tabula raſa.

21. Reſpõſio ad argumẽta Auerroiſtarũ contra animarũ multiplicitatem.

Ad argumenta in oppoſitum non eſt, cur hîc reſpondeamus, ſatis enim reſponſum eſt in ſuperiori Corollario. Vnum hîc quæri poſſet in Ariſtot. ſi Anima eſt multiplicata, quomodo corrupto corpore mouetur anima, cùm neget Ariſtot. motum rei indiuiſibilis in 6. Phyſ. Reſpondetur, de motu animæ poſt mortem nihil expreſsè dixiſſe Ariſtot. nec poſſe ex eius doctrina colligi contradictionem, ſi admittamus animam ſe mouere poſt mortem. nam ex Scoto Ariſtot. negauit tantùm motum rei indiuiſibilis ex parte mobilis, & ex parte ſpatij: ſed de motu rei indiuiſibilis, infrà in ſequenti Corollario erit fuſa diſputatio.

An anima ſeparata moueri poſſit.

SECVNDA DVBITATIO.

An anima rationalis, ſit forma informans ſecundum Ariſtotelem.

22.

VEritatem huius Corollarij agnouit etiam Ariſtoteles, & ita tenet in Ariſtotele communis opinio expoſitorum, præter vnum Auerroem, animam ſcilicet eſſe formam informantem. Ita etiam tenent Scholaſtici. D. Thomas 1. par. q. 76. opuſc. 16. Scotus in 4. diſt. 42. quæſt. 2. Durandus in 2. diſt. 17. Ægidius quodl. 2. quæſt. 18. & probatur, quia omnis anima in Ariſt. eſt informans ex 2. de anim. text. 36. & 37. vbi ait animam eſſe cauſam in triplici genere, efficientis, finalis, & formalis, & per formalem intelligit illam, quam dixerat in ſecundo Phyſicorum, & explicat in dicto tex. 36. & præterea 2. de ani. tex. 4. & 6. definit animam per actum, & intelligit informantem, quia in text. 2. diuidit ſubſtantiam in materiam, formam, & compoſitum: & materiam dicit non videri eſſe hoc aliquid, formam autem dicit eſſe actum potentiæ, & dantem eſſe, & facere hoc aliquid; ergo eſt forma, & tex. 24. & 25. dicit animam eſſe formam, & rationem, & eſſentiam, & definitionem, & repetit eamdem diuiſionem, quam diximus feciſſe in tex. 2. ſecundi de anim.

S. Thom.

Scot.

Durand.

Ægid.

Probatur in Ariſt. *quòd anima ſit forma informãs.* text. 36. ſecũdi de ani.

tex. 4. ſecundi de ani.

tex 24. ſecũdi de ani.

Quòd verò Ariſtoteles ſub anima comprehendat etiam intellectiuam, probatur primò. nam in text. 25. citato ſub anima comprehendit expreſsè intel

Ariſt. ſub anima cõprehendit intellectiuam.

Digitized by Google

intellectiuam. Secundò probatur, quia in primo libro de anima, vbi loquitur de anima ſecundum mentem antiquorum, de omni anima loquitur: immo reprehendit antiquos, quòd de Anima loquentes ſolam intellectiuam conſideraucrint; quaſi ſtirpes (inquit) non haberent animam. Cùm ergo in ſecundo libro incipiat agere de anima ſecundum mentem propriam, profectò ſi reliquiſſet intellectiuam, in maiorem errorem ipſe incidiſſet, quàm antiqui, quia reliquiſſet præcipuam, vel debuiſſet expreſsè excludere in hoc ſecundo, quia in primo videtur admittere cum antiquis. Secundò probatur, quia 2. de ani. 13. diuidit Animam, quam dicit eſſe principium intrinſecum in viuentem, in vegetatiuam, & ſenſitiuam, & loco motiuam & rationalem.

23. Reſp. Auerroes ad tex. Ariſt. 24. & 25. 2. de anima.

Sed Auerroes reſpondet, quòd intellectus, qui eſt ſeparatus ſecundum ipſum, facit hoc aliquid, id eſt, eſſe completum in homine. Nam homo conſtitutus per cogitatiuam adhuc non habet totam perfectionem ſuam, ſed adhuc dicit ordinem ad vltimum complementum, quod eſt intellectus, qui quidem tribuit eſſe homini, quo ad operari.

Inſtatur cōt. Auerr.

Sed hæc expoſitio non poteſt ſtare. Primò, quia Ariſt. ait materiam non eſſe hoc aliquid, cùm tamen videatur magis ſubſiſtere, quàm aliqua forma. Dicit ergo non eſſe hoc aliquod, quia non dat eſſe ſpecificum compoſito, ſed hoc habet à forma. Secundò, quia cum dicit Ariſtoteles animam eſſe actum, dicit eſſe actum primum, non ſecundum, qui eſt operari, vt patet ex text. 24. & 25. citatis, vbi Ariſtoteles animam dicit eſſe formam, rationem, ac definitionem: quod quidem de forma aſſiſtente dici non poteſt. & text. 8. & 9. ait animam eſſe ſicut figuram in ſecuri, & viſum in oculo, ſi oculus eſſet animal: ſed hi ſunt actus informantes.

text. 8. & 9. anima dicitur ſicut figura in ſecuri.

Soluitur inſtantia ab Auerr.

Sed ad huiuſmodi textus, in quibus habetur animam eſſe formam informantem, & actum primum, reſpondet adhuc Auerroes, animam rationalem eſſe formam, ſed hanc eſſe cogitatiuam, per quam homo conſtituitur in eſſe hominis, non autem eſſe in Ariſt. intellectum aſſiſtentem dantem operari, quaſi vltimum complementum, de quo agit 3. de ani. Sed contrà, quia in text. 18. & 29. de ani. & in 3. tex. 30. pro eodem videtur ſumere cogitatiuum, & intellectiuū, quod clarius patet ex text. 22. 2. de anim. vbi gradum hunc intellectiuum vocat opinatiuum, & vult eum ſub intellectu contineri. Et quamuis aliquandò Ariſt. phantaſiam vocet intellectum, id dicit ſecundum id, quod apparet, non ex propria ſententia. nam vulgares homines ſenſum interiorem vocant intellectum: at verò in tex. 22. citato ponit differentiam inter ſenſitiuū, & opinatiuū quod ſumit pro intellectiuo; ergo ſumit prout eſt diſtinctū à ſenſitiuo.

Replicatur contra ſolutionem.

Præterea agit in 2. de illa anima, de qua egerunt Philoſophi veteres, vt dixit in primo, & præterea de hac cogitatiua nullibi differit. nam in vltimo 2. de an. agit de phantaſia, vt eſt communis etiam brutis.

24. Primò obiicitur.

Sed ſunt multa loca Ariſt. in oppoſitum, quæ oportet ſoluere, & explicare. Sed in oppoſitum obiicitur primò ex Ariſt. 1. de Anim. tex. 92. vbi dicit, nec fingi quidem poſſe, quam corporis partem occupet intellectus. Reſpondetur, Ariſtot. velle indicare intellectum non habere partem determinatam, tamquam organum, quod occupet.

Obiicitur t. 11. ſecūdi de ani. & explicatur.

Obiicitur ſecundò, Ariſtot. 2. de anima 11. vbi dicit, aliquam partem Animæ nullius eſſe corporis actum, ſignificans rationalem partem, & ſtatim ſequentibus verbis dicit, videtur eſſe ſicut nauta in naui. Reſpondetur, non poſſe hunc textum intelligi, quòd anima rationalis non ſit forma corporis: non

A enim dixiſſet immediatè infrà, non eſſe manifeſtum, an anima ſit, ſicut nauta in naui, nam dato illo priori, quòd ſcilicet anima nullius corporis ſit actus, & forma: ſequitur neceſſariò, & manifeſtè hoc poſterius, quòd ſcilicet eſſet ſicut nauta in naui: ſunt ergo duæ aliæ expoſitiones huius textus.

Prima expoſitio text. 11. 2. de anima.

Prima, quòd Ariſtoteles per partes intelligat ſubiectiuas, ita vt ſenſus ſit, aliquas animas eſſe inſeparabiles à corpore, non quia ſunt actus informantes, ſed quia ſunt affixæ organo. Aliquam verò animam, ſcilicet rationalem eſſe ſeparabilem, quia nullius eſt corporis actus, non eſt quòd non ſit forma corporis, ſed quia non eſt actus partium determinatarum, quod eſt dicere, non eſt affixa organo. Quod verò ſubdit, immanifeſtum eſſe, an anima ſit, ſicut

Quomodo ſit intelligēdum animam eſſe ſicut nautam in naui.

B nauta in naui, poteſt hoc intelligi dupliciter, vel de anima rationali tantùm, vel de omni anima. Si de anima rationali tantùm, tunc ſenſus eſt, licet anima rationalis non ſit actus partium determinatarum, id eſt, non ſit affixa organo, non tamen ſequitur, ex hoc: ſed immanifeſtum eſt, an anima ſit ſicut nauta in naui, id eſt, aſſiſtens, an ſicut formam informans, quia poteſt eſſe adhuc forma informans, & non affixa organo. Si verò intelligatur de omni anima, tunc dicendum cum Simplicio, comparationem eſſe animæ cum nauta, non in eo, quòd dat eſſe naui, ſed in eo, quòd regat nauim; &, inquit, quod eſt immanifeſtum, id eſt, non determinatum adhuc an anima regat corpus, ſicut nauta nauim. Nam ad regendum requiritur cognitio, & motio; vegetatiua au-

C tem non cognoſcit, nec mouet; & ideo non eſt manifeſtum de omni anima; ſed hoc eſt immanifeſtum, id eſt, non expreſſum in definitione: ſenſitiua autem, & rationalis ſunt ſicut nauta, quia regunt corpus cognoſcendo, & mouendo. & 8. phyſ. 28. dicitur anima ſenſitiua eſſe ſicut nauta in naui: & reddit rationem, quia habet diuiſum id, quod mouet, & quod mouetur, & quia animalia à ſeipſis mouentur.

Secunda expoſitio eiuſdem tex. 11. ſecund. de ani.

Secunda expoſitio illius tex communior D. Thomæ, & aliorum eſt, quòd per partes Ariſt. intelligat potentiales, ita vt ſenſus ſit, partes aliquas animæ eſſe inſeparabiles, quia ſunt actus corporis, id eſt, informant partes aliquas corporis, id eſt, organa. Nam cùm ſint accidentia, ſi informant corpus, inhærent,

D & dependent ab illo: ergo inſeparabiles; quod nō ſic eſt de actu ſubſtantiali, quia poteſt informare, & nō dependere, aliquas verò partes, id eſt, potentias eſſe ſeparabiles, quia non informant corpus vt potentia intellectiua, quæ informat animam, & dependet ab anima, quæ quidem anima cùm ſit actus ſubſtantialis, poteſt informare corpus indepedenter ab illo in eſſendo. Quod verò ſubdit, immanifeſtum eſſe, an anima ſit ſicut nauta in naui, dicendum eſt iuxta hanc expoſitionem bene concludere Ariſtotelem ex eo, quòd eſt aliqua potentia, quæ non informat corpus, qualis eſt intellectiua, non eſſe immanifeſtum, an anima rationalis, cuius eſt talis potentia, ſit ſicut nauta in naui: nam poteſt ſtare, quòd potentia non informet corpus, & tamen anima informet cor-

E pus. Ratio diuerſitatis eſt ſuprà aſſignata; quia ſi potentia informaret corpus, cùm ſit accidens, dependeret à corpore; at verò anima cùm ſit ſubſtantia poteſt informare, & non dependere. Si verò teneatur potentias ſenſitiuas ſubiectari in anima, eſt maior difficultas, quia non informant corpus, & tunc reſpondetur dupliciter; primò ſufficere, ſi quædam potentiæ vt ſenſitiua, & vegetatiua, informent corpus in aliis animalibus, quia ſubiectantur in anima materiali, quæ inhæret ali-

Digitized by Google

quo modo in corpore: quædam verò nullo modo poſſint informare, vt intellectiua, & appetitiua rationalis. Si verò intelligatur de potentiis, quæ ſunt in homine, tunc reſpondendum eſt intelligi debere dictum Ariſtotelis de potentiis vegetatiuis,& ſenſitiuis per indifferentiam;nam repugnat potentiæ intellectiuæ informare corpus, non autem repugnat ſenſitiuæ, & vegetatiuæ, quamuis enim repugnet huiuſmodi potentiis informare corpus in homine ratione ſubiecti ſecundum hanc opinionem,nõ autem repugnat ſecundum ſe,quia in equo ſenſitiua, quæ eſt eiuſdem rationis cum ſenſitiua hominis, vel ſi immediatè informat corpus, vel ſi immediatè inhæret in anima, tamen mediatè inhæret in corpore, quia anima ſẽſitiua aliquo modo inhęret in corpore, quod informat,quia quo ad ſuū eſſe depẽdet ab illo.

Tertiò obiicitur text. 12.4 phyſ.& explicatur.

Tertiò obiicitur,Ariſtot.4. phyſic.t.12.ait, quòd forma eſt inſeparabilis à re;cuius eſt forma; ſed anima ſeparabilis eſt à corpore in Ariſtot. vt probatum eſt;ergo anima rationalis non eſt forma. Reſpondetur,in illo tex.Ariſtoteles dat differentiam inter formam, & locum,& dicit ſublata forma non remanere id,cuius eſt forma,id eſt,compoſitum:at verò ſublato locato manere locum, quia vbi erat aër, eſt aqua, & eodem modo dicit in eodem tex. materiam non eſſe ſeparabilem, cùm tamen multi teneant in Ariſtot. materiam eſſe independentem à forma;ergo intelligit non eſſe ſeparabilem, ita vt remaneat id compoſitum, cuius eſt materia.

Quartò obiicitur text. 21.2.de ani. & explicatur.

Quartò obiicitur Ariſtot.§ 21. ſecundi de anima, de intellectu autem, & ſpeculatiua potentia, nihil adhuc manifeſtū,ſed videtur eſſe aliud genus animę, & hoc ſolum poſſe ſeparari,ſicut perpetuum a corruptibili: ergo intellectus non eſt forma informans, ſicut cæteræ animæ. Reſpondetur, aliqui exponunt ibi Ariſtotelem non loqui ſecundum mentem propriam,ſed ſecundum vulgarem opinionem:ſecundū autem mentem ſuam nihil adhuc dicit eſſe manifeſtum,id eſt,non adhuc determinatum,Zabarella autem tenet Ariſtotelem loqui de intellectu ſpeculatiuo,qui etiam includit agentem, qui ſecundum Zabarellam eſt intelligentia quę eſt ſeparata à materia. Vel dicendum, quòd de intellectu, id eſt,anima rationali nihil adhuc eſt manifeſtum, & determinatū, quia determinabitur in tertio, ſed videtur eſſe aliud genus animæ,quia eſt genus quoddam animæ magis eleuatum à vegetatiuo, & ſenſitiuo, & hoc genus poteſt ſeparari, quia non eſt affixum organo,& verbum illud (videtur) Simplicius, & Philoponus volunt eſſe legendum aſſertiuè,non dubitatiuè.

Prima expoſitio.

Zabarella.

Secunda expoſitio. *Quomodo Ariſt. dicat de animà rationali nihil eſſe determinatū.*

Quintò obiicitur text. 4. & 6. 3. de ani.& explicatur.

Quintò obiicitur Ariſtot.qui dicit 3.de ani.4. & 6. intellectum humanum eſſe immixtum: ſed ſi eſſet forma,eſſet mixtus cum materia; ergo,&c. Reſpondetur, per immixtum Ariſtot. intelligit, quòd non ſit immerſus in materia dependens ab illa, non autem,quòd non informet, vt ſuprà dictum eſt.

Sextò obiicitur ca.3.& 10. ethic. & explicatur.

Sextò obiicitur: Ariſtot.multis in locis vocat Animam quoddam diuinum, vt patet ex 10. ethic. c.7. quarto de pat.c.10. ſecundo de gen.ani.c.3.ergo ſi eſt quid diuinum, non eſt coniuncta cum materia, quia illi eſſet improportionata,ſed eſt intellectus ſeparatus à materia. Reſpondetur,Ariſtotelem aliquãdo appellare omnem formam diuinam reſpectu materiæ tamquam ignobilioris,vt colligitur ex 1.phyſ. 81.aliquando animam vocat diuinam ſolùm,& non alias formas,vt ſecundo de Generatione anim.cap.3. aliquando animam rationalem, quia eſt genus animæ eleuatiſſimum, vt in locis allegatis 10.ethic. & 4.de par.non autem ſequitur talem intellectum eſſe improportionatum materiæ ſecundum proportiõ-

Anima rationalis cur diuina dicatur.

A nem geometricam, quia accipit ſpecies à corpore, quod quidem non repugnat eleuationi, quam habet anima rationalis ſuprà ſenſitiuam, vt ſuprà probatum eſt.

Septimò obiicitur ex 12. Meth.

Septimò obiicitur, quia 12.Meth.dicitur,intellectum eſſe à materia ſeiunctum, quia indiuiſibilis. Reſpondetur: Senſus Ariſtot.eſt, quòd ſicut ſe habet intellectus diuinus in toto æuo,quia ſemper intelligit indiuiſibiliter, quia ſemper eſt ſeiunctus à materia; ita ſe habet humanus intellectus in aliquo tempore, quando eſt abſtractus à materia,quia tunc intelligit etiam compoſitum indiuiſibiliter in toto
B ſimul,id eſt,in inſtanti, quod ſecundum nos intelligitur de anima rationali abſtracta,vel ſecundum aliquos,quando intellectus eſt adeptus, & coniunctus cum agente, quia tunc non intelligit diſcurrendo per partem poſt partem,&c.

Octauò,2.de Generatione anim.c.3. dicitur anima rationalis aduenire extrinſecus; ergo non eſt forma.Reſpondetur negando conſequentiam; tantùm enim probat animam rationalem non eſſe eductá ex ſemine,vt fusè explicatū eſt in ſuperiori Corollario.

Nonò obiiciūtur multa abſurda in doctrina Ariſtot.

Nonò argui poteſt ex multis abſurdis, quæ ſequuntur in doctrina Ariſtotelis, ſi ponatur anima rationalis forma informans ſecundum Ariſtotelem. Primum abſurdum eſt,quòd anima eſſet corruptibi-
C lis, quia moueretur per accidens in corpore: quod autem mouetur per accidens eſt corruptibile ex 1. phyſic.32.& prætereà ſi eſſet forma,eſſet ſimul cum corpore;quod autem habet initium,eſt corruptibile, primo cæli text.102.

Primum abſurdū ex 1. phyſic.32.& primo cæli 102.

Secundum, quòd anima eſſet diuiſibilis, ex 1. phyſic.cap.vltimo, vbi Ariſt. dicit omnem formam eſſe diuiſibilem, & hinc probat intelligentiam non vniri cælo,vt formam.

Secundū abſurdū ex 1. phyſic.c.vlt.

Tertium,quòd anima perpetuò violentaretur extra corpus, contra principium Ariſt.1. phyſic. text. 15.& 53.

Tertium abſurdum ex 1. phyſic.15.& 53.

Quartum,quòd daretur infinitum animarum ſuppoſita mundi æternitate in Ariſtotele,infinitum autem repugnat,ex 3.phyſic.

Quartū abſurdum ex 3.phyſic.

D Quintum abſurdum,daretur creatio cum nouitate eſſendi, quia quatenus anima eſt immaterialis, crearetur; & quatenus forma, fieret in tempore ſimul cum corpore:hoc autem eſt contra Ariſtotelem pluribus in locis, præſertim primo cæli text.102. & 103. vbi habet, quòd id,quod habet initium, habet finem:quod autem creatur, non poteſt habere finẽ: quia ſupponitur eſſe immateriale, cùm non fiat ex præſuppoſito ſubiecto tamquã ex quo. Videtur igitur in Ariſtotele,creationem cum nouitate eſſendi implicare in adiecto, quia inuolueret talis propoſitio duo contradictoria;ſcilicet,quod creatur,eſſe incorruptibile, quia fit ex non præſuppoſito ſubiecto tamquam ex materia ex qua educeretur;& eſſe cor-
E ruptibile,quia nouitas eſſendi dicit initium.

Quintū abſurdum.

Sed ad hæc, & ſimilia abſurda ſatis fusè reſponſum eſt in ſuperiori Corollario de immortalitate animæ rationalis.

Reſpõſio ad abſurda allata in nona obiectione.

Et hæc de modo operandi operatione immanenti, ſiue ſupernaturali, qualis eſt viſio beatifica; ſiue naturali, qualis eſt cognitio Angelica, ſiue humana: nunc ſequuntur Corollaria ex eodem primo principio Philoſophico: de modo operandi operatione tranſeunti,qualis eſt creatio, & motus localis Angeli,qui quamuis ſit inhærens ipſi Angelo,vt ſupponitur, tamen dicitur tranſiens, quia eſt acquiſitio ſpatij extrinſeci ſecundum indiſtantiam.& priùs dicemus de hoc motu locali.

QVÆ

Digitized by Google

QVÆSTIO DECIMA-SEXTA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia decimi ſexti Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, Angelus moueri poſſit connaturaliter in inſtanti temporis diſcreti.

Materiam huius quæſtionis tractant Scholaſtici in 2. Gregorius diſt. 6. quæſt. 3. art. 1. & 2. Maior diſt. 2. quæſt. 12. Marſilius quæſt. 7. art. 3. Scotus diſt. 2. quæſt. 15. Gabriel quæſt. 3. art. 3. Capreolus diſt. 6. quæſt. 1. Bonauentura in 1. diſtinct. 37. vbi agitur de loco Dei in 2. part. art. 2. q. 2. & 3. Richardus art. 3. quæſt. 3. Albertus in 1. diſt. 37. art. 23. & 24. Ægidius ibidem in 2. parte diſt. artic. 2. Durandus ibidem quæſt. 4. Henricus quodlib. 14. quæſt. 7. Alenſis 2. parte quæſt. 23. S. Thomas parte 1. quæſt. 53. artic. 3. & Caietanus hic, & Bannes & Vaſquez vterque ſatis bene, & alij recentiores Thomiſtæ, Ferrarienſis in 3. cont. Gent. cap. 102.

Diuiſio quæſtionis in ſeptem Dubitationes.

VT AVTEM DISTINCTE procedamus in hac quæſtione, diuidimus illam in ſeptem Dubitationes.

I. *An motus Angeli per medium poſſit eſſe inſtantaneus.*

II. *An poſſit eſſe motus ab extremo ad extremum ſine medio: & an ſit neceſſariò inſtantaneus.*

III. *An Angelus quieſcens intrinſecè vſque ad vltimum terminatiuū horæ, poſſit immediatè pòſt moueri motu inſtantaneo.*

IV. *An Angelus poſſit moueri motu continuo; ſcilicet, partim relinquendo locum, & partim acquirendo.*

V. *An inſtans Angelicum, quo menſuratur motus Angeli, qui fit totus ſimul, diſtinguatur ab inſtanti, & tempore noſtro.*

VI. *An detur motus diſcretus in Angelo, & quid ſit tempus diſcretum menſurans talem motum.*

VII. *Vtrùm tempus continuum, & ſucceſſiuum, quo menſuratur motus continuus, & ſucceſſiuus Angeli, diſtinguatur à tempore noſtro.*

PRIMA DVBITATIO.

An motus Angeli poſſit eſſe in inſtanti per medium.

1. Not. primū.

SCiendvm eſt primò, quòd non eſt quæſtio de motu continuo ſucceſſiuo. nam de hoc clarum eſt, non poſſe eſſe in inſtanti, neque de motu ab extremo ad extremum ſine medio, nam ſi dari poteſt, fit in inſtanti. An autē dari poſſit,

A infrà ſequenti dubio videbimus. Sed quæſtio eſt de motu continuo; motum autem continuum voco cum Gregorio in 2. diſt. 6. quæſt. 3. & Gabriele in 2. diſtinct. 2. qu. 3. qui fit per medium abſtrahendo, ſiue fiat ſucceſſiuè, ſiue fiat in inſtanti; ſicut calor vt octo poteſt produci totus in inſtanti, & tamen omnes gradus producuntur vniti. Diſtinguitur ergo continuatio à ſucceſſione, quia continuatio dicit vnionem; at verò ſucceſſio præter vnionem dicit prius, & poſterius, & includit ſemper continuationem in vna, & eadem mutatione: ſucceſſio enim diſcreta dicit duas mutationes, & ideo non dicit continuationem. De hoc igitur motu continuo Angeli quæritur, an fieri poſſit in inſtanti. (Greg. Gabr. *Qui motus dicatur continuus.* *Continuatio quo modo à ſucceſſione diſtinguatur.*)

Et circa hoc, vt punctus difficultatis appareat, notandum eſt ſecundò; quòd aliqui recentiores ſecuti B Bonauenturam in 1. diſt. 37. 2. par. ar. 2. q. 3. & Richardum art. 3. quæſt. 3. diſtinguunt in ordine ad locum poſſe tripliciter ſe habere Angelum: primo modo, quod mobile nuſquam fuerit, ſecundum illorum opinionem, qui tenent poſſe Angelum, cùm ſit ſpiritualis, abſtrahere à loco corporeo. quo caſu dato, ſi Angelus in eodem inſtanti poneretur in primo extremo, & in medio, & vltimo extremo, non diceretur propriè moueri, quia in nullo ſpatio mutaretur. Nec aliter ſe haberet reſpectu ſpatij: nam licet de non exiſtente in ſpatio, fieret exiſtens in ſpatio, non tamen mutatio eſſet reſpectu ſpatij, quia mobile non aliter ſe habet in ſpatio; non enim poſſet dici, quòd reliquerit illud, cùm in illo priùs non fuerit. (2. Not. ſecundum.)
C Secundo modo quando Angelus priori extremo relicto ponit ſe in medio, & vltimo extremo: & in hoc caſu (inquiunt) non diceretur moueri ad vltimum extremum per medium, quia ſimul habēt medium cum extremo ſimultate durationis, & naturæ; particula autem (Per) denotat aliquam prioritatem ſiue durationis, ſiue cauſæ. Quod autem in tali motu ſit ſimultas durationis, & naturæ, probatur. De ſimultate durationis patet, quia ſupponitur in hoc caſu medium, & extremum acquiri in inſtanti: de ſimultate naturæ, probat Bonauentura & Richardus quos ſequitur Vaſquez, quia exiſtentia in medio non habet neceſſitatem cauſæ, ſicut habet, cùm ſol illuminat aquam per aërē. Quòd non ſit neceſſaria probatur, quia ſupponitur poſſe Angelum tranſire ab extremo ad extremum ſine medio: at verò D cum aqua illuminatur per aërem, etiam ſi, vt ſupponitur ex philoſophia, ſol ageret in aquam immediatione ſuppoſiti, adhuc requireretur illuminatio medij tamquam conditio neceſſariò requiſita. Tertio modo cùm Angelus mouetur per medium ea ſucceſſione, quæ non tantùm ſit inter terminum à quo, & finem motus, ſed etiam inter ipſum medium, & finem motus: Hac ſtante diſtinctione dicunt Doctores citati, Angelum non poſſe moueri per medium in inſtanti, nec primo, nec ſecundo modo, per rationem allatam; nec tertio etiam modo, quia includit ſucceſſionem. (Bonau. Richard. Vaſquez.)

Sed hæc diſtinctio non placet, quia facit quæſtionem de nomine; & quidē clarum eſt, quòd E tertio modo ſi ſic intelligatur motus, non poſſit eſſe in inſtanti. nam ponitur ſucceſſio continua; ſecūdo autem, & primo modo faciunt quæſtionem de nomine, ſed quæſtio noſtra eſt de re: Vtrū ſcilicet motus fieri poſſit in inſtanti ab extremo ad extremum per medium: quicquid ſit, an medium acquiſitum ſit ſimul, & duratione, & natura cum extremo. Sufficit enim ad quæſtionē de re, quod mediū ſit materialiter mediū, quatenus ſcilicet in ſe habet partes priores, & poſteriores; de his enim quæri poteſt, an ſimul

omnes acquiri poſſint. quod idem eſt, ac ſi quæratur, an motus per medium, ſcilicet per ſpatium, quod habet partes priores, & poſteriores, poſſit eſſe ſimul, & in inſtanti.

Notab. tertium.

Sciendum eſt igitur tertiò, quòd diſtinctio, quæ facit ad propoſitum dubij petenda eſt ex parte mobilis, non ex parte ſpatij. Mobile enim (puta Angelus) dupliciter poteſt conſiderari. Primò vt exercens indiuiſibilitatem actualem, quatenus ponit ſe punctualiter in ſpacio. Secundò, vt exercens indiuiſibilitatem, quam habet virtualem, ita vt ſe explicet totum in toto, & totum in qualibet parte ſpatij. Circa primum modum conueniunt ferè omnes Scholaſtici, & communiter Thomiſtæ, motum non poſſe eſſe in inſtanti per medium. Probant: Si moueretur (inquiunt) Angelus punctualiter motu non ſucceſſiuo, & tranſiret omnia illa loca, diſcretè, & non ſucceſſiuè; ſequeretur quod omnia numeraret. Et ratio eſt, quia hæc eſt differentia inter motum ſucceſſiuũ, & diſcretum, quòd motus continuus ſucceſſiuus eſt vnus motus diuiſibilis in infinitum, ſicut & tempus: & ideo poſſunt vno motu continuo ſucceſſiuè pertrãſiri infinitæ partes ſine numeratione. At verò motus continuus diſcretus conſtat ex pluribus mutationibus indiuiſibilibus, & per primam acquiritur locus primus, per ſecundam alius locus immediatus primo. Si ergo omnia media pertranſirentur, ſequeretur, quòd neceſſariò omnia numerarentur per diſtinctas mutationes diſcretas, ita vt per ſecundam mutationem ipſum mobile tangat ſecundam partem immediatam primæ, & ſic numerat ſecundam, & ſic de ſequentibus. Præterea motu diſcreto mobile debet moueri ab eo loco, in quo eſt, ad aliũ immediatum, id eſt, ad primum locum: ſed aſſignato quocumque primo, relinquuntur infinita loca intermedia participantia; ergo motu diſcreto non poſſunt pertranſiri omnia.

Certum eſt Angelum nõ poſſe moueri in inſtanti per medium ſi ſe ponat punctualiter in ſpatio.

Pũctus diffi cultatis eſt. *Quando Angelus ponit ſe diuiſibiliter in ſpatio, an poſſit tũc moueri in inſtãti per mediũ ſcilicet, per ſpatiũ quod habet partes priores & poſteriores.*

Tota igitur difficultas eſt circa ſecundum modum, an quando ſcilicet Angelus exercet circa ſpatium diuiſibilitatem virtualem ponendo ſe totum in toto ſpatio, & totum in qualibet parte ſpatij, poſſit moueri in inſtanti motu continuo, id eſt, per medium materialiter ſumptum, id eſt, quòd per illum motum acquiratur ſimul pars prior, & poſterior ſpatij, vt explicauimus in ſecundo notabili.

4. Circa igitur hunc ſecundum modum, quando ſcilicet Angelus ponit ſe diuiſibiliter in ſpatio, eſt controuerſia inter Scholaſticos.

Prima opinio eſt aſſerentium neceſſariò huiuſmodi motum per medium fieri in tempore. Eſt Capreoli in 2. diſt. 6. q. 1. Ferrarienſis 3. cont. Gent. cap. 102. Ægidij in 3. diſt. 37. 2. par. Gabrielis etiam q. 3. art. 3. Omitto Bonauenturam in 1. diſt. 37. loco citato, & alios, quia faciunt potiùs quæſtionem de nomine, vt ſuprà in hac quæſtione dictum eſt. Adducitur etiam S. Thomas cum Caietano par. 1. q. 53. ar. 3. & etiam Scotus q. 11. ſed mentem horum doctorum infrà examinabimus.

Primũ argumẽtum pro prima opinione.

Probatur hæc opinio primò, quia *motus eſt actus entis in potentia, vt in potentia*, ex 3. phyſ. tex. 6. ergo motus intrinſecè includit ſucceſſionem; ergo habet priùs, & poſteriùs, ergo continuus cum ſucceſſione.

Secundũ argumentum. *Si maior virtus mouet in tẽpore maior mouebit in inſtanti.*

Secundò arguitur ex Ariſtot. 6. phyſ. tex. 29. vbi habetur, *quòd ſi maior virtus mouet in tempore, maxima mouet in inſtanti.* Ex quo textu ſic arguitur à motu tranſeunti, de quo eſt ſermo in illo tex. ad motum inhærentem in ipſo Angelo, de quo motu hic loquimur: Si datur virtus inferioris Angeli, vt tria, quæ mouetur in inſtanti; ergo virtus ſuperioris Angeli mouebitur in minori, quam ſit inſtans; quod eſt impoſſibile. ergo vt calculatio ſit bona, debet ſupponi Angelũ moueri in tẽpore, & calculando peruenire ad maximã virtutẽ Angelicã, qua nõ poſſit dari maior, & hanc moueri in inſtãti: hæc autẽ eſſet infinita.

Tertiũ argumentum.

Tertiò arguitur, ſicut ſe habet mutatum eſſe ad inſtans, ita motus ad tempus: ergo, à commutata proportione, ſicut ſe habet mutatum eſſe ad tempus, ita motus ad inſtans; ſed mutatum eſſe neceſſariò menſuratur inſtanti; ergo motus neceſſariò menſuratur tempore.

Quartum argumentũ.

Præterea quartò in doctrina D. Thomæ Angelus quieſcit intrinſecè vſque ad vltimum terminum horæ; ergo non poteſt immediatè poſt moueri in inſtanti. nam alioquin ſequeretur, quòd inſtans eſſet immediatum inſtanti. Propter quod argumentum videtur tenere S. Thomas par. 1. loco citato, motum Angeli non poſſe eſſe in inſtanti.

5. Secunda opinio.

Secunda opinio eſt aſſerentium Angelum moueri poſſe per medium in inſtanti. ita Albertus in primo diſt. 37. ar. 23. & 24. Gregorius in 2. diſt. 6. qu. 3. articu. 2. Maior in 2. diſtinct. 2. quæſt. 12. Marſilius in 2. quæſt. 7. art. 3.

Quid ſenſerit Scot. Vaſquez.

De Scoto verò non eſt ita certum tenere oppoſitam opinionem, licet à Vaſquez & ab aliis cõmuniter adducatur in oppoſitum; nam Scot. q. 11. citata dicit duo. primum diſtinguit, de mutatione, quòd alia eſt mutatio includens totam realitatem motus, v. g. cum Angelus mouetur ab vbi A, ad vbi B per intermedia. Alia mutatio eſt includens præciſè realitatem termini, ita vt hac mutatione præciſè habeatur vltimum vbi, ſicut haberetur, ſi illa mutatio eſſet vltimus terminus motus. Primo modo negat, poſſe Angelum moueri per medium, quando acquireret vbi excedens ſuam ſphæram; concedit autem quando acquireret vnum vbi ſibi adæquatum: ſecundo modo etiam concedit, ſed de hoc ſecundo modo agemus in ſequenti dubio.

Quid ſenſerit S. Thom. & Caiet.

De S. autem Thoma, & Caietano loco citato, dicendum eſt quòd potiùs tenent hanc ſecundam opinionem, quàm primam. nam quamuis videantur dicere oppoſitum, ſolùm loquuntur in caſu peculiari, quando ſcilicet Angelus quieſcit intrinſecè vſque ad vltimum terminatiuum horæ, tunc inquiunt, quòd non poteſt moueri in inſtanti, quia poſt inſtans non ſequitur inſtans, quod an ſit verum, infrà dub. 3. examinabitur. Si autem Angelus nullibi eſſet, vel ſi moueretur in inſtanti terminatiuo quietis, tunc non negaret S. Thomas cum Caietano moueri in inſtanti, vt dubio citato dicetur. Si verò S. Thomas intelligatur vniuerſaliter, quòd in quocumque motu Angelus quieſcere debeat vſque ad vltimum inſtans terminatiuum, vt videtur dicere in prima par. qu. 53. ar. 3. & in primo diſt. 37. quæſt. 4. art. 3. & quodlib. 9. art. 9. tunc interpretandus eſt de inſtanti temporis Angelici, vt dicetur dub. 3.

S. Thom. Caiet.

6. Prima aſſertio. *Angelus trãſiens de loco ad locum nõ poteſt moueri in inſtanti.* Scot. Arim.

Dico primò, ſi Angelus tranſit ad alium locum adæquatum extremum per medium, non poteſt moueri in inſtanti de potentia naturali Angeli, quia, vt bene arguebat Scotus, eſſet ſimul in maiori loco, quia eſſet in extremo ſibi adæquato, & in eodem inſtanti in medio, & ſic in maiori loco, quàm ſit ſua ſphæra. Nec valet reſponſio Arimini, quòd tranſeunter poteſt eſſe in loco maiori maximo, non autem permanenter, non, inquam, valet. nam ſaltem per vnum inſtans locus excederet limites perfectionis Angelicæ. quòd ſi non repugnaret per vnum inſtans, nec repugnaret in tempore; quia eadem militat ratio: de potentia tamen ſupernaturali concedendum eſſet, vt patet de corpore Chriſti.

Dico ſecundò, ſi Angelus mouetur ad locum ſibi 7.

Digitized by Google

Secunda aſſertio. ſibi adæquatum, exempli gratia, ſit locus adæquatus ſpatium palmare, poteſt in inſtanti relinquere priorem locum palmarem, & acquirere alium palmarem ponendo ſe in toto medio palmari. Probant aliqui hoc ſecundum dictum primò exemplo illuminationis, quæ fit in toto ſpatio palmari in inſtanti. Sed hæc ratio confutatur, quia eſt manifeſta ratio diſparitatis; nam non eadem portio luminis introducitur in qualibet parte ſpatij, ſed ex quacumque portione materiæ educitur noua pars luminis. atque adeo in eodem inſtanti, in quo educitur vna pars luminis ex vna parte materiæ, poteſt educi alia pars ex alia parte. At verò in motu locali non ſic: nam idem mobile debet pertranſire omnes partes.

Affertur prima ratio pro hac ſecunda aſſertione, & impugnatur.

8. Secundò probant Gregorius, Maior, Albertus & Henricus, locis citatis ex Ariſt. quarto phyſ. tex. 71. vbi Ariſtoteles ex diminutione corpulentiæ ſpatij vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, id eſt, per ſublationem totius corpulentiæ ſpatij calculat velocitatem motus vſque ad omnem gradum ſuum, id eſt, vſque ad inſtans incluſiuè; tota igitur (inquiunt iſti Doctores) reſiſtentia eſt ex corpulentia ſpatij: ſed corpulentia ſpatij reſpectu Angeli nullam habet reſiſtentiam; ergo motus Angeli poteſt eſſe in inſtanti.

Greg. Maior. Albert. Henr.

Sed hæc ratio, vt ſatis probauimus ſuprà in Quæſtione Philoſophica dub. 5. non probat intentum. nam reſiſtentia præcipua non eſt ex corpulentia ſpatij, ſed ex extenſione mobilis. nam vbi eſt vna pars, non poteſt eſſe alia; mobile igitur extenſum etiam ſi moueatur per vacuum (quod ſupponitur eſſe quædam diſtantia negatiua, ſeu capacitas corporis ſaltem inter duos terminos poſitiuos) adhuc neceſſariò mouebitur in tempore. Ad calculationem autem allatam ex Ariſtotele reſpondetur, tantùm illum probare tolli omnem reſiſtentiam, quæ prouenit ex parte corpulentiæ ſpatij; ſed adhuc remanet reſiſtentia ex parte mobilis, quia non calculatur tota reſiſtentia; ac proinde ſi mobile per plenum mouebitur per horam, adhuc ſublata corpulentia medij, ad quam vincendam conſummabantur tres quadrantes, mouebitur illud mobile per eamdem diſtãtiam in tempore per vnum quadrantem, ſolùm enim ex diminutione corpulentiæ, calculatur diminutio temporis ſecundùm illos tres quadrantes, vt ſupponimus ex his, quæ diximus in quarto phyſ. cùm hanc materiam legeremus. Ad auctoritatem verò Ariſt. reſpondetur, ſupponere Ariſtot. contra antiquos, nullam aliam eſſe reſiſtentiam, niſi ex parte ſpatij.

Reſiſtentia in motu locali præcipuè eſt ex extenſione mobilis, & nõ ex corpulentia ſpatij.

Vide ſuprà in quæſtione Philoſophica dub. 4.

9. Tertiò alij recentiores, qui tenent motum Angeli menſurari intrinſecè inſtanti temporis noſtri, probant hoc ſecundum dictum ex illa regula Peripatetica, quam latè explicat Caietanus 1. par. quæſt. 45. quòd quando ſunt duo extrema ita ſe habentia, quòd quantum minuitur de vno, tantum creſcit de altero, ſi ponatur vnum diminui vſque ad nõ gradum ſuum intrinſecè, alterum creſcit vſque ad omnem gradum ſuum; ſed ita ſe habent mobile, & velocitas motus, quòd quantum minuitur de totali reſiſtentia mobilis, ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca, tantum creſcit de velocitate motus. Si igitur ponatur reſiſtentia mobilis diminui vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, ita vt ſublata ſit totalis reſiſtentia ex parte mobilis, quod quidem tunc eſt, quando mobile tranſcendit ad ordinem ſuperiorem, ſcilicet ſpiritualem, in quo eſt Angelus, tunc quia Angelus in hoc caſu nec habet reſiſtentiam intrinſecam, quæ oritur ex extenſione mobilis; eſt enim ſpiritualis: nec extrinſecam, quia corpulentia ſpatij non reſiſtit mobili ſpirituali; nam poteſt eſſe vbi eſt aliud corpus: ſequitur ex regula aſſignata, quod velocitas motus in Angelo, quod eſt aliud extremum, creſcat vſque ad ſummum gradum ſuum, quod eſt inſtans, inquiunt, temporis noſtri.

Caiet. quæſt. 45. art. 5.

10. Hæc quidem ratio bene calculat motum in inſtanti, ſed impugnatur, quatenus deducit inſtans, quo menſuratur motus Angelicus eſſe inſtans temporis noſtri, cùm potiùs ex illa regula calculetur eſſe ſuperioris ordinis. nam (vt dub. 6. quæſt. Philoſophicæ probauimus contra Caietanum) quando vnum extremum diminuitur vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, non ſufficit vt alterum extremum creſcat vſque ad omnem gradum ſuum, ſed debet tranſcendere ad ſuperiorem gradum; quia alioquin non eſſet proportio inter illa duo extrema. nam ſupponitur primum diminutum iam vſque ad non gradum ſuũ, intrinſecè tranſcendere ordinem ſuperiorem. Si igitur ponatur alterum extremum creſcere vſque ad omnem gradum ſuum, iam ponitur auctum intra eumdem ordinem ſuum inferiorem: eſt igitur improportionatum alteri extremo, exempli gratia. Obiectum, & potentia ita ſe habent, quòd quantum minuitur de materialitate, ſeu potentialitate obiecti, tantum creſcere debet potentia ſecundùm virtutem. Si igitur obiectum diminuatur vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, & fiat ſpirituale, alterum extremum, ſcilicet potentia materialis, etiam ſi creſcat vſque ad omnem gradum ſuum in infinitum in eodem ordine materiali, non erit adhuc proportionata obiecto, niſi tranſcendat ad ordinem ſuperiorem ſpiritualem. Quòd ſi quis obiiciat exemplum Ariſtotelis de ſenſu & ſenſibili cap. vlt. vbi ex diminutione obiecti viſibilis palmaris vſque ad omnem gradum ſuum, infert potentiam viſiuam, ad hoc, vt ſit proportionata, debere creſcere vſque ad omnẽ gradum ſuum, id eſt, in infinitum: Reſpondetur ex his quæ diximus in dubio quarto quæſtionis Philoſophicæ, Ariſtotelem interpretandum eſſe de diminutione obiecti vſque ad non gradum ſuum extrinſecè, id eſt, retinendo aliquem gradum extenſi: at verò ſi obiectum palmare diminuatur vſque ad omnem gradum ſuum intrinſecè, id eſt, vſque ad punctum, tunc etiam ſi virtus viſiua augeatur in infinitum, non eſt proportionata, quia adhuc ipſa remanet extenſa; ſed potentia proportionata ad intuendum punctum eſt potentia ſpiritualis abſtracta à materia.

Probatur ex principio Philoſophico.

Obiectum & potentia qualiter ad inuicem affecta ſint.

11. Quare concluditur ex dictis, quòd ſi mobile diminuatur vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, & fiat ſpirituale, tunc quia ſublata eſt omnis reſiſtentia, velocitas motus, quod eſt alterum extremum, creſcet vſque ad ſummum gradum velocitatis, quia quidem non erit inſtans temporis noſtri, ſed temporis diſcreti, & ſuperioris ordinis, ſicut & ipſe motus, cuius eſt menſura, vt fusè dicetur infrà dubio 5.

Verior ratio.

Vide infrà dub. 5.

Ex his patet, quid dicendum ſit de probatione Scoti, quæ talis eſt. Quòd terminus motus, inquit, non ſtatim inducatur, prouenit ex imperfectione virtutis, quæ imperfectio non eſt attribuenda Angelo, quando non eſt aliqua neceſſitas in oppoſitum. Quòd autem nulla ſit neceſſitas iam probatum eſt, quia ceſſat ratio, quòd ſit in loco maiore maximo. & hæc quidem ratio probat intentum, poſſe ſcilicet Angelum moueri in inſtanti: ſed contra Scotum dicimus, hunc motum, & inſtans neceſſariò debere eſſe formaliter diſtincta à motu noſtro, & inſtanti per regulam paulò antè traditam.

Scoti ratio.

Digitized by Google

Reſponſio ad primum argumentum primæ opinionis, & explicatur definitio motus tradita ab Ariſt. 3. phyſ. text. 6.

12. *Explicatur definitio motus.*

PRO reſponſione ad primum explicanda eſt definitio motus 3. phyſ. tex. 6. allata in argumento in oppoſitum, *quòd motus eſt actus entis in potentia, quatenus in potentia.* Pro cuius definitionis intelligentia, quæ maximè controuertitur inter Peripateticos, quantum facit ad noſtrum inſtitutum, ſciendum eſt omnes Peripateticos conuenire in hoc, quòd motus ſit actus entis in potentia, id eſt, vt clariùs colligitur ex text. 8. 9. & 10. quòd ſit forma actuans ſubiectum, quod eſt in potentia ad aliquam formam diſtinctam ab ipſo motu; nam non poteſt eſſe in potentia ad ipſum motum, cùm iam ſubiectum intelligatur habere illum, tamquam formam ſe actuantem.

Punctum difficultatis circa definitionem motus.

Difficultas igitur inter Peripateticos eſt, quænam ſit hæc alia forma, ad quam ſubiectum, vt actuatum per motum intelligatur eſſe in potentia.

Primus modus explicādi definitionē motus.

Primus igitur modus explicandi communis eſt exiſtimantium hanc aliam formam eſſe maiorem, & maiorem actuationem ſubiecti, ita vt motus ſit actus imperfectus, qui ita actuat mobile, vt illud relinquat in potentia, ſecundùm quam magis, ac magis actuet, & hoc modo facilè exponunt illam aliam particulam definitionis *vt in potentia*; vnde rectè inferunt definitionem conuenire tantùm motui ſucceſſiuo. Sed hic primus modus explicandi definitionem non placet, quia motus inſtantaneus verè eſt motus; non ergo debet excludi ab hac definitione motus. Probatur antecedens, quia motus inſtātaneus eſt acquiſitio formæ, vel ibi, & vt ſic eſt tendentia ad ipſam formā tamquam terminum in facto eſſe, & confirmatur ex alia definitione motus tradita ab Ariſtot. lib. 3. phyſ. tex. 16. *Motus* (inquit) *eſt actus mobilis prout mobilis*; tum ex alia tradita in tex. 18. *Motus eſt actus mobilis à motiuo*; ſeu ſecundum aliam literam: *Actus motiui in mobili.* Quæ quidem definitiones facilè ex dictis applicari poſſunt motui inſtantaneo.

Confutatur primus modus.

Generatio eſt mutatio inſtantanea.

Probatur ſecundò exemplo generationis, quod affert Ariſtoteles ad hanc definitionem explicandā, quæ quidem generatio eſt mutatio inſtantanea.

Natura quid ſit.

Probatur tertiò ex 2. phyſic. tex. 1. vbi definit *naturam eſſe principium motus, & quietis*; & de hoc motu, inquit, ſe actutum. Sed in illa definitione naturæ non ſolùm comprehenditur motus ſucceſſiuus, ſed etiam inſtantaneus, vt illuminatio, & alij ſimiles, nam iſtorum etiam natura eſt principium; non ergo excludi debet à definitione naturæ. Et 5. phyſ. tex. 4. generationem dicit eſſe motum; generationem autem ſumit non terminatiuè, ſed ſubiectiuè. nam vt ſic, eſt actus entis tranſmutatio ſcilicet ſubiecti, & non loquitur, vt patet de præuia alteratione.

13. *Secundus modus explicandi.*

Secundus modus eſt aliquorum recentiorum, qui exiſtimāt definitionem motus habere duplicem ſenſum, & ſecundum vnum ſenſum conuenire motui ſucceſſiuo; ſecundum alium, motui inſtantaneo. Primus ſenſus eſt, quòd motus ſit actus imperfectus, qui ita actuat mobile, vt illud relinquat in potentia ad maiorem actuationem, & hic ſenſus, inquit, competit tantùm motui ſucceſſiuo. Alter ſenſus eſt, vt dicatur motus eſſe actus mobilis in potentia, quatenus in potentia, prout mobile primò tranſit ab eſſe in potentia ad eſſe in actu, ita vt motus ſit primus actus, qui incipit actuare ſubiectum, vt exiſtat in potentia, & hic ſenſus conuenit motui inſtantaneo potiùs, quàm ſucceſſiuo; nam ſucceſſiuus, cùm conſiſtat in vlteriori, & vlteriori actuatione, non poteſt dici primus actus, quo primo ſubiectum tranſit ab

A eſſe in potentia, ad eſſe in actu, quia ſemper intelligitur priùs & priùs tranſiſſe.

Impugnatur hic ſecundus modus.

Sed hic ſecundus modus explicandi non placet, quia non aſſignat vnam definitionem abſtrahentem, & communem motui ſucceſſiuo, & inſtantaneo; hoc autem videtur ſignificaſſe Ariſtoteles locis citatis, 3. phyſ. text. 16. & 18.

14. *Tertius, & verior modus explicandi.*

Tertius igitur modus explicandi, & verior, eſt Themiſtij, Auerrois & S. Thomæ, quòd motus hic definitus ſit motus, vt abſtrahens à ſucceſſiuo, & inſtantaneo; ita vt ſenſus ſit, quod motus ſit actus, ſeu forma imperfecta actuans ſubiectum, quod eſt in potentia ad formam perfectam, ſeu in facto eſſe, ſiue illa forma in facto eſſe ſit in gradu remiſſo, ſiue in B ſummo; quia quatenus intelligitur in facto eſſe, etiam ſi ſit in gradu remiſſo, eſt perfecta reſpectu ipſiuſmet formæ in fieri; quia vt eſt in fieri intelligitur eſſe in actu imperfecto, quatenus eſt ſub tendentia ad formam in facto eſſe: & hoc modo hæc definitio non poteſt competere formæ perfectæ, ſeu in facto eſſe, quia quamuis actuet ſubiectum, quod fuit in potentia cum priuatione ad ipſam, non tamen relinquit ſubiectum prout in potentia. Nam quamuis relinquat in potentia ad formam intenſiorem, non tamen relinquit prout in potentia, id eſt, vt tendens, ſeu tranſiens per actum, quem habet ad vlteriorem formam, hoc enim ſolùm competit motui, qui ita actuat ſubiectum quatenus eſt tendentia ſeu tranſitus ad formam perfectam, ſeu in facto eſſe, vt per illum actum imperfectum, quem habet, relin- C quat ſubiectum in potentia formaliter ad vlteriorem formam. Nec etiam competere poteſt hæc definitio potentiis immanentibus, quia quamuis per illas, quatenus ſunt actus primus, reddatur ſubiectum formaliter potens tranſire ex priuatione actus ſecundi ad actum ſecundum; non tamen per illas ſubiectum tranſit formaliter ad actum ſecundum, quia potentiæ non ſunt tendentiæ ad actum ſecundum: ſicut obiectum tranſit per motum, quatenus eſt formaliter tranſitus, ſeu tendentia ad formam in facto eſſe.

Patet igitur ex dictis primò, quòd definitio tradita ab Ariſtotele 3. phyſ. tex. 6. quòd, ſcilicet, *motus eſt actus entis in potentia*, &c. ſolùm competat motui, & non formæ in facto eſſe, & motui, vt abſtrahit à D ſucceſſiuo, & inſtantaneo, quia vterque motus eſt acquiſitio formæ in fieri, ſub ratione tendentiæ ad eamdem formam in facto eſſe. Sed circa motum inſtantaneum eſt peculiaris difficultas, quia in tali motu inſtantaneo ſimul eſt fieri, & factum eſſe: vnde ſequitur quòd ex duobus capitibus non poteſt hæc definitio motus intelligi de inſtantaneo. Primò quia non poteſt dari in motu inſtantaneo actus imperfectus diſtinctus à perfecto: ſecundò, quia non poteſt ſubiectum intelligi in potentia, ſeu priuatione ad formam perfectam, quæ eſt in facto eſſe.

Difficultas contra motum inſtantaneum.

Prima ſolutio impugnatur.

Sed ad hæc duo capita difficultatis reſpondent aliqui, quòd forma in fieri præcedit tempore formam in facto eſſe: formam autem in facto eſſe, E intelligunt formam in quiete, quæ incipit extrinſecè immediatè poſt inſtans, ſeu mutatum eſſe terminatiuum motus. Dicuntur autem fieri, & factum eſſe ſimul eſſe, quia terminus, ſeu forma, non vlteriùs perficitur: ſecus autem eſt in motu ſucceſſiuo, in quo terminus magis, & magis intenditur, vel extenditur. Sed contrà, quia operatio inſtantanea, vt infrà probabitur dub. 6. poteſt deſinere immediatè poſt. neque hinc (vt ibidem dicetur) ſequeretur inſtans eſſe immediatum inſtanti, in tali autem caſu non daretur quies, & tamen eſſet motus inſtantaneus.

Secundò

Digitized by Google

Secunda ſolutio.

Secundò reſpondent alij, quòd ſufficit, ſi priuatio fuerit immediatè antè; in illo autem inſtanti ſunt ſimul duratione fieri, & factum eſſe. nam fieri quatenus eſt tendentia ad actum perfectum, eſt in priori natura, quàm ſit factum eſſe, ſicut etiam in motu ſucceſſiuo in eodem tempore eſt pars motus, & etiã pars formæ, quia non poteſt eſſe acquiſitio formæ ſine forma; ſed illa pars motus, quatenus eſt tendentia ad illam partem formæ; eſt in priori natura, & ſupponit priuationem immediatè antè.

Explicatur magis iſta ſecunda ſolutio.

Ego tamen exiſtimo, explicando magis hanc ſecundam reſponſionem, quòd in motu inſtantaneo, ſubiectum etiam intelligitur priuatũ forma in priori natura, quia motus, vt dictum eſt, eſt eſſentialiter tendentia ad formam perfectam; ergo in illo priori, vt ſic, non intelligitur habere illam. Ad difficultatem autem propoſitam, cùm dicitur fieri, & factum eſſe ſimul, reſpondetur intelligendum eſſe de ſimultate durationis, quia non vlterius terminus perficitur; ſecus in motu ſucceſſiuo, in quo magis, ac magis terminus per motum intenditur, vel extenditur; immò ſi in motu ſucceſſiuo cõſideretur præcisè illa pars motus inaſſignabilis, tunc ſubiectum erit priuatum forma, non ordine durationis, ſed ordine naturæ. Nam ſimul duratione eſt pars illa motus inaſſignabiliter, & pars formæ; non enim poteſt eſſe acquiſitio ſine re acquiſita: ſed in iſto fieri illa pars motus eſt prior natura, quàm ſit forma, quia eſt tendẽtia ad formam: in illo igitur priori ſubiectum intelligitur priuatum forma. Si verò conſideretur motus ſucceſſiuus ad vlteriorem formam, tunc clarum eſt, quòd priuatio illius vlterioris formæ præcedat tempore motum.

Acquiſitio nõ poteſt eſſe ſine re acquiſita.

Colligitur breuiter reſponſio ad primum argumentum.

Et per hæc patet reſponſio ad primum argumentum, negando definitionem motus non competere motui inſtantaneo, non ſolùm ſecundùm veritatem, ſed etiam ſecundùm ipſum Ariſtotelem 5. phyſ. tex. citato.

15. Reſpõſio ad ſecundum.

Ad ſecundum reſpondet Scotus quæſt. 11. citata, conſequentiam Philoſophi tenere, quia in antecedenti aſſumitur tum mobile, tum menſuram eſſe diuiſibilia: in quacumque autem menſura diuiſibili, ſi poteſt aliqua virtus minor in aliquo tempore, maior poteſt facere in minori: ſed in caſu noſtro Angelus mouetur in indiuiſibili, ac proinde ceſſat calculatio. Et cùm arguitur, maior virtus in mobili ſpirituali, non poteſt eſſe æqualis in motu virtuti minori: ergo ſequitur, quòd maior virtus moueatur in minori duratione, quàm ſit inſtans, quod cùm ſit impoſſibile, dicendum eſt Angelum moueri in tempore. Quare adhuc militat calculatio facta. Reſpondetur ex dictis ſuprà, quòd ſpiritualitas præcisè, eſt ſufficiens, vt mobile moueatur in inſtanti: comparatio igitur inter virtutem maiorem, & minorem in mobili ſpirituali fieri debet, non in ordine ad durationem, ſed ad ſpatium, ita vt calculetur, quòd quò maior eſt virtus, eò maius ſpatium pertranſit in eodem inſtanti.

Replica.

Solutio.

16. Reſpõſio ad tertium.

Ad tertium: Illa commutata proportio primò habet inſtantiam manifeſtam; falſum eſt enim, quòd ſicut ſe habet illuminatum eſſe ad inſtans, ita illuminari ad tempus. nam illuminari eſt in inſtanti in toto ſpatio adæquato intra totam ſphæram, quia nullam habet reſiſtentiam, eodem etiam modo motus localis Angeli, quamuis ſecundùm partes ſpatij ſit diuiſibilis, ſit tamen in inſtanti, quia nulla eſt reſiſtentia, nec ex parte ſpatij, nec ex parte mobilis, vt probatum eſt. Quare illa paritas, ſeu commutata proportio, quòd ſicut ſe habet mutatum eſſe ad inſtans, ita motus ad tempus, vel intelligitur de motu continuo ſucceſſiuo; & hoc modo militat commutata propor-

Sicut ſe habet mutatum eſſe ad inſtãs, ſic motus ad tempus.

A tio: vel intelligitur de motu, qui licèt ſecundùm partes ſpatij ſit diuiſibilis, eſt tamen indiuiſibilis ſecundùm durationem, propter rationem aſſignatam ſuprà; & in hoc caſu non militat commutata proportio. Nam in hoc caſu motus, & mutatum eſſe eodem modo ſe habent ad inſtans: quare dicendum eſt, quòd argumentum à commutata proportione non tenet formaliter; tenet tamen aliquando materialiter, ſeu ratione materiæ in aliquo caſu, exempli gratia in motu ſucceſſiuo. Et cùm arguitur, mutatũ eſſe non poteſt eſſe in tempore, quod non eſt idem de motu: ergo, vt habeant paritatem, debet dici, quòd motus nunquam poteſt eſſe in inſtanti. Reſpondetur eſſe diſparem rationem. nam, quod non habet partes, non poteſt acquiri motu ſucceſſiuo: at
B verò quod habet partes, poteſt acquiri continuè ſucceſſiuè, & etiam in inſtanti, quod tunc eſt cùm mobile eſt ſpirituale, quia tunc non habet reſiſtentiam.

Replica.

Solutio. *Quod nõ habet partes, nõ poteſt acquiri motu ſucceſſiuo.*

Reſpõſio ad quartum.

Ad quartum reſpondetur, quòd hic locus Sancti Thomæ eſt valde difficilis, quem infrà dubio tertio ex profeſſo examinabimus. Breuiter nunc dicimus, quòd S. Thomas tantùm intendit in hoc loco, quòd in illo tantùm caſu quietis, quando eſt vſque ad inſtans terminatiuum horæ, Angelus non poſſit moueri in inſtanti temporis diſcreti correſpondenti adæquatè inſtanti temporis noſtri; non autem, quòd numquam Angelus poſſit moueri in inſtanti.

Duæ autem difficultates hìc occurrunt. Prima;
C An Angelus quieſcens per horam neceſſariò quieſcere debeat vſque ad vltimum inſtans terminatiuum illius intrinſecè. Secunda; An motus poſt illud inſtans, fieri poſſit totus ſimul, & an coëxiſtat adæquatè inſtanti noſtro, vel minori, & minori parti temporis noſtri adæquatè. Sed has duas difficultates infrà examinabimus dubio tertio.

SECVNDA DVBITATIO.

Vtrùm Angelus poßit moueri ab extremo ad extremum ſine medio.

1. Prima opinio Alexãd. Bonau. Alb. Gabriel. & Mol.

PRIMA opinio extrema negat, eſt Alexandri 2. par. quæſt. 33. memb 2. Bonauenturæ in 1. diſt.
D 37. 2. par. diſtin. art. 2. quæſt. 2. Alberti in diſtin. 37. artic. 23. Richardi ibidem art. 3. quæſt. 2. Henrici quodlib. 13. quæſt. 7. Ægidij in 2. diſt. 37. 2. par. diſt. Sequitur hanc opinionem Molina 1. par. quæſtio. 3. art. 12. & citat Scotum, & Gabrielem, qui non ſunt huius opinionis, ſed faciunt vnam mediam, vt videbimus infrà. Probatur hæc opinio primò, quia oppoſita opinio eſt intelligibilis, & incredibilis, vt dicit Molina, & vt addit Bonauentura, nullam habet rationem, neque auctoritatem; igitur nullo modo eſt tenenda.

Primum argumentum Bonau.

Secundum argumentũ.

Secundò, corpus non poteſt moueri ab extremo ad extremum ſine medio, ſed non eſt maior ratio in Angelo; ergo, &c. Maior patet experientia. Minor probatur, quia nulla aſſignatur ratio diſparitatis, niſi
E ea fortè Thomiſtica, quòd Angelus ad libitum poteſt eſſe nullibi, & ita habere indiſtantiam ad quemcunque locum, & ita in quocumque loco operari, & conſequenter ibi eſſe; verbi gratia, eſt modo in cœlo, quia operatur ibi, poteſt ſubtrahere influxum, & ſic nullibi eſſe, & deinde operari in terra, à qua habebat indiſtantiam negatiuam, & ſic eſſe in terra, abſque eo, quòd ſit in intermedio. Sed hæc ratio, falſo nititur fundamento, quia eſt intelligibile Angelum eſſe in vniuerſo, & in nulla parte vniuerſi eſſe.

Angelus poteſt eſſe ad libitum nullibi.

Reijcitur excluſio dicta.

Et con

Digitized by Google

Et confirmatur ex Ægidio, quia Angelus eſt pars vniuerſi; ergo non poteſt eſſe ſine ordine in illo; ergo debet habere aliquem ſitum.

Tertium ex Scoto.

Tertiò arguunt alij ex Scoto: Nulla pars temporis poteſt tranſire à futuro in præteritum, niſi per præſens propter ordinem, qui eſt inter partes: ſed idem ordo videtur eſſe inter partes loci; ergo,&c.

Quartum ex Molin.

Quartò ex Molina loco citato: Angelus non poteſt immittere ſuam actionem immediatione ſuppoſiti in locum diſtantem; ergo neque ſuam ſubſtantiam.

Quintum ex doctrina Scoti.

Quintò arguunt aliqui ex doctrina Scoti: Ordo præfixus à ſuperiori agente videtur neceſſarius cuicumque agenti inferiori, quando habet actionem præciſè circa aliqua ordinata; exempli gratia, ordo formarum naturaliter ſuccedentium ſibi in generatione naturali, ordinatus eſt ab inſtituente naturam, & reſpectu cuiuſcumque agentis naturalis eſt neceſſarius, ita quòd nullum agens naturale facere poteſt immediatè ex elemento viuens, niſi tranſeat per mixtum; ergo cùm ab eodem Auctore naturæ ſit præfixus ordo partium, præſertim principalium vniuerſi; cuilibet agenti creato, & virtuti creatæ videtur iſte ordo eſſe neceſſarius, quando debet agere circa iſta, verbi gratia, moueri per ea.

2. Secũda opinio aliquorum Thomiſtarum Caietani. Capr. Ferr. Vaſquez.

Secunda opinio extrema, quòd Angelus poteſt tranſire ab extremo ad extremum ſine medio quantumcumque extremum ſit diſtans. Hanc opinionem tenent illi Thomiſtæ, qui exiſtimant Angelum eſſe in loco per operationem, ſeu applicationem virtutis: vnde bene inferunt Angelum ad libitum nullibi eſſe: exempli gratia; Si per operationem Angelus eſt in terra, poteſt ad libitum ceſſare ab operatione per primum non eſſe, & ſic nullibi eſſe. Hoc autem poſito tamquam fundamento bene probant ſuam opinionem, quia Angelus habet indiſtantiam negatiuam ad omnem locum: quę quidem indiſtantia eſt ſufficiens, vt operetur in quocumque loco voluerit; & ita poteſt operari in terra, & ibi ſe collocare, & tamen non eſſe in ſpatio intermedio, quia ibi non operatur, vel non ſe applicat ad operandum. Hæc opinio eſt Caietani 1.par.quæſt.53.art.2. Capreoli in 2.diſt.6.q.1. art.1. Ferrarienſis 3.cont.Gent.cap.102. & aliorum, qui hanc opinionem tribuunt S.Thom.par.1.quæſt. 53.art.2.ſed mentem S.Thomæ explicabimus infrà. Non pono inter iſtos auctores Herueũ, quia in tract. de motu Angelorum, quæſt.1.artic.1.3. & 4.& in 1. diſt.37.quæſt.1.artic.2. dicit Angelum eſſe in loco non ſecundùm ſubſtantiam, ſed ſecundùm effectum. Ad hanc ſecundam opinionem accedit etiam Vaſq. in 1.par. diſp. 196. qui tenet Angelum per modum quemdam, coniungi corpori, & per hunc modum ſecundariò vocari, vbi eſt corpus: hunc autem modum cùm Angelus producat in ſe liberè, poteſt ad libitum ſe conſtituere in quocumque loco voluerit.

Caiet. Capr. Ferrar.

Vaſquez.

3. Tertia opinio Gabr.

Tertia opinio media Gabrielis in 2. diſt.2.quæſt. 3.art.3.dubio 1.qui tenet Angelum poſſe moueri ab extremo ad extremum ſine medio, ſed cum limitatione; quando Angelus, inquit, eſt inadæquatè in ſua ſphæra, putà, quia eſt in ſemipalmari, & tamen ſupponitur quòd ſua ſphæra ſit palmaris, poteſt ſine medio pertranſire ad ſecundam partem ſemipalmarem, non relinquendo aliam priorem partem ſemipalmarem; quando verò, inquit, eſt adæquatè in toto palmari, non poteſt pertranſire ad alium locum ſine medio. Fundamentum Gabrielis eſt, quia, quando eſt inadæquatè, poteſt pertranſire ad aliud extremũ abſque eo quòd relinquat primum extremum, quia non habet ſphæram maiorem; at verò quando eſt A adæquatè in vno loco, exempli gratia, in palmari, nõ poteſt pertranſire ad alium, niſi deſerat priorem, vel ſaltem tantùm deſerat de priori, quantum acquirit de poſteriori. Sed hoc, inquit, eſt impoſſibile, vt in inſtanti fiat, quod quidem eſt neceſſarium, ſi extremũ acquiratur ſine medio. Quòd autem ſit impoſſibile, vt in inſtãti deſeratur vnus locus, & acquiratur alius, probat, quia ſequeretur quòd duo inſtantia immediata eſſent ſimul. nam priorem locum deſereret totum ſimul per vltimum eſſe, & conſequenter etiam poſteriorem acquireret totum ſimul per primum eſſe; ergo eſſent duo inſtantia immediata.

4. Quarta opinio Scoti.

Quarta opinio etiam media, & valde ſubtilis eſt Scoti in 2.diſt.1.quæſt.12. aſſerentis poſſe dari motum ab extremo ad extremum ſine medio, etiam reB linquendo primum extremum, dummodo hic tranſitus ſit ſine medio, quod participet vtrumque extremum. Quòd verò debeat hic tranſitus eſſe ſine medio, probat, quia ſi tranſiret per medium, tranſiret continuè, & non inſtantaneè. Secundò dicit, quòd non poteſt moueri ab extremo ad extremum ſine medio non participante, etiam ſi mutatio includat præciſè realitatem termini motus. Ratio eſt (inquit Scotus) quia quando medium eſt participans, mobile habet omnia alia intermedia in prioritate naturæ: quando verò non eſt participans, non habet illa intermedia, nec prioritate durationis nec prioritate naturæ. eſt autem ordo præfixus ab inſtituẽte naturam, vt media habeantur ſaltem prioritate naturæ. Hæc opinio communiter exiſtimatur inintelligibilis, ſed C de hac opinione mox dicam, quid ſentiam.

Quamuis autem hæc opinio Scoti communiter explodatur tamquam falſa; mihi tamen, ſi rectè explicetur, videtur vera, & conformis dictis S.Thomę, explico autem illam quatuor aſſertionibus.

PRIMA ASSERTIO.

5. Prima aſſertio.

Dico primò: Angelus moueri poteſt ab extremo ad extremum ſine medio. In hac prima concluſione conueniunt omnes Scholaſtici citati in ſecunda opinione, & etiam Gabriel citatus in tertia, & communiter Doctores præter paucos citatos in prima opinione: ſed differũt Doctores in modo proD bandi. Aliqui Thomiſtæ, vt Ferrarienſis, & Caietanus, & Vaſquez probant ex eo, quia Angelus ad libitum poteſt ſe vel conſtituere in loco, vel nullibi eſſe: ergo poteſt ſe conſtituere vbi voluerit in hoc, vel in illo, relinquendo intermedia. Conſequentia eſt manifeſta; Antecedens verò probant. Ferrarienſis dicit Angelum ſe conſtituere in loco per operationem tranſeuntem, & Caietanus per applicationem virtutis, Vaſquez per modum quemdam, quo coniungitur loco, quem in ſe ad libitum producit. Sed hę rationes formales conſtituendi ſe in loco liberè procedunt ab Angelo; ergo ad libitum poteſt ſe conſtituere in loco, vel nullibi eſſe. Quòd ſi obiicias illis, ex ipſorum doctrina ſequi, quòd ſi Deus ſeparet E quantitatem à ſubſtantia, ſubſtantia nullibi eſſet, ſicut Angelus, quæ ſequela falſa eſt. nam ſi reproduceretur quantitas, eſſet vbi priùs erat: & præterea ſequeretur, quòd corpus Chriſti, vt exiſtens indiuiſibiliter in hoſtia, poſſet ſine nouo miraculo moueri ab extremo ad extremum ſine medio. Reſpondent concedendo primam ſequelam de materia ſpoliata quantitate, & ad inſtantiam dicunt poſſe Deum reproducere quantitatem in quocumque loco voluerit. & ibi eſſe materiam, quia ibi eſt ſua ratio formalis. Ad ſecundum de corpore Chriſti negant, quia corpus

Prima probatio Ferr. Caiet. & Vaſq.

Chriſti corpus eſt in ho-

Digitized by Google

ſtia in loco indiuiſibiliter. corpus Chriſti in hoſtia eſt in loco, quamuis indiuiſibiliter, ſic etiam dicunt de quantitate ſeparata.

6. Impugnatur hæc prima probatio. Sed hæc prima probatio impugnatur, quia vt infrà videbimus, non eſt conformis doctrinæ S. Thomæ. Primò. Secundò articulo Pariſ. Secundò dicere Angelum nullibi eſſe videtur damnatum in articulo Pariſienſi præſente Henrico, vt ipſe refert, in quo articulo habentur hæc verba. *Dicere, quòd ſi eſſet aliqua ſubſtantia ſeparata, quæ non moueret aliquod corpus in hoc mundo, illa non includeretur in vniuerſo, error.* Tertiò. Tertiò quia eſt inintelligibile, quòd Angelus ſit intra vniuerſum, & quòd non ſit vel in toto vniuerſo, vt Deus, vel in aliqua parte. Quartò. Naziànz. Athan. Nyſſen. Damaſc. Greg. Quartò videtur eſſe contra Nazianzenum conc. 24. Athanaſium in epiſt. ad Serapionem de Spiritu ſancto, Nyſſenum de Infan. Damaſcenum lib. 1. de fide, cap. 3. Gregorium lib. 1. Moral. cap. 2. Et quamuis aliqui ex iſtis dicant eſſe in loco intellectuali, ſeu ſpirituali, non negant tamen quòd non ſit in loco corporeo, ſed tantùm volunt dicere, quòd modus intrinſecus in Angelo, per quem coniungitur cum loco corporeo, ſit ſpiritualis.

7. Quintò impugnatur, & examinatur quænam ſit ratio formalis conſtituens Angelum in loco. Quintò principaliter impugnatur deſtruendo breuiter, quantum facit ad noſtrum inſtitutum, fundamenta ipſorum: & primò impugnatur fundamentum Ferrarienſis. Impugnatur fundamentum Ferrar. 3. nam operatio tranſiens, per quam dicit Angelum conſtitui in loco, vel eſt ratio formalis, vel eſt tantùm applicatio actiua ſubſtantiæ Angeli. Si hoc ſecundum; ergo illa remota poterit ſubſtantia Angeli remanere præſentialiter, vbi priùs operabatur. Si primum, contrà arguitur, quia præſentia Angeli in loco, eſt neceſſaria ad hoc, vt Angelus operetur: ergo præſupponitur actioni, vt neceſſaria conditio, ſaltem vt ſit in aliquo loco, quàuis diſtante, infrà tamen ſphæram actiuitatis, vt infrà dicetur, ſicut approximatio agentis ad paſſum prærequiritur actioni agentis: non ergo poteſt eſſe effectus formalis ipſius operationis. Quòd ſi contendat ſubſtantialem præſentiam non eſſe neceſſariam ad operationem, ſed per ipſam operationem fieri hanc præſentiam tamquam effectum formalem operationis: contrà, ergo in illo priori, quando Angelus operatur, nullibi eſt. ergo ſi per impoſſibile non reſultaret præſentia, poſſet Angelus nullibi exiſtens operari, quia præſentia reſultat in poſteriori naturæ. Hoc autem eſt abſurdum, quia poſſet in quodcumque diſtans ferri, contra ipſos, quia præſentia, vt probatum eſt, eſſet impertinens. Præterea ſecundò arguitur probabiliter ex Durando, ſicut quantitas abſtracta à ſubſtantia materiali, non poteſt eſſe ratio ipſi ſubſtantiæ exiſtendi in loco: ita operatio tranſiẽs, quia non eſt in Angelo, ſed in corpore, non poteſt eſſe ratio, per quam Angelus ſecundùm ſuam ſubſtantiam exiſtat in corpore. Tertiò ſequeretur Angelum non eſſe creatum in Cœlo empyreo, neque animam Chriſti verè deſcendiſſe ad inferos, quia in his caſibus non eſt operatio tranſiens Angeli, niſi dicatur, vt dicit Ferrarienſis, eſſe operationem quamdam occultam; ſed verè non poteſt intelligi quænam ſit iſta. *Animæ damnatorũ quomodo ſint in loco inferorũ.* Omitto animas damnatorum, & Dæmones, quia poſſet dicere eſſe in inferno per operationem paſſiuam, quæ imprimitur ab igne.

8. Impugnatur fundamentum Caiet. Secundò impugnatur fundamentum Caietani, qui quidem, quamuis poſſit ſoluere aliqua argumenta ex his, quæ facta ſunt contra Ferrarienſem. nam per Caietanum ante operationem tranſeuntem ſit Angelus præſens loco per applicationem virtutis, quæ ſecundùm ipſum eſt operatio immanens, volitio ſcilicet efficax operandi; non tamen commodè ſoluit omnia. Nam adhuc quæro à Caietano; vel iſta applicatio virtutis, per quam Angelus conſtituitur in loco, eſt actiua, vel formalis. Si actiua, non habetur intentum, quia eſt aſſignanda ratio formalis: & præterea hac tranſacta adhuc Angelus eſſet in loco. Si formalis, vel eſt ratio incompleta, quæ completur per operationem tranſeuntem, vt ipſe videtur dicere, ita vt ex applicatione virtutis, ſeu volitione efficaci, & operatione tranſeunti actuali fiat vna ratio completa formalis. Et ſic militant argumenta facta contra Ferrarienſem; vel eſt completa, & tunc contrà, quia hæc eſt ſpiritualis; ergo non habet proportionem cum loco extenſo; ergo non poteſt eſſe ratio formalis exiſtendi in loco extenſo: & hanc quidem proportionem videtur requirere S. Thomas.

Secundò arguitur contra Caietanum, quia Angeli, & animæ beatæ non dicerentur eſſe in Cœlo Empyreo. nam deberent habere volitionem efficacem operandi ibi operatione tranſeunti: non videtur autem, quænam poſſit eſſe iſta operatio, neque Chriſtus propter eamdem rationem diceretur deſcendiſſe ad infernum.

Tertiò impugnatur fundamentum Vaſquez. nam ille modus, quem in ſe liberè producit, per quem conſtituitur in tali, vel tali loco ad libitum, non eſt Angelo proportionatus: debet enim in aliquo priori aſſignari aliqua ratio formalis, ex qua, & quæ ſit extenſa, per quam intelligatur priùs dominari loco corporeo, ſicut dicimus de Deo. quæ quidem perfectio non eſt deneganda Angelo finito modo, cùm hoc non repugnet, per regulam Scoti ſæpius traditam. Et ratio ſecundùm S. Thomam eſt, quia Angelus cùm ſit ſpiritualis, non habet dependentiam à loco corporeo, ſed priùs intelligitur dominari loco, & ſecundariò per illud dominium conſtitui in loco: at verò per hunc modum non intelligitur Angelus dominari loco; quare melius quantum ad hoc dixerunt Ferrarienſis, & Caietanus, qui rationem formalem conſtituebant in operatione tranſeunti, vel applicatione virtutis. Impugnatur fundamentum Vaſq. *Angelus non habet dependentiam à loco corporeo.*

9. Probatio Auctoris. Hac igitur prima probatione reiecta, exiſtimo hãc primam concluſionem tum ſecundùm veritatem, tum ſecundùm S. Thomam aliter à priori probandam eſſe. oportet autem aliqua breuiter, quantum facit ad rem propoſitam ſupponere, ex materia de loco Angelorum.

Primũ ſuppoſitum pro hac probatione. Quænam ſit ratio formalis cõſtituendi Angelum in loco. Suppono igitur primò, quòd ſicut in corpore dimenſiua quantitas eſt ratio formalis paſſiua, ex qua, & per quam conſtituitur corpus in loco extrinſeco, ita in Angelo eſt quantitas virtualis; hanc autem exiſtimo eſſe potentiam illam tranſcendentalem, & intrinſecam in Angelo operandi tranſeunter, vt dicit ordinem ad operationem tranſeuntem, non quidem ſucceſſiuam, vt putauit Durandus in 1. diſt. 17. quia tunc Angelus eſſet vbique, ſed ſimultaneam, quam poteſt Angelus in eodem tempore exercere in corpore, & hæc eſt adæquata ratio conſtituendi Angelum in loco adæquato, ita vt tota ratio completa ſit illa potentia, connotando illam operationem ſimultaneam, non quæ actu exerceatur, vt volebat Caietanus, ſed quæ poſſit exerceri ab Angelo tota ſimul, etiamſi numquam exerceatur. *Quæ ſit ratio conſtituendi Angelum in loco.* Quòd autem hæc operatio connotata integrare poſſit vnam rationem formalem cum potentia, probatur exemplo in artificialibus. nam ratio formalis completa ſcindendi in ſecuri tali modo, vel ita figuratè, non poteſt eſſe ſola materia dura, nec ſola dentatura; ſed eſt materia dura, vt ſtat ſub dentatura tamquam ſub connotato. Quòd ſi quæras, cùm Angelus poſſit operari non magis in hoc, quàm in illo loco operatione ſimultanea, per quid conſtituitur in hoc loco determinato? Reſpondetur conſtitui per applicationem ſuæ voluntatis, tamquam per conditionem operandi circa

circa hoc, vel illud corpus: hæc autem applicatio voluntatis non eſt efficax voluntas operandi, vt volebat Caietanus, quia poteſt conſtitui in tali loco, etiam ſi numquam habeat voluntatem operandi in illo loco. Sed hæc applicatio ſolùm eſt, vt ſe conſtituat in tali loco, in quo poſſit operari ſi velit; ex quo fit vt Angelus poſſit ad libitum ſe conſtituere in minori, & minori ſpatio; immò in indiuiſibili per indiuiſibile operationis, quod eſt operatum eſſe, & iuxta hanc opinionem ſoluuntur argumenta, quæ facta ſunt contra Ferrarienſem, & Caietanum; nam etiamſi Angelus non actu operetur, vel non habeat voluntatem efficacem operandi, conſtituitur in eo loco, in quo vult, & in tanto ſpatio adæquato, in quo poteſt operari operatione ſimultanea, vel in minori, ſi voluerit. & hoc modo bene ſoluitur quod contra Ferrarienſem, & Caietanum obiiciebamus, Angelos ſcilicet, & animas eſſe in cœlo, & dæmones in inferno, & animam Chriſti verè deſcendiſſe ad limbum. Et hæc opinio eſt S. Thomæ quodlib. 4. art. 4. vbi dicit Angelum eſſe in loco per contactum virtutis; explicat autem contactum virtutis eſſe ipſam potentiam tamquam rationem formalem, & ipſam operationem in obliquo tamquam effectum neceſſariò connotatum. Verba autem S. Thomæ ſunt hæc: *Si quis velit virtutis contactum operationem vocare, dicat quòd Angelus eſt in loco per operationem.* & iuxta hunc ſenſum intelligenda ſunt alia loca S. Thomæ, tum in 1. part. tum in 1. ſent. in quibus dicit Angelum eſſe in loco per operationem. Secundò ex eodem ſuppoſito ſequitur in Angelo modum exiſtendi in loco, quantum ad hoc, vel illud ſpatium liberè produci, quia poteſt ex ſuppoſito ad libitum ſimultaneè operari in hoc, vel illo ſpatio, non tamen quantum ad ſpatium vagè. non enim poteſt eſſe nullibi, contra aliquos Thomiſtas citatos in ſecunda opinione, quia neceſſariò Angelus eſt potens operari operatione ſimultanea in aliquo ſpatio: ergo neceſſariò poſita hac ratione formali conſtituendi in aliquo loco, Angelus neceſſariò habebit vbicationem paſſiuam in aliquo loco, vbi voluerit, tamquam effectum formalem. & præterea eſt inintelligibile, vt ſuprà dictum eſt, quòd Angelus ſit in vniuerſo, & nullibi ſit tamquam in loco. Quòd ſi dicas, quid ſi Angelus non producat actum volitionis, vbinam erit? Reſpondetur, quòd in tali caſu Angelus neceſſitabitur ad ſe determinandum; erit tamen liber circa hoc vel illud ſpatium: ſed in inſtanti creationis poteſt dici, quòd erat in illo loco vbi à Deo primò creatus eſt.

Soluũtur in hac opinione noſtra argumenta facta contra Ferr. & Cai.

S. Thom.

S. Thom.

Angelus non poteſt eſſe nullibi.

Quæſitum.

10. Secundò ſuppono cum aliquibus Philoſophis, Auicenna in tit. de Anim. ſect. 4. cap. 4. Alexandro 1. Metaph. comm. 18. & cum nonnullis Scholaſticis, tum veteribus, tum recentioribus, Scoto, Gabriele, Ochamo in 1. diſt. 17 Herueo in tract. de motu Angelorum quæſt. 1. & citatur etiam Caietanus 1. par. quæſt. 51. Angelum poſſe operari in diſtans immediatione ſuppoſiti, ac proinde operari in extremo immediatione ſuppoſiti non operando in medio, non quidem ea ratione, quia Angeli agunt per intellectum, & voluntatem, quia poſſet hoc facilè negari, & dici, quòd hæ potentiæ reſpectu motus localis non ſunt principia immediatè elicitiua, ſed tantùm applicant potentiam executiuam: nam alioquin ſequeretur, quòd poſſent agere in omnem diſtantiam, ſicut etiam feruntur in obiectum cognitum, ſeu volitum in quacumque diſtantia. Sed ratio à priori eſt, quia hæc limitatio prouenit ex imperfectione; in agente quidem corporeo ex quantitate; quæ fortè requirit contactum; in Angelo verò ex perfectione ſuæ ſubſtantiæ, ita vt poſſit agere in magis, & minus

Secũdò, ſupponitur Angelum poſſe agere in diſtans immediatione ſuppoſiti.
Scot.
Gabr.
Ocham.
Caiet.
Heru.

Ratio huius ſecundi ſuppoſiti ſumẽda eſt ex maiori, vel minori perfectione Angeli.

A diſtans ſecundùm maiorem, & minorem perfectionem ſubſtantiæ, ſicut patet à pari. Nam quòd latitudo ſphæræ in agendo continuatè ſit maior in vno Angelo, quàm in alio, prouenit ex maiori, vel minori perfectione; ergo etiam, & hic modus agendi indiſtans. Sed contra hoc ſecundum ſuppoſitum inſtat Vaſquez 1. par. diſp. 189. ſi, inquit, poſſet Angelus agere in diſtans, ſequeretur, quòd poſſet in quamcumque diſtantiam in infinitum, quod arguit virtutem infinitam in operando. Reſpondetur negando conſequentiam, nam, vt dictum eſt, requiritur maior virtus in agendo in magis diſtans. Secundò inſtatur; diſtantia illa, in qua Angelus non agit, eſt per accidens, quòd ſit maior, vel minor, quia virtus nullam actionem exercet in illa; ergo poteſt agere in quamcunque diſtantiam. B Reſpondetur non eſſe per accidens, quia quamuis in medio nulla exerceatur actio agentis, tamen pertinet ad modum agendi agentis maior vel minor diſtantia, & ideo hic modus agendi ſequitur modum eſſendi virtutis maioris, vel minoris. Tertiò inſtat quidam recentior impugnans paritatem allatam, quamuis limitatio (inquit) ſphæræ in agendo continuatè proueniat ex limitatione virtutis; propinquitas tamen ad paſſum prouenit ex natura cauſalitatis; ergo Angelus non poteſt agere in diſtans. Reſpondetur hoc gratis dici, & hoc eſſet probandum prouenire, ſcilicet, ex natura cauſalitatis, & non ex maiori, vel minori perfectione virtutis.

Vaſq.
Inſtatur primò contra hoc ſecundum ſuppoſitum.
Solutio.
Secundò inſtatur.
Solutio.
Tertiò inſtatur à quodam recentiore.
Solutio.

Inſtatur quartò: Sequeretur Angelum non eſſe neceſſariò ſecundùm ſubſtantiam in corpore aſſumpto C contra Damaſcenum lib. 1. de fide cap. 17. Reſpondetur peculiari quadam ratione de facto eſſe in corpore aſſumpto, quia ibi repræſentat ſeipſum.

Quartò inſtatur.
Damaſc.

Confirmatur præterea hoc noſtrum ſecundum ſuppoſitum, quia etiam ex experientiis conſtat, & probabiliter tenent multi Doctores citati, hãc actionem in diſtans immediatione ſuppoſiti cõcedi etiam in aliquibus caſibus ipſi agenti corporeo. & omitto illas experientias, quibus probatur agens producere effectum in extremo, quem non producit in medio, quia poſſet dici, quod medium non eſt diſpoſitum, ſed recipit aliam actionem præuiam, ad quam eſt diſpoſitum. Probatur igitur experientiis aliis; primò, ſi agens corporeum non ageret in diſtans immediatè, non poſſet aſſignari ratio, quare partes agentis, quæ D ſunt remotæ à paſſo concurrerent aliquo modo ad actionem; & tamen experimur illas concurrere, quia effectus velociùs producitur, & intenſiùs. Secundò, quia experientia docet, ignem potiùs immutare paſſum ſibi propinquum è regione, quàm ad latus, quamuis tale paſſum æquè ſit propinquum medio: ſignum eſt igitur tale agens ſua virtute immediatè attingere paſſum poſitum è regione; alioquin ſi attingeret per mediũ, æqualiter ageret in omne, quod eſſet propinquum æquè medio. Tertiò, quia ſi agens corporeum non ageret in diſtans, non poſſet fouè conuenienter, & per ſe aſſignari terminus in ſphæra actiuitatis agentium naturalium. Quartò, ſi inter manum calefactam ab igne, & ipſum ignem interponatur E tabula, non ſentitur ille calor qui priùs ſentiebatur; ergo ſignum eſt, quòd ignis agebat in manum non ſolùm immediatione virtutis receptæ in aëre, ſed etiam immediatione ſuppoſiti, quia alioquin ſentiretur idem calor. nam calor impreſſus in manu, & in aëre non dependet in conſeruari ab igne: ergo per interpoſitionem tabulæ adhuc eſſet idem, & eodem modo calefaceret. Sed hæc experientia poſſet aliquo modo ſolui, ſi dicatur ab igne non immitti calorem realem in manum, ſed ſpecies intentionales per mediũ, quæ dependẽt in conſeruari ab igne, ideo

Cõfirmatur hoc ſecundum ſuppoſitum experientiis agẽtis corporei quod agit in diſtans.
Prima experientia.
Secunda experientia.
Tertia experientia.
Quarta experientia.

Digitized by Google

Ideo per interpoſitionem tabulæ corrumpuntur, & remanent tantùm illæ ſpecies intẽtionales, quæ immittuntur à calore, qui eſt in aëre. Sed fortè non eſt bona ſolutio, quia ſequeretur, quòd ſentiretur calor vt quinque, & tamen in manu non eſſet, niſi vt duo; adde quòd multi tenent non requiri ſpeciem intentionalem, vt ſentiatur calor, quia eſt coniunctus realiter cum potentia.

Alia oppoſitio.

Quòd ſi dicas, ſi agens corporeũ poſſet agere in diſtans, nulla eſſet differentia inter modum agendi Angeli, & agentis corporei, quãuis aſſignari poſſit differẽtia inter ipſas operationes, quia operatio Angeli eſt in magis diſtans: Reſpondetur poſſe etiam non ſolùm quo ad operationem perfectiorem, ſed etiam quo ad modum operandi aſſignari differentiam, quia agens corporeum, ſeu materiale cum imperfectione agit in diſtans immediatione ſuppoſiti, quia nõ poteſt eſſe vbi operatur. nam limitatur ad locum per quantitatem, operatur autem per potentiam, quæ eſt maior. At verò agens ſpirituale quia non limitatur ad locum niſi per potentiam, vt probatum eſt, poteſt eſſe vbi operatur.

Probatur prima concluſio ex his ſuppoſitis.

His ſuppoſitis probatur hæc prima concluſio à priori. Angelus per potentiam operandi, connotando ipſam operationem tranſeuntem, vt effectum ſimultaneum, quem poteſt producere ſuppoſita applicatione voluntatis tamquam conditione ad hoc, vel illud ſpacium, conſtituitur in loco tamquam per rationem formalem integram per primum ſuppoſitum: & per ſecundum ſuppoſitum poteſt operari in vno extremo non operando in medio; ergo poteſt ſe cõſtituere localiter in vno extremo non conſtituendo ſe in medio. Antecedens patet ex ſuppoſitis. Conſequentia probatur, quia vbi eſt ratio formalis integra, ibi eſt effectus formalis; ſed ratio formalis integra, quæ conſtituit Angelum in loco reperitur in vno extremo, & non in medio, ergo, &c. Circa probationem huius conſequentiæ, maior propoſitio eſt manifeſta. Minor probatur; quia ratio formalis integra conſtituens Angelum in loco ex primo ſuppoſito eſt potentia operandi per operationem ſimultaneam ſuppoſita applicatione voluntatis tamquam conditione in hoc loco potiùs quàm in alio: ſed hæc ratio formalis eſt in vno extremo, & non in medio, quia ibi ſupponitur eſſe applicatio voluntatis Angeli: neque hoc repugnat ex ſecundo ſuppoſito, ergo Angelus erit in extremo, & non in medio.

12\. Secũda probatiò. Afferuntur aliqua exẽpla ad probandũ hanc primam cõcluſionem.

Afferam aliqua exempla ab omnibus ferè cõceſſa ad probandum hanc primam concluſionem, ad hoc vt vinci poſſit imaginatio, quia tota difficultas in hac materia præcipuè eſt in vincenda imaginatione quæ non poteſt capere tranſitum ab extremo ad extremum ſine medio: Et quidem ſi hoc intelligi poteſt in aliquo mobili, non eſt cur denegetur Angelo naturaliter ob ſui ſpiritualitatem, & perfectionem ſecundum regulam Scoti traditam in ſuperiori dubitatione:

Primũ exẽplum de corpore Chriſti.

Probatur igitur primò exẽplo corporis Chriſti: certum eſt enim, quòd corpus Chriſti exiſtens in cœlo abſque eo quòd pertranſeat medium, reperitur in hoſtia, & conſequenter vbicatur ipſo vbi hoſtiæ.

Soluuntur inſtãtiæ cõtra hoc primum exẽplum. *CorpusChriſti exiſtens in cœlo reperitur in hoſtia, nec trãſit per medium.*

Aliqui reſpondent ad hoc exemplum primò, quòd corpus Chriſti non relinquit terminum à quo, ſed hoc parùm refert, quod attinet ad vincendam imaginationem. Prætereà dico quòd etiam Angelus exiſtens in vno extremo inadæquatè, abſque eo quòd relinquat illud extremum, poſſet ſe conſtituere in alio extremo ſine medio. Secundò reſpondent alij, quòd corpus Chriſti non eſt in hoſtia tamquam in loco; ſed hoc parum eſt, quòd non ſit in loco propriè, ſufficit enim quòd corpus Chriſti ſecundariò ratione hoſtiæ correſpondeat indiuiſibiliter ſpatio occu-

A pato ab hoſtia. & tamen per hanc correſpondentiam fuerit in medio; & quando D. Thomas 3. p. q. 76. art. 5. dicit corpus Chriſti non eſſe in hoſtia tamquam in loco, intellexit quòd non ſit in loco propriè, nec ſcilicet definitiuè, nec circumſcriptiuè. Non definitiuè, quia quamuis de facto ita aliquando ſit indiuiſibiliter in hoſtia, vt non ſit alibi, tamen ex vi illius inexiſtentiæ, ſiue conſtitutionis poteſt alibi eſſe. Nec circumſcriptiuè, quia non eſt per propriam dimenſionem.

Quomodo corpus Chriſti in Euchariſtia ſit in loco.

Et hoc quidem exemplum non ſolùm habet vim in doctrina Scoti, qui tenet actionem, qua corpus Chriſti ponitur in loco, eſſe adductiuam, & per quam primò corpus Chriſti conſtituitur in loco; ſed in doctrina Thomiſtica, in qua tenetur actionem primò eſſe tranſſubſtantiatiuam, & ſecundariò vbicatiuam;
B nam etiam Angelus in doctrina Thomiſtica eſt ſecũdariò in loco; priùs enim intelligitur dominari loco, ſiue per operationem tranſeuntem, ſiue per poſſe operari ſecundùm operationem ſimultaneã in loco, quam conſtitui in loco; ſicut igitur in corpore Chriſti producitur ſecundariò quidam modus exiſtendi in hoſtia, & non in medio, ita producitur ſecundariò in Angelo ſuppoſita illa ratione formali.

Secundum exemplum de corpore replicato.

Secundò multò magis poteſt probari exẽplo corporis replicati, quòd quidem, cùm non accipiat eſſe per replicationem, vt ſupponitur, recipit primariò vbicationem, & tamen non tranſit per medium, quia recipit modum exiſtendi in extremo loco, & non in medio.

Tertiũ exẽplũ ex Durand. refellitur.

Alij tertiò adducunt exemplum ex Durando in
C 4. diſtinct. 44. quæſt. 6. vbi ait Chriſtum in natiuitate tranſiſſe ab extremo ad extremum ſine medio, & ſimiliter exiſſe de ſepulchro, & intraſſe ad diſcipulos ianuis clauſis. Sed hæc, & alia huiuſmodi exempla nullius ſunt momenti. nam ſaluari poſſunt per penetrationem, quam quia ipſe Durandus negat, ideo recurrit ad hunc tranſitũ.

Quartum exemplũ de anima rationali.

Quartò probatur exemplo animæ rationalis. nam ſi ponamus quòd anima informet A. & ponatur, quòd immediatè ſit B indiſpoſitum, & poſtea C diſpoſitum, informabit C, abſque eo, quòd informet B. & ita reperietur in C, abſque eo, quòd aliquando reperta fuerit in B. Et confirmatur; Suppo..amus quòd ipſa anima priùs informet totum hoc, ſcilicet A. B. C. & pars B. poſtea fiat indiſpoſita ad ipſum informari, tunc tota anima informaret A. & C. & reperiretur in his partibus abſque eo quòd ſit in B.

Anima prius eſt in corpore per informationẽ, quàm per vbicationem.

Quòd ſi dicas anima priùs eſt in corpore per informationem, quàm per vbicatio-
D nem; nam ratione informationis trahitur ſecundariò ad vbi corporis. Reſpondetur primò, tranſeat totum, tamen vincitur imaginatio, ſi apprehendamus animam vbicatam in C. & tamen quòd numquam tranſiuerit per B. neque primariò neque ſecundariò. Secundò reſpondetur, quòd etiam Angelus, vt dictum eſt, vbicatur ſecundariò per operationem. Præterea poſſumus vincere imaginationem, ſi concipiamus, ſicut diximus de anima, Angelum priùs eſſe in A. B. C. totum in toto, & totum in qualibet parte, & deinde concipiamus Angelum ſubtrahere præſentiã ab ipſo B. quia hoc non videtur implicare, & multò faciliùs concedi debet in Angelo, quàm in anima, quia Angelus ad libitum poteſt relinquere ſpatium;
E tunc igitur Angelus reperietur in extremis, abſque eo quòd reperiatur in medio; ergo pari ratione in tranſitu poteſt tranſire ab extremo ad extremum ſine medio.

Hæc exempla allata, etiamſi habeant aliquam diſparitatem, tamen ad vincendam imaginationẽ mihi videntur eſſe ſufficiẽtia, & habere maximã vim præſertim apud ingenioſos, qui vincunt imaginationem

Digitized by Google

ſaltem à poſteriori. Et multi ex Doctoribus allegatis in prima opinione, concedunt poſſe fieri ſupernaturaliter; non enim hoc debemus negare Deo, vbi non apparet aperta implicantia. Quòd ſi vinci poteſt imaginatio in modo ſupernaturali, facilè etiam vincetur in Angelo naturaliter. nam quod competit corpori ſupernaturaliter, poteſt competere Angelo naturaliter, ſicut eſſe totum in toto, & totũ in qualibet parte, cõpetit corpori ſupernaturaliter, ita Angelo idem competit naturaliter propter ſpiritualitatem. Secũdò adduci ſolet aliud exemplum, quod eſt potius ad vincendam imaginationem rudium. Sicut anima (inquiunt) poteſt cogitare de vrbe Neapoli, & immediatè poſt de vrbe Roma, non cogitando de locis intermediis: ſic pari ratione poteſt Angelus pertranſire de vrbe Neapoli ad vrbem Romam abſque eo quòd pertranſeat intermedia. Sed exemplum non valet, & ſoluit D. Thomas hic art. 2. quia cogitatio non mutat locum, ſed dicitur transferri quatenus vtitur ſpecie rei abſentis, ratione cuius fertur in rem abſentem, tamquam cognitam, quæ poteſt diſtare loco à cognoſcente.

Corpori quod competit ſupernaturaliter, poteſt cõpetere Angelo naturaliter.

SECVNDA ASSERTIO.

Secundo dico: Angelus poteſt moueri indiuiſibiliter ab extremo ad extremum ſine medio, dummodo hoc medium ſit participans extrema mutatione non includente realitatem motus, ſed includente realitatem termini motus.

13. Hæc ſecunda aſſertio eſt Scoti loco citato; & probat illam, quia (inquit) omnia illa loca intermedia pertranſit ordine naturæ, ſecus autem eſt, quando medium non eſt participans, vt dicemus in tertia concluſione; Hæc ſecunda aſſertio communiter exploditur tamquam falſa, & intelligibilis, ſed ſi rectè explicetur veriſſimam eſſe exiſtimo.

Secunda aſſertio probatur.

Pro explicatione igitur ſupponantur duo loca adæquata Angeli, quæ ſint duo extrema, & continuentur, vel contingantur, exempli gratia vnus locus adæquatus, & vnum extremum ſit A, & alius B, & fiat linea bipalmaris A, B: detur alius palmus, & ſit C, & ſit linea tripalmaris A, B, C; in priori linea A, B, ſunt media, quorum tamẽ quodlibet eſt extremorum; inter A verò, & C, non datur medium, quod ſit aliquod extremorum, & ſic non datur medium, quod dicatur participans. Explico; linea A, & B, habet medium participans de vtroque extremo: nam quodcumque pũctum ſignetur in A, fiet palmus accipiẽdo aliquod de linea B, & ſic in infinitum; & ita erunt infinita media participantia: ſecus verò in C, quia à quocumque puncto lineæ A, ducatur linea ad C, numquam erit palmaris, ſed excedet: quare dicetur locus diſtans reſpectu Angeli exiſtentis in linea A, qui à quocumque puncto A trahatur linea ad C, nõ erit locus adæquatus Angeli, nec medium intercedens inter A, & C, erit medium participans, quia nõ participat, nec communicat cum extremo C, quia non poteſt dari palmus ab A, ad C, per B. qui quidem palmus ſupponitur eſſe locus adæquatus Angeli. His ſuppoſitis dicit Scotus in hac ſecundá aſſertione duo. Primò, quòd Angelus non poteſt moueri in inſtanti ab extremo ipſius A, quod quidem totum A, ſupponitur eſſe locus adæquatus, ad aliud vltimũ extremum B, (quod quidem totum B, etiam ſupponitur eſſe locus adæquatus) mutatione includente totam realit...em motus, quod ſcilicet ſimul habeat totum A, & totum B, vel partem ipſius.

Explicatur aſſertio.

14. *Primum dictum Scoti in hac ſecũda concluſione.*

15. Secundò dicit quòd poteſt Angelus moueri in inſtanti ab extremo ipſius A, ad extremũ ipſius B, mutatione non includente totam realitatem motus, ſed includente realitatem termini motus, id eſt, poteſt moueri à primo puncto ipſius A, vſque ad vltimum punctum ipſius B, non pertranſeundo ſpatia intermedia inter primum punctum ipſius A, & vltimum punctum ipſius B. ſupponuntur autem, vt explicatum eſt, hæc intermedia eſſe participãtia. Primum dictum facilè probat, quia ſequeretur alioquin abſurdum, quòd Angelus ſcilicet in eodem inſtanti eſſet in loco excedente ſuam ſphæram, quia in eodem inſtanti eſſet in duobus locis adæquatis. nam in eodem inſtanti eſſet in toto A, & in toto B, & ſic in duobus locis adæquatis: vel ſaltem ſi ſe non poneret in toto B, eſſet in loco excedente adæquatum, quia eſſet in toto A, & in parte B. imò ſi A, & B, eſſent contigua, non poſſet Angelus ſe ponere in primo pũcto B, quia excederet locum adæquatum: quare deberet Angelus moueri in hoc caſu ſucceſſiuè. Secundum verò dictum, de quo eſt præſens difficultas, probat Scotus hac ratione fundamentali, quia Angelus omnia illa intermedia pertranſit ordine naturæ, licèt nõ habeat ordine durationis.

Secundũ dictum eiuſdem.

16. Sed contra hoc ſecũdum dictum, & rationem ipſius dupliciter inſtatur. Primò inſtat Vaſquez, quia hoc eſt (inquit) inintelligibile.

Prima inſtãtia ex Vaſq. contra hoc ſecundũ dictum.

Reſpondetur non eſſe inintelligibile; ſic enim explicatur: dicitur Angelus omnia illa intermedia pertranſire ordine naturæ, quia poterat habere illas; ponamus enim quòd Angelus ſe poſuerit diuiſibiliter in toto A, poteſt in inſtanti deſerere totum A, & ponere ſe in toto B, vel in vltimo puncto B. Si igitur eſt in primo puncto A, poteſt ſe ponere in toto B, vel in vltimo puncto B, abſque eo quòd pertranſeat totum diuiſibile ipſius A, & ipſius B, quia eſſet, ac ſi poſuiſſet ſe diuiſibiliter in toto A, & poſtea reliquiſſet illud, quia virtualiter poterat eſſe in toto A: at verò exiſtens in toto A, non poteſt mutatione indiuiſibili ſe ponere in C, quia excedit locum adæquatum. quare nec à primo puncto A, poteſt tranſire ad C, ſine medio.

Solutio.

Explicatur ratio Scoti.

17. Secundò inſtatur, quia ſequeretur quòd Angelus pertranſiret locum maiorem ſua ſphæra. ſit enim in primo puncto lineæ A, poteſt per Scotum tranſire ad vltimum punctum lineæ B: ſed linea A, & B, faciunt lineam bipalmarem, cùm tamen ſphæra Angeli ex ſuppoſitione ſit palmaris. ſi igitur non poteſt ſe locare in bipalmari, nec poteſt tranſire bipalmarem.

Secunda inſtantia.

Reſpondetur propter hoc argumentum probabiliter dici poſſe contra Scotum, quòd Angelus tunc poteſt tranſire ab extremo ad extremum ſine medio, quando medium non excedit ſphæram locationis paſſiuæ Angeli: quare Angelus exiſtens in primo puncto A, poteſt deſerendo primum punctum A, ponere ſe in primo puncto B, ſine pertranſitu medij; non autem, vt vult Scotus ad vltimum punctum B: ſi verò eſt in toto A, poteſt deſerere totum A, & ponere ſe in vltimo puncto B. & ratio contra Scotum eſt, quia ſi poſſet Angelus excedere ſphæram in palmo, poſſet excedere in diſtantiori, & diſtantiori, quia non eſt maior ratio.

Poteſt teneri probabiliter contra Scotum.

Probabiliorem tamen exiſtimo opinionem Scoti, propter rationem aſſignatam, quia ſi Angelus exiſtens diuiſibiliter in toto A, poſſet primò moueri ad vltimum punctum B ſine medio; ergo etiam ſi ſe collocauit in primo puncto A, quia non eſt maior virtus in Angelo in vno, quàm in alio caſu; omnia enim illa loca lineæ A, habet virtualiter, vt explicatum eſt, quamuis non habeat actualiter: quare cùm tranſit ad vltimum punctum B, dicitur pertranſire ordine

Probabilior eſt opinio Scoti.

Digitized by Google

ordine naturæ omnia intermedia, quamuis illa non habuerit priùs actualiter ordine durationis.

TERTIA ASSERTIO.

Tertia aſſertio.

Tertiò dico: Angelus non poteſt moueri ab extremo ad extremum ſine medio non participante extrema mutatione includente realitatem termini motus.

18. Explicatur.

Pro explicatione, recolendum eſt, quódnam ſit medium participans, & non participans, & quænam ſit mutatio includens realitatem termini motus, & includens realitatem motus, quæ iam ſunt explicata in ſuperiori concluſione, quibus ſuppoſitis, quod aſſeritur in hac concluſione eſt, quòd fieri non poteſt, vt Angelus in toto tempore ſit in vbi A, & in inſtanti illius temporis præcisè ſit in vbi C; & tamen in B, quod eſt medium inter A, & C, numquam fuerit, nec in tempore, nec in inſtanti, ſupponitur autem inter A, & C; non eſſe medium participans, quia à quocumque puncto A, trahatur linea ad C, excedit palmarem, quæ linea palmaris ſupponitur locus adæquatus. Ratio aſſignatur à Scoto, quia ordo præfixus à ſuperiori agente, Deo ſcilicet inſtituente naturam, eſt neceſſarius agenti inferiori, & creato: ſed hic eſt vnus ordo datus à Deo rebus creatis mobilibus de loco ad locum, nequando ſua virtute transferant ſe de vno loco ad alium diſtantem, niſi priùs etiam tranſeant per medium, ſicut ordo formarum naturalium ſuccedentium ſibi in generatione, eſt naturaliter determinatus ab inſtituente naturam, ita vt priùs ſit forma embryonis, & poſtea ſit forma rationalis: quare videtur, quòd hic ordo reſpectu cuiuſcumque agentis naturalis ſit neceſſarius.

Probatur tertia cõcluſio à Scoto. Ordo præfixus à ſuperiori agẽte ſeruãdus eſt ab inferiori.

Prima obiectio.

Obiicit ſibi Scotus, quia hæc ratio concludit etiam in eo caſu, cùm Angelus mouet ſe ab A, ad B, ſine medio participante.

Solutio.

Reſpondet, quod mobile in illo caſu, vt dictũ eſt in 2. aſſertione habet illa intermedia participantia ordine naturæ, quamuis non habuerit ordine durationis; at verò media non participantia nec habet ordine naturæ, nec durationis. Quòd ſi obiicias ſecundò, corpus Chriſti in tranſubſtantiatione, mouetur in locum diſtantem ſine medio quantùm eſt ex ſe in infinitum; ergo & Angelus, qui eſt ſpiritualis.

Secũda obiectio.

Solutio. *Deus qui præfigit ordinẽ, nõ habet ordinem præfixum.*

Reſpondeo, quòd illud eſt miraculoſum: Deus autem, qui præfigit ordinem, nõ habet ordinem præfixum. Quòd ſi quæras, quare corpori non conceditur naturaliter motus ab extremo in extremum ſine medio intra ſphæram: Reſpondetur ex dictis, quia cùm ſit quantum habet commenſurationem cum loco, & ſic pertranſit priorem partem: Sic igitur explicata hæc tertia concluſio Scoti, quamuis ſit contra aliquos Thomiſtas relatos in ſecunda aſſertione, qui exiſtimant Angelum poſſe moueri ad quẽcumque locum diſtãtem ex illo principio, quia nullibi eſt, non tamen eſt contra S. Thomam, quem diximus non tenere illud principium. Et hæc quidem ratio Scoti, quamuis ab aliquibus impugnetur, fundatur tamen in alia ratione Scoti, quam retulimus in ſecunda aſſertione; & hæc eſt: ſi Angelus pertranſit ab vno extremo loco ſibi adæquato, & ſit A, ad aliud extremum, & ſit C, per medium non participans; (quomodo autem ſit B, medium non participans, ſuprà in ſecunda aſſertione explicatum eſt) tunc pertranſiret ad extremum, ſcilicet C, per medium, quod non habuit, nec ordine durationis, vt ſupponitur, nec ordine naturæ; quia nec habuit virtualiter. Nam ſi Angelus poſuiſſet ſe diuiſibiliter in toto A, poſſet quidem relinquere totum A, & acquirere totum B, non autem ipſum C, quia eſſet extra ſphærã; ergo B habet virtualiter, non autem C, & huc tendit illa ratio Scoti allata, quòd eſt ordo præfixus ab Auctore naturæ, quòd mobile non tranſeat ad locũ diſtantiorem, niſi pertranſeundo media ſaltem in priori naturæ. Quod ſi quæras, potéſtne Angelus tranſire ab A, ad C, per medium in inſtanti. Reſpondetur, patere ex dictis quòd non; quia alioquin in inſtanti haberet locum maiorem ſua ſphæra, ſi ſe poneret diuiſibiliter. nam indiuiſibiliter eſt etiam impoſſibile ex alio capite, quia numeraret omnia puncta, vt dictum eſt in ſuperiori dubio.

Quæſitum.

Cõcluſio nõ eſt cõtra S. Thomam.

Cõfirmatur ratio Scoti adducta pro tertia concluſione.

QVARTA ASSERTIO.

19. Quarta aſſertio.

Qvartò dico, quòd motus ab extremo ad extremum fit ab Angelo in inſtanti, etiam ſi relinquatur locus prior.

Probatur prima pars aſſertionis.

Hæc concluſio eſt Scoti, & habet duas partes. Sed contra primam partem, quòd ſcilicèt, hic motus fiat in inſtanti, tenent aliqui recentiores, quia poteſt, inquiunt, Angelus exiſtens in puncto lineæ A, acquirere locum B, non totum ſimul, ſed continuè ſucceſſiuè per partem poſt partem.

Mihi videtur diſtinguendum pro Scoto, aut enim continuitas motus ſumitur ex continuo tranſitu per ſpatium, quòd verè & realiter pertranſit; vel ex ſpacio, quod relinquit intactum. Si ſecundo modo, dico primò, certum eſſe non poſſe eſſe continuum; ſed neceſſariò eſſe in inſtanti, vt patet, quia nullum datur ſpacium, quòd pertranſeatur; & in hoc bene dicit Scotus. Si primo modo, dico ſecundò, nulla eſt repugnantia, quare non poſſit eſſe motus continuus, niſi Angelus quieſcat per totam horam vſque ad vltimum terminatiuum horæ extrinſecè, & excluſiuè, quia tunc mutatio eſt indiuiſibilis, & inſtantanea, & repugnat eſſe continuam per ſpacium, quod acquirit. At verò ſi Angelus quieſcat vſque ad vltimum terminatiuum intrinſecè, & incluſiuè; tunc nulla eſt repugnantia, quòd non poſſit moueri motu continuo ſucceſſiuè.

Probatur ſecũda pars cõcluſionis cõtra Gabr.

Circa verò ſecundam partem dico, contra Gabrielem relatum in tertia opinione, poſſe Angelum deſerere in inſtanti totum priorem locum adæquatum, & acquirere alium. Et ratio eſt, quia in eodem inſtanti relinqueret priorem locum, & eſſet in poſteriori; & ſic ceſſat argumentum Gabrielis: nõ enim ſequeretur ex hoc dari duo inſtantia immediata, vt putabat Gabriel, ſed vnum, ita vt primum non eſſe deſertionis prioris loci, ſit primum eſſe acquiſitionis alterius, ſicut eſt in generatione ſubſtantiali. in eodem enim inſtanti eſt primum eſſe ignis, & primum non eſſe aquæ. Sed notandum eſt pro maiori explicatione, quòd poteſt motus Angeli ab extremo ad extremum ſine medio dupliciter contingere: Primò, ſi Angelus ſit in primo puncto lineæ A, palmaris, vel in digitali eiuſdem lineæ, & velit moueri per A, cõtinuè non tranſeundo primam partem A ſemipalmarem, ſed immediatè poſt ſecundam ſemipalmarem; & tunc dico, quod poteſt pertranſire ſi relinquat terminum à quo per partem digitalem, quia ſemper eſt in loco adæquato, vel minori. Secundo modo poteſt contingere quòd Angelus ſit in puncto lineæ A palmaris, & pertranſeat ad aliam lineam B, tunc opus eſt quòd ſi velit moueri per B, qui motus eſt per vltimum non eſſe, debeat deſerere per primum ſui non eſſe totum terminum à quo. Ratio eſt clara, quia eſſet in A, & B, inter autem A, & B, eſt

Soluitur argumentum Gabrielis de duobus inſtãtibus immediatis.

Motus Angeli ab extremo ad extremum poteſt dupliciter cõtingere.

diſtantia palmaris; quæ eſt locus adæquatus Angeli, A & ſic eſſet diſtantia maior, quam palmaris. nam licet Angelus non ſit in tota diſtantia; tamen ex dictis non poteſt eſſe in duobus locis diſtantibus, ita vt inter vnum, & alterum ſit maior diſtantia quàm ſit ſphæra Angeli.

Reſponſio ad argumenta initio dubitationis propoſita.

16. *Reſpõſio ad primũ cõtra primã aſſertionem.* Ad argumenta in oppoſitum primæ opinionis, quæ ſunt contra primam aſſertionem noſtram reſpõdetur, & ad primum negatur ſententiam noſtram eſſe incredibilem, & inintelligibilem: eſto enim imaginatio non poſſit capere, quia cùm ſit quanta concipit mobile ad modum quanti tranſeuntis medium: B tamen intellectus non videt repugnantiam, & manuducitur ab exemplis allatis in prima concluſione, præſertim cùm multi ex illis auctoribus teneant fieri poſſe ſupernaturaliter.

Reſpõſio ad ſecundum. Ad ſecundum de corpore eſt diuerſa ratio, quam aſſignat D. Thomas. nam corpus ſecundum ſuas partes pertranſit locum motu continuo acquirendo poſteriores partes ſpacij; & deſerendo priores: quare autem mobile ſpirituale poſſit moueri ab extremo ad extremum ſine medio non eſt illa, quæ affertur in argumento, quòd ſcilicet nullibi eſt, ſed quam attulimus in prima concluſione.

Reſpõſio ad tertium. Ad tertium de tempore reſpondetur, quòd eſt ordo eſſentialis inter partes temporis, quòd eſſentialiter eſt continuum, & conſequenter etiam illa, C quæ durant per tempus, ſiue intrinſecè, ſiue extrinſecè, vt æuiterna per coexiſtentiam extrinſecam ad tempus noſtrum neceſſariò etiam tranſeunt à futuro ad præteritum per præſens: at verò non eſt iſte ordo eſſentialis mobilis ad ſpacium niſi quando mouetur motu continuo. Quod quidem ex eo confirmari poteſt, quia, vt ſuprà dictũ eſt, Angelus exiſtens in A, B, C, poteſt relinquere B, & eſſe in A, & C, quia in hoc exemplo non videtur ille tranſitus ab extremo ad extremum ſine medio, quod refugit imaginatio, ex quo exemplo manu ducimur ad intelligendum, quòd etiam in tranſitu non habeat illam dependentiam à medio.

Reſpõſio ad quartum. Ad quartum de actione reſpondetur contra Molinam, Angelum poſſe agere ab extremo ad extremũ ſine medio, vt ſupra probatum eſt: & quidem ſi Angelus non poſſet ſic agere, ſequeretur, quòd non ſolùm in doctrina noſtra non poſſet Angelus tranſire D ab extremo ad extremũ ſine medio, quia poſſe operari ſecundum operationem ſimultaneã in loco, eſſe rationalẽ formalẽ conſtituendi Angelum in loco, iã probauimus ſuprà in prima concluſione; ſed etiam hoc idem ſequeretur in aliorum opinione. ſi enim nõ poſſet agere in extremũ diſtãs, quod eſt faciliùs, multò magis non poſſet ſe conſtituere ſecundum ſubſtãtiam in vno extremo, non conſtituendo ſe in medio.

Reſpõſio ad quintum. Ad quintũ de ordine præfixo, reſpondetur, quòd eſt ordo inter formas ſaltem naturales, non tamen ſemper tamen ex aqua fit immediatè ignis abſque eo quòd materia tranſeat per formam aëris, & ideo non omnis forma intermedia eſt neceſſaria; aliquando autem eſt neceſſaria, vt patet cum generatur animal. primò enim fit forma embryonis, &c. non tamẽ E iſte ordo eſt neceſſarius in loco reſpectu mobilis: nam licet partes vniuerſi habeant neceſſarium ordinem inter ſe, vt aër ſub igne, aqua ſub aëre, &c. & in continuo vna pars ſequatur aliã, tamen ratione mobilis, non habent iſtum ordinem neceſſarium, niſi quando eſt motus continuus. Ratio eſt aſſignata ſuprà; ſaltem nulla videtur contradictio in oppoſitum per exempla allata.

21. *Reſpõſio ad argumẽtum ſecundæ opinionis, quod eſt cõtra tertiã aſſertionem.* Ad argumentum verò ſecundæ opinionis, quod eſt contra tertiam aſſertionem, reſpondetur negando fundamentum, quod ibi aſſumitur, Angelum ſcilicet nullibi eſſe, vt probauimus in prima concluſione. ſi enim hoc admitteretur, benè inferretur Angelum poſſe agere in quamcumque diſtantiam, contra noſtram aſſertionem tertiam, in qua diximus cum Scoto Angelum non poſſe agere in extremum ſine medio non participante.

Reſpõſio ad argumẽtum tertiæ opinionis cõtra quartã concluſionem. Ad argumentum verò tertiæ opinionis, quod eſt contra quartam concluſionem, patet ex his, quæ ibi dicta ſunt contra Gabrielem.

DVBITATIO TERTIA.

An Angelus quieſcens intrinſecè vſque ad vltimum terminatiuum horæ, poſſit immediatè poſt moueri motu inſtantaneo.

In hac dubitatione ſunt duæ difficultates examinandæ; prima, an quieſcens in toto tempore poſſit in inſtanti illius temporis aliter ſe habere. 1.

Secunda, an Angelus quieſcens vſque ad vltimũ terminatiuum horæ poſſit immediatè pòſt moueri mutatione indiuiſibili, quæ ſcilicet fiat tota ſimul.

Prima difficultas.

Hæc prima difficultas mouetur propter S. Thomam qui 1. p. quæſt. 55. art. 3. & quodlib. 9. ar. 9. tenet Angelum non poſſe moueri in inſtanti, ſi quieuerit per horam; quia neceſſariò deberet quieſcere vſque ad vltimum terminatiuum horæ; poſt autem inſtans, non ſequitur inſtans.

Prima igitur opinio in hac difficultate eſt S. Thomæ 1. p. loco cit. & Caietani ibidem, & eiuſdem S. Thom. quodlib. 9. ar. 9. aſſerentiũ impoſſibile eſſe aliquod mobile, ſiue corporeum, ſiue incorporeum in toto tempore quieſcere, & in inſtanti illius temporis aliter ſe habere, ſeu mutari, quãdo ea mutatio nõ eſt terminus alicuius motus præcedentis. Ratio autẽ S. Thomæ, quicquid dicat Scotus, hæc eſt: De ratione quietis eſt, vt mobile nõ aliter ſe habeat nunc, quàm priùs, & idcirco in quolibet inſtanti temporis, ſiue in vltimo terminatiuo, ſiue in intermediis mobile, quod quieſcit, debet ſe habere eodẽ modo; ſecus autẽ eſt in motu, quia de ratione motus eſt, vt mobile in toto tẽpore ſe habeat aliter, & aliter: in vltimo autẽ inſtãti terminatiuo deſinit extrinſecè; & idcirco mutatio, quæ eſt terminus motus præcedẽtis poteſt eſt inſtãtanea. 2. *Probatur hæc prima opinio S. Thomæ.* *Mobile in tẽpore motus aliter ſe habet, & aliter.*

3. *Primum argumentum Scoti. Propoſitio S. Thomæ.* Secunda opinio in oppoſitum eſt Scoti in 2. diſtinct. 2. quæſt. 11. & arguit contra primam opinionem S. Thomæ. nam vel propoſitio S. Thomæ habet locum ex parte formæ, vel ex parte materiæ, & ex parte quidem formæ haberet locum, ſi in omni materia verificaretur, ita vt ſit vera in terminis vniuerſaliſſimis; ſcilicet eodem modo, quo res ſe habet in aliquo tempore, eodẽ modo ſe habet in inſtanti terminatiuo illius temporis, ita vt ex eſſe tali in aliquo toto tempore, inferatur eſſe tale formaliter in vltimo inſtanti illius temporis, & ſi hoc modo intelligatur, habet inſtantiam manifeſtam, quoniam iſta non eſt vera, omne quod mouetur in aliquo toto tẽpore, in quolibet inſtãti illius mouetur; tum quia in nullo inſtanti mouetur, ſed mutatũ eſt, tũ quia in primo inſtãti nõ aliter ſe habet, quia alioquin daretur primũ mutatum eſſe in motu: licet dici poſſit, quòd S. Thomas non

Digitized by Google

non loquatur de primo inſtanti, quia eſt extrinſecum motui. Rurſus non valet iſta: Petrus in toto tempore eſt homo; ergo in vltimo inſtanti eſt homo, quia in vltimo inſtanti poteſt corrumpi.

4\. **Secundũ argumentum.** Si verò propoſitio D. Thomæ intelligatur ratione materiæ, id eſt, quòd in iſtis terminis (in quiete, & eodem modo ſe habere) verificetur tantùm talis propoſitio: tunc arguitur ſecundò: non eſt ratio, quòd valeat in his terminis tantùm, & non in aliis. Secundò, neque valet in his terminis. quod probatur duobus exemplis. Primum eſt in tranſſubſtantiatione panis in corpus Chriſti, in quo exemplo panis in toto tempore præcedenti quieuit, & tamen in vltimo inſtanti illius temporis aliter ſe habuit per tranſſubſtantiationem ipſius in corpus Chriſti. Secundum exemplum eſt, cùm aër illuminatur, in quo exemplo aër tenebroſus toto tempore præcedenti poteſt quieſcere ſub tenebris, & tamen in inſtanti illius temporis poteſt illuminari, & ſic aliter ſe habere. Quòd ſi dicatur, quod illuminatio eſt terminus motus localis: contrà hoc arguit Scotus, quia nihil facit ad rem. quod probatur dupliciter, tum quia ex hoc non euaditur, quòd aër ex parte ſubiecti non quieuerit toto tempore, & in vltimo inſtanti aliter ſe habeat: tum quia hoc eſt per accidens, quia Deus poteſt in inſtanti producere corpus luminoſum præſens aëri quieſcenti in tenebris; qui in inſtanti illuminetur (& in generatione ignis hoc eſt manifeſtum) nam aër, qui toto tempore præcedenti quieuit ſub tenebris, in vltimo inſtanti illius temporis illuminatur.

In trãſſubſtãtiatione toto tempore præcedenti panis quieuit, & in inſtãti illius temporis mutatur in corpus Chriſti.

Tertiò arguitur principaliter, quia ratio allata à S.Thoma, non probat intentum: quia inſtans terminatiuum non eſt pars temporis; non ergo eſt neceſſe, quòd quieſcens in toto tempore, quieſcat etiam in inſtanti terminatiuo intrinſecè; & confirmatur hoc tertium argumentum exemplo motus. nam mobile, quod mouetur in toto tempore, non mouetur in inſtantibus intermediis.

5\. Circa hanc difficultatem ad defendendum S.Thomam pono tres aſſertiones.

Prima aſſertio. Dico primò, mobile quieſcens toto tempore vnius horæ, non oportet, quòd quieſcat vſque ad vltimum terminatiuum horæ intrinſecè, ſed poteſt in illo vltimo terminatiuo aliter ſe habere, ſeu mutari, quando mutatio eſt terminus alicuius motus.

Hæc prima concluſio eſt S. Thomæ loco citato: debet autem intelligi ſiue in eo caſu, in quo motus tendit per ſe primò ad illam mutationem, ſiue in eo, in quo tendit per accidens, ſiue tertiò in eo caſu, in quo tendit ſecundariò, ſeu concomitanter.

Probatur primò hæc prima concluſio. Probatur primò hæc concluſio ſigillatim, in ſingulis tribus caſibus poſitis. In primo quidem exemplum eſt in materia aquæ, quæ quieſcit ſub forma aquæ, vſque ad vltimum inſtans terminatiuum extrinſecè; quia generatio ignis fit in inſtanti: eſt enim terminus extrinſecus motus alterationis, qui ſimul eſt cum termino intrinſeco, ſcilicet mutato eſſe ipſius motus alterationis tamquam cum complemento debito diſpoſitionis: in ſecundo verò caſu exemplum eſt in aëre, qui quieſcit ſub tenebris vſque ad vltimum inſtans terminatiuum extrinſecè, quando illuminatio eſt terminus motus localis, quia in toto tempore fit debita approximatio luminoſi ad illuminabile; in tertio verò caſu exemplum eſt, cùm generatur ignis in inſtanti; tunc enim fit etiam illuminatio in inſtãti; quia nõ eſt, vnde impediatur ignis ab illuminatione in eo inſtanti, in quo generatur, cùm nulla ſit reſiſtentia ex parte ſubiecti, & ſupponatur debita approximatio ex parte agentis.

Probatur ſecundò. Secundò principaliter probatur à priori in omnibus caſibus allatis, quia motus ſiue tendat per ſe primò ad illam mutationem, ſiue ſecundariò, ſiue per accidens, deſinit per primum ſui non eſſe: ergo neceſſariò terminus motus, ſiue intrinſecus, ſiue extrinſecus, incipit in inſtanti.

Secunda aſſertio. Dico ſecundò, mobile corporeum quieſcens toto tempore vnius horæ, non poteſt in vltimo inſtanti terminatiuo illius aliter ſe habere, ſeu mutari, quando mutatio non eſt terminus alicuius motus præcedentis, ſed oportet quieſcere vſque ad vltimum terminatiuum horæ intrinſecè.

Probat S.Thomas loco citato, quia ſi quieſcit in toto tempore, ergo quieſcit in inſtantibus illius. Sed contra hanc rationem inſtant aliqui recẽtiores, quia inſtans (inquiunt) non eſt pars temporis: ergo non ſequitur, quòd quieſcens in toto tempore, debeat quieſcere in inſtanti terminatiuo; ſicut neque valet, mobile mouetur in toto tempore; ergo mouetur in inſtantibus intermediis, vel terminatiuo.

Inſtans non eſt pars temporis.

Sed exiſtimo hanc rationem S. Thomæ eſſe bonam ſaltem in mobili corporeo; nam de incorporeo in ſequenti concluſione videbimus. & fundatur ratio in hoc; quia ſi mutatio mobilis, quod priùs quieuit, non eſt terminus alicuius motus præcedentis, neceſſariò debet eſſe ſucceſſiua; ergo mobile quieſcens toto tempore non poteſt aliter ſe habere in vltimo inſtanti.

Oppoſitio Molinæ. Contra hanc conſequentiam arguit Molina ſic: Vltimum non eſſe illius mutationis ſucceſſiuæ, quæ incipit poſt quietem, eſt primum non eſſe quietis: ergo in illo inſtanti terminatiuo extrinſeco ipſius quietis mobile poteſt aliter ſe habere. Sed fallitur; quia vltimum non eſſe motus, neceſſariò eſt vltimum eſſe quietis: nam motus incipit in inſtanti extrinſecè; ergo illud inſtans eſt neceſſariò intrinſecum quieti. Sequela verò illius antecedentis, quòd ſcilicet, ſi mutatio non eſt terminus motus præcedentis, neceſſariò eſt ſucceſſiua, probatur dupliciter. Primò in eo caſu, quando mutatio eſt motus localis; nam mobile corporeum quieſcens toto tempore, neceſſariò quieſcit in vltimo inſtanti terminatiuo illius: immediatè enim pòſt incipit motus, cùm enim mobile ſit extenſum, non poteſt moueri in inſtãti; quia vbi eſt vna pars mobilis, non poteſt in eadem duratione eſſe alia pars præcedens. Probatur ſecundò in omni mutatione, quia omnia agentia naturalia habent impedimentum, vt non poſſint inſtantaneè operari, vel ex defectu applicationis, vt eſt in corpore luminoſo, quod aliquando applicatur per motum localem, aliquando per alterationem, quæ præcedit generationem luminoſi, puta ignis: vel impedimentum prouenit ex indiſpoſitione paſſi, vt cum ex aqua generatur ignis, quare ſemper ante operationem inſtantaneam agẽtis naturalis debet præcedere aliquis motus ſiue per ſe, ſiue per accidens, ſiue concomitans, per quem vel agẽs applicetur ad paſſum, vel diſponatur. Si igitur mobile quieſcat in toto tempore, ſi mutatio huius mobilis non eſt terminus præcedẽtis motus, cùm non poſſit eſſe inſtantanea, vt probatum eſt, neceſſariò debet eſſe continua, & ſucceſſiua; ac proinde nõ poteſt intrinſecè incipere in inſtanti terminatiuo quietis ipſius mobilis.

Omnia agẽtia naturalia nõ poſſunt in inſtanti operari.

Tertia aſſertio. Dico tertiò. Angelus quieſcens toto tempore non neceſſitatur ad quieſcendum vſque ad vltimum terminatiuum intrinſecum illius temporis, ſed in inſtanti intrinſeco poteſt moueri localiter, ita vt illud inſtans ſit intrinſecum motui, & extrinſecum quieti, vt fusè probatum eſt in primo dubio, quia ceſſat ratio;

quam in ſuperiori concluſione attulimus de mobili A corporeo, an verò immediatè poſt inſtás quietis poſſit moueri dicemus in ſecunda difficultate: ſi verò Angelus quieſcat à motu alicuius corporis non poteſt in inſtanti terminatiuo illius quietis, mouere illud, vel aliud corpus, quia motus in mobili corporeo non poteſt incipere in inſtanti.

Explicatur locus S. Th. 1. par. q. 55. art. 4. Sed difficultas in hac tertia concluſione eſt circa mentem S. Thom. nam loco citato videtur dicere expreſsè, quòd Angelus quieſcens toto tempore neceſſariò quieſcere debeat vſque ad vltimum inſtans terminatiuum intrinſecè, & loquitur de motu locali recepto in ipſo Angelo, propter hoc aliqui Thomiſtæ dixerunt Angelum in hoc caſu non poſſe moueri in illo inſtanti intrinſecè, ita vt ſit primum eſſe ſui motus, & primum non eſſe quietis. Sed B contrà, quia non eſt vnde Angelus neceſſitetur vt dictum eſt ſuprà, & fusè in primo, & ſecundo dubio. Aliter igitur mihi videtur reſpondendum: & colligitur reſpõſio ex Caietano. Angelum ſemper quieſcere intrinſecè reſpectu ſuæ menſuræ, nam menſura quietis Angelicæ eſt inſtans formaliter indiuiſibile, virtualiter diuiſibile: hæc autem menſura ſemper definit per vltimum ſui eſſe; nam cùm Angelus mouetur, mouetur in alio inſtanti: hoc autem vltimum eſſe aliquando correſpondet inſtanti temporis noſtri intrinſecè, aliquando verò extrinſecè.

Menſura quietis Angelicæ quæ ſit.

8\. **Reſpõſio ad primum.** Ad argumenta verò Scoti, quæ quidem ſunt contra ſecundam concluſionem noſtram: Reſpondetur ad primum; veram eſſe propoſitionem D. Thomæ in iſtis terminis, quòd ſcilicet agens corporeum C quieſcens in toto tempore non poteſt aliter ſe habere, ſeu mutari in inſtanti terminatiuo illius temporis, ſi mutationem non præceſſerit motus; & ad primam inſtantiam Scoti de tranſſubſtãtiatione panis in corpus Chriſti, dicitur eſſe miraculoſa.

Tranſſubſtãtiatio eſt miraculoſa.

9\. **Reſpõſio ad ſecundum.** Ad ſecundum argumentum reſpondetur, & primò ad illam primam inſtantiam quæ eſt difficilis, quòd ſcilicet aër ex parte ſubiecti quieſcat toto tẽpore, etiam ſi corpus illuminans moueatur, & tamen in inſtanti eſt mutatio ex parte ſubiecti: Reſpondet ſubtiliter Caietanus, quòd licèt aër non mutetur ex parte ſubiecti ſecundum eſſe abſolutum, mutatur tamen ſecũdum eſſe relatiuum, quatenus fit propinquior, & propinquior corpori illuminanti continuè, & ſic continuè aliter, & aliter ſe habet ſecundum eſſe relatiuum, non per motum, qui eſt in ſe, ſed per D motum, qui eſt in corpore illuminante: nam ad relationem non eſt motus, & ſic non dicitur aër propriè moueri, nec propriè quieſcere, ſed dicitur aliter, & aliter ſe habere ſecundum eſſe relatiuũ, quod facit ad excluſionem tenebrarum, & ſic non in toto tempore quieſcebat aër; id eſt, non eodem modo ſe habebat, vt eſt ſub tenebris, & ideo in inſtanti terminatiuo horæ poterat aër illuminari, quia in priore tempore aliter, & aliter ſe habebat ad excluſionem tenebrarum.

Ad relationẽ nõ eſt motus.

Reſpõſio ad ſecundã inſtantiam. Ad ſecundam inſtantiam de aëre tenebroſo in inſtanti illuminato reſpondetur; quòd illuminatio eſt terminus motus localis. Quòd ſi inſtes contra Caietan. ſi creetur luminoſum, tunc in inſtanti ſine motu locali præcedenti illuminabit: reſpondetur, præcedere creationem, quæ eſt ratio ſupernaturalis. Ad replicam, dum dicitur hoc eſſe per accidens, reſpondetur eſſe per ſe, ſecundùm naturæ curſum. Quòd ſi inſtes: propinquæ partes ſolis non indigent motu locali ſolis, vt illuminentur? Reſpondetur S. Thomam loqui de illuminatione noua.

Ad tertium argumentum patet ex dictis in ſecunda concluſione.

Examinatur ſecunda difficultas.

An Angelus quieſcens vſque ad vltimum terminatiuum intrinſecum horæ poſſit immediatè poſt moueri, mutatione indiuiſibili inſtantanea.

In hac difficultate ſunt duo modi dicendi; primus eſt Caietani aſſerentis in tali caſu poſſe Angelum moueri in inſtanti: ſed dicit illud inſtans correſpondere adæquatè inſtãti tẽporis noſtri. Et cùm obiicitur Caietano, quòd poſt inſtans, non ſequitur inſtans; reſpondet hoc eſſe verũ in tempore noſtro, nõ autem in tempore angelico, quod abſtrahit à noſtro tempore. Sed hoc mihi videtur durum, quia eadem argumenta fieri poſſunt in vtroque tempore. 10.

Secundus modus dicendi eſt aliorum aſſerentium Angelum non poſſe moueri niſi motu continuo, propter argumentum factum contra Caietanũ: & exiſtimant hanc opinionem eſſe S. Thomæ loco citato. Sed hoc non videtur verum, quia non eſt vnde Angelus intrinſecè impediatur, quin acquirat ſpacium totum ſimul mutatione indiuiſibili.

Dico primò, Angelum in caſu difficultatis poſſe acquirere locum totum ſimul mutatione indiuiſibili, quia, vt dicebamus contra ſecundum modum, non eſt cur impediatur intrinſecè, quia, vt probatum eſt ſuprà, habet virtutem intrinſecam ad hunc motum. Quòd verò nec impediatur extrinſecè, ex eo, ſcilicet, quia ex vi inceptionis talis motus repugnat fieri in inſtanti, quia inſtans ſequeretur ad inſtans, probatur ex ſequenti dicto. 11. **Primum dictum.** **Vide dubiũ primum.**

Dico ſecundò, quòd in tali caſu Angelus poteſt acquirere totum ſpacium mutatione indiuiſibili in inſtanti temporis diſcreti: quod quidem non correſpondet adæquatè inſtanti temporis noſtri, ſed minori, & minori in infinitum, ſicut in illo inſtanti, quo Angelus durat ſecũdum eſſe, poteſt aſſignari per intellectum primum eſſe creationis, quod reſpondet adæquatè inſtanti temporis noſtri: ſed quod ſequitur immediatè poſt, ad illud inſtans correſpondet inadæquatè tempori noſtro minori, & minori, quia poſt inſtans non ſequitur inſtans: ita in caſu noſtro, quia ex vi inceptionis hoc inſtans ſequitur ad aliud inſtans Angelicum præcedens in quo Angelus quieuit vſque ad vltimum terminatiuum horæ; ideo hoc ſecundum inſtans ſuccedens tempori noſtro minori, & minori correſpondet illi adæquatè: ſic intelligendus eſt Sanctus Thomas citatus, cùm dixit Angelum non poſſe moueri in inſtanti, ſi quieuit vſque ad vltimum terminatiuum horæ, id eſt, non poſſe moueri in inſtanti temporis diſcreti, quod adæquatè correſpondeat inſtanti temporis noſtri. **Secundum dictum.**

Sed ad hoc probandum non ampliùs immoror, nam infrà clariùs oſtendetur, vbi agemus de inſtanti temporis diſcreti. **Vide dub. 6.**

DVBITATIO QVARTA.

E *Vtrùm Angelus moueri poſſit motu continuo, & ſucceſſiuo, id eſt, partim relinquendo locum, & partim acquirendo.*

Notandum primò hoc dubium ideò moueri, quia ratio Philoſophica ſumpta ex ſpiritualitate Angeli, quam in primo dubio attulimus ad probandum motum continuũ Angeli, ſcilicet, per mediũ eſſe in inſtanti, videtur nõ ſolùm probare poſſe fieri in 1. **Primum not.**

Digitized by Google

in inſtanti, ſed neceſſariò fieri debere in inſtanti, quod tenet Hibertinus apud Greg. in 2.d.6. q.3.art. 2. & de puncto ſeparato tenet Ariſtot.6. phyſ. illud non poſſe moueri motu continuo.

Secundum not.

Secundò notandum, hoc dubium, in duplici ſenſu poſſe agitari, vt bene notat Scot. in 2.diſt. 2.q.5. ad tertium argumentum principale. Primò, quòd Angelus, qui eſt indiuiſibilis formaliter, & diuiſibilis virtualiter moueatur motu continuo, & ſucceſſiuo occupando locum diuiſibilem, atque adeo reſpectu loci ſe habeat ac ſi eſſet diuiſibilis. Secundò, quod Angelus occupet locum punctualem, ita vt punctualiter exiſtens continuè moueatur, retinens tamen ſemper eſſe punctuale etiam ſupra ſpacium non punctuale.

His notatis pono pro reſolutione dubij tres aſſertiones.

Prima aſſertio.

Dico primò: Angelus, ſi ſe ponat diuiſibiliter in ſpacio, poteſt moueri motu continuo, & ſucceſſiuo.

2. **S.Th. Caiet. Ferrar. Maior. Marſil. Ægid. Heruæus.**

Hæc aſſertio eſt S.Tho. 1.par.q.53.ar.4. Caietani hic, & Ferrar. 3.con.gen.cap.102. Maioris in 2.d. 2.quæſt.12. Marſilij in 2.quæſt.7. Ægidij in 1.diſt. 37. Heruei ibidem, & ita dicendum eſt, & probatur primò ex parte termini ad quem: quacumque parte aſſignata poteſt priùs Angelus acquirere minorem, quàm maiorem ſine quiete media, quia ad hoc ſufficit extenſio in ſpacio, quod acquiritur, & in mobili ſufficit extenſio virtualis, quatenus ſcilicet poteſt occupare priùs locum diuiſibilem minorem, quàm maiorem, collocando ſe totum in qualibet parte minori, & ſucceſſiuè. Probatur ſecundò ex parte termini à quo, quem relinquit, quia cùm ſit totus in toto, & totus in qualibet parte, poteſt priùs quacumque parte aſſignata relinquere minorem, quàm maiorem; & ſic poſſunt in Angelo eſſe plures præſentiæ partiales ſibi continuæ ſuccedentes: quod autem dicimus in opinione noſtra, idem dicendum eſt in opinione aliorum Thomiſtarum, aſſerentium Angelum eſſe in loco per operationem, quia operatio hæc poteſt etiam eſſe ſucceſſiua.

Angelus eſt totus in toto, & totus in qualibet parte loci ſibi aſſignati.

Explicatur locus S.Th. in 1.diſt.37. qui videtur eſſe in oppoſitum.

Sed ſoluenda eſt auctoritas D. Thomæ in 1.diſtinct. 37. quæſt. 4.artic. 1. vbi videtur hoc negare, aſſerit enim in operationibus Angeli non eſſe continuitatem, ſed diſcretam ſucceſſionem, quæ auctoritas torquet Thomiſtas, poſſumus tamen dicere, quòd mutauerit ſententiam in prima parte loco citato. Sed aliqui conantur conciliare S.Thomam, quòd S. Thomas in primo loquatur de actibus voluntatis; nam cùm Angelus (inquiunt) mouet corpus, eſt duplex operatio in Angelo; vna eſt immanens voluntatis, qua vult mouere corpus, vel migrare ſucceſſiuè ex vno loco ad alium: alia eſt tranſiens, & eſt motus continuus localis. Circa autem operationem immanentem notandum eſt, quòd aliquando eſt vna immanens, & plures tranſeuntes, exempli gratia, cùm Angelus vult ſe mouere à cœlo ad terram per quietem in aëre, hic eſt vna volitio, & duo motus: aliquando verò ſunt duæ volitiones, & vnus motus continuus, verbi gratia, ſi Angelus exiſtens in cœlo habet tantùm voluntatem continuè migrandi ad aërem, & in eo inſtanti, in quo eſt in aëre, nulla intercedente quiete habet voluntatem migrandi ad terram continuè; in hoc caſu eſt duplex volitio, & vnus motus continuus à cœlo ad terram, & in his operationibus immanentibus non eſt continuitas, ſed diſcreta ſucceſſio; & de his loquitur S.Thomas in 1.ſent. In operatione verò tranſeunti eſt continua ſucceſſio. Præterea vult dicere S. Thomas ibi, quòd non poſſunt eſſe tot volitiones, quot ſunt partes ſpacij, quæ pertranſeun-

Duplex operatio Angeli immanens, & tranſiens.

A tur motu continuo, quia eſſent infinitæ: ſed eſt vna volitio, & infinitæ præſentiæ per partes proportionales, quæ integrant vnum motum continuum: aliquando verò eſt duplex volitio diſcreta, & vnus motus continuus, vt in caſu aſſignato.

3. **Secunda aſſertio. Ægid. Greg. Bonauent. Heru.**

Dico ſecundo: Angelus ſi ſe ponat punctualiter, & indiuiſibiliter in ſpacio extenſo, poteſt adhuc moueri motu continuo, & ſucceſſiuo.

Supponitur in hac concluſione contra Ægid. Gregor. Bonauent. & Heruæum ſuprà citatos, Angelum poſſe ſe collocare in puncto, quod etiã oſtendimus in dubio ſuperiori in prima concluſione. Hæc concluſio maiorem habet difficultatem quam prior, tum in Ariſtotele, tum ſecundum veritatem; argumenta autem in oppoſitum infrà ponemus. B Eſt hæc concluſio præcipuè Scoti loco citato, nec S.Thomas expreſsè alicubi dicit oppoſitum. Probatur autem hæc concluſio primò, quia Angelus exiſtens in loco extenſo, ſimul eſt totus in omnibus partibus, & in omnibus punctis, & tamen continuè mouetur etiam vt eſt in puncto, quaſi deſcribendo lineam: ergo etiam ſi non eſſet in aliis partibus, poſſet eodem modo moueri. nam exiſtentia in aliis partibus videtur quantum ad hoc omnino impertinens; nec videtur poſſe aſſignari maior repugnantia in vno modo, quàm in alio.

Scotus. S.Thom. Prima probatio huius ſecundæ cõcluſionis.

4. **Secũda probatio.**

Secundò probatur, quia non videtur, vndénam cogatur Angelus exiſtens in puncto, non poſſe immediatè moueri punctualiter. Sed ad hanc rationem reſpondent aduerſarij: Angelum cogi ex eo, C quia poſt punctum non ſequitur punctum immediatè: quare, inquiunt, quòd ſi Angelus exiſtens in puncto moueretur punctualiter, moueretur ad aliud punctum immediatum, quia hoc eſt ſpacium æquale Angelo exiſtenti punctualiter: at verò cum mouetur diuiſibiliter occupando lineam, tunc collocat ſe diuiſibiliter in parte diuiſibili, & indiuiſibiliter in indiuiſibili, & ſic ſpacium adæquatur mobili. 5. Quòd ſi contra hanc reſponſionem replices primò, quòd Angelus exiſtens punctualiter moueri poteſt ab extremo puncto ad extremum indiuiſibile ſine medio, in quo caſu occuparet immediatè pòſt, ſpacium punctuale: Reſpondent aduerſarij, quamuis non repugnet Angelum exiſtentem punctualiter, poſſe immediatè occupare ſpacium punctuale, D repugnare tamen, vt continuè occupando minorem, & minorem partem ſecundum eſſe punctuale poſſit pertranſire lineam; quia tunc in tranſitu non haberet ſpacium æquale, ſed maius, & improportionatum. 6. Secundò contra eandem reſponſionem aduerſariorum replicat Scotus, quòd in motu pertranſiri poteſt maius: ſed quia quod dicit Scotus ego exiſtimo falſum, quia mobile corporeum, quamuis, vt eſt in motu, vt ſic, ſemper ſit in maiori, & maiori ſpacio, tamen quantùm ſucceſſiuè acquiritur, tantundem ſucceſſiuè deperditur de termino à quo, ideo alio modo mihi videtur replicandum contra reſponſionem aduerſariorum, quòd nihil obſtat, Angelum ſecundum eſſe punctuale eſſe in loco maiori inadæquatè improportionabiliter & inaſſignabiliter, ſicut E primum eſſe inſtantis Angeli correſpondet inadæquatè, tempori noſtro inaſſignabiliter, quod aliis exemplis mox infrà oſtendetur.

7. **Tertiò probatur cõcluſio exemplo pũcti, quod mouetur in continuo.**

Tertiò probatur, ſeu confirmatur noſtra concluſio exemplo puncti, quod dum eſt coniunctum corpori, poteſt ſaltem per accidens moueri per ſpacium diuiſibile: ergo non repugnat, quòd Angelus punctualiter exiſtens moueatur. Antecedens probatur primò ex Ariſtot. 6. phyſ. cap. 10. Secundò patet experientia. nam corpus neceſſariò ſecum de-

Corpus neceſſariò ſecũ defert ſua indiuiſibilia.

fert ſua indiuiſibilia, niſi fortè mobile moueatur mo tu circulari; nam in tali caſu punctum continuatiuum partium vnius, & alterius dimidiametri non mouetur; eſt enim centrum corporis ſi ſphærici.

8. Circa conſequentiam verò maior eſt difficultas. nam negari illa poteſt ex duplici capite. Aliqui negant primò ex eo capite, quia punctum (inquiunt) non mouetur, ſicut Angelus, ſed mouetur per motum ſubiecti, & non per motum in ipſo realiter receptum. Sed hoc nihil obſtat, quia etiam ſi concedatur moueri per modum ſubiecti, adhuc argumentum noſtrum militat; ſufficit enim, vt punctualiter moueri poſſit. Quòd autem non moueatur per motum in ſe receptum, hoc non oritur ex eo, quia non poteſt recipere motum in ſe, qui quidem eſſet proportionatus ſibi: eſſet enim diuiſibilis obiectiuè, ſeu terminatiuè, & indiuiſibilis formaliter; ſed quia mouetur, per accidens ad motum partium; tum quia negatur tale punctum non moueri per motum in ipſo realiter receptum. Et patet primò ex Ariſtot. 6. phyſ. cap. 10. Secundò ratione, quia alioquin ſequeretur punctum moueri pluribus motibus diſtinctis. quod quidem eſt abſurdum, quia haberet plura vbi. Sequela probatur; quia partes ſubiecti, quarum punctum eſt continuatiuum, cùm ſint diſtinctæ, mouentur etiam diſtinctis motibus. Tertiò patet exemplo centri, quod eſt punctum continuatiuum partium corporis circularis: quod quidem punctum non mouetur motu partium, quia ipſum non mouetur, dum mouentur partes; ergo quando in motu recto mouetur punctum, ſignum eſt, quòd non mouetur motu partium.

Punctũ moueri per motũ in ſe realiter receptũ probatur ex Ariſtotele, & ratione.

9. Alij verò ſecundò negant illam conſequentiam ex alio capite, quia punctum (inquiunt) coniunctum corpori, mouetur per accidens, ad motum, ſcilicet, partium; at verò, ſi Angelus punctualiter exiſtens moueretur, non moueretur per accidens, ſed per ſe: ſed neque hoc obſtat; quia verè punctum tranſit ſpatium indiuiſibiliter, & in hoc ſita eſt difficultas motus Angeli indiuiſibiliter exiſtentis; ſed ad hoc tollendum.

Punctũ mouetur per accidens, quãuis moueatur per motum in ſe receptum.

10. Adhuc probat quartò, ſeu confirmat eamdem concluſionem Scotus, quia ſphæra ſuper planũ mota, quæ quidem mouetur per ſe, punctualiter deſcribit in plano lineam, & tamen illa linea, quæ ſic pertranſitur à puncto, non propter hoc componitur ex punctis: ergo à ſimili Angelus poteſt punctualiter ſeu indiuiſibiliter poſitus moueri per lineam. Non deſunt tamen, qui conantur ſoluere hoc quartum argumentum Scoti: & primò negant ſphæricum illud tangere planum in puncto, ſed dicunt tangere in linea. Contrà (inquit Scotus) quod applicatur lineæ circulari, ita vt eam totam tangat, neceſſariò eſt circulare; quia quælibet pars lineæ circularis eſt circularis, ſicut linea recta in qualibet parte eſt recta.

Quartò probatur exemplo motus ſphæræ ſuper planum.

Alij verò recentiores conantur ſoluere, dicentes punctum ſphærici tangere infinita puncta plani. Sed contrà: nam quæro ab iſtis, quid tangat punctum immediatè poſt illud inſtans, in quo punctum globi tangit planum, & vt fiat argumentum clarius, ſumo globum ex parte inferiori, qua tangit planum ſolùm ſecundum punctum, non autem ſumo ex parte ſuperiori, ſecundum quam globus tangit aërem ambientem, & quidem ſecundum illam partem inferiorem, globus continuò mouetur nulla intercedente quiete. quæro igitur poſt illud inſtans in quo pars globi tangit planum immediatè in motu, quid tangat punctum. & quidem non tangit punctum;

A quia poſt punctũ non ſequitur immediatè punctum; ergo lineam, & continuè mouetur; ergo continuè mouetur ſuper lineam. Quod ſi reſpondeant, quòd punctum, quod eſt in parte inferiori ſuo contactu diſcretò tangat puncta diſcretè; dicitur autẽ numquam ceſſare à motu; quia nullum præterit temporis momentum, cui ſuus contactus diſcretus non reſpondeat. Contrà adhuc, non ſoluunt argumentum; quia ſicut in linea poſt punctum immediatè, non eſt punctum, ſed diuiſibile, diſcretè autem ſunt infinita puncta: ita in motu, quando globus ex parte ſuperiori mouetur tangendo continuè aërem, etiam mouetur idem ſphæricum ex parte inferiori, ſecundum quam tangit planum in puncto. Et tunc quæro in illa eademmet morula temporis ſphæricum ex parte

B inferiori tangit punctum, vel lineam. Non punctum, quia partes temporis, & ſpacij ſibi correſpondent; ſi ergo illa morula eſt tempus, illi etiam correſpondebit diuiſibile ſpacij; quare ſphæricum ſecundũ partem inferiorem in illamet morula, tanget planum in linea. Quòd ſi dicant victi argumento, moueri quidem, ſed per accidens ad motum ſphærici, quod mouetur ſupra aërem ſubiectum. Contrà primò, quia ſumamus ſphæricum moueri ſuper lineam per tractionem, & non per rotationem, tunc potiùs pũctum mouetur per ſe, & globus per accidens, quàm è contra. Quòd ſi velimus ſphæricum non trahi, ſed rotari: eſto punctum moueatur per accidens, tamen tactus illi ſucceſſiui ſunt ſolius puncti; quia per ſolum punctum tangit planum ex parte inferiori; &

C ſic eodem modo adæquaret lineam, ſicut ſi eſſent per ſe. vnde rectè Scotus loco citato, inquit parum referre in hoc caſu, quòd motus ſit per ſe, vel ſit per accidens: quia pars in toto dicitur moueri per accidens; & tamen pars ſemper in ſpacio ſibi æquali, & pertranſeundo deſcribit totum ſpacium. Immò (inquit Scotus) ſi albedo, quæ magis mouetur per accidens motu quanto, quàm aliquid quod eſt pars, vel terminus quanti, vt eſt punctum, adhuc ſecundum quantitatem ſuam accidentalem, quam habet, commenſuratur ſpacio; ergo etiam punctum, ſi in motu per ſe non poſſet tangere punctum, tamquam ſibi commenſuratum, nec etiam motu per accidens poteſt tangere, niſi punctum. vnde concludit, quòd moueri per accidens, nihil aufert à commenſuratio-

Pars in toto dicitur moueri per accidens.

D ne, quàm ſi moueatur per ſe. Arguit præterea Scotus, quòd ſi ponatur ſphæra eſſe in vacuo, & ſola linea eſſet plena, & per impoſſibile ſphæra poſſit moueri in vacuo, tunc illa linea plena non deſcriberetur, niſi præciſè ex puncto illo.

Sed contra hanc ſecundam aſſertionem inſtatur primò auctoritate Ariſtot. in 5. phyſ. c. 10. vbi docet omne mobile eſſe diuiſibile; quem ſequuntur communiter Peripatetici Græci, & Auerroes 6. phyſ. cõment. 86. & 4. comment. 32. Reſpondetur; fateor Ariſtotelem potiùs inclinare ad oppoſitam partem, ſubtiliter tamen poteſt exponi ſecundum Scotum, quòd punctum ſeparatum, quantùm eſt ex ſe non poteſt moueri motu continuo: ſed hoc prouenit ex ſpacio, à quo accipit continuitatem: nam in motu lo-

11. Prima inſtantia contra ſecundã aſſertionẽ. Ariſt. 6. phy. Auerroes. Soluitur. Exponitur Ariſtoteles 6. phyſ. cap. 10. Scotus. *Vnde oritur continuus in motu locali.*

E cali (inquit Scotus) eſt ſucceſſio ex duplici cauſa, ex diuiſibilitate mobilis, & ex diuiſibilitate ſpacij, & in mobili quidem corporeo eſt vtraque cauſa ſucceſſionis; nam quodlibet mobile corporeum, priùs pertranſit vnam partem ſpacij, quàm aliam, & ita eſt ſucceſſio ex parte ſpacij comparando idem mobile ad diuerſas partes eius, & idem ſpacium priùs pertranſitur à mobili ſecundum priorem partem ſui, quàm ſecundum poſteriorẽ, & ita eſt etiam ſucceſſio ex parte mobilis. Negat igitur Philoſophus, indiuiſibile,

bile, quantùm eſt ex ſe poſſe moueri, ita vt ex parte ipſius poſſit accipi continuitas motus: non tamen ſequi ex hoc, quòd illi repugnet continuè moueri, ſi ſpacium, ſuper quod mouetur, eſt continuum, quia accipere poteſt continuitatem à ſpacio.

12. Secundò in oppoſitum ſunt rationes ibidem allatæ ab Ariſtotele, & ab aliis, quas oportet ſingulas examinare: videntur enim militare non ſolùm contra motum puncti ſeparati, ſed etiam contra motum Angeli punctualiter in loco.

Secunda inſtantia. Eſt igitur prima ratio Ariſtotelis, & eſt ſecunda inſtantia in ordine contra hanc ſecundam aſſertionem. Omne, quod mouetur à termino ad terminum ſibi proximum neceſſariò, partim eſt in termino ad quem, & partim in termino à quo: ſi enim totum eſt in termino à quo, non mouetur, vt patet; ſi verò eſt in termino ad quem, iam motum eſt: ſed indiuiſibile non poteſt eſſe partim in vno termino, & partim in alio; quia non habet partes; ergo indiuiſibile non poteſt moueri.

Solutio. Reſpondetur, illa maior non poteſt intelligi de loco, ſeu vbi intrinſeco, quod eſt indiuiſibile in Angelo; quia etiam ſi admittatur tale vbi, quod aliqui negant, tamen ſucceſſiuè corrumpitur, non poteſt igitur mobile partim eſſe in termino, ſeu vbi à quo, & partim in alio vbi ad quem. Intelligitur ergo illa maior de loco, ſeu ſpacio extrinſeco, quod eſt diuiſibile: & quidem ad hoc, vt illa maior ſit vera, debet intelligi, vel de partibilitate mobilis, vel de partibilitate ſpacij, & hoc modo ad minorem dico, indiuiſibile partim eſſe in termino à quo, & partim in termino ad quem non poſitiuè propter partes mobilis, ſed negatiuè ratione ſpacij, quia nec eſt in termino à quo, nec in termino ad quem, ſed inter vtrumque, & continuè magis accedit ad vnum, & recedit ab alio, ſic etiam & aliæ ſimiles rationes ſoluuntur.

Quòd ſi adhuc replicetur; Saltem cùm Angelus eſt punctualiter in ſpacio indiuiſibili, tunc non poteſt verificari, quòd ſit partim in termino à quo, cùm nec mobile, nec ſpacium habeat partes.

Soluitur. Reſpondetur, quòd in tali caſu poteſt dici mobile eſſe partim in termino à quo, quatenus non eſt totaliter in termino ad quem determinato, quia tale mobile eſt medium inter terminum à quo, & terminum ad quem, quia in tempore indeterminato diſtat à termino à quo, & minus diſtat à termino ad quem, quàm antea diſtabat.

13. Tertia inſtantia. Tertiò inſtatur, & eſt fundamentum recentiorum tenentium oppoſitum: Mobile, inquiunt, moueri ſupra aliquam magnitudinem ratione ſui; nihil aliud eſſe, quàm per ſe, & ratione ſui ſingulis eius partibus ſucceſſiuè adæquari, & commenſurari, quia ſemper debet eſſe in ſpacio ſibi æquali; ergo ſi punctus pertranſiret continuè totam lineam commenſuraret totam lineam, & ita linea eſſet compoſita ex punctis.

Solutio. Hoc argumentum deſumunt ex Ariſt. 6. Phyſ. tex. 88. Reſpondetur, negando maiorem; ſufficit enim, vt indiuiſibile motum ſupra diuiſibile ſemper, id eſt, in quolibet indiuiſibili ſit in ſpacio ſibi æquali; non autem ſemper, id eſt, in quacumque parte temporis; quia in tempore tangit lineam inadæquatè, vt probatum eſt, & inadæquatè improportionabiliter, non ſicut digitus, qui pertranſit manum, & in motu ſemper inadæquatè tangit totam manum, ſemper autem tangit locum ſibi adæquatum. non ſic autem dicendum eſt de puncto; quia & inadæquatè in motu tangit manum, & ſemper eſt in loco ſibi inadæquato. Quod autem hoc non repugnet, probatur

Explicatur aliquibus exēplis, quod punctus per motū inadæquatè tangit lineam in motu.

A primò aliquibus exemplis. Primum exemplum eſt, ſicut inſtans Angelicum, quoad primum eſſe, inadæquatè correſpondet tempori noſtro minori in infinitum, ita etiam punctum motum ſupra lineam inadæquatè reſpondet ſemper in motu minori; & minori parti lineæ in infinitum.

Secundum eſt, ſi daretur punctus correſpondens lineæ; tunc hic punctus reſponderet inadæquatè prædictæ lineæ minori, & minori in infinitum. Tertium eſt de termino lineæ, qui tangit lineam inadæquatè. Sed fortè in hoc tertio exemplo eſt diuerſa ratio. nam vbi eſt terminus lineæ, non eſt linea, ſed in caſu noſtro punctus ſeparatus eſſet, vbi eſſet linea: nam licèt punctus ſeparatus habeat vbi intrinſecum indiuiſibile ſubiectiuè, ſecundùm opinionem B illorum, qui admittunt iſta vbi; tamen terminatiuè haberet vbi diuiſibile, quia diceret ordinem ad minorem, & minorem partem ſpatij: vnde fit, vt variatio diſtantiæ puncti in motu per correſpondentiam ad lineam, ſit diuiſibilis, & tanta diſtantia à punctis fixis, quanta eſſet, ſi moueretur extenſum. 14.

Quartum exemplum eſt, ſupponatur linea, & ſignetur punctus in linea ſuppoſita, & ſuperapponatur alia linea, tunc punctum ſignatum ſuppoſitæ, tangit punctum ſignatum ſuperpoſitæ. quòd ſi ſuperpoſita moueatur immediatè tranſiret per punctum ſignatum ſuppoſitæ; & ſic decurrendo per totam lineam ſuperpoſitam: in quo caſu punctum lineæ ſuppoſitæ inadæquatè correſpondet parti minori, & minori lineæ ſuperpoſitæ.

C Quartò inſtatur ex Ariſtot. 6. phyſic. text. 86. qui partes mobilis dicit correſpondere partibus ſpacij, & partibus temporis, ita vt omni tempore dato, contingat accipere minus tempus; ergo & minus mobile. Quarta inſtantia contra concluſionem.

Reſpondetur, ſecundum Sotum, non ſequi in minori tempore accipi poſſe minùs mobile, niſi loquendo de mobili continuo, quod erat ex parte ſui cauſa continuitatis, & hoc etiam modo, vt patet ex dictis, omne mobile, quod mouetur continuè, ſi ex parte ſui eſt cauſa continuitatis, habet partes diuiſibiles, & adæquatas ſpacio diuiſibili.

Dico tertiò. Velocitas motus Angelici continui, & ſucceſſiui non eſt determinata ad determinatum tempus; ſed poteſt quilibet Angelus moueri ad li- D bitum, ad quodcumque ſpacium in minori, & minori tempore. Tertia aſſertio.

Hæc aſſertio eſt Alexandri 2. par. qu. 55. memb. 1. & Capreoli in 2. diſtinct. 6. quæſt. 1. art. 3. ad tertium contra ſecundam concluſionem. Probatur primò ex Patribus, qui dicunt Angelum ſubitò adeſſe, vbi voluerit ob naturæ velocitatem, ita Nazianzen. orat. 34. quæſt. 2. de Theol. & Dionyſius cap. vlt. de cæleſti hierarchia. Damaſcenus lib. 1. de fide, cap. 27. Hieronymus epiſt. 53. contra Vigilantium in illud Apocalypſ. 14. *ſequuntur agnum quocumque ierit.* Probatur ſecundò ratione, quia nulla poteſt aſſignari reſiſtentia, quæ impediat Angelum ab hoc motu: & quidem nō poteſt eſſe reſiſtentia ex parte corpulentiæ ſpacij, quia hæc non reſiſtit mobili ſpirituali, vt E dictum eſt ſuprà, nec ex parte extenſionis mobilis; quia nulla eſt extenſio in mobili ſpirituali, nec ex parte terminorum à quo, & ad quem, quia Angelus, vt fusè probatum eſt, poteſt vincere hanc reſiſtentiam ob ſuam ſpiritualitatē, & moueri in inſtanti: nec quartò ex parte maioris ſphæræ ſpacij, quàm ſit ſua, ad quam Angelus in eo tempore moueretur. nam hæc reſiſtentia habet locum in motu inſtantaneo Angeli; quo enim Angelus eſt perfectior, eò poteſt moueri ad minus ſpatium in inſtanti; at verò in tem

15. Tertia concluſio. Alex. Capreol. Primò probatur ex Patribus. Nazianz. Dionyſ. Damaſc. Hieron. Secūdò probatur, quia nulla datur reſiſtentia. Ex quadruplici capite mobile corporeum habet determinatā velocitatem in motu.

Digitized by Google

in tempore nulla eſt hæc reſiſtentia, quia non poteſt aſſignari tempus, in quo Angelus ſit in maiori ſphæra, quia ſemper in minori, & minori parte illius temporis, iam Angelus mouetur ad ſphæram ſibi adæquatam.

16. *Inſtatur cōtra hāc concluſionem. Vaſq.* Contra hanc concluſinem tenent aliqui doctores, quos ſequitur Vaſquez 1. par. diſp. 197. argumentum ipſorum eſt, quia ex noſtra aſſertione ſequeretur (inquiunt) Angelum habere virtutem infinitam, vt patet calculando.

Sed ad hoc argumentum reſpondetur negando ſequelam, & ad calculationem patet reſpōſio ex his, quæ diximus in prima quæſtione philoſophica dub. 4. quòd ceſſat calculatio, cùm peruenitur ad ordinem ſuperiorem. Quare in mobili corporeo valet, & calculatio aducnit ad virtutem infinitam naturalem: at verò cùm peruenitur ad ordinem ſuperiorem, qualis eſt Angelicus; ceſſat calculatio. Quòd ſi adhuc inſtetur, calculationem fieri in eodem ordine, quia, quò Angelus eſt perfectior, eò maiorem habet virtutem, vt velociùs moueatur motu ſucceſſiuo; ergo perueniretur ad virtutem infinitam angelicam: reſpondetur, iam patere ex dictis, virtutem hanc non oriri ex perfectione maiori Angeli, ſed ex ſpiritualitate præciſè, quia hæc eſt ſufficiens, vt probatum eſt, ad vincendam omnem reſiſtentiam, ex qua poſſit oriri impedimentum in Angelo, ne poſſit eſſe tranſitus ſucceſſiuus ad quamcumque diſtantiam in minori, & minori tempore ad libitum Angeli.

17. *Dubium de corpore glorioſo.* Circa autem corpus glorioſum eſt difficultas, an moueatur per virtutem ſupernaturalem ad quamcumque diſtantiam in minori, & minori tempore ad libitum Beati: & quidem iidem Doctores, qui negant in Angelo, negant etiam in corpore glorioſo, quos ſequitur idem Vaſquez loco citato. *Vaſquez.* Sed non video repugnantiam, quare corpus glorioſum non poſſit illo modo moueri; & hoc tenet Auguſt. apud Ariminum, qui dicit corpus glorioſum pertranſire vtraque interualla, eo modo, quo radius Solis. *Sententia auctoris. Auguſt. Corpus glorioſum moueri poteſt in inſtanti.* & probatur, quia poteſt corpus glorioſum moueri in inſtanti, vt patet ex Auguſtino, loco citato, nec obſtat impenetrabilitas, quia per potentiam Dei, vbi eſt vna pars corporis, poteſt eſſe alia, vt ſupponitur: ergo poteſt etiam moueri in minori, & minori tempore ad libitum ad quamcumque diſtantiam: Nam, vt bene notat Vaſquez ex eo quòd mobile poteſt moueri in inſtanti, bene infertur poſſe moueri in minori, & minori tempore ad quamcumque diſtantiam, vt probauimus ſuprà. Præterea etiam ſi corpus glorioſum non poſſit moueri in inſtanti, adhuc poſſet moueri in minori, & minori tempore ad quamcumque diſtantiam, quia per diuiſibilitatem temporis vinceretur reſiſtentia, quæ oritur ex impenetrabilitate, quia non ſequeretur, quòd vbi eſſet vna pars, eſſet alia.

Eſſet hic agendum, an tempus, quo menſuratur motus continuus, & ſucceſſiuus Angeli, ſit eiuſdem rationis cum tempore noſtro: ſed hoc dubium commodiùs differtur vſque ad dubium ſeptimum, poſt tractationem de tempore diſcreto.

DVBITATIO QVINTA.

An inſtans Angelicum, quo menſuratur motus, qui fit ab Angelo totus ſimul, diſtinguatur à tempore noſtro, & inſtanti ipſius.

DVBIVM hoc mouetur, quia in primo dubio ſuppoſuimus ex principio philoſophico, motum Angeli totum ſimul, & inſtantaneum menſurari inſtanti temporis diſcreti, diuerſæ rationis ab inſtanti, & tempore noſtro, ideo hîc examinandum hoc reſtat.

Materiam huius dubij tractant cōmuniter Scholaſtici in 2. diſt. 2. Henricus quodlib. 12. quæſt. 8. S. Tho. 1. par. quæſt. 11. art. 5. & hic Thomiſtæ. Breuiter eam tangit Suarius tom. 2. Metaph. diſp. 50. ſect. 8. & 12. Vaſquez 1. par. diſp. 36.

Pro explicatione huius dubij ſuppono primò tamquam certum, omnes res permanentes, ſiue corruptibiles, ſiue incorruptibiles non poſſe menſurari quantùm durauerint, niſi extrinſecè in ordine ad tempus noſtrum, quia non poſſunt cognoſci nec etiam ab intellectu diuino quantùm durauerint, niſi per comparationem ad ſucceſſionem temporis noſtri ſaltem imaginarij; quia denominatio tanti, & quanti eſt à ſucceſſione tamquam à forma, & multò magis hoc ſuppoſitum verificatur de rebus corruptibilibus, quia cùm ſubiaceant motui menſurantur tempore noſtro ſaltem per accidens, ex Ariſt. 4. Phyſ. cap. 12. & 14. Non tamen ex hoc ſuppoſito licet inferri, vt falsò inferunt Nominales Ocham in 2. quæſt. 10. & Gabriel ibid. diſtinct. 2. quæſt. 1. durationem permanentem connotare ſucceſſionem noſtri tēporis: aliud enim eſt non poſſe illam concipi, quantánam fuerit, niſi per modum ſucceſſionis, aliud connotare ſucceſſionem; ſicut relatio rationis non poteſt concipi, niſi per modum relationis realis, & attributa diuina non concipiuntur ab intellectu noſtro ob ſui imperfectionem, niſi ad modum rerum creatarum, non tamen huiuſmodi res creatæ connotantur ab attributis diuinis. 1. *Ocham. Gabr.* *Attributa diuina quomodo ab intellectu noſtro concipiantur.*

An autem hæc menſura extrinſeca ſit homogenea, vel heterogenea parum refert ad punctum difficultatis; exiſtimo tamen contra Durandum in 2. diſt. 2. quæſt. 6. quem ſequitur quidam recentior, non eſſe heterogeneam, ſed homogeneam; nam quamuis menſuratum ſit à parte rei permanens; & menſura ſit ſucceſſiua, tamen menſuratum concipitur ad modum fluentis, & hoc modo eſt formaliter menſuratum, quia alioquin non poſſet menſurari. Nec obſtat quòd hoc ſit per intellectum, quia ratio menſuræ formaliter non eſt extra intellectum. Et hoc videtur eſſe conformius Ariſtoteli 12. Metaphy. cap. 2. & 3.

His poſitis punctus difficultatis inter Scotum, & S. Thom. non eſt de duratione ſub ratione menſuræ, ſed de duratione intrinſeca ſub ratione permanentiæ; An ſcilicet motus angelicus, qui eſt totus ſimul, habeat durationem intrinſecam diſtinctam ſpecie à duratione noſtri temporis, vel inſtantis ipſius.

2. Circa hoc eſt prima opinio Scoti, in 2. diſt. 2. qu. 4. & 11. aſſerentis inſtans Angelicum non eſſe diſtinctum à noſtro tempore, vel ab inſtāti ipſius. Probat primò in 2. diſt. 2. quæſt. 11. *Primum argumentum.* Non ſunt (inquit) multiplicanda entia ſine neceſſitate: ſed motus Angelicus commodè ſaluatur, vel per inſtans noſtri temporis, ſi eſt vna acquiſitio tota ſimul; vel ſi ſunt duæ acquiſitiones, vna poſt aliam ſucceſſiuè, tunc ſaluatur per tempus noſtrum, quia altera illarum eſt neceſſariò in tempore; poſt enim inſtans non ſequitur inſtans. Nec eſt inconueniens (inquit) motum Angeli menſurari tempore noſtro, vel inſtanti ipſius, quia ſicut corpus, & Angelus participant in aliquo communi corporali; ſcilicet eſſe in loco, ita participare poſſunt in ratione eiuſdem durationis. Quòd ſi quæras à Scoto, qua menſura menſuretur operatio immanēs, exemp. gr. intellectio Angeli quæ fit tota ſimul, & non dependet ab aliquo corporali: reſpondet menſurari æuo, ſicut menſuratur ſubſtantia, non

Digitized by Google

tia,non ſolùm incorruptibilis, ſed corruptibilis.

Secundum argum. Secundò probat in 2.diſt. 2. quæſt. 1. §. ad argumentum contra illam deſtruendo fundamentum oppoſitæ ſententiæ (quòd ſcilicet res permanens debet habere durationem permanentem:) ex quo fundamento benè infertetur, inquit Scotus, quòd motus Angelicus, ſi ſupponatur fieri totus ſimul, debeat habere durationem permanentem. Sed contra hoc fundamentum inſtatur dupliciter: ſupponitur autem priùs durationem diſtingui à parte rei ab ipſa exiſtentia. Quo ſuppoſito, inſtat primò Scotus loco citato exemplo carnis, quæ quamuis ponatur ſub quantitate habente partes, tamen ipſa non habet partes. Et confirmatur hæc prima inſtantia; nam ſunt quædam formæ, quæ communicant ſe ipſas, & non modum ſuum: ſicut anima rationalis communicat ſe ipſam corpori, non tamen ſuam indiuiſibilitatem; & motus ſucceſſiuus communicat ſe ipſum mobili, non tamen facit mobile ſucceſſiuum. *Scotus.* B

Bonau. Tertiò inſtatur argumento Bonauenturæ in 2.d. 2.1.p.d.ar.2.q.3. vbi quamuis loquatur de æuo, tamen probatio multò magis militat in inſtanti angelico; argumentum autem hoc eſt: Hæ res, quæ dicuntur menſurari inſtanti temporis diſcreti, vel cõſeruantur ab ipſo Angelo,vt eſt motus, ſeu operatio immanens; vel conſeruantur à ſolo Deo,vt eſt ſubſtantia incorruptibilis. At conſeruatio habet partes ſucceſſiuas priores deſinentes, & poſteriores incipientes, quamuis res ipſa ſit permanens: Ergò duratio, quæ conſequitur ipſam conſeruationem, eſt etiam ſucceſſiua ſecundum partes priores, & poſteriores. Probatur minor primò; nam conſeruatio concipitur per modum continuatæ ſucceſſionis. Secundò ſi res per ſubtractionem concurſus deſineret,tunc ſubtractio in hoc caſu eſſet negatio conſeruationis, quæ futurà eſſet in re: ergo conſeruatio habet partes præteritas,& futuras.

3\. Quartò inſtatur contra idem fundamentum ex abſurdis, quæ ſequerentur,ſi duratio rei permanentis eſſet permanens, & non ſucceſſiua. Primum abſurdum eſt, quia hoc inſtans angelicũ,quod eſt permanens, poſſet coëxiſtere ad libitum Angeli tempori noſtro in infinitum; ergo antequam actu coëxiſteret,deberet eſſe infinitum, quia nihil accreſcit illi ex coëxiſtentia extrinſeca ad tempus noſtrum. Secundum abſurdum eſt,quia intelligi non poſſet quomodo hoc inſtans angelicum eſſet ſimul actu,& potentia,ſi eſt totum ſimul, & tamen neceſſariò deberet eſſe actu,& potentia; actu quidem reſpectu durationis hodiernæ, potentia verò reſpectu durationis craſtinæ.

VNICA ASSERTIO.

4\. INſtans angelicum eſt diſtinctum, & ab ipſo tempore noſtro, quod eſt continuum, & ab inſtanti ipſius. Eſt S.Thom. 1.p.q.10.artic.5. & communis Thomiſtarum. Sed in probatione huius concluſionis diſſentiunt Thomiſtæ. *S.Thom.*

Affertur prima probatio pro hac concluſione, & impugnatur. Vaſq. Primò igitur hanc aſſertionem noſtram probant breuiter aliqui Thomiſtæ, quos ſequitur Vaſquez diſp. 33. & alij communiter recentiores, & primò ſupponunt vnum, quod eſt directè contra ſuppoſitum Scoti in 2.d.2. loco citato,durationem, ſcilicet non diſtingui à parte rei contra Scotum ab ipſa re exiſtente. Quo ſuppoſito probant facilè intentum. Res,inquiunt,eſt permanens, & ſit tota ſimul: ergo non poteſt habere durationem ſucceſſiuam. Conſe-

A quentia eſt manifeſta ex ſuppoſito fundamento; tota autem difficultas eſt de veritate huius ſuppoſiti, quod probant, quia ſi omnis modus à parte rei diſtinctus ſepararetur à re exiſtente, adhuc res exiſtens permaneret in eſſe ſuo;ergo hæc permanentia, quæ habet conceptum durationis,non diſtinguitur à parte rei ab ipſa re exiſtente. *An duratio diſtinguatur à parte rei à re exiſtente.*

Sed hæc probatio horum recentiorum pro hac noſtra concluſione,mihi non placet. Exiſtimo enim fundamentum,quod ſupponunt contra Scotum,eſſe falſum (durationem ſcilicet non diſtingui à parte rei à re exiſtẽte.) Nam quamuis res exiſtens nõ poſſit eſſe ſine duratione,poteſt tamen eſſe ſine hac, vel illa.& hoc ſufficit ad diſtinctionem à parte rei, ſicut patet de figura, & quantitate; quæ quantitas,quamuis non poſſit eſſe ſine figura,quia tamen poteſt eſſe ſine hac,vel illa, ideo ex natura rei diſtinguitur ab illa. Quòd autem res exiſtens poſſit eſſe ſine hac, vel illa duratione, tres afferri ſolent rationes: Prima ſi annihiletur (inquiunt) res, & poſtea reproducatur, profectò reproducetur ſecundum eamdem entitatem, non tamen ſecundum eamdem durationem, quam priùs habebat,ſed ſecundum aliam per diuerſam coëxiſtentiam ad diuerſam extenſionem temporis: ergo pôteſt duratio ſeparari à re, cuius eſt duratio; ergo diſtinguitur ab illa, ſaltem ſicut figura à quantitate. Sed hæc ratio non placet; nã dici poſſet, quòd reproduceretur entitas cum eadem duratione intrinſeca, ac ſi continuò perſeueraſſet, conciperetur tamen diuerſa in ordine ad ſucceſſionẽ noſtri temporis. Alij probant ſecundò ex diſtinctione formali exiſtentiæ,& durationis,quia ratio (inquiũt) exiſtentiæ, vt ſic conſtituit rem in eſſe actualis entitatis: ratio verò durationis conſiſtit in hoc formaliter, quatenus ad formaliter permanentiam in eſſe, vnde contingit aliquando, quòd exiſtentia vnius, quæ fortè eſt imperfectior alia in ratione exiſtentiæ, ſit perfectior in ratione durationis, ſicut dicunt aliqui, quòd exiſtentia Cœli in ratione exiſtentiæ eſt imperfectior, quam exiſtentia viuentis, & tamen in ratione durationis eſt perfectior,quia exiſtentia Cœli menſuratur æuo, quæ eſt duratio permanens, & indefectibilis ex natura ſua à parte pôſt: at verò exiſtentia viuentis menſuratur, vel tempore noſtro, vel ſaltem inſtanti temporis diſcreti permanẽti quidem, ſed defectibili ex natura ſua à parte pôſt. Sed neque hæc ſecunda ratio probat, quia tantùm arguit diſtinctionem rationis ratiocinatæ. 5. *Duratio diſtinguitur à parte rei à re exiſtente.* C D

6\. Tertia igitur ratio,quæ mihi magis placet,eſt,quia ſaltem in acquiſitione ſucceſſiua duratio diſtinguitur ab acquiſitione; ergo ſignum eſt, quòd etiam diſtinguatur in duratione permanenti. Conſequentia eſt probabilis,& conceſſa ab aduerſariis. Antecedens probatur: nam idem ſpatium poteſt acquiri per horam,& per dimidiam horam, & tamen ſemper ſunt eædem partes motus,non tamen ſunt eædem partes durationis. Sed contra hanc probationem inſtat quidam recentior ſubtiliter; Tot ſunt (inquiunt) partes motus,quot ſunt partes durationis intrinſecæ, ſiue per mediam horam acquiratur ſpatium,ſiue per horam; nam quælibet pars motus habet ſuam durationem intrinſecam: ergo quot ſunt partes motus, tot ſunt partes durationis intrinſecæ, quamuis tota illa duratio per comparationem ad extrinſecum tempus magis,vel minùs durare poſſit. *Duratio diſtinguitur ab acquiſitione.* *Inſtãtia cuiuſdã recentioris cõtra hãc tertiam rationem.* E

Sed ſoluitur inſtantia allata; nam videtur adhuc militare probatio à nobis adducta, quia in motu velociori partes motus per modum quemdam ſuperadditum quodammodo complicantur, & condenſantur, ſicut cùm quantitas palmaris condenſatur ad digitalem, *Soluitur inſtantia.*

Digitized by Google

digitalem, eædem ſunt partes quantitatis, ſed non cum eodem modo: at verò partes durationis non condenſantur, & complicantur. non enim tota hora eſt in dimidia, cùm motus ſit velocior, ſed ita eſt per dimidiam, ac ſi non poſſet fieri in maiori, vel minori tempore; ergo duratio diſtinguitur à motu tãquam modus intrinſecus exiſtentiæ, ſeu acquiſitionis. Sed contra hanc reſponſionem replicat adhuc idem recentior dupliciter. Primò quòd ſicut in motu velociori partes motus complicantur per modum ſuperadditum; ita (inquit) partes durationis complicantur per modum alium durationis ſuperadditum; ita vt duplex ſit duratio, alia complicata, qua durat motus ille complicatus; alia qua durat modus ille durationis: & hæc ſecunda duratio eſt etiam fortè complicata. Sed ſoluitur replica, ſi dicatur, quòd non poteſt intelligi complicatio in duratione, ſicut in motu, nam in ordine ad idem ſpatium, quod acquiritur, poſſunt concipi partes eiuſdem motus magis, vel minùs complicatæ, ſicut partes eiuſdem quantitatis magis condenſatæ: at verò in duratione non habemus tale fundamentum. Nam ad partes complicatas motus, non opus eſt, vt complicetur duratio, ſed ſatis eſt, vt reſultet duratio ſimplex, quæ adimpleat moram imaginariam. Secundò replicat contra eamdem reſponſionem idem auctor ſic: Motus velocior, non fit per partes complicatas; ſed eſt motus ſimplex, qui ſe ipſo fit velocior, quia non datur modus ſupra modum: non ergo opus eſt, vt detur duratio diſtincta à motu. Probatur conſequentia, quia ratio, quare dabatur dubitatio diſtincta, hæc erat, quia in motu velociori, partes motus aliquo modo complicantur; at non poſſunt complicari partes durationis. Sec hæc ratio nulla eſt: nã partes motus, vt dicitur in antecedenti, non complicantur, ſed ſeipſo fit velocior: ergo ceſſat ratio diſtinctionis. Sed hæc ſecunda replica falſo nititur fundamento, non dari ſcilicet modum ſupra modum: tunc enim hoc fundamentum eſt verum, quando alius modus, qui concipitur ſuperaddi, non eſt diſtinctus à priori, exempli gratia quantitas ſe ipſa eſt extenſa; & ideo non debet dari alius modus extenſionis, quo ſiat extenſa, non tamen ſe ipſa eſt extenſa: quia denſitas eſt diuerſus modus ab extenſione: ſic etiam in caſu noſtro partes motus, quamuis mutent locum ſimul cum mobili, non tamen requiritur alius motus, ſed de ipſis mutant locum, non tamen ſe ipſis fiunt velociores, quia eſt alius modus diſtinctus à motu, ſicut denſitas à quantitate.

Replica prima cõtra reſponſionem.

Soluitur prima replica.

Reſpõſio ſecundò cõtra eamdem reſpõſionem.

Soluitur ſecunda replica.

7\. *Secũda probatio noſtræ aſſertionis.*

HÆC igitur prima probatione recentiorum reiecta, probatur ſecundò noſtra aſſertio, & eſt fundamentum in hac materia: Motus angelicus eſt operatio permanens; ergo & duratio ipſius eſt permanẽs; ergo diſtinguitur à tempore noſtro, & ab inſtanti ipſius. Antecedens probatur; quia ſupponitur motum Angeli eſſe acquiſitionem ſpatij, totam ſimul, & poſſe Angelum durare in illo ſpatio ad libitum.

Prima conſequentia, quòd duratio ſit etiam permanens, ſicut exiſtentia, probatur, non quidem modo, quo ſuprà probant contra Scotum recentiores, quòd ſcilicet duratio non diſtinguatur à parte rei à re exiſtente: ſed ſuppoſito cum Scoto; vt probatum eſt ſuprà, quòd duratio diſtinguatur à parte rei à re exiſtente, probatur conſequentia hoc modo: quia exiſtentia eſt fundamentum proximum durationis; ſi igitur eſt permanens exiſtentia, non poteſt duratio ipſius eſſe tranſiens, ſeu ſucceſſiua. Quòd ſi dicas, anima rationalis communicat ſe ipſam corpori, non tamen communicat ſuam indiuiſibilitatem; ergo poteſt duratio ſucceſſiua communicare ſe ipſam operationi, non communicando ſucceſſionem. Reſpondetur, exemplum peccare in tribus: Primò quia corpus non eſt fundamentum proximum, vnde reſultat anima rationalis, ſicut exiſtentia eſt fundamentum proximum durationis. Secundò, quia non poteſt duratio communicare ſe ipſam non communicando ſucceſſionem, quia ipſa ratio durationis conſiſtit in ſuis partibus ſucceſſiuis: at verò anima rationalis poteſt communicare omnes gradus eſſentiales corpori, non communicando modum indiuiſibilitatis, tertiò anima rationalis, quia inuenit corpus diuiſibile, communicat ſe corpori ſuo modo diuiſibiliter, ita vt ſit tota in toto, & tota in qualibet parte: vnde potius deberet inferri oppoſitum, quòd quia operatio eſt permanens, deberet duratio ſe illi communicare modo permanenti.

Scotus.

Inſtãtia cõtra hanc ſecũdam probationem.

Anima rationalis communicat ſeipſam corpori.

Solutio.

8\. Secunda conſequentia, quòd, ſcilicet, hæc duratio angelica ſit diſtincta à tempore noſtro, & inſtanti ipſius, probatur, quia illa duratio angelica eſt ſimul, & permanens, vt patet in probatione primæ conſequentiæ; ergo diſtinguitur à tempore noſtro, quod eſt ſucceſſiuum. Quod autem etiam diſtinguatur ab inſtanti temporis noſtri, de quo eſt maior difficultas, probatur, quia inſtans temporis noſtri, eſt tranſiens, & neceſſariò deſinit per vltimum ſui eſſe: ſed inſtans temporis angelici eſt permanens, & poteſt deſinere per primum non eſſe, vt clariùs patebit ex ſequenti dubio.

Sed hîc occurrit difficultas, quia poſſet aliquis dicere, quòd acquiſitio illa ſpatij, quæ primò fit tota ſimul, vt eſt in fieri, & vt formaliter eſt via, & tendentia ad terminum, eſt tranſiens, quamuis quies, quæ immediatè pòſt ſequitur, ſit permanens: ergo illa acquiſitio ſecundum ſuam durationem vt ſic, non diſtinguitur ab inſtanti temporis noſtri, quod eſt etiam tranſiens.

Reſpondeo, quòd per eumdem influxum indiuiſibilem, per quem Angelus primò acquirit ſpatium totum ſimul, per eumdem etiam indiuiſibilem conſeruat ſe in ſpacio, ſeu perſeuerat in illo, ſicut etiam philoſophamur de influxu creationis, & conſeruationis. Differunt tantùm acquiſitio in fieri à quiete, ſeu creatio à cõſeruatione penes cõnotatum extrinſecum tantùm, quia acquiſitio, ſeu creatio connotat immediatè ante negationem termini: quare cùm ſit idem influxus in fieri, & in facto eſſe, non poteſt illa actio Angeli menſurari intrinſecè, ſeu durare per inſtans noſtri temporis, quod eſt tranſiens: quare neceſſariò illa inſtantanea duratio angelica diſtinguitur ab inſtantanea temporis noſtri. Si verò accipiatur acquiſitio in fieri, ſecundum illam differentiam præciſè, per quam differt à quiete penes illud connotatum extrinſecum, quod ſuprà explicuimus, exiſtimo dicendum eſſe, acquiſitionem in fieri inſtantaneam, non differre ab inſtanti temporis noſtri, quia ſicut illa eſt tranſiens, & deſinit per vltimum ſui eſſe; ſic etiam inſtans temporis noſtri. Sed hoc non voluit dicere Scotus. nam hac eadem diſtinctione vſus fuiſſet in operatione immanente Angeli, qualis eſt cognitio, quòd quatenus eſt in fieri, & vt actio menſuratur inſtanti temporis noſtri; & tamen Scotus abſolutè loquitur, dicens illam menſurari æuo, ſicut menſuratur ipſa ſubſtantia angelica.

Creatio, & conſeruatio in quo differant.

9\. Tertiò præterea probatur hæc aſſertio noſtra contra Scotum ad hominem. tenet enim ſubſtantiam corruptibilem, quo ad eſſe ſubſtantiale, & operationem immanentem in Angelo, qualis eſt intellectio, non menſurari tempore noſtro, nec inſtanti ipſius ſed æuo, ſicut menſuratur ſubſtantia Angeli & aliæ res incorruptibiles; ſed ex hac doctrina ſaltem ſequitur

Tertia probatio huius aſſertionis.

ſequitur motum localem, qui fit totus ſimul, non menſurari tempore noſtro. Nam eodem modo ſe habet, ac operatio immanens; ſicut enim hæc fit tota ſimul, & eſt permanens; ita & acquiſitio localis, & ſicut in operatione immanenti, ſi conſideretur quatenus eſt actio præciſè, & vt connotat differentiam extrinſecam, ſcilicet immediatè antè non fuiſſe, eſt tranſiens: vt autem dicit eumdem influxum indiuiſibilem cum conſeruatione, eſt permanens; ita & acquiſitio localis. Habetur igitur ex doctrina Scoti, quòd ſaltem motus localis totus ſimul, ſicut & operatio immanens, non menſuretur tempore noſtro. Quòd verò vlteriùs cõtra Scotum talis operatio immanens non menſuretur æuo, ſicut nec motus localis, ſed inſtanti temporis diſcreti, probatur, quia æuũ menſurat rem permanentem indefectibilem ex natura ſua: at verò operatio Angelica ſiue ſit intellectio, ſiue motus localis, eſt defectibilis; non poteſt igitur menſurari æuo: eſſe autem defectibile, & indefectibile non ſunt differẽtiæ extraneæ durationis; non enim ſumuntur defectibile, & indefectibile, vt ſunt differentię rerum, ſed quatenus differentię ipſius durationis, vt ſic autem ſunt intra latitudinem durationis: & idem dicendum eſt de ſubſtantia corruptibili quoad eſſe ſubſtantiale. nam quoad eſſe accidentale alteratur, & mouetur in tempore noſtro.

Angeli operatio eſt defectibilis. B

Subſtantia corruptibiles liberè à Deo conſeruantur indefectibiliter.

Sed vrget Scotus, quòd ſicut ſubſtantia incorruptibilis, vt Cœlum, & Angelus, liberè conſeruantur à Deo indefectibiliter; ita etiam, & operatio Angeli liberè poteſt conſeruari ab Angelo indefectibiliter. C Reſpondetur, ſubſtantias incorruptibiles liberè conſeruari à Deo ſecundùm ipſarum naturarũ, quia ex principiis intrinſecis petunt indefectibilitatem, quãuis reſpectu Dei poſſint eſſe defectibiles: at verò operatio angelica, & ſubſtantia corruptibilis ex principiis intrinſecis petunt defectibilitatem, non ſolùm reſpectu Dei, ſed etiam reſpectu cauſarum ſecundarum; duratio autem ſequitur eſſe iuxta naturam intrinſecam ipſius eſſe. Quare duratio earum rerum, quæ ſunt ex natura ſua corruptibiles, eſt etiam ipſa ex natura ſua defectibilis, & per hoc diſtinguitur ab æuo, quòd quia eſt duratio rerum, quæ ſunt ex natura ſua incorruptibiles, eſt etiam ipſum ex natura ſua indefectibile.

10. Reſpõſio ad primum argumentum.

Ad argumenta Scoti reſpondetur, & ad primum, D negatur motum localem, cùm ſit totus ſimul poſſe menſurari inſtanti temporis noſtri per rationem allatam, quia inſtans temporis noſtri eſt tranſiens, & neceſſariò definit per vltimum eſſe; at verò acquiſitio localis, quæ fit ab Angelo tota ſimul, poteſt eſſe permanens coëxiſtens multo tempori noſtro. An autem illa acquiſitio quatenus eſt actio præciſè cõnotans immediatè ante negationem, quæ quidem actio, vt ſic, eſt tranſiens, poſſit dici, quòd menſuretur inſtanti temporis noſtri, quod etiam eſt tranſiens, ſuprà reſponſum eſt. Negatur præterea quod dicit Scotus, duas acquiſitiones locales, quando vna poſt aliam, immediatè durare per tempus noſtrum, quia vt videbimus infrà in dub. 6. durant per tempus diſcretũ.

Reſponſio aliorum ad ſecundum impugnatur.

Ad ſecundum aliqui reſpondent, negando ſup- E poſitum Scoti ſupponentis durationem diſtingui à parte rei à re exiſtenti; vnde conſequenter inferebat Scotus eſſe impoſſibile durationem rei permanentis eſſe ſucceſſiuam. Sed nos ſuprà probauimus contra iſtos, ſuppoſitum Scoti admittendum eſſe.

Verior reſponſio ad ſecundum Scot.

Quare ad argumentum, & ad primam inſtantiam Scoti reſpõdetur, non poſſe durationem eſſe ſucceſſiuam, & rem eſſe permanentem, quia duratio eſt forma, quæ reſultat ex re exiſtenti tamquam ex fundamento proximo: quare vt ibidem dictum eſt, eſt impoſſibile, vt

A res ſit permanens, & duratio ſucceſſiua. Ad exempla verò, quæ afferuntur in oppoſitum, in quibus videtur formam poſſe communicare ſeipſam ſubiecto, & nõ communicare modum ſuum, reſpondetur. Ad primũ quidem, quod adducit Scotus de quantitate, dicimus, falſum aſſumere Scotum, quantitatem non communicare diuiſibilitatem carni. extenditur enim formaliter ad extenſionem quantitatis, quia niſi quantitas communicaret extenſionem, non informaret carnẽ; nam quantitas, nihil aliud eſt, quàm extenſio. Ad ſecundum exemplum de anima rationali, quæ communicat ſeipſam corpori, & non communicat ſuam indiuiſibilitatem, reſpondetur; eſſe diſparitatem inter animam reſpectu corporis, & durationem ſucceſſiuam reſpectu rei permanentis, vt fusè ſuprà in eadem quæſtione dictum eſt, quia tota ratio durationis ſucceſſiuæ conſiſtit in partibus ſuis, & ideo non poteſt communicare rei permanenti ſeipſam, niſi communicet ſe ſecundùm ſuas partes ſucceſſiuas: at anima rationalis poteſt ſe communicare corpori ſecundùm eſſe tale animatum, non communicando indiuiſibilitatem. Ad tertium exemplum de motu ſucceſſiuo, qui communicat ſeipſum mobili, & tamen non facit mobile ſucceſſiuum, reſpondetur eſſe diſparem rationem. non enim motus reſultat ex mobili, tamquam ex fundamento proximo, ſed eſt forma adueniens: at verò duratio eſt forma reſultans ex re permanenti, tamquam ex proximo fundamento.

Impoſſibile eſt, vt res ſit permanēs & duratio ſucceſſiua.

Quantitas eſt extenſio.

Ad ſecundam inſtantiam reſpondetur, & negatur, conſeruationem rei permanentis habere partes ſucceſſiuas intrinſecè, ſed tantùm extrinſecè, quoad exiſtentiam ad tempus noſtrum: nam conſeruatio eſt idem influxus, per quem primò datum eſt eſſe, & eſt ipſemet terminus in conſeruari. Sicut igitur terminus eſt indiuiſibilis, ſic & actio Dei conſeruatiua indiuiſibilis: ita vt per eumdem influxum indiuiſibilem, per quem primò datum eſt eſſe indiuiſibile, per eumdem etiam indiuiſibilem conſeruetur res in eſſe, quatenus non deſiſtit Deus, à primo influxu in toto decurſu temporis, ſicut intellectus fluit ab anima, & ſemper durat idem. Quòd ſi dicas, poteſt contingere quòd terminus ſit permanens, & actio ſucceſſiua, ſicut patet de calore. Reſpondetur; requiritur ſaltem, vt terminus habeat partes, & vna acquiratur poſt aliam, licèt partes termini remaneant omnes in facto eſſe, & partes motus calefactionis fluãt. Et cùm inſtatur; annihilatio eſt negatio conſeruationis, quæ futura eſſet, ergo conſeruatio habet partes præteritas, & futuras. Reſpondetur, hoc eſſe per coëxiſtentiam ad tempus noſtrum.

Reſpõſio ad ſecundã inſtantiã eiuſdem ſecundi argumẽti.

Conſeruatio eſt influxus, per quẽ primò datũ eſt eſſe, & ipſemet terminus in cõſeruari.

Annihilatio eſt defectus conſeruationis.

Ad tertiam inſtantiam ex abſurdis, reſpondetur, & ad primum abſurdum dico durationem eſſe maiorem, & minorem, non ſecundùm ſe, ſed per coëxiſtentiam ad tempus ſucceſſiuum, quod non arguit infinitatem. Ad ſecundum abſurdum reſpondetur, bene ſaluari ex dictis, quomodo inſtans, quod eſt totum ſimul, ſit in actu, & potentia. eſt enim in potentia ratione ſucceſſionis per coëxiſtentiam extrinſecam ad tempus noſtrum futurum.

Reſpõſio ad tertiam inſtantiã eiuſdem ſecundi argumẽti.

DVBITATIO SEXTA.

An detur tempus diſcretum: & quid ſit, & idem quæritur de motu diſcreto, qui tali tempore menſuratur.

1. *Cur non detur tempus diſcretum.*

RATIO dubitandi, quod non detur tempus diſcretum, eſt; nam vel vnum inſtans eſt alteri

Digitized by Google

immediatum:& hoc eſt impoſſibile,quia ſequeretur, quòd adæquatè reſponderent duobus immediatis inſtantibus noſtri temporis: vel primum inſtans durat per aliquod tempus; & nunc intercedit quies, quæ tollit ſucceſſionem,& vnitatem,quæ neceſſariò requiritur ad tempus: erunt igitur potiùs duo inſtātia angelica, quàm tempus diſcretum angelicum. Propter hanc rationem dubitandi ſciendum eſt,non ſolùm illos qui negant, vt Scotus, inſtantia angelica eſſe diſtincta à tempore noſtro, vel inſtanti ipſius, negare tempus diſcretum, quo menſuratur motus diſcretus angelicus:ſed etiam aliqui ex illis, qui admittunt huiuſmodi inſtantia angelica, vt diſtincta, adhuc negant poſſe huiuſmodi inſtantia componere propriè tempus diſcretum, niſi ſit quæſtio de nomine, & idem dicunt conſequenter de motu diſcreto. Hos ſequitur Vaſq.1.p.diſp.36.& 193.

2. Pro ſolutione huius dubij ſunt tres difficultates examinandæ de tempore diſcreto, ſeu motu diſcreto, quia eadem difficultas eſt de vtroque: nam tempus diſcretum conſequitur motum diſcretum, tanquam propria duratio ipſius, vt patet ex dictis in primo dubio.

Prima igitur difficultas eſt,an motus diſcretus,ſeu tempus diſcretum, componi, ſeu conſtare poſſit ex duabus mutationibus, ſeu moris indiuiſibilibus ſibi inuicem ſuccedentibus, inter quas nulla intercedit quies.

Secunda, an modus diſcretus,ſeu tempus diſcretum componi poſſit ex duabus mutationibus, ſeu moris indiuiſibilibus, inter quas intercedit aliqua quies, exempli gratia, ſi Angelus poſt inſtans terminatiuū ſuæ quietis moueatur, & poſtea ſecunda alia mutatione iterum moueatur,inter primam mutationem,& ſecundam neceſſariò intercedit aliqua mora ad libitum Angeli.

Tertia, quænam ſucceſſio operationum, ſeu morarum requiratur ad conſtituendum motum diſcretum,ſeu tempus diſcretum.

Examinatur prima difficultas.

An ſcilicet tempus diſcretum,ſeu motus diſcretus componi poſſit ex duabus mutationibus,ſeu moris indiuiſibilibus ſibi inuicem ſuccedentibus,inter quas nulla intercedat quies.

3. EXempli gratia, ſi Angelus moueatur intrinſecè in inſtanti vltimo terminatiuo horæ,& immediatè poſt moueatur ſecunda mutatione,acquirendo ſimul totum ſpatium ſibi adæquatum. Circa hanc primam difficultatem ratio dubitandi eſt ſuperiùs facta, quia videtur non poſſe dari huiuſmodi inſtantia,ſibi inuicem immediatè ſuccedentia.nam hæc coëxiſterent adæquatè duobus inſtantibus temporis noſtri immediatè ſibi inuicem ſuccedentibus.

Ratio dubitandi.

4. In hac difficultate eſt opinio aliquorum,quos videtur ſequi Fonſeca,qui exiſtimant poſſe tempus diſcretū Angeli conſtare ex duobus inſtantibus tranſeuntibus,& ita poteſt Angelus in inſtanti moueri,& immediatè pòſt in alio inſtanti tranſeunti annihilari, quia tempus angelicum eſt independens à tempore noſtro.

Referuntur opiniones. Prima opinio Fōſecæ.

Sed hæc opinio impugnatur,quia non poteſt aſſignari ratio diuerſitatis quare in tempore noſtro non poſſint eſſe duo inſtantia ſibi inuicem immediatè ſuccedentia, & poſſint eſſe hæc in tempore diſcreto correſpondenti inſtantibus temporis noſtri.

Impugnatur hæc prima opinio.

Alij verò, quos ſequuntur Vaſquez, & Molina, tenent aliam opinionem extremam,non poſſe vnum inſtans ſuccedere alteri inſtanti immediatè, ac proinde non poteſt (inquiunt) Angelus in inſtanti A, creari,& in alio inſtanti B,immediatè annihilari;vel vna operatio Angeli facta in inſtanti deſinere immediatè pòſt:ſed prior operatio ſecundùm ipſos debet neceſſariò durare per aliquod tempus. Nec eſt ſimile de inſtanti noſtro,quod eſt tranſiens, & deſinit per vltimum ſui eſſe, quia poſt inſtans noſtrum ſequitur tempus: at verò poſt inſtans angelicum, ſi fiat immediatè alia operatio, vel deſitio prioris, non ſequitur tempus, ſed aliud inſtans, quia ſubſequens operatio fit tota ſimul. Quare neceſſariò prior operatio debet durare per aliquod tempus.

Secūda opinio Vaſq. & Molinæ.

Sed hæc opinio impugnatur, quia gratis dicitur, quòd Angelus ſi motus ſit in inſtanti terminatiuo horæ,non poſſit immediatè pòſt moueri acquirendo totum ſpatium ſimul, cùm habeat intrinſecam perfectionem,vt totum ſpatium acquirere poſſit ſimul: non eſt igitur cur impediatur ab extrinſeco, vt patet ex dictis dub.3.

Impugnatur hæc ſecunda opinio.

5. Quare media ſententia mihi videtur tenenda; & dico primò,motum, ſeu tempus diſcretū verè componi ex illis duabus mutationibus,ſeu moris indiuiſibilibus,ſibi inuicem immediatè ſuccedētibus, quia illæ mutationes, ſeu moræ habent vnitatem requiſitam ad motum,ſeu tempus,quia vna immediatè ſuccedit alteri,vt patebit ex tertia difficultate.Et pro ſolutione rationis dubitandi dico ſecundò,vnum ex illis duobus inſtātibus temporis diſcreti,quod immediatè pòſt ſequitur ad præcedens inſtans,correſpondere non inſtanti noſtri temporis,ſed tempori noſtro minori in infinitum,ſi primum inſtans correſpondebat adæquatè inſtanti noſtri temporis,ita vt hoc modo ſe habeant hæc duo inſtantia ſibi inuicem immediatè ſuccedentia,vt ſi vltimum eſſe prioris inſtantis angelici,quod inſtans ſupponitur duraſſe per determinatam partem temporis noſtri: ſi vltimum (inquam) huius inſtantis reſpondeat adæquatè inſtanti temporis noſtri, primum eſſe ſequentis neceſſariò debet reſpondere adæquatè tempori noſtro minori in infinitum. Si verò vltimum eſſe eiuſdem prioris inſtantis, reſpondeat tempori noſtro minori, & minori in infinitum, primum eſſe inſtantis ſubſequentis reſpondebit inſtanti temporis noſtri adæquatè. Exemplum primi; Angelus quieſcat vſque ad vltimum inſtans terminatiuum horæ incluſiuè,tunc vltimum eſſe quietis reſpondebit adæquatè inſtanti noſtro.Quòd ſi immediatè pòſt moueatur, primum eſſe reſpondebit tempori noſtro minori,& minori in infinitum.Exemplum ſecundi;aqua quieſcat ſub eſſe aquæ per horam vſque ad vltimum inſtans terminatiuum horæ extrinſecè, & excluſiuè, tunc vltimum eſſe intrinſecum quietis, & inſtantis, quo intrinſecè menſuratur quies aquæ,reſpondebit tempori noſtro minori, & minori in infinitum circa finem; productio verò ignis, quæ fit in inſtanti ſuo, reſpondebit inſtanti terminatiuo horæ adæquatè. & ratio huius eſt illa, quæ primò aſſignata eſt, quia non poſſunt duo inſtantia immediatè coëxiſtere adæquatè duobus inſtantibus immediatis temporis noſtri.

Prima aſſertio. Modus diſcretus componitur ex duabus aſſertionibus. Secunda aſſertio.

6. Vrgebit aliquis; videri valde durum in priori caſu, quòd mutatio, quæ fit tota ſimul quoad primum eſſe indiuiſibile, reſpondeat adæquatè tempori noſtro minori, & minori; nam ſi reſponderet inadæquatè,non videretur durum. Nec eſt ſimilis huic caſus ſecundus ſuprà allatus: nam inſtans quietis aquæ

Inſtātia cōtra ſententiam noſtrā.

ſaquæ habet latitudinem duratiuam, & ſucceſſiuam per coëxiſtentiam ad tempus noſtrum à primo eſſe vſque ad vltimum eſſe; & ideo non mirum eſt, ſi vltimum eſſe reſpondeat tempori noſtro minori, & minori: at verò in caſu priori mutatio illa, quæ fit tota ſimul, non habet, quoad primum ſuum eſſe, latitudinem duratiuam, extẽſiuam, & ſucceſſiuam; & ideo valde durum eſt concipere, quomodo illa mutatio quoad primum eſſe, tota ſimul indiuiſibiliter adæquetur latitudini diuiſibili minori, & minori in infinitum. Quòd ſi dicatur ad hanc inſtantiam ſimile quid reperiri in inſtanti permanenti, quod quatenus immediatè poſt durat, & conſeruatur per coëxiſtentiam ad tempus noſtrum, coëxiſtit tempori minori, & minori immediatè pòſt: immò ſi duret per horam, adæquatè coëxiſtet toti horæ per coëxiſtentiam ſucceſſionis ad tempus noſtrum; & tamen illud inſtans

7. Replica. eſt indiuiſibile. Sed adhuc vlteriùs inſtari poteſt, aſſignando diſparitatem, quia in caſu noſtro primum eſſe illius inſtantis per coëxiſtentiam ad tempus noſtrum adæquatur tempori noſtro minori, & minori; at verò cùm inſtans permanens durat, non primum eſſe illius inſtantis, ſed illud immediatè pòſt adæquatur tempori noſtro minori, & minori.

Solutio. Fateor hoc eſſe valde difficile, tamen conabor inuenire modum aliquem, quo hæc ſaluentur, & quãtum fieri poteſt clarè intelligantur. Sciendum eſt igitur, quòd in caſu noſtro, quamuis illa ſecunda mutatio, ſeu motus, qui eſt B, ſi conſideretur ſecundùm ſe, habeat primum eſſe: tamen ſi concipiatur vt immediatè ſuccedens ad præcedentem mutationem A, dicit quamdam ſucceſſionem, quatenus mobile poſt acquiſitionem priorem ipſius A, quodammodo ſucceſſiuè ſe habet ad acquirendum immediatè B, quare non mirum eſt, ſi duratio, quæ menſurat hanc ſecundam mutationem B, ſecundùm quamdam ſucceſſionem adæquatè coëxiſtat moræ imaginariæ, quã implet, ſcilicet tempori minori, & minori. Nec obſtat indiuiſibilitas: nam æuum ſiue inſtans permanens temporis diſcreti, poſt primum nunc immediatum, quamuis ſit idem indiuiſibile, tamen adæquatè per coëxiſtentiam reſpondet tempori noſtro minori, & minori, ſicut ſi ibi eſſet ſucceſſio intrinſeca. Quod quidem exemplum eſt perſimile caſui noſtro, quicquid dicant aduerſarij; nam in caſu noſtro, vt dictum eſt, ſecundùm inſtans ſe habet, vt immediatè ſuccedens reſpectu primi, & ideo non mirum eſt, ſi reſpondeat adæquatè tempori noſtro minori; & minori, nam poſt primum inſtans conſequitur tempus noſtrum verum, vel imaginarium; ergo ſecundum inſtans tamquam in ſucceſſione reſpondebit adæquatè illi tempori minori, & minori, quod neceſſariò ſequitur; nam quatenus illud ſecundum inſtans conſideratur in ſucceſſione, habet quodammodo continuatum, & ſucceſſiuum eſſe; nam mobile, exempli gratia, quatenus eſt in vltimo eſſe quietis terminatiuo horæ noſtræ, dicitur eſſe ſub quadam actione conſeruatiua permanentiæ illius vbi, & cùm immediatè pòſt tranſit ad acquirendum aliud vbi totum ſimul, tunc fit vnica actio ex prima, & ſecunda, & à priori tranſit ad poſteriorem per ſucceſſionem quamdam, & ita ſecunda actio acquiſitiua loci poteſt habere durationem adæquatam tempori noſtro minori, & minori, quia tota actio mobilis conſideratur vt vna habens partem priorem, & poſteriorem, & quando tranſit ad poſteriorem, eſt quædam ſucceſſio, ſeu tranſitus ſucceſſiuus reſpectu eiuſdem mobilis. Et confirmatur, quia ex vi modi incipiendi tota illa actio debet durare per aliquod tempus determinatum, quod quidem non eſſet ne-

A ceſſarium, ſi illa actio ſecunda non eſſet immediatè poſt primam reſpectu eiuſdem mobilis: ergo aliquid facit prioritas, & poſterioritas immediata operationum reſpectu eiuſdem mobilis; ergo nec eſt mirum, ſi ratione huius tranſitus ſucceſſiui, reſpectu eiuſdem mobilis, ſecunda actio, ſeu mutatio indiuiſibilis reſpondeat adæquatè tempori noſtro minori, & minori, ſicut ipſum inſtans permanens, ſeu æuum indiuiſibile immediatè pòſt adæquatè reſpõdet tempori noſtro minori, & minori. Quòd ſi obiicias, ſequeretur, quòd dato tertio inſtanti claudeterur hæc pars indeterminata duobus inſtantibus: Reſpondetur, non poſſe dari tertium inſtans immediatum, quia actio facta in inſtanti ex vi inceptionis, vt dictum eſt, duraret per aliquod tempus determinatum, poſt

B quod immediatè poteſt, vel illa actio corrumpi, vel fieri aliqua noua.

Examinatur ſecunda difficultas.

QVOAD ſecundam difficultatem, an ſcilicet motus, ſeu tempus diſcretum conſtare poſſit ex duabus 8.
mutationibus, ſeu moris indiuiſibilibus, inter quas aliqua intercedit quies, ſeu mora: Reſpondeo, hanc ſecundam difficultatem, non paruam habere rationẽ dubitandi, propter argumentum factum initio; nam quies, quæ intercedit, tollit vnitatem requiſitam ad tempus diſcretum. Ratio dubitandi.

Aliqui dicunt ſufficere ad vnitatem intentionem Angeli ordinãtis primam mutationem, quæ eſt cum Primus dicendi modus impugnatur.

C quiete, ad ſecundam. Sed contrà primò, quia hæc intentio Angeli non videtur facere, vt tranſitus ſit immediatus, qui ex natura ſua non eſt immediatus. Secundò, hæc intentio Angeli non facit vnitatem phyſicam, quæ requiritur ad tempus diſcretum, quod eſt phyſicum. Tertiò, ſi Angelus quieſceret per annum, non videretur rationabiliter dici illum primum motum interruptum per quietem vnius anni componere motum diſcretum cum alio motu: idem autem dicendum videtur, ſi duret per horam, quia hoc eſt per accidens, & dependet à voluntate Angeli.

Quare mihi videtur diſtinguendum, nam vel mora, ſeu quies eſt neceſſaria, vel libera. Si mora eſt neceſſaria proueniens à natura mutationis, ratione modi incipiendi, non tollit rationem motus diſcreti, nec 9. Sententia auctoris. *Mora neceſſaria vel libera in motu Angeli quid operentur.*

D temporis diſcreti, quia non habet rationem propriæ quietis. Si verò mora eſt libera, tollit rationem motus diſcreti, vel ſaltem non erit ita propriè motus diſcretus. Exemplum primi: Quieſcat Angelus vſque ad vltimum terminatiuum horæ intrinſecè, & incluſiuè, & immediatè pòſt moueatur mutatione indiuiſibili acquirendo totum locum ſimul, & ſit iſta mutatio A: hæc mutatio A, ex vi modi incipiendi, quatenus incipit in inſtanti, extrinſecè debet durare per aliquod tempus, quod determinari debet ab ipſo Angelo, duret igitur vſque ad horam, & in vltimo terminatiuo horæ moueatur Angelus alia ſecunda mutatione, & ſit hæc mutatio ſecunda B: mutatio A, & mutatio B, facient motum diſcretum, nam illa duratio media, quæ interceſſit, fuit neceſſaria ex vi

E modi incipiendi. Exemplum ſecundi: Moueatur Angelus in inſtanti intrinſeco, ita vt motus ipſius menſuretur adæquatè inſtanti temporis noſtri, & quieſcat per horam, & ſit hic motus A, poſtea moueatur alia mutatione indiuiſibili, & ſit B: dico, quòd in hoc caſu, A & B non faciunt tempus & motum diſcretum propriè; quia intercedit quies, & mora libera; nam poſt primum eſſe A, poterat Angelus immediatè moueri mutatione B. At in opinione illorum, qui dicunt poſt primam mutationem A, factam

Digitized by Google

in inſtanti intrinſeco, non poſſe fieri immediatè poſt A aliam mutationem, ſed neceſſariò debere durare illam primam per aliquod tempus, quia vnum inſtans non poteſt dari immediatum alteri, in hac, inquam, opinione optimè dici poteſt motum, ſeu tempus diſcretum componi ex illis duabus mutationibus, ſeu moris indiuiſibilibus, quia prior duratio neceſſariò durare debet per aliquod tempus; ſed hæc opinio ſuprà impugnata eſt.

Examinatur tertia difficultas.

Quænam ſucceſſio mutationum, ſeu morarum requiratur ad conſtituendum motum, ſeu tempus diſcretum.

10. *Primus modus dicendi.* QVantum ad tertiam difficultatem, reſpondeo; operationes, ſeu moras ſibi inuicem ſuccedentes, debere eſſe talis naturæ, vt operatio ſuccedens non poſſit eſſe ſimul cum priori naturaliter. Ex quo concludunt aliqui, quòd ſi vnus Angelus annihiletur, & alius ſucceſſiuè creetur, non eſſet tempus diſcretum, quia Angelus non deſineret neceſſariò, quaſi eſſet exiſtentia prioris Angeli incompoſſibilis cum creatione alterius Angeli: ita etiam, ſi vnus Angelus creetur poſt alium, non eſſet tempus diſcretum, quia poſſent eſſe ſimul, & per accidens eſt, quòd vnus creetur poſt alium.

11. *Sententia auctoris. Tempus diſcretum aſſeritur.* Sed ego exiſtimo in caſibus allatis poſſe defendi eſſe aliquo modo tempus diſcretum; nam in his actionibus duo poſſumus conſiderare, ipſum terminum permanentem, & ipſam actionem, quatenus eſt tranſiens. eſt autem tranſiens, vt dictum eſt ſuprà, non quatenus dicit influxum realem, quia vt ſic idem eſt influxus actionis, & conſeruationis, ſed quatenus connotat extrinſecè negationem immediatè antè. Quando igitur in primo caſu Angelus annihilatur, & immediatè pòſt alius creatur, ſi ſpectemus terminum actionis, tunc concedo Angelum creatum menſurari æuo, tamen ſi ſpectemus ipſam actionem Dei, ita vt primò ſit actio, vel ſubtractio concurſus, & immediatè pòſt ſit alia actio, tunc menſuratur quaſi tempore diſcreto; nam eſt quidam tranſitus, & ſucceſſio ab vna ad aliam: & vt ſic actiones ſunt tranſeuntes. nam cùm eſt prior actio, non eſt poſterior, & cùm eſt poſterior, ex natura ſua deſinit prior, vt actio eſt; ſumimus enim hanc ſubtractionem concurſus tamquam quamdam actionem, quod faciliùs intelligitur, ſi concipiamus actiones eſſe in agente vnam ſuccedentem alteri: eodem etiam modo cùm vnus Angelus creatur poſt alium immediatè, ſi conſideretur actio Dei, quodammodo ſucceſſiua, tunc menſurabitur tempore diſcreto, quia vt ſic, ſucceſſiua non poteſt eſſe ſimul cum alia actione ſubſequenti, quia eſt tranſiens, vt dictum eſt, licèt terminus menſuretur æuo, & actio non ſit in agente, ſed in paſſo; retinet tamen naturam actionis, quæ vt diſtinguitur à termino, ſiue formaliter, ſiue ratione habet ſuam durationem, ſaltem diſtinctam ratione.

* * *

DVBITATIO SEPTIMA.

Vtrùm tempus continuum & ſucceſſiuum, quo menſuratur motus ſucceſſiuus Angeli, ſit diſtinctum à tempore noſtro.

PRima opinio Caietani 1. p. q. 53. art. 3. quem ſequitur Molina, aſſerentis tempus continuum, & ſucceſſiuum angelicum diſtingui eſſentialiter à tempore noſtro. Fundamentum huius opinionis eſt, quia motus Angeli non dependet à motu Cœli, tamquam à menſura; eſt enim exemplar omnium motuum inferiorum. Secundò, probat Molina, quia tempus Angelicum eſt ſpirituale; tempus autem noſtrum eſt temporale. Hanc opinionem tribuunt Caietanus, & Scotus D. Thomæ quæſtione citata, vbi diſtinguit tria tempora, tempus continuum angelicum, tempus continuum commune noſtrum, & tempus diſcretum: ſed mentem S. Thomæ infrà explicabimus. 1. *Opinio Caietani & Molina quaſi.* B

Secunda opinio Scoti in ſecundo, diſt. 2. quæſt. 11. in oppoſitum, nec ab ea diſcordat S. Thomas, vt infrà videbimus. Mihi verò placet media ſententia, pro qua ſit 2.

Prima concluſio: Tempus noſtrum, & tempus, quo menſuratur motus continuus, & ſucceſſiuus Angeli, non differunt eſſentialiter. Probat Scotus deſtruendo fundamentum allatum ab oppoſita ſententia. erat autem hoc: Motus Angeli non dependet à C motu Cœli; ergo eſſentialiter differt tempus menſurans motum Angeli, à tempore menſurante motum noſtrum. Negat autem Scotus conſequētiam, & obiicit reddendo rationem huius negationis: Primò (inquit) motus noſter menſurabilis non dicit dependentiam eſſentialem à motu Cœli menſurante; ſed ſufficit ad rationem menſuræ, vt quantitas huius quanti certa cognitione menſurari poſſit ab alia quantitate, ſicut grauitas huius grauis ſufficit, vt certa cognitione menſurari poſſit à grauitate alterius grauis, à quo tamen non dicit eſſentialem dependentiam. Secūdò, ambulatio Petri poſt reſurrectionem menſurabitur tempore communi, & tamen non erit motus Cœli. Tertiò; tempore Ioſue ſtetit Cœlum, & tamen motus, qui interim fiebant, menſurabantur tempore noſtro. Quartò, quies Cœli mēſurabitur tēpore noſtro. *Prima concluſio. Tempus noſtrum, & ipſius Angeli non differūt.* *Motus noſter menſurabilis non dicit dependētiam à motu cœli.* D

Sed Caietanus conatur reſpondere ad omnes has obiectiones. Ad primam negat non dicere depēdentiam per ſe ad motum Cœli, quia ad menſurari per accidens ſufficit certitudo cognitionis: at verò ad menſurari per ſe, præter certitudinem cognitionis, requiritur, vt menſurabile dependeat à menſurante, ſaltem in genere cauſæ formalis eo modo, quo ſimpliciora in entibus ſunt exemplaria cæterorum, ſicut homo cæterorum animalium. & hoc modo motus noſtri inferiores dependent à motu Cœli, non ſolùm quia intellectus noſter certificatur de duratione motuum inferiorum per durationem motus Cœlorum; ſed quia motus Cœli, cū ſit primus, & velociſſimus, vniformis, & regularis, eſt exemplar omnium motuū noſtrorum, & ita eſt menſura per ſe: at verò motus Angeli per accidens menſurari poteſt motu Cœli, quia motus Angeli poteſt eſſe velocior, quàm motus Cœli. Ad ſecundam reſpondet, ambulationem Petri poſt reſurrectionem, menſurari non tempore noſtro communi, ſed tempore, quo menſuratur motus Angeli, quia ambulatio Petri tunc poteſt eſſe velocior, quàm motus Cœli. Ad tertiam dicit, quòd fortè non ſtetit primum mobile, ſed tantùm corpus ſolare. Sed eſto ſteterit primum mobile, ſufficit (inquit idem Caietanus) *Homo cæterorum animalium eſt exemplar.* E *Motus Angeli poteſt eſſe velocior motu cœli.*

Digitized by Google

Caietanus) quod motus inferiores ex natura ſua dependeant à motu Cœli. Ad quartam reſpondetur, quòd quies Cœli menſuratur tempore communi potentiali. nam quies eſt priuatio motus; igitur in duratione, in qua eſt quies, poteſt eſſe motus, & ſic tempus potentiale, ſed quia fortaſſe quies eſt miraculoſa, & propriè non dicitur quies, ideo potiùs dicendum eſt, inquit, manſionem illam Cœli menſuratum iri æuo.

Quies eſt priuatio motus.

Sententia Auctoris.

Sed quidquid ſit de iſtis argumentis Scoti, & ſolutionibus Caietani, circa quas eſſent multa examinanda, & infrà hîc nonnulla præcipua examinabimus. Mihi videtur ratio à priori pro hac ſententia Scoti hæc eſſe, quia motus noſter, & motus Angeli ſunt eiuſdem rationis; ergo, & tempus intrinſecum, quod eſt menſura motus noſtri, & tempus intrinſecum, quod eſt menſura motus Angeli, ſunt eiuſdem rationis. Conſequentia eſt manifeſta, quia tempus eſt paſſio intrinſeca motus, non poteſt igitur à principio eiuſdem rationis fluere duplex paſſio diſtincta ſpecie. Antecedens probatur, quia eſſentia motus localis conſiſtit in acquiſitione ſucceſſiua partium ſpatij. quòd verò ſit menſurabilis motu Cœli, vel non ſit menſurabilis, eſt quid accidentale ipſi motui; non enim eſt intra latitudinem motus, nec dependet motus quoad moram à motu Cœli tamquam ab exemplari eſſentialiter, ſicut eſt dependentia imaginis ab exemplari; ſed tantùm dependet accidentaliter, quatenus motus Cœli eſt velociſſimus omnium motuũ corporalium inferiorum, & ideo eſt primum in ſuo genere, & metrum aliorum, ſicut calor ignis eſt metrum caloris in aëre, & tamen calor in aëre non dependet eſſentialiter à calore ignis.

Affertur ratio à priori pro opinione noſtra.

Motus cœli eſt velociſſimus omniũ motuum corporalium.

5. Secunda concluſio. D.Thom.

Dico ſecundò: tempus noſtrum differt accidentaliter à tempore, quo menſuratur motus continuus, & ſucceſſiuus Angeli, & hoc tantùm voluit dicere Diuus Thomas: differt autem primò, quia motus inferiores dependent à motu Cœli tamquam à menſura; menſura tamen aliquando eſt per accidens, aliquando eſt per ſe in ratione menſuræ: per accidens tunc eſt, quando ſolùm eſt certitudo cognitionis: tũc eſt per ſe, quando eſt dependentia menſurabilis à menſurante in ratione menſuræ, tamquam à ſimpliciori, & primo in ſuo genere, exiſtimo tamen cum Gabriele & Durando in 2. diſt. 2. & Ocham ibidem, q. 13. quòd menſura, quæ dicta eſt per accidens, ſit vera menſura ex natura ſua, quia ſufficit ad veritatẽ menſuræ certitudo cognitionis. Hinc colligimus primò, motus noſtros inferiores dependere à motu Cœli tamquam à menſura per ſe in ratione menſuræ, quia non ſolùm eſt certitudo cognitionis, ſed dependentia tamquam à ſimpliciore, & perfectiore in ratione motus, vt dictum eſt; motum autem Angeli, & ambulationem Petri poſt reſurrectionem dependere quidem à tempore noſtro, tãquam à menſura vera, ſed per accidens, quia non poſſumus certificari de aliquo motu ipſorum per motum Cœli, quia motus ipſorum poteſt eſſe velocior, quàm motus Cœli: tamen hoc non facit differentiam eſſentialem in ratione formali durationis ſucceſſiuæ, in qua conſiſtit ratio temporis continui: quia hic reſpectus menſurabilis, & menſurantis eſt conſequens, & eſt extra rationem durationis ſucceſſiuæ. quod verò dependeat tamquam ab exemplari, eſt valde extrinſecum, præſertim quia non eſt propriè exemplar, ſed potiùs metrum; & primum in ſuo genere, vt dictum eſt. Et hinc patet, quomodo tempus ſucceſſiuum continuum, & angelicum diſtinguantur accidentaliter à tempore noſtro, quia ſcilicet, hoc noſtrum dependet à motu Cœli, tamquam à menſura non ſolùm ratione certi-

Menſura quædam eſt per accidẽs, quædam per ſe.

Gabr. Durand. Ocham.

6.

A tudinis, ſed etiã, quia duratio motus Cœli eſt exemplar durationum inferiorum, non autem temporis continui angelici, vt explicatum eſt. Secunda differentia, quia tempus noſtrum eſt corporale; tempus verò angelicum eſt ſpirituale. Propter hanc differentiam Molina ſuprà citatus q. 10. tenet tempus ſucceſſiuum angelicum diſtingui eſſentialiter à noſtro. Sed fallitur in duobus: primò quia ſpirituale non ſemper facit differentiam eſſentialem, ſed aliquando materialem: nam ſpirituale dupliciter poteſt contingere; primò quòd ex ſe ſit ſpirituale, v.g. natura Angeli ex ſe eſt ſpiritualis, ita intellectio, & hoc modo ſpirituale, vel eſt differentia eſſentialis, vel illam arguit. Alio modo, ſpirituale eſt ratione ſubiecti, & hoc modo ſpirituale non facit differentiam eſſentialem, ſed B materialem, & accidentalem; nam æuum Cœli ſecundùm communem opinionem eſt idem cum æuo Angeli, & tamen vnum eſt corporale, alterum ſpirituale. Secundò, viſio hominis ſecundùm aliquos eſt ſpiritualis, quia ſubiectatur immediatè in anima rationali ſecundùm illos, qui tenent potentias eſſe modos animæ, & tamen viſio hominis non diſtinguitur ſpecie à viſione equi, quia ſpiritualitas non eſt in viſione ex natura ſua, ſed ratione ſubiecti, in quo reperitur viſio. Secundò fallitur Molina. nam ambulatio Petri poſt reſurrectionem eſt eiuſdem rationis cum tempore motus angelici, quia vtrumque eſt ſucceſſiuum, & neutrum dependet à motu Cœli; & tamen tempus, quo menſuratur illa ambulatio, eſt corporale, & tempus quo menſuratur motus Angeli eſt C ſpirituale, niſi fingamus aliud tertium tempus, quo menſuretur ambulatio Petri, quod non admittit D. Thom. facit enim tantùm duplex tempus continuum, vnum dependens à motu Cœli, aliud independens. Et hæc de tempore continuo.

Molina.

Spirituale dupliciter poteſt cõtingere.

Ad argumenta primæ opinionis patet ex dictis.

QVÆSTIO DECIMASEPTIMA THEOLOGICA.

D Vtrùm ſententia decimiſeptimi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, nulli creaturæ poſſit competere connaturaliter, tamquam principali agenti, potentia ad creandum.

Materiam huius Corollarij tractant Scholaſtici in 2. ſent. diſt. 1. Durand. q. 4. Albert. art. 7. Richard. art. 4. q. 4. Gabr. q. 4. Capreol. q. 3. Ocham quodlib. 2. q. 9. Scotus in 4. diſt. 1. q. 1. D. Thom. 1. parte, quæſt. 45. art. 5. & ſecundo contra Gent. c. 210. & ibidem Ferrarienſis, & 2. ſenten. diſt. 1. q. 1. quæſtiunc. 1. artic. 3. & de potentia Dei quæſt. 3. Henricus quodlib. 4. quæſt. 37. Ægidius quodlib. 5. quæſt. 1. Fonſeca, & Suarius in Metaph. Val. E 1. parte, diſt. 3. quæſt. 2. punct. 4. Vaſquez 1. parte, diſput. 175.

Supponitur tamquam certa ſententia Corollarij.

SVPPONENDVM eſt tamquam certum tum ex Scholaſticis, in 2. ſententiarum diſtinct. 1. excepto Durando & Gabriele, tum ex Patribus, creationẽ non poſſe- 1.

Creatio non poteſt competere creaturæ.

Digitized by Google

competere connaturaliter alicui creaturæ, tamquam cauſæ principali. Probatur primò, ex Cyrillo Alexandrino lib. 2. contra Iulianum, vbi hoc tamquam dogma proponit contra Iulianum: *Inacceſſa* (inquit) *naturæ ſunt ea, quæ propria ſunt ſolius, & omnium ſummæ ſubſtantiæ. Quorum vnum eſſe dicimus efficaciter operari poſſe, vt creatorem, & producere res, quæ aliquando non erant.* Secundò Aug. lib. 12. de Ciuit. Dei cap. 24. & 3. de Trinit. cap. 8. *Nec boni* (inquit) *nec mali Angeli poſſunt eſſe creatores alicuius rei.* Et cap. 15. lib. 9. de Geneſ. ad litteram: *Creari* (inquit) *naturam tam nullus Angelus poteſt, quàm nec ſeipſum.* Athan. ſerm. 3. contra Arianos: *Adminiſtrare* (inquit) *creaturarum, & ſeruorum eſt; condere autem, & creare, ſolius Dei, eiuſque Verbi, & ſapientiæ*, & cõmuniter alij Patres contra Arium probant filium Dei eſſe verum Deum, quia ipſe creauit res ex nihilo; quæ probatio nulla eſſet, ſi dari poſſet creatura, quæ poſſet creare.

Cyrill. August. Athan. *Filius Dei verus eſt Deus cum omnia creauerit.*

Hoc ſuppoſito, difficultas grauis eſt apud Scholaſticos in aſſignanda huius rei ratione. Examinare igitur oportet priùs aliorũ vias, ſeu rationes, deinde vltimò noſtrã afferemus ex principio philoſophico.

3. Prima via Henrici & Richardi.

Prima via probandi ſententiam Corollarij eſt aliquorum exiſtimantium inter Ens, & Nihil, eſſe diſtantiam infinitam. Ita putarunt Henricus & Richardus vbi ſuprà, atque adeo exiſtimarunt requiri ad creandum virtutem infinitam, quæ quidem non eſt communicabilis creaturæ. Citari ſolet pro hac opinione D. Thomas, ſed eius mentem fusè examinabimus in fine quæſtionis.

Probatur inter ens, & nihil eſſe diſtantiam infinitam. *Inter contradictoria eſt maxima diſtantia.*

Antecedens, quod ſcilicet, inter ens, & nihil ſit diſtantia infinita, probatur; quia non poteſt intelligi maior diſtantia, quàm ſit inter cõtradictoria, quatenus cõtradictoria, quod triplici ratione ſuaderi poteſt.

Primò quia contradictoria, vt contradictio, ſe extendit ad quamcumque maximam diſtantiam. nam extremum negatiuum negat opponendo in infinitum ipſi poſitiuo, quicquid non eſt ipſum poſitiuum.

Secundò inter contradictoria eſt æqualis diſtantia, quia ſunt æquè impoſſibilia inter ſe, ſed inter aliqua contradictoria datur diſtantia infinita, vt inter Deum, & non Deũ; ergo & inter omnia alia contradictoria.

Tertiò, maior eſt diſtantia inter aliquod poſitiuũ, & negatiuum, quàm inter duo poſitiua; quia inter duo priora extrema videtur eſſe maior improportio, ſed inter duo poſitiua poteſt eſſe diſtantia infinita, vt inter Deum, & animam: ergo inter extremum poſitiuum, & negatiuum erit etiam diſtantia infinita, verbi gratia inter Animam, & non Animam.

Scotus. Durand.

HANC primam viam cum ſuo fundamento Scotus, & Durandus eodem modo impugnant; primò quia quando diſtantia inter extrema eſt immediata, tunc tanta eſt præcisè diſtantia extremorum quantum vnum extremum eſt maius altero. Quod probatur à Durando, quia dum medium non eſt inter extrema, nihil aliud eſt ibi diſtantia, niſi exceſſus vnius extremi ſuper alterum. non enim poteſt aliunde ſumi diſtantia. Secundò probatur à Scoto, quia extremum negatiuum non diſtat à poſitiuo, niſi deficiendo; non autem plus deficit extremum negatiuum ab extremo poſitiuo, quàm poſitiuum illud ponat. quando verò extrema ſunt mediata, tunc diſtantia ſumitur ex medio interiacente, & ideo inter quantitates diſtantia ſumitur ſecundũ quantitatem ſpatij interiacentis: ſic etiam inter duo qualia habentia contrarietatem, & intenſionem. quare cùm diſtantia inter ens poſitiuum, & negatiuũ ſit immediata, quia ſecundũ Philoſophum primo Poſter. *contradictio eſt oppoſitio, cuius ſecundum ſe non eſt medium:* ſequitur, quòd extremum poſitiuum, non excedit extremum negatiuum, niſi tantùm, quantùm ipſum eſt: ipſum autem cùm ſit creatum, non eſt infinitum; ergo non poteſt eſſe inter ipſa duo extrema diſtantia infinita.

Contradictio quid ſit.

4. Durand.

Secundò impugnat hanc primam viam cum ſuo fundamento ipſe Durandus, quia poſitio, & ablatio ſubiecti non minuit, vel auget diſtantiam, quia albedo, & nigredo habent eamdem diſtantiam, ſiue ſint in ſubiecto, ſiue extrà. ſed negatio termini, qui producendus eſt, cùm eſt in ſubiecto, habet diſtantiam finitam, quia ſuper eam datur actio agentis creati expellendo illam: ergo etiam extra ſubiectum illa negatio habet diſtantiam infinitam.

Tertiò impugnat, quia illud nihil, quòd implicat contradictionem, habet maiorem diſtantiam, quia ex priori nihilo non poteſt aliquid fieri, quàm illud nihil, quod poteſt eſſe terminus à quo; ergo inter nihil tamquam terminum à quo, & ſuum terminum ad quem, non erit diſtantia maxima, quæ poteſt dari.

Quartò impugnat, tum quia nihil non poteſt eſſe terminus à quo, quia ſecundum ſe non poteſt attingi ab agente, niſi ratione naturæ ſubiectæ, à qua expellitur priuatiuè per introductionem habitus, tum quia etiamſi ens, & nihil eſſent termini creationis, tamen nullam haberent inter ſe diſtantiam, quia diſtantia eſt entium. ſed hæc quarta impugnatio potiùs eſt de nomine.

5.

Ad argumentum verò primæ viæ patet ex dictis in quæſtione Philoſophica, ſed fuſiùs hîc, tamquam in loco proprio reſpondetur, negando illam probationem antecedentis aſſumpti, quòd non poſſit, ſcilicet, intelligi maior diſtantia, quàm ſit inter contradictoria quatenus cõtradictoria. Et ratio negationis patet ex dictis: nã in vna contradictione eſt maior diſtãtia, quàm in alia, quia exceſſus vnius extremi poſitiui poteſt eſſe maior in vna contradictione, quàm in alia, exempli gratia, plus diſtat Deus à nõ Deo, quàm anima à non anima: à tali autem exceſſu iam probatũ eſt ſumi diſtantiam inter contradictoria. Ad rationes autem factas ad confirmandam probationem antecedentis: Reſpondetur ad primam, extremum negatiuum, quatenus eſt terminus à quo, negare tantum entitatem ſui extremi poſitiui. concipitur enim quidam tranſitus eſſentiæ, quatenus eſt potentia obiectiua à non eſſe ad eſſe, tamquam ad actum entitatiuum, vt terminum ad quem. Cùm autem inſtatur, quòd contradictio, vt contradictio inter extremum negatiuum tamquam terminum à quo, & poſitiuum, tamquam terminum ad quem, ſe extendit ad quamcumque maximam diſtantiam, reſpondetur ex Scoto, hoc intelligendum eſſe non poſitiuè, ſed tantùm permiſſiuè; ſicut genus plus perfectionis habet permiſſiuè, quàm ſpecies, quia perfectio generica poteſt ſaluari in pluribus, ſpecies autem plus perfectionis continet poſitiuè. Ad ſecundam reſpondetur, concedendo eſſe æquè impoſſibilia, negatur tamen eſſe æquè diſtantia, quia impoſſibilitas ſumitur præcisè ex impoſſibilitate terminorum: at verò diſtantia, vt dictum eſt, ſumitur ex ipſa entitate extremi poſitiui. Ad tertiam reſpondetur, negando quòd maior ſit diſtantia inter aliquod poſitiuum, & negatiuum, puta inter animam, & non animam, quàm inter vtrumque poſitiuum, ſcilicet inter Deum, & animam: nam Deus, & anima diſtant infinitè per totum intermedium creaturarum ſuperiorum, quod eſt finitum in infinitum, & per totum exceſſum Dei ſuper creaturas, qui eſt infinitus categorematicè: at verò non anima ab anima diſtat ex dictis per ſolam entitatem ipſius animæ, quæ eſt finita.

Inter contradictoria maior eſt diſtantia in vna quàm in alia.

Contradictoria dicunt eamdem incompoſſibilitatem, ſed nõ eamdem diſtantiam.

SECVNDA

Digitized by Google

6. *Secũda via.*

SECVNDA via eſt aliquorum exiſtimantium rationem à priori, fundari in ſecunda regula poſita in 1. quæſt. philoſophica dubio ſecundo, quòd ex improportione primorum extremorum inter ſe, ſequatur improportio virtutum potentium ſuper illa extrema: ſed inter ens, & nihil, tamquam terminum à quo, vel inter aliquam potentiam, tamquam ſubiectum, & nullam potentiam, tamquam ſubiectum, eſt improportio, quia vnum eſt negatiuum, & alterum eſt poſitiuum: ergo & virtutes actiuæ potentes ſuper prima extrema erunt improportionatæ: vnde vlterius ſequitur, virtutem creatam potentem ſuper ens, & aliquam potentiam paſſiuam fore improportionatam virtuti potenti ſuper nihil, & ſuper nullam potentiam.

Inter ens & non ens ſumma eſt improportio.

7. Scotus autem ſoluit, & ſimul impugnat fundamentum huius ſecundæ viæ, negando primam conſequentiam, & aſſignando rationem negationis, quia prima extrema, ſcilicet Nihil, & Ens, vel nulla potentia paſſiua, & aliqua potentia paſſiua, ſunt inter ea, inter quæ non eſt nata eſſe proportio, quia alterum non eſt quantum; alia verò extrema, ſcilicet, virtutes, ſunt inter quæ nata eſt eſſe proportio. Exemplum eſt de puncto, & linea, inter quæ nulla eſt proportio, & tamen virtutes potentes ſuper illis non ſunt improportionales. Sed ego facilè concederem primam conſequentiam, & negarem ſecundam; & omiſſis pluribus, quæ circa illam regulam ſecundam, quam aſſumit hæc ſecunda via, dicta ſunt in quæſtione Philoſophica, dub. 2. dico, quòd quantùm facit ad propoſitum, non benè deducitur ex illa regula ſecunda conſequentia. ad ſummum enim deduceretur, quòd virtus materialis non poſſit creare, quia eſt proportionata extremo poſitiuo, ſcilicet ſubiecto, & quòd virtus ſpiritualis, qualis eſt angelica, poſſet creare, & ſicut nulla potentia paſſiua, & aliqua potentia paſſiua ſunt improportionabiles, ita & virtus actiua materialis, & virtus actiua ſpiritualis ſunt improportionabiles, quia prior eſt immerſa ſubiecto, quod eſt potentia paſſiua, poſterior omnino denudata ab illo, & exemplum aſſignatum de puncto, & linea facit pro nobis. nam virtus viſiua potens ſuper lineam, & non ſuper punctum, eſt improportionata virtuti intellectiuæ, præſertim angelicę potenti intuitiuè ſuper punctum, vt in quæſtione philoſophica ex Ariſtotele collegimus de ſenſ. & ſenſib. cap. 6. quòd autem, nec virtus angelica poſſit creare, infrà probabitur.

8. *Tertia via Caietani.*

TERTIA via eſt Caietani, qui impoſſibilitatem creaturæ ad creandum non ſumit, vt ſumebat prima via ex ratione facti. exiſtimat enim inter ens, & nihil eſſe diſtantiam finitam, neque præcisè, vt ſumebat ſecunda via ex improportione extremorum nihili, ſcilicet, & entis, vel nullius potentiæ paſſiuæ, & alicuius potentiæ paſſiuæ, ſed ſumit ex modo faciendi, fundato ſuper tertia illa regula Peripatetica ſuprà allata, quòd quando ſunt duo extrema, ita ſe habentia, vt quantùm vnum minuatur, alterum creſcat tantùm proportionaliter; è conuerſo alterum creſcat, & minuatur, ſi vtrumque numeraliter multiplicatum ponatur, & combinetur; ita vt quælibet combinatio conſtet ex vno vnius, & altero alterius extremi, ſi vnum ponatur diminui vſque ad nõ gradum ſuum, alterum creſcat ſuper omnem gradum, id eſt, in infinitum. At per hoc ſicut inter diminutum vſque ad non gradum, & retinentem gradum nulla eſt proportio, ita inter reliqua duo creſcentia nulla eſt proportio; quæ regula facilè ſic applicatur propoſito: Potentia paſſiua, & virtus agens, ita ſe habent, vt quantùm minuitur potentia paſſiua per

Regula Peripatetica notanda.

A maiorem elongationem ab actu, tantùm creſcet virtus agens: quod à ſimili poteſt manifeſtari. maior enim potentia requiritur in agente, vt lignum viride exſiccetur, ſaltem per idem tempus, quàm ſemiſiccum, quia viride magis elongatur ab actu. Si igitur multiplicetur vtrumque extremum, potentia paſſiua, ſcilicet, & virtus agens, & ponamus duas potentias paſſiuas, & duas virtutes agentes, & potentia paſſiua minuatur vſque ad non gradum, ita vt nulla ſit potentia paſſiua; tunc virtus actiua creſcit in infinitum, atque adeo virtus agens, potens ſuper potentiam nullum retinentem gradum, & virtus agens potens ſuper potentiam, retinentem aliquem gradum,

B erunt improportionabiles, quia prior eſt aucta in infinitum, poſterior eſt finita: probat autem Caietanus hanc regulam Peripateticam. Primò auctoritate, & exemplo Ariſtotelis ex 4. Phyſ. text. 71. vbi probat ex hac regula motus in vacuo, & in pleno eſſe improportionabiles. ex diminutione enim corpulentiæ ſpatij vſque ad non gradum, ita quòd nulla ſit corpulentia, augetur velocitas motus vſque in infinitum, id eſt, in inſtanti; ſi autem remaneat aliqua corpulentia, motus non poterit eſſe in inſtanti. 9.

Motus in vacuo & in pleno carēt proportione.

10. Secundò probat, quia alioquin ſequeretur, quòd virtus potens ſuper extremum nullum retinens gradum, & virtus potens ſuper extremum retinens

C gradum, eſſent æquales; quod ex ſe patet eſſe abſurdum. Exempli gratia accipiatur virtus faciens ex nulla potentia paſſiua, & finita ſecundùm aduerſarios, & in decuplo excedens virtutem facientem ex aliqua potentia paſſiua; ſi iſta potentia paſſiua in decuplo magis elongatur ab actu per diminutionem, tunc virtus faciens ex aliqua potentia fiet in decuplo perfectior: quare virtus faciens ex nulla potentia, & virtus faciens ex aliqua potentia, adæquarentur. Ad hanc etiam opinionem Caietani, videtur accedere Fonſeca, & Molina.

11. Sed ex dictis in quæſt. philoſoph. dub. 4. facilè impugnatur hæc tertia via Caietani & recentiorum; nam regula adducta à Caietano, in qua fundatur

Impugnatur 3. via Caiet. & aliorum.

D totus proceſſus ſuæ opinionis, poteſt habere, vt in dicta quæſtione Philoſophica probatum eſt, duplicem ſenſum. Primus ſenſus eſt, vt intelligatur de diminutione vnius extremi vſque ad non gradum extrinſecè. Secundus ſenſus eſt, vt intelligatur de diminutione vſque ad non gradum intrinſecè. Si intelligatur primo modo, verum eſt, quod concluditur à Caietano, virtutem agentem creſcere in infinitum, ſed non probat intentum, quia creſcit per additionem eiuſdem entitatis ad priorem, atque adeo ſemper in eodem ordine virtutis eductiuæ; numquam igitur attinget productionem ex nullo ſubiecto, quod erat probandum. quomodo autem virtus

E eductiua poſſit creſcere in infinitum per partes æquales ex diminutione alterius extremi per partes proportionales, examinauimus in quæſtione philoſophica dubio 3. Si verò regula intelligatur ſecūdo modo, vt verè intendit Caietanus, tunc, vt diximus dub. 4. malè concluditur à Caietano ex diminutione vnius extremi, ſcilicet, potentiæ paſſiuæ vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, virtutem agentem augeri in infinitum. Nam cùm omnino per calculationem tollatur potentia paſſiua, tollitur etiam virtus eductiua, quæ creſcebat proportionaliter ex diminutione potentiæ paſſiuæ per additionem eiuſdem entitatis ad ſe ipſam. Quare ex calculatione tranſcenditur ad virtutem ſuperioris ordinis, qualis eſſet virtus ſpiritualis Angelica, vel actus purus, etiam præciſa infinitate; non igitur calculatur formaliter

Digitized by Google

liter actus infinitus. Vnde ex illa regula non concludi poteſt creationem eſſe impoſſibilem connaturaliter omni creaturæ.

12. Ad argumenta verò Caietani reſpondetur, & ad primum de velocitate motus in vacuo improportionabili, cum velocitate motus in pleno iam ſatis reſponſum eſt in quæſtione philoſophica dubio quarto.

Ad ſecundum reſpondetur, argumentum bene concludere, numquam poſſe fieri adæquationem inter virtutem ex aliqua potentia, & virtutem producentem ex nulla potētia, non quidem ratione infinitatis, quæ calculatur in virtute producente ex nulla potentia, vt malè calculauit Caietanus. ſed quia calculatur virtus finita ſuperioris ordinis, quæ numquam poteſt adæquari à virtute inferioris ordinis etiam infinita, vt probatum eſt in quæſtione Philoſophica, quia in operando etiam ſi ſit infinita, non poſſet excedere modum ſuum eſſendi, qui exceditur à quacumque virtute minima ſuperioris ordinis, & conſequenter attingitur à tali virtute obiectum nobiliori modo; patet exemplo adducto ab Ariſtotele de ſenſ. & ſenſil. cap. vlt. de potentia viſiua, quæ proportionaliter creſcit per diminutionem obiecti extenſi, quòd ſi per partes proportionales diminuatur vſque ad non gradum extrinſecè, virtus viſiua creſcit in infinitum per partes æquales, & fit potens ad videndum minùs, & minùs extenſum in infinitum, numquam tamen videbit punctum: virtus autem intellectiua, ſaltem angelica, quantumcumque minima, quia eſt ſuperioris ordinis intuitiuè, attingit non ſolùm punctum, quod eſt indiuiſibile materiale, ſed etiam indiuiſibile ſpirituale creatum.

13. *Quarta via Ochami.* QVARTA via eſt Ochami, qui hanc aliam adinuenit rationem: aut cauſſa (inquit) eſt naturaliter agens, aut liberè. ſi naturaliter, ſequeretur, quòd ſimul crearet infinita ſaltem indiuidua infra eamdem ſpeciem, in quibus creandis non requireretur maior virtus: ſi liberè, ſaltem poſſet velle creare ſimul infinita, & conſequenter poſſet illa creare.

14. *Impugnatur quarta via Ochami.* Sed hæc opinio optimè impugnatur, quia vtraque cauſa determinari poteſt ad creandum finita. naturalis quidem cauſa, à concurſu Dei; libera autem à ſeipſa determinari poſſet ad hæc, vel illa obiecta poſſibilia. Hic autem obiter notandum eſt, poſſe dari cauſam naturalem, ſeu neceſſariò agentem creatam, quæ poſſet in infinitum producere; nam limitari poteſt, vel ab ipſa materia, vel ſi nulla eſt materia, ab ipſo concurſu Dei: cauſa autem increata, quæ poſſit in infinitum creare, dari non poteſt neceſſaria, quia ſimul ageret ſecundum totum poſſe in infinitum, quod implicat, vt ſupponitur, ſed opus eſt, vt determinetur à ſua voluntate libera. Quòd ſi dicas, faciat quicquid poteſt velle. Reſpondetur eſſe impoſſibile, quia opus eſt, vt determinetur à volitione libera in actu exercito, quæ cùm non poſſit eſſe inanis, & inefficax, ſemper eſt determinata ad aliquod poſſibile, & conſequenter ad finitum, ſuppoſito quòd infinitum dari non poſſit. Aliqui tamen veteres Philoſophi voluerunt poſſe dari cauſam increatam neceſſariam agentem per intellectum, quia vt aiebant determinaretur ab ipſo intellectu. Sed contrà, quia in creandis his, vel illis indiuiduis non poſſet aſſignari ratio quare potiùs hæc, quàm illa fuerint creata: ſed de hoc alibi, quia non eſt locus proprius.

Poteſt dari cauſſa neceſſaria, qua poteſt infinitum producere.

15. *Quinta via, qua Scotus probat creationem non poſſe competere creaturæ.* QVINTA via eſt Scoti, quem ſequitur Vaſquez in prima parte quæſt. 46. qui hanc aliam rationem adducit; quia non poteſt (inquit) competere virtuti A agenti materiali ex illo principio Philoſophico aſſignato in quæſtione Philoſophica, quia modus operandi extra ſubiectum excederet modum eſſendi virtutis materialis, quæ vel eſſet materia, vel forma immerſa materiæ. Neque poteſt competere virtuti ſpirituali creatæ. nam hæc agit mediis actibus intellectus, & voluntatis tamquam inſtrumentis: inſtrumentum autem ſecundum Scotum, non poteſt attingere effectum ſupra ſuam naturam, ſicut calor non attingit productionem ſubſtantiæ, ſed tantùm diſpoſitionem. Cùm igitur intellectus, & voluntas in Angelo ſint accidentia inhærentia, non poſſunt attingere creationem alicuius ſubſtantiæ, nec alterius accidentis, ſi crearetur extra ſubiectum. Sed hæc ratio Scoti, quantùm ad cauſam B materialem, vera eſt; quantum verò ad cauſam ſpiritualem, qualis eſt Angelus, impugnatur dupliciter.

Inſtrumētum non poteſt attingere effectum ſupra ſuam naturā, hoc poſtea reycitur.

16. *Impugnatur 5. via Scoti.* Primò, quia ſupponit, quòd actus intellectus, & voluntatis ſint inſtrumentum, quod poſſet negari, & poſſet dici, quòd ſolùm ſe habent, vt applicantes ſubſtantiam Angeli ad immediatè creandum, ſicut in homine potentia generandi applicatur per intellectum, & voluntatem, & quidem in Angelo eſſet maior nobilitas, vt ageret immediatè per ſuam ſubſtantiam.

Secundò, etiam ſi detur Scoto, quòd ſint inſtrumentum; negatur tamen inſtrumentum non poſſe vltra vires in virtute principalis agentis, atque adeo negatur non poſſe creare ſubſtantiam in virtute C ſubſtantiæ, cuius ſunt inſtrumentum. Hoc autem argumentum ſatis fusè contra Scotum examinauimus in quæſtione ſecunda Philoſophica in prima difficultate.

17. *Sexta via Suarij diſp. 20 metaph. ſect. 2.* SEXTA via eſt quorumdam eximiorum doctorum, qui videntes difficultatem in aſſignanda efficaci ratione à priori, exiſtimarunt ingenioſè probari tantùm poſſe efficaciter à poſteriori. ſupponunt autem vnum, tamquam certum de fide, in cap. firmiter, de ſumma Trinitate, & fide Catholica, nullam creaturam de facto creaſſe; & ex Damaſceno lib. 2. cap. 3. *Quicumque dixerit* (inquit) *Angelum aliquid creare, anathema ſit:* expreſſit autem Angelum, quia de eo poterat eſſe maior dubitatio, tamquam de principaliori creatura, & quæ eſt abſtracta à ſubie- D cto. Ex hoc ſuppoſito infert primò, nullam creaturam de facto habere poteſtatem ad creandum; alioquin fruſtra Deus dediſſet poteſtatem ſine vſu eius. Infert ſecundò cum Auguſtino tertio de Trinit. c. 8. nullam creaturam dari poſſe, cui ſit connaturale creare, quia ſi talis creatura eſſet poſſibilis, conſtitueret alium ordinem, & gradum creaturæ, præter eos gradus, qui nunc ſunt, quia haberet (inquit) diſtinctum, & altiorem operandi modum: ergo pertinuiſſet ad perfectionem vniuerſi, vt eſſet talis gradus. Et confirmatur, quia eadem ratione D. Thomas in prima parte probat dari Angelos, qui ſunt ſubſtantiæ intellectuales completæ, quia dicunt quemdam gradum, & ordinem altiorem in vniuerſo. Si igitur Deus non creauit talem creaturam, ſi- E gnum eſt, quòd non ſit poſſibilis.

Nulla creatura vmquā quicquam creauit.

Nulla creatura dari poteſt, cui ſit connaturale creare.

18. *Impugnatur ſexta via.* Hæc via eſt quidem valdè ſenſata, & probabilis, ſed in ea non omninò quieſcit animus, & videtur petere principium. poſſet enim aliquis dicere, poſſe dari Angelum perfectiorem ſupremo creato, qui poſſet creare: & cùm inſtatur, quòd talis Angelus fuiſſet creatus, quia creatio huius pertinuiſſet ad ordinem vniuerſi: reſponderi poſſet, non opus eſſe omnes ſpecies Angeli poni in vniuerſo, quia ſunt in eodem ordine, & gradu eſſendi. Quòd ſi replicetur, modum

Digitized by Google

modum operandi extra ſubiectum requirere in agente gradum, & modum eſſendi altiorem, & diſtinctum ab his, qui modò ſunt, ac proinde pertinere ad ordinem vniuerſi, vt ſit talis gradus in vniuerſo. Contrà, quia hoc videtur petitio principij. hoc eſt enim, quod quærendo controuertitur, quare iſte modus operandi extra ſubiectum requirat cauſam altioris ordinis, quàm ſit natura angelica, quæ etiam extra ſubiectum eſt.

19. Examinātur illę viæ, quæ deſumuntur ex principio philoſophico.

RELIQVIS igitur viis, & rationibus impugnatis, reſtat nunc examinare, an ſit aliqua via ex principio Philoſophico, quæ poſſit à priori probare intentum: principium autem Philoſophicum hoc eſt; Modus operandi conſequitur, tamquam quædam B proprietas connaturalis, modum eſſendi virtutis agentis principalis, vt oſtenſum eſt quæſtione prima Philoſophica, dubio primo, & ſermo eſt de agēte principali (nam de cauſa inſtrumentaria, vtrum poſſit dari ad creandum infrà examinabitur in quęſtione ſecunda Philoſophica, in Coroll. 1. in quinta difficultate, & in Corollar. 2.) plures autem rationes ex eodem principio Philoſophico ad hoc probandum afferunt Doctores, quas quidem breuiter oportet priùs examinare, & vltimò afferemus ex eodem principio rationem noſtram, quam probabimus eſſe S. Thomæ.

Septima via Ægidij Doctoris profundi.

Prima igitur ratio, & eſt ſeptima via in ordine, C Ægidij quodlibeto quinto: Omnis natura (inquit) creata, vel eſt potentia pura, ſicut eſt natura materiæ primæ, vel eſt actus admiſtus potentiæ, vt eſt quælibet natura creata. Si eſt potentia pura, non poteſt per ſe in aliquem actum: ſi verò eſt actus admiſtus potentiæ, ergo ex principio Philoſophico aſſignato, habebit modum operandi proportionatum, ſcilicet, per actionem, quæ ſit admiſta potentię: talis autem eſt motus, ex definitione tradita in 3. Phyſ. motus autem ſemper præſupponit mobile eſſe, quia ex eadem definitione tradita, eſt in ſubiecto tamquam via, vt in potentia ad terminum ſubſtantialem: quare non poterit creatura agere ex nullo præſuppoſito ſubiecto; quod eſt creare.

Impugnatur à Scoto.

Sed hæc ſeptima via optimè impugnatur à Scoto, D quia tantùm hæc ratio concludit, quòd actio tranſiens habeat potentialitatem, ſicut habet terminus, in quem tranſit, atque adeò non opus eſt, vt ſit actus receptus in ſubiecto, & talis modus operandi poteſt eſſe proportionatus modo eſſendi agētis, quia agens, quod poſſet creare, non eſſet actus ſubſtantialis receptus in ſubiecto, ſed tantùm admiſtus potentialitati, qualis eſſet intelligentia. Hanc impugnationem vidit Ægidius ibidem, & ideo ſubdit hanc primam rationem fulciri poſſe per ſubſequentes.

20. Octaua via. *Omnis creatura habet eſſe per aliud.*

OCTAVA via eſt eiuſdem Ægidij ibidem: Omnis creatura habet eſſe per aliud; cùm igitur ex E principio Philoſophico, res ſicut ſe habet ad eſſe, ita ſe habet ad agere, non poterit communicari creaturæ, quòd non habeat agere per aliud: agit igitur creatura, vt acta, & mota ab alio tamquam inſtrumentum ipſius; ergo vt applicata ab alio. nam agere, vt non applicatum, eſt agere principaliter: Vnde dicitur in 16. propoſ. de cauſis, quòd *virtus diuina eſt virtus virtutum*, quia eius eſt applicare omnes virtutes, & operationes ſuas; agere autem vt applicatum, eſt præſupponere id, ad quod applicatur: omne ergo tale agens agit ex aliquo præſuppoſito; quare cùm omnis creatura agat vt acta, & applicata, non poterit creare, quod eſt producere ex non præſuppoſito ſubiecto. Et confirmatur hæc ratio, quia debet eſſe proportio inter agens & effectum, vnde ſicut agens

Auctor de cauſis. *Virtus diuina eſt virtus virtutum.*

Creare eſt producere ex nō

A creatum præſupponit agens increatum, à quo in agendo regulatur, & applicatur, ita etiam effectus agentis creati præſupponere debet effectum diuinum, in quo recipiatur.

præſuppoſito ſubiecto.

Impugnatur octaua via.

Impugnatur hæc octaua via, quia aſſumit multa, quæ ſunt falſa. Primò falſum eſt, quod aſſumit creatura ex eo, quòd agat, vt acta, & mota à Deo, eſſe inſtrumentum ipſius: ſequeretur enim, quòd creatura ad nullam operationem concurreret vt cauſa principalis, quia ad omnem operationem, ad quam concurrit; concurrit vt mota à Deo, vt dicitur lib. de cauſis. Hæc autem motio, ſecundum aliquos ex Diuo Thoma, nihil aliud eſt, quàm ipſe concurſus primæ cauſæ identificatus cum termino producto. Secundò, qui tenent agens creatum poſſe dari ad creandum, falſum conſequenter eſſe dicerent, quod aſſumit hic auctor; agens, ſcilicet, creatum, applicatum à prima cauſa præſupponere debere ſubiectum, cui applicatur; applicatio enim ex parte agentis creati, quod applicatur, dicit tantùm virtutem receptam à primo agente, & ex parte agentis Dei applicantis, dicit concurſum actualem ipſius; ex parte autem cui applicatur, quantùm eſt ex vi applicationis non requiritur, vt dicat præſuppoſitum ſubiectum, ſed tantùm terminum poſſibilem. Tertiò falſum aſſumit, quòd ſicut agens præſupponit agens diuinum, ita effectus agentis creati præſupponere debet effectum diuinum, in quo recipitur; ſufficit enim, vt ſupponat effectum diuinum, quantùm ad concurſum actualem ipſius agentis diuini.

NONA via eſt eiuſdem Ægidij: Agens creatum (inquit) agit per potentiam ſuam naturalem, quæ eſt accidens: ergo ex eodem principio Philoſophico immediatè non poteſt attingere, niſi accidens; accidens autem naturaliter recipitur in ſubiecto: agens igitur creatum in agendo præſupponit ſubiectum. 21. Nona via.

Impugnatur.

Impugnatur ab aliquibus hæc nona via. nam vel hæc potentia eſt intellectus, & voluntas, & non eſt ſatis probatum, quòd ſit principium agendi, & immediatum: vel tantùm ſe habent, vt applicantes ſubſtantiam Angeli ad immediatè agendum. Si verò eſt potentia executiua, neque etiam eſt ſatis probatum, quòd hæc à parte rei ſit diſtincta ab intellectu, & voluntate. Secundò impugnatur fortiùs etiam ſi potentia ſiue intellectus, ſiue potentia executiua ſit principium immediatum agendi, adhuc Ægidius non concluderet intentum, quia poſſet tamquam inſtrumentum ſubſtantiæ agere vltrà ſuas vires: deberet igitur probare, quòd ipſa ſubſtantia Angeli habeat modum eſſendi improportionatum, & inferiorem modo operandi extra ſubiectum, quod nos infrà probabimus.

22. *Probatur ſolius Dei eſſe creare ex D. Thoma.* Decima via.

Sunt aliæ rationes S. Thomæ fundatæ in eodem principio Philoſophico, quarum vltima, quæ eſt decimaquarta in ordine, videtur tantum efficaciter probare; reliquæ verò habent aliquam congruentiam, ſunt autem hæ. Prima igitur quæ eſt decima in ordine, habetur quæſtione tertia de potentia art. 4. vbi inquit, quòd hoc modo factum agitur, quo faciens facit; faciens autem facit, ſecundum quod actu eſt: ſolus autem Deus ſe toto agit, quia ipſe ſolus cùm ſit actus purus, totus eſt actus: ergo ex principio philoſophico, cùm in creatione factum fiat totum, quia nihil eius præexiſtit in materia, ſolius puri actus eſt creare. Circa autem hanc rationem notandum eſt, quòd quamuis ibi inferat D. Thomas creare eſſe virtutis infinitæ, non tamen intelligit formaliter, ſed materialiter tantùm, quatenus, vt ipſe ait, infinitas eſt coniuncta cum actu puro. Sed ad hanc

Inſtatur cōtra

Digitized by Google

tra hanc decimam rationem. ad hanc rationem poſſent aduerſarij reſpondere, quòd ad hoc, vt factum proportionetur agenti creato, ſufficeret, quòd factum extra materiam, non ſit totum in actu. in hoc ſenſu, quatenus factum cùm ſit creatum neceſſariò eſt immerſum potentialitati, ſicut nec ipſum agens creatum eſſet totum actu in eodem ſenſu. Hinc autem non habetur, quòd ab agente creato abſtracto à ſubiecto, quale agens eſt Angelus, non poſſet fieri factum totum actu, id eſt, extra ſubiectum.

23. *Vndecima via ad id probandum ex S. Thoma.* Alia via eiuſdem ſecundo contra Gen. cap. 21. & eſt vndecima in ordine: In creatione (inquit) ens fit per ſe; ergo & agens debet eſſe per ſe; talis autem non poteſt eſſe, niſi actus purus. Conſequentia probatur, quia effectus proportionaliter reducuntur ad ſuas cauſas; nam effectus in actu tribuitur cauſæ in actu, effectus in potentia cauſæ in potentia, effectus particulares cauſis particularibus, effectus magis vniuerſales cauſis magis vniuerſalibus; effectus per accidens, cauſis per accidens: ergo effectus per ſe, cauſis per ſe. Antecedens probatur, quia per ſe fit illud, quod priùs non fuit; ſi verò priùs fuit, dicitur fieri per accidens, verbi gratia, ſi ex albo fiat nigrum, fit quidem nigrum, & coloratum, ſed nigrum per ſe fit ex non nigro; coloratum autem per accidens: nam priùs coloratum erat: ſic igitur cùm fit aliquod ens, vt homo, vel lapis, homo quidem per ſe fit, quia ex non homine: ens autem fit per accidens, quia non fit ex non ente ſimpliciter, ſed ex non ente hoc, ita vt particula (ex) non denotet habitudinem ſubiecti, ſed ordinem durationis ad terminum à quo, ita vt ſignificet idem, quod pòſt. Ratio autem huius eſt illa, quam tradit Philoſophus primo Phyſic. text. 76. & explicat Caietanus prima parte q. 44. art. 2. quòd nullum agens intendit facere id, quod eſt, ſed id quod non eſt: ergo cùm in omni creatione factum fiat omnino ex non ente: ſequitur, quòd in creatione ens per ſe fiat, in aliis autem tranſmutationibus, quia ens præſupponitur, ideo ens per accidens dicitur fieri. Hæc ratio ſic explicata habet aliquam congruentiam, & ſimilitudinem; non autem efficaciter probat. Difficile eſt autem aſſignare, vbi conſiſtat hæc congruentia, & ſimilitudo. Et ratio difficultatis eſt, quia Deus dicitur cauſa per ſe, quatenus eſt independens; quod autem fit per creationem, eſt dependens. Reſpondeo, quòd ſimilitudo conſiſtit in hoc, quòd ſicut Deus dicitur cauſa per ſe, quia non præſupponit aliam cauſam, ita factum per creationem dicitur primus effectus per ſe, quia non præſupponit alium effectum. Secundò, ſicut Deus eſt vltimus finis, & per quem primò omnia intendi debent, ita totum factum per creationem eſt vltimus finis agentis, ſeu primò intentum.

Per ſe fit illud, quod priùs nō fuit.

Ariſt. Caiet. *Agens non intendit facere id quod eſt, ſed id quod non eſt.*

Inſtatur cōtra hanc vndecimā viā.

Deus eſt cauſa per ſe.

Inſtatio Thomiſtarum. Sed vlteriùs aliqui Thomiſtæ ex hac ratione, ad hoc, vt efficaciter probent intentum, conantur inferre, quòd ad creandum requiratur virtus infinita, quæ quidem ſoli Deo competit. Quod ſic probant: Per creationem (inquiūt) fit per ſe primò ens, ſicut iam probatum eſt: ergo agens, quod poteſt ad ipſum eſſe, in quantum eſt eſſe abſolutè ſumptum, & non in quantum eſt tale eſſe, poteſt ad omne eſſe; agens autem, quod poteſt creare omne eſſe, neceſſariò, vt patet per calculationem, debet eſſe infinitum. Sed hæc illatio nulla eſt: nam cùm dicitur, quòd ens in creatione fit per ſe primò, non intelligitur, quòd potentia creatiua reſpiciat ens abſolutè ſumptum, tamquam formale & adæquatum obiectum ipſius, ita vt poſſit ad omne eſſe; ſed quòd non præcedat creationem aliud eſſe, cum quo po-

Impugnatio illationis.

A teſt ſtare, vt potentia creatiua determinetur, & limitetur ad aliquod ens in particulari, verbi gratia ad creationem, materiæ primæ, ad quam requiritur virtus creatiua vt duo, & in hoc quidem caſu diceretur eſſe fieri per ſe, quia non præcedit aliud eſſe; & tamen illa virtus creatiua non eſſet ſufficiens ad creandum Angelum, qui eſt maioris perfectionis, ſicut cùm homo generat embryonem, generat per ſe animal, quia generat non ex animali, ſcilicet, ex ſemine, & tamen non ſequitur, quòd habeat potentiam generandi omne animal.

Duodecima via eiuſdem ibidem, quæ parum videtur differre à præcedenti, quòd prima actionum debet eſſe primæ cauſæ: ſed creatio eſt prima actionum, quia nullam aliam præſupponit; ergò tamùm B competit Deo, qui eſt prima cauſa. 24. Duodecima via.

Ad hanc rationem reducenda eſt decima tertia via, quam tradit D. Thomas prima parte, quòd effectus vniuerſaliores in vniuerſaliorem cauſam oportet reducere; quæ quidem ratio multas patitur inſtantias ex Scoto, & aliis, vt fusè habetur apud Molinam, & Suarium, & ideò in illa examinanda non immoror, tùm quia ex dictis patet ſolutio, tùm quia ceſſabunt omnes inſtantiæ; ſi hæc ratio D. Thomæ formetur ſecundum aliquam congruentiam, hoc modo, ſicut Deus eſt cauſa prima, & vniuerſaliſſima concurrens in omni actione, ita ens, quia eſt primus effectus, & vniuerſaliſſimus, debet reduci ad hanc primam, & vniuerſaliſſimam cauſam: quòd autem ens ſit primus effectus, iam probatum eſt, quia per C ſe primò fit in creatione; quòd verò ſit vniuerſaliſſimus, probatur, quia imbibitur in omni effectu, ſeu gradu ipſius rei, quæ creatur. Non licet autem hinc inferre, vt aliqui recentiores falsò inferunt, requiri virtutem infinitam in creando, quia (inquiunt) potentia creatiua reſpicit ens vniuerſaliſſimè ſumptum, complectens omnia entia, vt ſuprà in quinta ratione impugnauimus: nam cùm dicitur, potentia creatiua reſpicit ens vniuerſaliſſimè ſumptum, nō facit ſenſum, quòd reſpiciat omne ens, ſed quòd reſpiciat ens, tamquam primum effectum, cùm in creatione non præſupponatur aliud eſſe, quia primus effectus eſt imbibitus in omni gradu particulari illius rei, quæ creatur. 13. via.

Potētia creatiua reſpicit ens vniuerſaliſſimum, quo modo hoc intelligendū.

Omnes igitur hæ rationes D. Thomæ ſimul ſumptæ, quamuis non efficaciter probent, faciunt ta- D men aliquam congruentiam: congruentia autem conſiſtit in hoc, quod cùm in creatione producatur ens per ſe, quia non ſupponit aliud ens, ſequitur, quòd ens ſit primus effectus, & vniuerſaliſſimus imbibitus in omnibus aliis effectibus; reduci igitur debet ad cauſam primam per ſe, & vniuerſaliſſimam, qualis eſt Deus.

Affertur decimaquarta, & verior via ex eodem principio Philoſophico.

Est igitur decimaquarta via, quæ videtur aliquantò efficaciùs in re tam difficili probare intentum, & colligitur ex S. Thoma, vt infrà videbimus: 25. S. Thom. E eſt autem hæc; Subſtantia creata, aut eſt materialis, aut immaterialis: ſubſtantia materialis, aut eſt pura potentia, & hæc non poteſt per ſe in aliquem actū, quia nullum habet actum; vel etiam ſi habeat aliquem actum entitatiuum, non eſt actiua, vel etiam ſi daretur actiua, non poteſt agere extra materiam, cum ſit ipſa materia: aut eſt actus immerſus materiæ, & hæc non poteſt agere extra materiam ex principio Philoſophico aſſignato, quia modus operandi extra materiam excederet modum eſſendi in

mate

materia. De ſubſtantia autem immateriali angelica eſt tota difficultas. Ratio dubitandi eſt, quia non videtur poſſe inferri ex eo, quòd ſit immerſa potentialitati, habere modum operandi in ſubiecto, ſed potiùs inferri ex eo, quòd ipſa ſubſtantia non ſit immerſa ſubiecto, ſed potentialitati, eius operationem immerſam eſſe potentialitati, non autem ſubiecto; tamen dicendum eſt, quòd eſſe actum ſubſtantialem in Angelo immerſum potentialitati ſit radix, vt operatio ipſius non ſolùm immanens, ſed etiam tranſiens ſit immerſa, non ſolùm potentialitati, ſed etiam ſubiecto, & conſequenter vt creatio, quæ nullum præſupponit ſubiectum, non ſit connaturalis ſubſtantiæ angelicæ. Quòd autem eſſe immerſum potentialitati ſit radix, &c. probatur. Nam cùm actus ſubſtantialis in Angelo ſit immerſus potentialitati, fit, vt ſubſtantia angelica per ſe, ſiue in primo, ſiue ſaltem in ſecundo modo dicendi per ſe habeat modum eſſendi ſubiectiuum reſpectu ſuarum operationum immanentium, quia ſua operatio non poteſt eſſe ſua ſubſtantia; hoc enim arguit puritatem actus, vt ſupponitur ab ipſis conceſſum: ſed ab huiuſmodi ſubſtantia per ſe ſubiectiua, non poteſt egredi aliqua actio, quæ non ſit exigitiua ſubiecti; ergo non poteſt ab illa connaturaliter emanare creatio, quæ nullum præſupponat ſubiectum. Circa minorem huius ſyllogiſmi eſt tota difficultas, quòd ſcilicet, à ſubſtantia per ſe ſubiectiua, nulla poſſit egredi actio, quæ non ſit exigitiua ſubiecti. Et ratio difficultatis eſt, quia creatio non eſt actio immanens, quæ recipi debeat in ſubiecto, à quo egreditur: quare videtur poſſe ſtare, vt ſubſtantia angelica ſit per ſe ſubiectum reſpectu operationum immanentium, quæ recipi debent in ipſa, quia operatio non eſt ſua ſubſtantia, vt eſt in Deo; & tamen vt operatio tranſiens, quæ non recipi debet in ipſa, non ſit exigitiua alieni ſubiecti: ſed hoc non obſtante vera eſt illa minor, quæ ſic probatur; Non ideo operatio immanens eſt exigitiua ſubiecti, quia eſt immanens, & recipi debet in ſubſtantia cuius eſt operatio; nam operatio Dei ad intra eſt immanens; & tamen non eſt exigitiua ſubiecti, ſed eſt idem cum ſubſtantia, cuius eſt operatio. Si igitur in Angelo eſt exigitiua ſubiecti, eſt ex eo, tamquam à priori, quia ipſa ſubſtantia Angeli eſt per ſe ſubiectum, vt probatum eſt: Ergo pari ratione actio tranſiens, quia egreditur à ſubſtantia, quæ eſt per ſe ſubiectiua, debet etiam egredi cum eadem imperfectione, vt ſcilicet, ſit exigitiua ſubiecti. Et confirmatur, quia non poteſt actio egredi perfectiori modo, quàm ſit cauſa in ſuo genere: cauſa autem, quæ eſt ſubſtantia angelica duplicem habet imperfectionem. Vnam, quòd ſit immerſa potentialitati: alteram, quòd ſit ſubiectiua in aliquo priori naturæ, ita vt tamquam à priori, vt probatum eſt, ſequatur operationem immanentem eſſe exigitiuam ſubiecti: ergo actio tranſiens, ſicut & immanens debet habere duplicem etiam hanc imperfectionem ſuæ cauſæ, à qua egreditur: vnam vt ſit immerſa potentialitati: alteram, vt ſit exigitiua ſubiecti, quæ imperfectio correſpondet ſuo modo proportionaliter imperfectioni ſuæ cauſæ, quæ eſt eſſe ſubiectiuam in priori quodam naturæ præſcindendo ab operatione immanenti. Quod ſic etiam oſtendi poteſt: quia ſi talis actio tranſiens per impoſſibile remaneret in agente, remaneret neceſſariò in illo tamquam in ſubiecto; egreditur igitur cum hac imperfectione exigitiua ſubiecti.

Immerſio Angeli in potentialitate eſt radix quòd omnis actio ipſius, ſiue immanens, ſiue tranſiens ſit immerſa ſubiecto.

A ſubſtãtia per ſe ſubiectiua, non poteſt egredi actio, quæ non ſit ſubiectiua.

Operatio Dei eſt immanẽs, & non exigitiua ſubiecti.

S. Thom.

Et hæc quidem ratio colligitur ex D. Thoma. q. 3. de potentia art. 4. vbi ex eo quod actio Dei immanens ſit ſua ſubſtantia, infert, actionem tranſeuntem, qualis eſt creatio, non requirere materiam. ergo à contrario, quia actio immanens in Angelo, non eſt ſua ſubſtantia, ſed exigitiua ipſius ſubſtantiæ, tãquam ſubiecti, in quo recipiatur, bene infertur, quòd etiam actio tranſiens ſit exigitiua ſubiecti, in quo recipiatur. Quod ſi obiiciatur hunc modum inferendi eſſe captioſum, vt ſi quis ex eo, quòd muræna eſt piſcis, ergo non reſpirat, inferret de pariete, paries non eſt piſcis, ergo reſpirat: reſpondetur, quòd eſſe piſcem non eſt ratio adæquata ad non reſpirandum. Sed ſi ponatur ratio adæquata, benè infertur, verbi gratia, carens pulmone non reſpirat, equus non caret pulmone, ergo reſpirat. At in caſu noſtro S. Doctor videtur ponere tamquam rationem adæquatam, vt nos etiam ſuprà probauimus, vt quando ſubſtantia non eſt receptiua ſuæ operationis immanentis, actio etiam ad extra, non ſit exigitiua ſubiecti: ergo valet conſequentia, quòd ſi ſubſtantia eſt receptiua operationis immanentis, actio etiam tranſiens ſit exigitiua ſubiecti, quia ceſſat ratio, quare actio tranſiens non ſit exigitiua ſubiecti, & hæc ratio in re tam difficili ſatis eſſe debet.

Concluditur igitur ex principio Philoſophico, nulli creaturæ connaturaliter competere poſſe creare, tamquam cauſæ principali: an autem competere poſſit creaturæ, ſecundum potentiam obedientialem, vel alicui qualitati ſupernaturali, tamquam connaturali inſtrumento, infrà examinabitur quæſt. 2. philoſophica in primo, & ſecundo Corollario.

Nulli creaturæ naturaliter competit creare.

Deduximus huc uſque ex principio Philoſophico Corollaria Theologica circa operationem Phyſicam, tam immanentem, quàm tranſeuntem, nunc reſtat ex eodem principio deducere Corollaria Theologica, circa operationem moralem, qualis eſt ſatisfactio, & meritum.

QVÆSTIO DECIMA-OCTAVA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia decimi octaui Corollarij ſit vera, quòd ſcilicet, offenſa, quæ ſit Deo, ſit ſimpliciter finita in ordine ſupernaturali: valor autem ſatisfactionis Chriſti ſit ſimpliciter infinitus, & in infinitum excedens offenſam.

HOC COROLLARIVM CONtinet multas partes quæ in hac quæſtione ſunt probandæ: vt autem diſtinctè procedatur diuido quæſtionem in quinque dubitationes.

I. *Vtrùm offenſa facta Deo ſit ſimpliciter finita in ordine ſupernaturali.*

II. *Vtrùm valor ſatisfactionis Chriſti exceſſerit offenſam.*

III. *Vtrùm ſatisfactio Chriſti fuerit de toto rigore iuſtitiæ.*

IV. Vtrùm

Digitized by Google

IV. *Vtrùm valor moralis actuum Chriſti fuerit infinitus ſimpliciter, in genere valoris. Vbi etiam examinatur, vtrùm Chriſtus potuerit plus merere, quàm Deus remunerare.*

V. *Vtrùm per contritionem puræ creaturæ formaliter remittatur peccatum.*

Materiam huius Corollarij tractant communiter Scholaſtici in 3. diſtinct. 20. & in 4. diſtinct. 10. Sanctus Thomas tertia parte, quæſtione prima, & hic Caietanus, & Suarius in 3. part. diſp. 4. & alij Recentiores.

PRIMA DVBITATIO.

Vtrum offenſa facta Deo ſit ſimpliciter finita in ordine ſupernaturali.

1. RESPONDETVR vnica aſſertione affirmatiuè; Probatur ex principio Philoſophico, quando modus eſſendi obiecti, excedit modum eſſendi potentiæ, tunc potentia non tendit in obiectum immediatè, vt eſt in ſe, quia hoc eſt impoſſibile propter exceſſum obiecti ſupra potentiam; modus enim tendendi potentiæ, ſequitur modum eſſendi eiuſdem potentiæ, ſeu principij formalis effectiui, ſi eſt principale agens. Si igitur modus eſſendi potentiæ exceditur à modo eſſendi obiecti, modus tendendi ipſius potentiæ erit improportionatus modo eſſendi obiecti; tendit igitur potentia in obiectum non immediatè, vt eſt in ſe, ſed vt eſt ipſi potentiæ attemperatum, ex quo ſequitur, quòd offenſio, quæ fit Deo à creatura, tamquam à principali agente, non attingat ipſum Deum immediatè, vt eſt in ſe, ſed vt ſibi attemperatum per cognitionem, & intentionem actus, qui quidem modus offendendi eſt finitus, quia eſt per intenſionem, & cognitionem finitam, quam habet creatura de Deo. & ſimile quid videmus in humanis; nam in amente, & puero, iniuria non exiſtimatur ita grauior, quia in illis nulla eſt, aut parua cognitio perſonæ, quæ offenditur.

Modus tendendi potentiæ ſequitur modum eſſendi eiuſdem.

2. Hæc aſſertio eſt communis Theologorum in 3. diſt 20. Scotus quæſt. vnica: Palud. diſt. 25. quæſt. 2. D. Thom. in 3. part q. 1. art. 2. ad ſecundum, vbi dicit offenſam Dei habere infinitatem quamdam, quam explicans Caiet. ibidem dicit eſſe infinitatem ſecundum quid, & non ſimpliciter, ſatisfactionem autem eſſe infinitam ſimpliciter, & alij Scholaſtici in 4. diſt. 15. vbi etiam Scotus quæſt. vnica.

Scotus. Palud. S. Thom. Caiet.

3. Sed contra hanc aſſertionem tenent multi Scholaſtici Alexander 3. parte, quæſt. 1. memb. 6. art. 2. Bonau. in 3. diſt. 20. quæſt. 4. Richardus ibidem, & Ioannes Medina quæſt. 1. de ſatiſfact. qui omnes inſtant contra hanc primam partem Corollarij probando offenſam factam Deo eſſe infinitam.

Alexand. Bonau. Richard. Medina.

Primum argumentum. Probant primò, quia offenſa facta Deo excedit offenſam factam cuicumque perſonæ etiam digniori, & digniori in infinitum; ergo facta Deo eſt infinita. Quòd ſi dicatur hoc argumentum, per calculationem factum, ad ſummum probare offenſam eſſe in ordine ſupernaturali; in illo autem ordine eſſe infinitam ſecundum quid.

Secundũ argumentum. Contrà ſecundò argui poteſt probando, quòd etiam in ordine ſupernaturali eſt infinita ſimpliciter: A & eſt fundamentum in hac materia, ſi daretur Deus actus purus, & finitæ perfectionis, offenſa eſſet ſupernaturalis, quia offenderetur actus purus, qui eſſet ſupra totum ordinem creaturæ, qui eſt immerſus potentialitati, & eſſet infinita ſecundum quid, quia excederet offenſam factam cuilibet creaturæ digniori, & digniori in infinitum. Si igitur actus purus eſſet perfectior, & perfectior, creſceret etiam proportionaliter offenſa in eodem ordine, ſicut in quæſt. philoſ. clarè patet ex natura calculationis extremorum: ſed de facto Deus, qui eſt actus purus, eſt infinitus; ergo de facto offenſa creſcit in eodem ordine ſupernaturali vſque ad omnem gradum, id eſt, in infinitum.

Deus vt actus purus eſt infinitus.

Tertium argumentum. Tertiò arguunt, in Deo ſunt infinitæ perfectio-B nes, quæ offenduntur, infinitæ etiam rationes, propter quas impium eſt Deum offendere; omnia autem hæc augent malitiam peccati, & in eodem ordine; ergo in infinitum.

In Deo ſunt infinitæ rationes, propter quas impium eſt Deum offendere.

Quartũ argumentum. Quartò offenſa, quantùm eſt ex ſe eſt deſtructiua, & contriſtatiua Dei, quia per illam conſtituitur creatura vt finis, quod eſt virtute Deum velle non eſſe, quia duo vltimi fines oppoſiti ſunt incompoſſibiles.

Quintũ argumentum. Quintò offenſa priuat bono infinito ſupernaturali, & tamquam obiecto, & tamquam forma intrinſeca. tamquam obiecto, ſcilicet, ipſo Deo: tamquam forma intrinſeca, ipſa gloria, & gratia infinita poſſibili, ergo ſecundum ſe eſt infinita in ordine ſupernaturali.

Sextum argumentum. C Sextò meretur pœnam infinitam, ſcilicet, æternam; ergo eſt infinita.

Septimũ argumentum. Septimò offenſa non minùs diſplicet Deo, quàm illi placet bonitas ſua, quia offenſa quantum eſt ex ſe eſt deſtructiua ſuæ bonitatis: ſed bonitas ſua placet ſibi infinitè; eſt ergo offenſa grauitatis infinitæ.

Octauò offenſa tantùm habet rationem mali, vt pro nullo bono finito etiam ſupernaturali fieri debeat; ergo habet malitiam infinitam in ordine ſupernaturali. Probatur conſequentia, quia excedit in ſuo genere quodcumque bonum finitum etiam ſupernaturale.

SED hæ omnes inſtantiæ facilè ex ratione fundamentali, quam in ipſa deductione Corollarij attulimus, ſoluuntur.

Reſpõſio ad primum. D Ad primam patet per reſponſionem ibi allatam.

Ad ſecundũ. Ad ſecundam illa calculatio tantùm probat, offenſam eſſe in ordine ſupernaturali, & in præſtantiori ſpecie, quàm ſi offenderetur Deus, vt actus purus finitus, quia per offenſam attingitur obiectum ſuperioris ordinis, & infinitum; non autem probat calculatio deueniendum eſſe ad offenſam infinitam, quia non attingitur Deus, vt eſt immediatè in ſe, ſed vt attemperatus modo finito attingendi ipſius potentiæ, ſcilicet, per cognitionem, & intenſionem finitam.

Reſpõſio ad tertium. Ad tertiam quicquid ſit de antecedenti, negatur conſequentia, quia omnes illæ perfectiones & rationes attinguntur finito modo, ſcilicet, per cognitionem, & intenſionem finitam.

Ad quartũ. E Ad quartam, offenſa eſt deſtructiua Dei, ſecundum affectum inefficacem, attingentem deſtructionem Dei finito modo.

Ad quintũ. Ad quintam grauitas offenſæ non ſumitur ex obiecto extrinſeco, ſcilicet Deo, quo priuat, ſed ex modo, quo priuat, ſcilicet, per deſtructionem gratiæ, quæ eſt forma intrinſeca; grauitas autem offenſæ attenditur penes dignitatem gratiæ ſecundum conceptum eſſentialem, & non ſecundum intenſionem gratiæ, quia gratia, vt gratia, habet oppoſitionem cum

Digitized by Google

cum peccato, & ideo ſub nulla intenſione poteſt ſtare cum illo.

Ad ſextum.

Ad ſextam ex hoc potiùs colligitur argumentum in oppoſitum, quia peccatum non meretur infinitam pœnam quantum ad intenſionem: quòd autem pœna ſit infinita duratione non oritur ex infinitate culpæ, ſed quia culpa ex ſe eſt æterna, cum viribus naturæ non poſſit reparari; peccans autem, vt benè notat Gregorius 4. Dialog. cap. 44. fit indignus omni auxilio ſupernaturali.

Ad ſeptimũ. *Peccãs indignus fit omni auxilio ſupernaturali.*

Ad ſeptimam negatur maior, quia offenſa non eſt deſtructiua Dei ſecundum ſe, vt dictum eſt, ſed ſecundum affectum, alioquin ſequeretur, quòd peccatum magis diſpliceat Deo, quàm placeant opera Chriſti: quod tamen eſt falſum ſecundũ communem Theologorũ, & Patrum, vt infrà ſtatim probabitur. B

Ad octauũ. *Non eſt faciendum peccatũ veniale etiam propter conſequendã vnionem hypoſtaticam.*

Ad octauam negatur conſequentia: nam ratio, ob quam nõ debet fieri offenſa Dei, propter quodcumque bonum, non eſt infinitas offenſæ, ſed quia nullum malum eſt faciendum, nec peccatum veniale, etiam pro habenda vnione hypoſtatica, & faciendis actionibus, quæ ex illa vnione oriuntur, in quibus quidem certum eſt, quòd ſit maior bonitas, quàm in peccato veniali ſit malitia, immò quàm in peccato mortali, quia, vt infrà dicetur, magis placent Deo opera Chriſti, quàm diſpliceat peccatum.

SECVNDA DVBITATIO.

Vtrum valor ſatisfactionis Chriſti non ſolùm adæquauerit, ſed exceſſerit offenſam. C

4. AD dubitationem reſpondetur vnica aſſertione. Certum eſt valorem ſatisfactionis Chriſti non ſolùm adæquaſſe, ſed exceſſiſſe offenſam.

Bonauent. Richard. Palud. Capreol. Suar. S.Thom. Scotus. Gabriel. Durand. Dionyſ.

Probatur primò ex communi Scholaſticorum in 3. diſt. 13. Bonauent. art. 1. q. 2. Richardi ibid. art. 1. Paludani, Capreoli in 3. diſt. 20. S. Thomæ 3. p. q. 1. artic. 2. & quodlib. 1. art. 2. & clariùs 3. part. q. 48. art. 4. Suarij, & aliorum, nec ea negant Scotus, Gabriel & Durandus omnes in 3. diſt. 19. & 20. Probatur ſecundò ex communi Patrum, quorum aliqui ſaltem dicunt ſatisfactionem fuiſſe ad æqualitatem, aliqui verò exceſſiſſe offenſam, Dionyſius cap. 3. de Eccleſ. hierarch. vbi habet, *Chriſtum viciſſe iuſtitia, & non viribus.* Notandum eſt verbum illud *viciſſe*, quam iuſtitiam Gregor. Nyſſenus orat. cat. cap. 23. appellat ex contractu, Auguſtin. 3. de Trinit. cap. 4. appellat ius æquiſſimum, Chryſoſtomus verò hom. 11. in ca. 5. epiſt. ad Rom. dicit idem clariùs, ſcilicet, *ſolutionem Chriſti reſpectu debiti peccatorum fuiſſe quaſi pelagus immenſum infinitorum talentorum reſpectu paruarum guttarum, aut decem nummorum.* & Athanaſ. in Euangel. de paſſione Domini, ait, *Chriſtum in paſſione ſua parua magnis compenſaſſe.* Nazian. orat. 42. dicit vnam guttam ſanguinis Chriſti fuiſſe ſufficientem ad perfectam redemptionem noſtram. D

Nyſſen. Auguſt. Chryſoſt. *Chriſti ſatisfactio longè exceſſit diuinã offenſam.* Athan. Nazianz.

Caius Pont.

Tertiò probatur ex Pontificibus, & Cõciliis, Caius epiſt. quinta decretali, inquit, quòd *effuſio ſanguinis Chriſti tam fuit diues ad pretium, vt ſi vnitas captiuorum in Redemptorem crederet, nullum diaboli vincula retinerent, quoniam ſicut Paulus ait, vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia; validius ergo fuit donum libertatis, quam debitum ſeruitutis.* Clemẽs in extrauaganti Vnigenitus, de pœn. & remiſſ. dicit, merita Chriſti, quæ ſunt in theſauro Eccleſiæ, non poſſe exhauriri ratione debiti, quia vna gutta ſanguinis Chriſti ſufficere potuit pro redemptione generis humani, propter vnionem cum Verbo, & idem in eadem extrauag. Vnigenitus, dicit Chriſtum ſuis meritis, & ſatisfactionibus acquiſiuiſſe infinitum theſaurum hominibus. E

Clemens. *Merita Chriſti quæ ſunt in theſauro Eccleſiæ exhauriri non poſſunt.*

A

Quartò probatur ex multis locis ſacræ Scripturæ, inter quæ eſt ille locus præcipuus ad Rom. 5. vbi comparat redemptionem Chriſti cum peccato Adæ, & dicit, redemptionem eſſe abundantiorem ad ſalutem hominum, quàm delictum Adæ ad illorum perditionem. In quo loco notandum eſt, quòd D. Paulus non vult dicere, quòd redemptio fuit in maiori hominum multitudine, quia hoc eſt falſum; vnde in Græco particula illa *in plures* non includit comparationem, ſed ſignificat *in multos*: abundantia igitur accipienda eſt penes valorem. Ita D. Paulum interpretantur tres Pontifices, Caius, vbi ſuprà, Agapetus Papa epiſt. prima, & Beatus Leo epiſt. 63. 5.

Ad Rom. 5. Caius. Agap. Leo.

Afferuntur varij modi probãdi aſſertionem & impugnantur.

Sed difficultas inter Scholaſticos eſt in modo probandi hanc aſſertionem. Sunt autem varij modi probandi illam.

Primus modus probandi Scoti.

Primus igitur modus probandi eſt Scoti loco citato, qui tenet Chriſtum ſatisfeciſſe ad æqualitatem, ex eo quia exiſtimat tam offenſam quàm ſatisfactionem eſſe finitam: & quamuis ſatisfactio eſſet debita Deo ex alio titulo, Deus tamen acceptauit illam pro offenſa; imò poterat illam acceptare ad aliquod infinitum, de facto autẽ non acceptauit. Probat Scotus, in quarto, ſatisfactionem ex natura ſua eſſe finitam: Quantum malum, inquit, fuit peccatum auertens à Deo, tantum bonum eſt conuerſio ad Deum ex charitate: quantum etiam bonum natum fuit ineſſe actui meo, tantum bonum, & non plus abſtulit peccatum meum, quia nihil aliud eſt malitia in actu, quàm carentia bonitatis, quæ debet ineſſe actui.

Malitia in actu eſt carentia bonitatis. Impugnatur.

Sed hic primus modus probãdi facilè impugnatur, primò ex Patribus, & Pontificibus ſuprà citatis, qui dicunt ſatisfactionem Chriſti fuiſſe ex iuſtitia, & habuiſſe valorem ex natura ſua. Secundò impugnatur à priori ex his, quæ contra ipſum Scotum diximus in quæſt. philoſophica dub. 1. vbi etiam oſtendimus ex Ariſtotele, ex alio capite creſcere offenſam, & ex alio ſatisfactionem, offenſionẽ præcipuè creſcere ex dignitate perſonæ offenſæ: ſatisfactionem verò præcipuè ex dignitate perſonæ ſatisfacientis. Pro quo notandum eſt, quòd bonum morale duplex eſt, alterum intrinſecum, alterum extrinſecum: intrinſecũ tunc eſt ſecundum Capreol. in 3. diſt. 18. q. 1. & Gabr. in 3. diſt. 59. q. 1. art. 1. quando valor operis ſumitur à principiis operatiuis illius operis, qualia principia ſunt, exempli gratia, in actu charitatis, ipſa voluntas, vt potentia obedientialis actiua, & ipſa charitas, vt eſt habitus ſupernaturalis, vel concurſus Dei ſpecialis: & præterea ex obiecto, & ab aliis circumſtãtiis, vt ab intenſione actus, à duratione, &c. & ſecundum hoc eſſe morale intrinſecum ſupernaturalitas, ſicut & valor ſumitur à ſuis principiis operatiuis. Vnde à Theologis vocari ſolet iſte valor phyſicus, non quia non ſit moralis, cùm ſit liber, & meritorius, ſed quia intrinſecè ſumitur à principiis operatiuis. & hæc bonitas eſt intrinſeca, & inhærens in ipſo actu, & conſtituit actum in eſſe virtutis, tamquam differentia ipſius, vt ſupponimus ex prima ſecundæ, & hæc in actu creato eſt finita: quare etiam erat in Chriſto finita, & finitè placebat Deo, & quantum ad hoc eſſe morale intrinſecum bene dicit Scotus, & procedit ſuum fundamentum. Nec obſtat quòd contra ipſum opponebamus ſatisfactionem, ſcilicet, creſcere ex dignitate perſonæ ſatisfacientis, quia ſecũdum hanc bonitatem intrinſecam non attenditur perſona, niſi per accidens; perſona enim non confert proximè, & immediatè bonitatem intrinſecam, quaſi informãdo ipſum actum: ſed confert aliquando, cùm conditio perſonæ

Bonum morale duplex intrinſecum, & extrinſecum. Capreol. Gabriel. *Quid ſit eſſe morale intrinſecum in offenſa, & ſatisfactione.*

Digitized by Google

redundat in obiectum, & quodammodo afficit illud mutando, vel augendo bonitatem eius. Verbi gratia, ſi pauper faciat eleemoſynam, & eamdem faciat diues, & eodem modo: tunc in hoc actu maiorem bonitatem intrinſecam habebit actus eleemoſynæ in paupere, quàm in diuite, quia ex perſona pauperis redundat in obiectum, ſcilicet eleemoſynam maior difficultas repræſentata in obiecto. A

Quid ſit eſſe morale extrinſecum.

Extrinſecum verò eſſe morale, ſeu bonitas moralis, tunc eſt quando valor ſupernaturalis ſumitur ſecundum Ariſtotelem in ordine ad formam extrinſecam, & ſecundum quamdam exiſtimationem, fundatam tamen in aliquo intrinſeco, verbi gratia, in humanis eadem offenſa, & ſecũdum ſpeciem, & ſecundum intẽſionem facta Regi à plebeio, creſcit ſecundum exiſtimationem hominum, cum fundamento in re, magis in grauitate, quàm ſi fieret alteri plebeio. B Eodem etiam modo dicendum eſt de ſatisfactione; nam eadem ſatisfactio ſecundum ſpeciem, & intenſionem factam à Rege plebeio creſcit magis ſecundum valorem, quàm ſi eadem fieret ab æquali. Exẽplum poteſt eſſe in iuſtitia, cuius medium ex Ariſtotele, 5. Ethic. 5. & D. Tho. in ſecunda ſecundæ conſiſtit in æqualitate ad alterum, & ideo dicitur iuſtitia habere medium rei. quare ſi pauper debeat centum, & ex impotentia non reſtituat niſi quinquaginta, hic actus habebit bonitatem intrinſecam, & eamdem, ac ſi reſtitueret centum, non tamen habebit bonitatem extrinſecam; nam non eſt adhuc ſatisfactum iuri, quod habet creditor ſuper debitorem. non enim creditor perdit ius, quia debitor eſt pauper, & filius ſuccurrens patri in graui, vel extrema neceſſitate, vel exhibens reuerentiam patri habebit totam hic actus bonitatem intrinſecam, quæ debetur illi actui, numquam tamen redditur patri æquale ſecundum bonitatem extrinſecam, quia valor actus, qui eſt bonitas extrinſeca, numquã erit adæquatus iuri, quod habet pater ſuper filium, quia filius in his ad quæ tenetur patri, nõ poteſt reddere æquale patri. Et clariùs idem probatur in actu contritionis qui præintellectus ante gratiam habitualem, intelligitur habere totã ſuam intrinſecam bonitatem moralem, & totam rationem actus virtutis; non tamen intelligitur habere ſufficientem valorem, & condignitatem ad meritum in illo priori naturæ, ſed in ſecundo poſteriori naturæ, intellecto, ſuppoſito grato, idem actus perſeuerans habens eamdem moralem bonitatem intrinſecam, nec mutatam, nec auctam, intelligitur habere valorem, & condignitatem ad meritum ſecundum bonitatem extrinſecam à perſona grata: quare concluditur contra Scotum, actum Chriſti fuiſſe ſatisfactorium ex natura valoris, vnde vlteriùs concluditur fuiſſe ex iuſtitia.

Ariſt. S. Thom. Iuſtitia quo modo dicatur habere medium rei.

Filius æquale non poteſt reddere Patri.

6. Secundus modus probandi.

SECVNDVS modus probandi, quem latè, & bene proſequitur, & impugnat noſter Suarius ſuper 3. par. diſput. 4. eſt aliquorum aſſerentium humanitatem Chriſti poſſe attingere infinitam ſatisfactionem. Vis autem probandi breuiter in hoc conſiſtit: humanitas Chriſti eſt inſtrumentum Dei coniunctum ipſi mouenti; ergo vt ſic, poteſt ſatisfacere infinito modo. Probant exemplo, quia ſicut operatio (inquiunt) corporis habet moralem valorem ab anima ipſum mouente, tamquam inſtrumentum ipſius, ita, &c. E Huic modo dicendi videtur fauere Nazianz. orat. 2. de Filio, quæ eſt quarta Theologiæ; *Saluatoris*, (inquit) *velle totum eſt deificatum.* quod dictum approbat Agatho Papa in ſexta Synod. Act. 4. ep. 1.

Nazianz. Agatho ſexta Syn.

Impugnatur hic ſecundus modus à Suario.

Sed hic ſecundus modus facilè impugnatur. nam humanitas Chriſti, quantùm ad ſatisfactionem, non poteſt eſſe inſtrumentum Dei. nam actio inſtrumenti principaliter tribuitur principali agenti: at ſatisfactio non poteſt tribui Deo; includit enim imperfectionem: Chriſtus igitur tamquam cauſa principalis dicitur ſatisfacere, & mereri, Deus autem ſe habet tamquam cauſa præcipua mouens voluntatem Chriſti ad actum phyſicum: quæ motio cùm ſit finita, non poteſt fundare ſatisfactionem in finitam. Exemplum autem, quod affertur pro hoc ſecundo modo de corpore, & anima, non eſt ad rem; nam operatio corporis habet moralem valorem ab actu voluntatis, quia per denominationem extrinſecam dicitur liber, & ſatisfactorius, ſeu meritorius ab actu, ſcilicet voluntatis, qui formaliter eſt liber, vnde oritur ſatisfactio, & meritum: & ideo non mirum, ſi corpus quantum ad hunc valorem moralem dicatur inſtrumentum animæ.

Humanitas Chriſti non poteſt eſſe inſtrumentum Dei.

7. Tertius modus.

Tertius modus eſt aliorum aſſerentium operationes humanas Chriſti habere infinitum valorẽ, ex eo, quia perſonalitas Verbi influit immediatè in ipſam operationem. Sed contrà, tum quia in homine perſonalitas non influit, ſed tantùm ſuſtentat, & terminat naturam, & ideo dicuntur actiones eſſe ſuppoſitorum, & peculiariter hoc repugnat perſonalitati diuinæ, quæ non habet actionem aliquã ſibi propriam ad extra: ſed omnis actio eſt communis toti Trinitati, quia eſſentia eſt principiũ agendi, quod eſt vnũ, & idem in omnibus: tum quia iſte influxus eſſet finitus. Quòd ſi inſtetur; Eadem eſt operatio inſtrumenti, & agentis principalis; ergo operatio phyſica Chriſti eſt ſaltem indiuiſibiliter compoſita ex humana, & diuina, & confirmatur ex Patribus, qui dicunt velle Chriſti eſſe deificatum, & operationem eſſe Theandricam, ſeu Dei virilem ex 6. Synod. act. 2. Dionyſ. epi. ad Caium, Nazianz. ſuprà citato, & aliis. C

Perſonalitas in homine nõ influit, ſed ſuſtentat.

Reſpondeo, actionem voluntatis humanæ, & diuinæ Chriſti fuiſſe eamdem. In hoc ſenſu, quatenus actus Chriſti dependebat per eamdem actionem à voluntate diuina, tamquam à cauſa principali, & ab humana, vt ab inſtrumento: & ſic interpretari poſſunt Patres, & Concilia, vel loquuntur, de operatione morali meriti, & ſatisfactionis.

Operatio Chriſti eſt Theandrica, id eſt, ſimul Dei, & hominis.

8. Quartus modus Suarij.

Quartus modus probandi eſt Suarij ſuper tertiam partem diſp. 2. qui ſatis ingenioſè probat hanc aſſertionem ex infinito valore ſatisfactionis Chriſti. Dicit autem duo: primùm, Ad ſatisfactionem D æqualẽ offenſæ requiri, vt valor ſatisfactionis Chriſti ſit infinitus ſimpliciter: & abſolutè, in genere ſatisfactionis. Secundò dicit valorem ſatisfactionis Chriſti fuiſſe infinitum. Probat primùm: pœna æterna debita omnibus hominibus eſt quodammodo infinita; ergo pro illa non poteſt eſſe ſatisfactio ad æqualitatem, niſi pœna Chriſti, quæ in ſe eſt temporalis aliunde habeat infinitatem. Secundò tantùm poterant augeri, & multiplicari peccata, vt pro illis ad æqualitatem non ſatisfaceret Chriſtus, ſi non eſſet valor ſatisfactionis infinitus in ſuo genere, exempli gratia, ſi pecunia deberet eſſe tanti valoris, quæ ſola ſufficeret ad emendum quaſcumque res, quantumuis in modo, & pretio creſcerent, illa pecunia deberet eſſe infiniti valoris. Præterea charitas, quæ immutata manens poſſet facere actus intenſiores in infinitum, ipſa eſſet actu infinita: cùm ergo valor ſatisfactionis debeat eſſe talis, vt ſufficiat ad ſatisfaciendum pro quocumque augmento, & multiplicatione culparum, neceſſariò talis valor debebat eſſe infinitus. & confirmatur ex Cle. VI. in extrauag. vnigenitus. de pœn. & remiſ. vbi ex infinitate infert, nihil eſſe, quod timeamus, quia ſatisfactio Chriſti eſt æqualis pro omnibus peccatis, quantumuis creſcerent in multitudine, & intenſione. Et præterea confirmari

Primum dictum huius recentioris. *Secundũ dictum eiuſdem.* *Probat primũ dictum.* *Clem. VI.*

Digitized by Google

Satisfactio Christi eſt æqualis pro peccatis, quæ ſũnt creſcentes in multitudine.
Leo.
Cyrillus.
Cyril.Hier.

firmari poteſt dictũ huius recentioris ex ſanctis Patribus, qui expreſsè dicunt, quòd niſi Chriſtus eſſet Deus, non afferret remedium. Ita Leo ſerm.1.de nat. Cyril.Alexan.lib.1.de fide ad Reginas.§.quòd mors Chriſti.Cyrill.Hieroſolymit.catecheſi 13. Ergo requirunt iſti Patres neceſſariò valorem infinitum ſatisfactionis. Obiicit autẽ ſibi ille auctor,quòd ſufficit,ſi valor ſit altioris ordinis,contra, inquit,nam ſolũ eſſet finitus phyſicè; at ex argumentis factis concluditur ſecundũ eſſe morale debere eſſe infinitum:

Probat Suarius primũ dictum.

Secundum verò dictum ipſius eſt ſatisfactionẽ Chriſti fuiſſe infinitam;probat, quia ſatisfactio creſcit ex dignitate perſonæ ſatisfacientis, ſed perſona ſatisfaciens Chriſti eſt infinitæ dignitatis: ergo,&c.

Impugnatur hic quartus modus, & ſimul affertur verior modus probandi aſſertionem.

Impugnatur hic quartus modus.

SED quamuis hic modus probandi ſit communiter receptus, numquam tamen potui ob debilitatem fortè ingenij mei acquieſcere; quare examinanda ſunt exactè hic, ea duo, quæ ſatis eruditè & ingenioſè dicit hic auctor. Primum igitur dictum ipſius eſt, requiri ad ſatisfactionem offenſæ valorem operum Chriſti infinitum.

9.
Impugnatur primum dictum.
Duplex eſt eſſe morale in ſatisfactione & offenſa.

Hoc primum dictum videtur poſſe fortè impugnari ex duobus capitibus,& pro explicatione primi capitis, recolenda ſunt ea breuiter, quæ paulò antè diximus, quòd tam in offenſa, quàm in ſatisfactione duplex eſt eſſe morale,alterum intrinſecum,alterum extrinſecum. Intrinſecum, quod dici ſolet etiã phyſicum,ſumitur tam in offenſa,quàm in ſatisfactione ex principiis operatiuis illius operis, & ab aliis circumſtantiis,vt ab intenſione actus,à duratione, & etiam à multiplicatione actuum: extrinſecum verò, quod dici ſolet morale, ſumitur in ordine ad formam extrinſecam,& ſecundum quamdam æſtimationem,ſed alio modo in offenſa,quàm in ſatisfactione. In offenſa grauitas ſumitur ex dignitate perſonæ offenſæ, & ex vilitate perſonæ offendentis comparatæ ad perſonam offenſam. In ſatisfactione verò valor ſumitur ex dignitate perſonæ ſatisfacientis. Exemplũ eſt Ariſtot.cũ magiſtratus percutit plebeium, non opus eſt ad æqualitatẽ ſatisfactionis, vt magiſtratus repercutiatur:at verò,ſi plebeius percutiat magiſtratum,non ſatis eſt ad æqualitatem ſatisfactionis repercuſſio.

Si igitur attendatur hoc primum caput, non eſt neceſſarium ad ſatisfactionem ſecundum æqualitatem, pro offenſa illata Deo, vt actus Chriſti ſatisfactorius ſit infinitus ſimpliciter in genere ſatisfactionis,quia nec offenſa, nec pœna, vt probatum eſt ſuprà in hac quæſtione,ſunt infinita ſimpliciter. Et cùm inſtatur ab hoc Auctore: Poteſt offenſa multiplicari,& intendi in infinitum,& pro omnibus culpis extenſiuè, & intenſiuè auctis debebant actiones Chriſti,vt probatum eſt ex Patribus, eſſe ſatisfactoriæ ad æqualitatem.

Soluitur argumentum Suarij.

Reſpondetur hoc argumẽtum, ſiue intenſiuum, ſiue extenſiuum fore ſecundum eſſe morale intrinſecum: non igitur opus eſt,vt valor Chriſti ſit infinitus ſecundum eſſe morale extrinſecum, ſed ſuppoſito eſſe morali extrinſeco ad hoc, vt actus Chriſti adæquentur culpis extrinſecè, & intrinſecè auctis, ſatis eſt, vt poſſint actus Chriſti creſcere ſecundum eſſe morale intrinſecum,quòd ſcilicet,poſſint multiplicari, & intendi in infinitum, iuxta proportionem augmenti ſecundum multiplicationem, & intenſionẽ offenſæ; & quòd de facto ſint in tanta multiplicatione, & intenſione, vt adæquentur ipſis peccatis, quæ Deus præuidit fore augenda in tanta extenſione,& intenſione,quæ quidem culpatũ mul-

A tiplicatio, & intenſio, pro qua debebat ſatisfacere Chriſtus,non erat niſi futura finita.

Inſtãtia cõtra ſolutionem.

Quòd ſi quis vrgeat,ex maiori cognitione,& intenſione, non ſolùm creſcere offenſam, ſecundum eſſe morale intrinſecum, ſed etiam ſecundum eſſe morale extrinſecum, quatenus infinitas in obiecto offenſo, magis redundat in actum, ex modo tendendi actus in ipſum, vt dictum eſt ſuprà.

Reſpõſio ad inſtantiam.

Reſpondetur,quòd,vel eodem modo poſſet dici de ſatisfactione, vel ſi ſatisfactio ſecũdum eſſe morale extrinſecum eſt illimitabilis à conditionibus ipſius actus, ſignum eſt hoc eſſe morale extrinſecum ſatisfactionis eſſe in ordine ſupernaturali quodam altiori, & ſic in infinitum excedere offenſam quantamcumque auctam ſecundum eſſe morale extrinſecum,vt ſtatim patebit.

Impugnatur ſecundò idẽ primum dictum.

B Præterea ex 2.cap. impugnatur idem primum dictum eiuſdem auctoris, & pro explicatione notandum eſt primò tam offenſam, quàm ſatisfactionem Chriſti ſecundum eſſe morale intrinſecum eſſe finitam: ſecundum verò eſſe morale extrinſecum tam offenſam,quàm ſatisfactionem eſſe,in quodam ordine ſupernaturali in ordine ad extrinſecam formam, qui eſt Deus:ſed diuerſo modo; nã grauitas iniuriæ ſumitur ex ordine ad perſonam diuinam offenſam, quæ concurrit ad grauitatem iniuriæ per modum extrinſeci termini terminantis habitudinẽ ipſius iniuriæ ad ipſam perſonam offenſam; valor autem ſatisfactionis ſumitur ex ordine ad ipſum Deũ,tamquam ad perſonam ſatisfacientem, quæ tamquã forma intrinſeca tribuit valorem operi, vt probatum eſt ſu-
C prà. Hinc fit, vt intra eumdem ordinem ſupernaturalem,quaſi genericum,ſatisfactio ſit in ordine quaſi ſpecifico ſuperiori,& altiori,quã ſit offenſa.

Satisfactio Chriſti eſt in quodam ordine altiori, quam ſit offenſa.

Quod probatur dupliciter: primò ex dictis, quia in ſatisfactione, perſona, à qua ſumit valorem ſatisfactio, eſt per modũ formæ intrinſecæ, quaſi forma ipſius operationis dignificando illã ſecundum totum eſſe ſuũ, quia eſt formalis dignificatio: at verò iniuria ſumit grauitatem à perſona offenſa tamquam ab obiecto, & ſic tamquam à forma extrinſeca,ſeu termino extrinſeco illius habitudinis iniuriæ ad ipſam perſonã offenſam; vnde non redundat tota grauitas in ipſam iniuriam, quanta eſt dignitas in perſona offenſa, vt explicuimus ſuprà; quia non informat formaliter, ſed tantùm obiectiuè. Ex his igitur diuerſis modis
D informandi, qui non ſunt adinuicem compatibiles, ſumitur diuerſus ordo ſpecificus intra eumdem ordinem genericum ſupernaturalem.altiori enim modo tribuit perſona operans valorem actibus, quàm tribuit obiectum, quia vt dictum eſt, perſona operans eſt, quaſi intrinſecè dignificans naturam, & actus;at verò obiectum eſt forma extrinſeca actibus.

Secundò probatur,ſeu magis cõfirmatur prior ratio:modus eſſendi,qui intrinſecè,& ex natura ſua eſt illimitabilis, eſt formaliter, & eſſentialiter præſtantior,quàm modus eſſendi,qui intrinſecè,& ex natura ſua eſt limitabilis; ſed valor ſatisfactionis Chriſti in ordine ſupernaturali, eſt ex natura ſua illimitabilis,offenſa verò intrinſecè ex natura ſua eſt limitabilis;ergo ſatisfactio Chriſti in ordine ſupernaturali eſt
E in præſtantiori,& altiori ſpecie, quàm ſit offenſa,etiam ſi daretur offenſa in ſe formaliter infinita per infinitã intenſionem,& cognitionẽ, quia infinita intenſio, & cognitio non variant eſſentialẽ naturã offenſæ. Maior huius ſyllogiſmi eſt manifeſta ex terminis;minor probatur: nã iniuria in ordine ſupernaturali poteſt limitari, vt dictũ eſt ſuprà in hac quæſtione ex finita tendentia actus in ipſum obiectũ,ſcilicet,per cognitionẽ finitam,quã habet offendens de perſona offenſa,& intenſionẽ finitã,quia cùm habeat

Digitized by Google

infinitatem obiectiuã, & hæc non tota redundet in actum, fit, vt attemperetur potentiæ, ſecundum tendentiam ipſius potentiæ: & quamuis cognitio, & intenſio eſſent infinitæ, & conſequenter iniuria fieret infinita, hoc eſſet per accidens, per ſe autem, & ex natura ſua offenſa eſt limitabilis: at verò valor ſatisfactionis non eſt vnde limitetur, cùm perſona diuina tamquam forma quaſi intrinſeca per ſe ipſam immediatè dignificet ipſam humanitatem Chriſti, & eius actiones, tribuendo ſeipſam, quare non attemperatur ſubiecto ſecundum modum tendendi ipſius ſubiecti, ſed ſe totam communicat, quãtùm ipſa eſt, & ſi per impoſſibile ipſa perſona eſſet finita, & digna, vt octo, ſed etiam finito modo communicaret naturæ humanæ vt octo, & non limitaretur ad communicandum ſe magis, vel minus ſecundum maiorem, vel minorem cognitionem, & intentionem actus, quamuis poſſet ille actus creſcere in valore intrinſeco ſecundum eſſe morale intrinſecum ex maiori intenſione, & cognitione; non autem creſceret ſecundum eſſe morale extrinſecum. Quòd ſi obiiciatur contra hanc doctrinã. Perſona creata grata vt octo, non ſe communicat vt octo, ſuo actu remiſſo, qui eſt vt quatuor: ergo falſum eſt, quod aſſumitur, perſonam ſcilicet diuinã ſe totam cõmunicare actu; Ad hoc infrà reſpondebitur, breuiter nunc aſſignatur ratio diſparitatis, quòd perſona diuina ſe cõmunicat ſubſtantialiter, gratia verò accidentaliter.

His poſitis ex hoc 2. cap. ſic impugnatur primum dictum; ſatisfactio Chriſti eſt in altiori ordine ſupernaturali ſecundum eſſe morale extrinſecũ, quàm ſit offenſa; ergo etiam ſi offenſa eſſet infinita, excederetur à valore finito ſatisfactionis. Antecedens patet ex dictis, conſequentiam verò fortè negaret iſte auctor, quia dicit quòd etiamſi ſatisfactio eſſet in altiori ordine, ſolùm ſequeretur poſſe eſſe finitam ſecundum eſſe phyſicum: at ſecundum eſſe morale, deberet ſatisfactio eſſe infinita, ſi in infinitum excreſceret offenſa. Sed conſequentia facilè probatur, quia iam ſatis probatum eſt contra ipſum, ſatisfactionem eſſe in altiori ordine ſecundum eſſe morale extrinſecum, infinitum autem in inferiori ordine, non attingit intrinſecè finitum in ſuperiori ordine, vt in quæſtione philoſophica dub. 4. ſatis fusè probatum eſt: vnde cognitio ſenſitiua etiam infinita non attingit infinitum cognitionis intellectiuæ. Et hoc eſt illud, quod dicit Areopagita, *quòd ſupremum infimi non attingit infimum ſupremi.* quare concluditur contra hunc Auctorem, quòd etiam ſi valor ſatisfactionis in altiori ordine eſſet finitus, adhuc excederet offenſam, etiam ſi eſſet infinita, quia ſemper hæc eſſet in ordine inferiori ſecundum idem eſſe morale extrinſecum, vt probatum eſt.

Supremũ infimi non attingit infimũ ſupremi.

10. Impugnatur ex parte ſecundũ dictũ Suarij. Æqualis ſatisfactio pro offenſa non ſumitur ex infinita dignificatione actorum, ſed ex modo quo ſe communicat perſona diuina naturæ humanæ.

Circa ſecundum verò dictum eiuſdem Auctoris, concedo, valorem Chriſti de facto eſſe infinitum, vt infrà probabimus in quarta dubitatione: nego tamen valorem ſatisfactionis pro offenſa præciſè ſumi formaliter ex infinita dignificatione, quam perſona infinita tribuit naturæ humanæ, & operationibus, quæ in ipſa ſunt: ſed dicimus ſumi ex altiori modo, quo ſe communicat perſona diuina infinita ipſi naturæ, & actibus qui ſunt in ipſa. Probatur ex impugnatione primi dicti, nam etiam ſi ex illa dignificatione non reſultet valor infinitus, ſed finitus, adhuc eſſet maior omni debito, quia, vt probatum eſt, valor eſſet in altiori ordine ſupernaturali, quàm eſſet offenſa: infinita igitur, quæ eſt in dignificatione, quantùm ad hoc potiùs ſe habet materialiter, quàm formaliter; quatenus ſcilicet eſt neceſſariò coniuncta cum tali modo dignificandi, ſicut ſuprà diximus

A cum S.Th. in Corol. de creat. quòd ad creandũ ſufficit, quòd agens ſit purus actus: ſed quia purus actus non poteſt eſſe, niſi ſit infinitus, ideò infinitas reſpectu creationis ſe habet materialiter, quãuis reſpectu actus puri ſe habeat formaliter, ita quamuis hæc dignificatio non poſſit eſſe niſi infinita, tamen quia ad æqualem ſatisfactionem ſufficeret, etiã ſi eſſet finita ex modo dignificandi, vt probatum eſt, ideo infinitas ſe habet materialiter reſpectu æqualis ſatisfactionis; formaliter autem reſpectu dignificationis. Quòd ſi contra hoc obiiciantur Patres ſuprà citati, qui dicũt, quòd niſi Chriſtus eſſet Deus, non afferret remedium. ita Leo ſerm. 1. de nat. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. de fide ad reginas. Cyrillus Hieroſolymitanus catech. 13. & alij, ex quibus videtur colligi, valorem
B debere eſſe infinitum formaliter; nam alioquin cur requireretur diuinitas dignificans opera Chriſti. Reſpõdetur neceſſariò; & formaliter requiri ad æqualem ſatisfactionem perſonam eſſe diuinam. nã alioquin offenſa ſemper excederet ſatisfactionem, quia eſſet in altiori ordine; ſumit enim grauitatem à perſona diuina offenſa, & hoc volunt dicere Patres: ſuppoſito autem quòd perſona diuina eſt illa, quæ dignificat opera Chriſti, dicimus quòd etiam ſi non reſultaret valor infinitus, ſicut ex obiecto offenſo non reſultat in ipſa iniuria grauitas infinita, adhuc valor ille eſſet ſufficiens ad æqualem ſatisfactionem, etiam ſi iniuria eſſet infinita, quod probauimus ex modo altiori, quo ſe perſona operans communicat actibus, quàm ſit modus, quo ſe communicat obiectum.
C Et hoc indicant Patres citati, cùm dicunt, quòd niſi Chriſtus eſſet Deus, non afferret remedium, ex hoc enim modo loquendi tantùm videntur inferre ſufficientiam valoris ex perſona diuina operante, etiam ſi talis valor non eſſet infinitus. Nec in oppoſitum eſt S. Tho. 3. par. q. 1. art. 2. vbi dicit efficaciam eſſe infinitam; nam non intelligit de infinito ſimpliciter, ſed de infinito ſecundum quid. comparat enim ibi ſatisfactionem cum offenſa, quam etiam dicit eſſe infinitam, cùm tamen conſtet ex dictis ſuprà in hac quæſtione, illam eſſe infinitam, ſecundum quid, vt S. Thomam ibidem interpretatur Caietanus, in quæſtione verò 7. art. 11. ad ſecundum, vbi dicit gratiam Chriſti habere infinitum effectum propter vnionem, loquitur de facto, quod nos etiam concedimus.

S.Thom. Obiectio. Leo. Cyrill. Alex. Cyrill. Hieroſol. Solutio. Exponũtur patres cum dicũt Chriſtum non potuiſſe ſatisfacere, niſi fuiſſet Deus. S.Thom.

D

Soluuntur argumenta contra aſſertionem noſtram initio dubitationis poſitam.

SED contra aſſertionem, quam diximus eſſe communem Scholaſticorum, & primum, ſatisfactionem ſcilicet Chriſti non ſolùm adæquaſſe, ſed exceſſiſſe offenſam, multa fieri ſolent argumenta, in quorum ſolutionem neceſſariò examinandæ ſunt multæ aliæ difficultates circa hanc materiam.

11. Primum argumentum.

PRIMÒ argui poteſt argumentis Medinæ, quæ retulimus ſuprà, quibus probatur offenſam factam Deo eſſe infinitam; ergo vel non poteſt offenſa æquari per valorem ſatisfactionis Chriſti, quem diximus eſſe ſufficientem, etiam ſi eſſet finitus, vel ſaltem non poteſt valor excedere offenſam. E

Reſpõſio ad primum argumentum.

Reſpondetur dupliciter; Primò negando offenſam eſſe infinitam, vt probauimus contra Medinam. Secundò, etiã ſi concedatur offenſam eſſe infinitam adhuc valor ſatisfactionis Chriſti, etiam ſi eſſet finitus, excederet offenſam, quia, vt ſuprà eſt probatum; conſtituitur in altiori ordine, quàm ſit iniuria: nam ad iniuriam Deus concurrit, vt forma extrinſeca, tamquam ſcilicet obiectum, & terminus habitudinis iniuriæ ad ipſum: at verò in ſatisfactione concurrit tamquam

Digitized by Google

tamquam forma intrinſeca, & ipſa perſona denominatur intrinſecè operans, & ideo altiori modo dignificat actiones, vt dictum eſt.

Prima replica.

Quòd ſi adhuc vrgeatur primò, quòd etiam in offenſa ipſa perſona offendens infinitè diſtat à Deo; ſicut igitur quò dignior eſt perſona, dignior eſt actus; ita quò indignior eſt perſona offendens, eò offenſa eſt grauior, ſicut patet in eadem iniuria illata à ſeruo, & à perſona libera; ergo valor ſatisfactionis, ſi eſt finitus, non poteſt adæquare offenſam: vel ſi eſt infinitus, non poteſt ſaltem excedere. Reſpondetur, quòd grauitas iniuriæ, vt dictũ eſt ſuprà in hac quæſtione, præcipuè ſumitur ex perſona offenſa, & quia perſona offenſa ſe habet extrinſecè, vt obiectũ, ideo à dignitate infinita perſonæ offenſæ, non redundat grauitas infinita in ipſam iniuriam; quare poteſt limitari, vel augeri à perſona offendente, & quamuis ex vilitate perſonæ offendentis creſcat grauitas iniuriæ, tamen ſimul cum hac circunſtantia indignitatis augente, eſt coniuncta ſemper alia circumſtantia, diminuens iniuriam, ſcilicet, minor cognitio perſonæ offenſæ. Vnde ſicut infinitè diſtat offendens à perſona offenſa, ita infinitè diſtat cognitio, quam habet de Deo, ab infinita Dei cognoſcibilitate. Quòd autem cognitio infinita requiratur, ad hoc vt iniuria ſit infinita, probauimus ſuprà exemplo de amentibus, & pueris, in quibus diminuitur ratio iniuriæ ob defectum adæquatæ cognitionis.

Soluitur prima repl. Quando iniuria Deo facta non ſit infinita.

Secunda replica.

Quòd ſi adhuc ſecundò vrgeatur: peccator infinitè diſtat à Deo; ergo ſatisfaciens deberet Deum ſuperare ad hoc, vt eſſet æqualis ſatisfactio.

Reſpondetur ex dictis, in ſatisfactione præcipuè attendi dignitatem perſonæ ſatisfacientis ſecundum ſe ſumptæ: quare ſi perſona ſatisfaciens eſt infinita, infinitum habebit valorem, etiam ſi ſit æqualis perſonæ, cui fit ſatisfactio.

12\. *Secundũ argumentũ, in quo examinatur an vnio, vel ſuppoſitũ præciſa Deitate ſit ratio ſufficiẽs ad æqualitatem ſatisfactionis.*

Secvndò arguitur: offenſa eſt contra Deum, vt Deum, at ſatisfactio licet ſit à Deo, non tamen eſt, vt à Deo, ſed vt ab homine.

Reſpondetur, valorem præcipuè ſumi ab ipſa perſona diuina, vt ſuprà dictum eſt. Hic occurrit dubiũ, vtrum vnio ſit ſufficiens ratio ad æqualitatem ſatisfactionis, vel ſaltem ipſum ſuppoſitum ſecluſa Deitate. Et ratio dubitandi eſt, quia offenſa, vt probatum eſt paulò ſuprà, non eſt infinita ſimpliciter; ergo ſufficit vel vnio, vel ſaltem ſuppoſitum ad ſatisfactionem, quia ſatisfactio ſaltem eſſet infinita ſecundum quid, vt eſt offenſa: immò in altiori ordine; quia ex dictis ſuppoſitum ſe habet, vt forma intrinſeca; Deus verò tamquam perſona offenſa ſe haberet extrinſecè tamquam obiectum, & terminus. Et confirmatur ex extrauaganti citata (Vnigenitus) de pœnit. vbi dicitur dignitatem humanitatis Chriſti eſſe per vnionem cum Verbo.

Vnio neceſſariò dicit terminũ, qui eſt perſona diuina.

Mihi tamen videtur dicendum, quòd caſus iſte, quamuis ſit impoſſibilis, quia vnio neceſſariò dicit terminum, qui eſt perſona diuina, & ipſa perſona diuina neceſſariò ſemper eſt coniuncta cum diuinitate: & probabilius eſt non poſſe ſecundum conceptũ præſcindere à Deitate, quia perſonalitas eſt quid increatum, ſicut rationes inferiores in rebus creatis non poſſunt præſcindere ab ente: tamen ſuppoſito caſu impoſſibili, ita vt ſicut terminatio naturæ humanæ eſt præciſè à perſonalitate Verbi, ita concipiatur valor ſatisfactionis præciſè ab ipſa perſonalitate Verbi ſecluſa Deitate, quod fortè in tali caſu ſatisfactio non eſſet ad æqualitatem pro iniuria facta Deo. Et ratio eſt; nam iniuria ſuam grauitatem ſumit à Deo, vt Deus eſt: Deus autem eſt ens infinitum ſimpliciter, perſonalitas autem vt ſic præciſè ſumpta, non eſt ens infinitum ſimpliciter, vt ſupponitur in materia de Trinitate. Et cùm dicitur in ratione dubitandi, quòd ſatisfactio eſt in altiori ordine, quia perſona operans concurrit tãquam forma intrinſeca: at verò in iniuria Deus concurrit tamquam obiectum extrinſecum, & tamquam terminus habitudinis ad ipſum. Reſpondetur ex hoc capite verum eſſe, ſatisfactionem excreſcere, tamen ex alio capite decreſcit in infinitum, quia iniuria videtur eſſe alterius ſuperioris ordinis. nam grauitatem ſuam ſumit à Deitate offenſa, ſatisfactio autem valorem ſuum ſumit à perſonalitate præciſè, quæ vt dictum eſt, non eſt ens infinitum ſimpliciter, ſicut eſt deitas. Et confirmatur hæc noſtra opinio ex Patribus ſuprà citatis, Leone, Cyrillo, & aliis, qui dicũt Chriſtum ſatisfeciſſe, quia Deus eſt, & ex Auguſt. in enchiridio. cap. 108. *Neque per ipſum* (inquit) *liberaremur mediatorem hominem Chriſtum, niſi eſſet Deus.* Neque hinc ſequeretur, vt infrà dicemus, quòd pater etiam, quia Deus eſt, ſatisfecerit, quia diuinitas non fuit vnita niſi ratione perſonalitatis Verbi, in qua includebatur, & ideo dicitur filius ſatisfacere, quia, quamuis valor ſit à diuinitate, eſt tamen ab illa vt incluſa in perſonalitate Verbi terminante naturam humanam, à qua etiam ſunt actiones liberæ, & meritoriæ, vt ſunt terminatæ præciſè à perſonalitate Verbi, mediante natura humana.

Perſonalitas præciſè ſumpta non eſt ens infinitũ.

Leo. Cyrill. Auguſt.

Diuinitas non fuit vnita niſi ratione perſonalitatis Verbi.

13\. *Tertiũ argumentum, in quo examinatur, an ſi Chriſtus fuiſſet peccator, potuiſſet ſatisfacere.*

Tertiò principaliter arguit Scotus, & præter argumentum quod ſoluimus num. 5. adhuc inſtat, quia, ſi valor Chriſti ex natura ſua, & iuſtitia erat ſatisfactorius, ſequeretur, quòd ſi per impoſſibile Chriſtus fuiſſet peccator, adhuc ſatisfeciſſet, quia ex iuſtitia facta fuiſſet æqualitas à parte rei. hoc autẽ eſt abſurdũ, quia fuiſſet ex hypotheſi Chriſtus inimicus Deo, ergo nõ potuiſſent opera illius eſſe illi accepta.

Impugnatur reſpõſio cuiuſdã recentioris.

Ad hoc argumentum quidam recentior ſuper tertiam partem reſpondet, ex illa hypotheſi impoſſibili ſequi vtramque partem contradictionis poſitam in argumento, quòd, ſcilicet, Chriſtus ſatisfeciſſet, & non ſatisfeciſſet. Sed hæc reſponſio mihi non placet, nam quando impoſſibile ponitur, vt inſpiciatur natura rei, tunc ſequitur aliqua pars determinata, vt fusè probabitur infrà in q. 3. Philoſoph. exempli gratia, ſi ponatur per impoſſibile, quod homo non ſit rationalis, ſequitur vna pars determinata, ſcilicet, quòd non ſit riſibilis, quia riſibilitas fluit à rationalitate, & non ab animalitate: ita in caſu noſtro; poſito per impoſſibile, quòd Chriſtus fuiſſet peccator, ſequitur vna pars determinata contradictionis, quòd ſcilicet ſatisfeciſſet ad æqualitatem, quia ſatisfactio Chriſti ad æqualitatem non eſt ex gratia, ſed ex iuſtitia, & ex natura valoris, vt probatum eſt. An autem Deus potuiſſet non acceptare ſatisfactionem Chriſti, alia eſt quæſtio, de qua infrà dicetur, ſed hoc non tollit valorem ex iuſtitia, ſicut pretium poteſt eſſe valoris æqualis ex natura ſua ad redimendum ſeruum, & tamen non tenetur dominus acceptare pretium, & fortè Deus, ſi Chriſtus fuiſſet peccator, per impoſſibile, non acceptaſſet ſatisfactionem.

Chriſtus etiamſi fuiſſet peccator ſatisfeciſſet ad æqualitatẽ.

14\. *Quartũ argumentũ in quo examinatur an debitũ Chriſti de gratiarũ actione abſorbeat valorem ſatiſfactionis pro iniuria.*

Quartò arguitur principaliter ex Durando: Tenebatur Chriſtus agere gratias Patri pro beneficiis collatis ſuæ humanitati, & hoc quidem beneficium erat infinitum; ergo titulus gratitudinis abſorbebat totum valorem ſatisfactionis, imò excedebat.

Impugnatur prima reſponſio.

Primò reſpondent aliqui, quòd quia meritũ Chriſti erat infinitum ſimpliciter, poterat per vnum opus reddere gratis, & per aliud ſatisfacere. Sed contra hanc reſponſionem inſtatur, quia ſecundum opus adhuc debebatur titulo gratitudinis, quia erat fundatum in beneficio vnionis: & vrgetur magis, quia

quilibet actus Chriſti,vt eſt infiniti valoris,erat nouum beneficium,quod conferebatur humanitati.

15. *Impugnatur ſecunda reſponſio.* Secundò meliùs reſpondet Suarius: Vno opere Chriſtum ſatisfeciſſe, & pro offenſa, & pro beneficiis,quia tantùm valet vnum opus, quantùm omnia, quia valor eſt ſimpliciter infinitus. Et cùm inſtatur ex Durando,quia *diis,& parentibus non poſſumus reddere æquales*, ex Ariſt.8.Ethic.cap.13. reſpondet hic auctor, Ariſtotelem, vel loqui de beneficio æquali eiuſdem rationis,& ſic filius non poteſt reddere idē, quod accepit à patre: vel loquitur de ſatisfactione finita. Sed contrà, quia Chriſtus debet adhuc pro hoc eodem beneficio infiniti valoris ſibi collato, infinitam gratiarum actionem: ſed hæc ſatisfactio, quamuis eſſet infinita, non poſſet excedere beneficium ſecundum eumdem Auctorem, quia erat eiuſdem valoris; ergo debitum gratiarum abſorbebat totam ſatisfactionem; ergo non poterat per illud idem opus ſatisfacere pro offenſa.

Chriſtus debet pro beneficio ſibi collato infinitā gratiarum actionem.

16. *Impugnatur tertia reſponſio.* Tertiò reſpondent alij,quod poterat Chriſto condonari à Deo hæc obligatio in actu ſecundo reddendi gratias, & quamuis hæc condonatio ſit ex gratia, non tamen tollit (inquiunt) ſatisfactionem æqualem, & ex iuſtitia, quia præcedit contractum,vt fuſiùs infrà probabitur in tertia parte Corollarij. Hæc reſponſio fortè argumentum ſoluit,ſed minuit valorem ſatisfactionis.

17. *Impugnatur quarta reſponſio.* Quartò reſpondent alij recentiores; quòd duplex beneficium collatum eſt humanitati Chriſti,alterum finitum,quod eſt ipſa vnio.& fuit collatum à tota Trinitate; & pro hoc beneficio poterat Chriſtus gratias agere, & ſimul ſatisfacere, quia actus Chriſti excedebat in valore & offenſam, & beneficium. Quòd excedebat offenſam, ſuprà probatū eſt: quod excedebat beneficium; probatur, quia de facto valor Chriſti erat infinitus, quare poterat vno actu pro vtroque ſatisfacere, quia in infinitum excedebat vtrumque. Alterum beneficium eſt infinitum,ipſa ſcilicet perſona Verbi,quæ communicatur humanitati. & pro hoc beneficio, putant aliqui non teneri Chriſtum gratias agere, quia erat ſibi proprium, nec cōſequenter pro infinito valore ſui operis,quia hic erat à Chriſto,vt erat perſona Verbi.Sed hoc mihi non placet, quia vt paulò antè probatum eſt, valor ſatisfactionis Chriſti, qui erat infinitus, ſimpliciter erat à perſona Verbi, vt includebat diuinitatem. Secundò hic valor eſt, quid creatum, quare Deus habet dominium ſuper illum: ergo pro illo debentur gratiæ toti Trinitati.

Duplex beneficiū Chriſto collatum, primum eſt ipſa vnio.

Alterū beneficium perſona Verbi cōmunicata humanitati.

18. *Impugnatur quinta reſponſio.* Quintò reſpōdet idem Suarius ſatis eruditè,quòd poterat Chriſtus vna, & eadem actione ſatisfacere pro vtroque debito, & ſupponit vnum, quòd quando res debetur duplici titulo,quorum alter eſt ex iuſtitia, alter ex alia virtute, non augetur res, ſicut ſi quis ex voto tenetur ire Romam, poteſt pro eadem itione accipere ſtipendium, quia hæc ſecunda obligatio non imponit nouum debitum; non enim augetur res ipſa, quæ debetur, ſed tantùm additur nouus titulus,tunc autem (inquit) augetur res debita, quando vterque titulus eſt ex iuſtitia, & in hoc caſu non poteſt ſatisfacere ſoluendo pretium pro emptione,quod pretium debebat pro mutuo,niſi quando eſt vna actio indiuiſibilis. quæ ſit ita vtilis ſingulis, ac ſi pro vno fieret; tunc enim poteſt eadem actione ſatisfieri vtrique debito ex iuſtitia, exempli gratia, poteſt quis pro eodem labore eundi Romam, accipere ſtipendium à duobus; hoc ſuppoſito (inquit) ex Auguſtino 13.de Trinit.cap.14. & Anſelm. lib.2.cur Deus homo,cap.19. Chriſtum potuiſſe ſatiſfacere per mortem ſuam offerendo illam Patri du-

Auguſt. Anſelm.

A plici titulo,& iuſtitiæ pro noſtra ſatisfactione,& gratitudinis pro beneficio ſibi collato, quia vnus titulus erat iuſtitiæ,alter alterius virtutis,ſcil.gratitudinis.

Sed hæc reſpōſio non omninò ſatisfacit,quia titulus gratitudinis reducitur adtitulū iuſtitiæ,& in humanis hoc patet manifeſtè.nā ſi quis debeat centum Petro ex mutuo,& cētum ex titulo gratitudinis,non ſatisfacit vtrique debito reddendo tantùm centum.

Sextò alij reſpondent, quòd titulo gratitudinis non debet reddi æquale,quia alioquin non eſſet gratiarum actio,ſed commutatio. Sed contrà,quia gratis aſſumitur non debere reddi æquale, quando poteſt reddi; non autem eſſet propriè commutatio, quia non eſſet ex iuſtitia commutatiua. Alij impugnant alio modo,quia etiā ſi non debeat reddi æquale,adhuc abſorberet valorem ſatisfactionis, quia debitum Chriſti adhuc eſſet infinitum pro gratiarum actione. Sed hæc impugnatio non valet, quia debitum gratiarum non eſſet in illo caſu infinitum ſimpliciter,ſicut eſt valor ſatisfactionis. 19. *Impugnatur ſexta reſponſio. Titulo gratitudinis non debet reddi æquale.*

B

Mihi igitur ſeptimò videtur reſpondendum,quòd valor ſatisfactionem excedit & offenſam, & beneficium ſimul ſumpta de offenſa iam probatum eſt ſuprà,de beneficio probatur, nam ſiue valor ſit infinitus,vt de facto eſt,ſiue finitus per impoſſibile, vt ſuprà dicebamus, adhuc eſt in altiori ordine, quàm ſit beneficium. nam conſideratur beneficium dupliciter,vel vt eſt donum collatum à Deo,vel vt eſt actio libera procedens à Deo. Et quidem ex ea parte, qua eſt donum,concedimus idem eſſe donum: nam ſiue ſit vnio,ſiue ſuppoſitum terminans,idē eſt,quod datur humanitati Chriſti, & quod offertur in ſatisfactionem, quia totus Chriſtus offertur: at verò ex ea parte, qua donum eſt actio libera procedens à Deo, exceditur à valore ſatisfactionis; nam beneficium hoc ſecundo modo eſt effectus Dei ad extra, cauſa autem efficiens,etiam ſi ſit infinitæ perfectionis,non eo ipſo dignificat infinitè effectum, ſicut diximus ſuprà de obiecto,quòd ex ipſa ratione, qua extrinſecum eſt, non communicat infinitatem totam actui: vnde iniuria,quæ infertur Deo,eſt finita ſimpliciter, vt probatum eſt in primo puncto: at verò actus humanitatis Chriſti altiori modo dignificantur moraliter à perſona infinita Verbi, quia ſunt intimi,& intrinſeci in ipſa natura ſubſtantialiter coniuncta cum perſona infinita Verbi, & per illos ſe Verbum offert Patri, & ab illis intrinſecè denominatur perſona operari: non enim opus eſt ad intrinſecam denominationem, vt actus immediatè vniantur cum perſona,ſed ſatis eſt,vt vniantur cum natura,quæ eſt ſubſtantialiter coniuncta cum perſona, ſicut homo denominatur intrinſecè intelligens, licet actus intelligendi non immediatè vniatur perſonalitati, ſed naturæ vnitæ cum perſonalitate, & hoc idem probari poteſt exemplo veſtis regiæ, quæ maiorem habet dignitatem,quando eſt vnita Regi,quàm cū datur dono alteri,& maiorem habet dignitatem, ſi detur illa veſtis, quæ fuit vnita regi, quàm ſi detur dono alia veſtis: poterat igitur Chriſtus ſua actione ſatisfacere pro offenſa,& pro beneficiis, quia illa actio in infinitum excedebat vtrumque debitum, quia erat in altiori ordine. 20. *Reſponſio auctoris.*

Beneficium dupliciter conſideratur.

C

Actus humanitatis Chriſti à perſona Verbi dignificātur.

D

E

21. Quintò arguunt alij principaliter probando valorem Chriſti non eſſe infinitum. Sed hîc non eſt immorandum,tum quia infrà in quarta parte Corollarij oſtendemus hunc eſſe de facto infinitum, tum quia etiam ſi eſſet finitus,eſſet in altiori ordine,quàm ſit offenſa,vt ſuprà probatum eſt.

22. *Sextum argumentum.* Sextò arguitur: Chriſti ſatisfactio fuit ex diuina acceptatione, ergo non fuit ad æqualitatem: Reſpondetur,

Digitized by Google

ſpondetur, quicquid ſit de antecedente, de quo infrà, negando conſequentiam. nam inter emptorem & venditorem intercedit pactum, & tamen contractus continet iuſtitiam perfectam.

23. *Septimū argumentum.*

Septimò arguitur, ſi Chriſtus ſatisfecit ad æqualitatem, ergo ſoluit pretium pro mea remiſſione, ergo debetur mihi ex iuſtitia: Reſpondetur, quando ſoluens abdicauit dominium pretij, & tranſtulit in alium, exempli gratia, Petrū, tunc debetur res Petro, pro quo ſolutum eſt pretium: at Chriſtus non abdicauit à ſe dominium pretij, ſed obtulit, quantùm ad ſufficientiam pro omnibus; quantùm verò ad efficaciā, voluit, vt applicaretur à Patre pro libera ſua voluntate, quibus, & per quæ media voluerit.

24. *Octauū argumentum, in quo examinatur, an opera Chriſti fuerint ratio meritoria actuū diuinorum, & ſuæ gloriæ.*

Opera Chriſti ab æterno præuiſa fuerunt cauſſæ prædeſtinationis.

Octauò arguitur: Chriſtus Dominus meruit prædeſtinationem, & electionē hominum ad gloriā, & alios actus diuinos, hi autem actus ſunt quid increatum, & infinitum in genere entis, meritum autem, & etiam valor meriti, eſt quid creatū non ſolùm in genere entis, ſed etiam in genere moris: ergo præmium excedit meritum; ergo non poteſt ſupereſſe valor ad ſatisfactionem pro debitis hominum. Reſpondetur, opera Chriſti præuiſa ab æterno fuerunt ratio motiua, cur Deus prædeſtinaret, & eligeret ad gloriam, fuerunt autem ratio meritoria non ipſorum actuum, ſed effectuum ad extra. Quòd ſi adhuc inſtetur ſaltē præmium datum meritis Chriſti excedit valorem actuū Chriſti, ergo non ſupereſt valor ad ſatisfactionem pro culpis. Reſpondēt aliqui, præmium Chriſti eſſe finitū, quia conuenit illi ratione vnionis, quæ eſt quid finitum. Sed contrà, quia vnio eſt altioris ordinis: ergo poteſt illi correſpondere pręmium infinitū. Neq; hoc repugnat, vt ſuprà diximus, quia gratia, & gloria ſunt qualitates ſimplices, infinitū autem repugnat ratione partium quantitatis, quarum vna eſt extra aliā, ratione cuius extremitatis aſſignari poteſt terminus per ſubtractionem, vel additionem. Reſpondent alij, valorem adhuc excedere, quia eſt infinitus ſimpliciter in genere valoris. Sed cōtrà, quia idē poteſt dici de præmio, quod ſaltē debetur Chriſto ex vi vnionis, quicquid ſit de pręmio, quod habet de facto.

25. *Reſponſio auctoris.*

Chriſtus per vnum actū potuit ſatisfacere, & per aliū ſibi mereri gloriam.

Reſpondetur igitur, quòd etiā ſi concedatur præmium exæquare valorem operū; tamen Chriſto tam gratia, quàm gloria debebatur ex vi vnionis: poterat ergo pro debitis hominum offerre ſatisfactionem condignam. Secundò reſpondetur, quòd per vnum actum poterat Chriſtus pro debitis hominum ſatisfacere ad æqualitatem, & per alium actum ſibi mereri gratiam, & gloriam debitam alio titulo.

26. *Nonum argumentum.*

Nonò arguunt probādo ſatisfactionem Chriſti nō habuiſſe omnes conditiones ſatisfactionis de toto rigore iuſtitiæ: At (inquiunt) illæ conditiones ſunt neceſſariæ ad ſatisfactionem condignam, & æqualem, ergo, &c. Hoc argumentum, quia tā quo ad maiorē, quàm quo ad minorē propoſitionē multa indiget diſcuſſione, ideo fusè tractabitur infrà in ſequēti pūcto.

TERTIA DVBITATIO.

Vtrùm ſatisfactio Chriſti fuerit de toto rigore iuſtitiæ.

TRes difficultates ſunt in hac dubitatione examinandæ.

Prima, Quæ ſint conditiones ſatisfactionis de rigore iuſtitiæ. Secunda, An ſatisfactio ex iuſtitia ad æqualitatem includat neceſſariò omnes conditiones de rigore iuſtitiæ. Tertia, an ſatisfactio Chriſti habeat omnes conditiones rigoroſæ iuſtitiæ.

Prima difficultas.

27. *Prima conditio.*

Quantùm ad primam difficultatem, multas conditiones aſſignant Doctores rigoroſæ ſatisfactionis.

Ad Rom. 11.

Quæ ſint conditiones rigoroſæ ſatisfactionis.

Prima, vt ſatisfactio non ſit ex gratia, & liberalitate creditoris, vt patet ex illo ad Rom. 11. *Si ex operibus, ergo non ex gratia*; ſed hæc conditio intelligi debet de gratia, quæ intercedit in ipſo contractu, per quam remittitur, aut cōdonatur vel totum debitum, vel pars ipſius. nam ex ea parte, qua eſt condonatio, ſeu remiſſio, non poteſt eſſe ſatisfactio ex iuſtitia. Si verò gratia ſit extra contractum, non impedit rigorem iuſtitiæ, verbi gratia, ſi Petrus donauit Paulo cētum donatione abſoluta, poteſt Paulus ex illis centum ſatisfacere eidem Petro, cui ex titulo emptionis, vel mutui debebat illa centum. & ratio eſt, quia ante ſolutionem debiti verè Paulus conſtitutus eſt dominus illorum centum, quæ illi donata ſunt à Petro.

Quòd ſi quæras, quid ſi Petrus creditor donauerit illa centum Paulo debitori eo animo, vt Paulus reſtituat illa centum debita ipſi Petro ex contractu emptionis, vel mutui, an tunc eſſet ſatisfactio rigoroſa. & ratio dubitandi eſt, quia illa donatio illorum centum videtur eſſe virtualis remiſſio debiti. Reſpondetur, quicquid ſit, an talis ſolutio debiti habeatur, vt ſuſpecta, tamen ſi vera fuit donatio illorum centum, tunc Paulus ex rigore iuſtitiæ ſatisfacit Petro dando illa centum, etiam ſi daret eadem numero pro ſolutione debiti, & ratio eſt eadem, quia verè Paulus per gratiam donationis, quæ præceſſit contractum ſolutionis, factus eſt dominus illorum centum.

28. *Secunda cōditio.*

Secūda conditio, vt ſatisfactio ſit ex propriis; hæc conditio intelligitur, vt ſit ex propriis, ſcilicet, non ex bonis, quæ ſunt actu creditoris. eſſet enim rigoroſa ſatisfactio, ſi fieret ex bonis, quæ fuerunt accepta à creditore, etiam ſi fuerint accepta ex gratia, dummodò illa gratia, vt dictum eſt in prima conditione, non ſit intercedens in ipſo contractu. quare hæc ſecunda conditio videtur eadem cum priori, vel ſaltem fundari in priori. de hac conditione multa dicemus in tertia difficultate.

29. *Tertia conditio.*

Tertia conditio, vt ſatisfactio fiat ex indebitis alio titulo creditori. Pro quo notandum eſt, quòd aliquando nouus titulus importat nouum debitum iuſtitiæ; exempli gratia, ſi Petrus debeat Paulo centū ratione furti, & alia centū ratione mutui, in hoc caſu titulus mutui addit nouum debitum; aliquando verò nouus titulus addit tantùm nouā obligationem eiuſdem debiti, & tantùm obligationes illud ſoluendi multiplicantur; exempli gratia, ſi quis ex voto teneatur adire Romam, & accipiat etiam ſtipendium, tunc vnum erit debitum, ſed duæ obligationes circa idem debitum. His notatis, dico conditionem hanc tertiam intelligendam eſſe, quando alius titulus addit nouū debitum, non autem, quando addit nouam tantùm obligationem circa idem debitum. nam tunc vnica actione poteſt ſatisfacere vtrique obligationi, vt patet ex exemplo allato illius, qui tenetur adire Romā ex voto, & ex ſtipendio.

Vndénam cognoſcatur, quādo ex nouo titulo inſurgit nouū debitum.

Modus dicendi Suarij in 3. p. diſp. 4. ſect. 6.

Sed difficultas eſt, vndénam cognoſcetur quandò nouus titulus addat nouum debitum, vel tātùm nouam obligationem, aliqui eximij doctores exiſtimāt, tunc addi nouum debitum, quando vterque titulus eſt titulus iuſtitiæ, exempli gratia, ſi Petrus debet Paulo centum ex contractu emptionis, ſi accedat titulus mutui, tunc eſt nouum debitum: quare non ſatisfaciet Petrus ſi reddat Paulo tantum centum: tūc verò dicunt addi nouam obligationem, quando accedit alius titulus alterius virtutis, vel obedientiæ,

vel religionis,vel gratitudinis,exempli gratia;ſi quis ex voto tenetur adire Romam,poteſt pro eodem labore accipere etiam ſtipendium condignum.

Impugnatur hic modus dicēdi.

Sed hæc regula dignoſcendi mihi non placet, & do inſtantiam primò,quando vterque titulus eſt iuſtitiæ.nam pro eodem labore eundi Romam, poteſt quis accipere ſtipendium condignum à duobus.Secundò do inſtantiam, quando vnus titulus eſt iuſtitiæ,& alter alterius virtutis,exempli gratia,cùm quis vouet dare centum Petro ex eleemoſyna,non ſatisfacit, ſi dat centum, quæ debet illi ex mutuo. Sed quia iſte auctor omnia hæc dicit eſſe per accidens, quia in priori caſu, illa itio ita eſt vtilis, cùm ſit pro duobus,ac ſi fieret pro vno:in ſecundo verò caſu,intentio vouentis fertur formaliter, vel virtualiter in aliam materiam, in alia ſcilicet,centū diuerſa à mutuo. Sed contrà dando tertiam inſtantiam in titulo gratitudinis. nam ſi quis debet centum Petro, non ſatisfacit titulo gratitudinis, ſi det illi centum, quæ debet titulo mutui, vt patet ſecundum communem prudentum exiſtimationem.

Regula auctoris ad cognoſcendum quādo ex nouo titulo inſurgit nouū debitum.

Quare mihi videtur hanc regulam poſſe aſſignari, quando nouus titulus cadit ſuper eamdem materiam, ſiue ſit titulus iuſtitiæ, ſiue alterius virtutis: tunc addit nouam obligationem tantùm;quando verò cadit ſuper nouam materiam, tunc addit nouum debitum. Quando verò hoc contingat,quamuis non poſſit afferri certa regula (nam aliquando hoc prouenit, & ſæpius,quando vterque titulus eſt iuſtitiæ, aliquando vnus eſt iuſtitiæ, & alter alterius virtutis, vt probatum eſt) tamen facilè cognoſcetur ſecundū prudentem exiſtimationem hominum,& ex ipſo modo obligandi.

30. *Quarta cōditio.* *Iuſtitia eſt ad alterum.*

Quarta conditio eſt,quòd ſatisfactio ſit inter perſonas diſtinctas, quia ex Ariſtotele 5.Ethic. cap. 1. iuſtitia eſt ad alterum, nullus enim poteſt eſſe debitor ſibi ipſi, ergo nec ſatisfactor. Difficultas eſt, quænam diſtinctio ſit neceſſaria ad ſolutionē debiti de rigore iuſtitiæ; nam illa, quæ ſufficit in datis, & acceptis, multò magis ſufficit in ſatisfactione iniuriæ, quæ eſt actio moralis: circa quam difficultatem eſt primus dicendi modus aliquorum, qui dicūt requiri diſtinctionem ſuppoſitorum ex Ariſtotele ſuprà citato: ſed hic modus confutabitur ſimul cum ſecundo.

Primus modus explicādi hāc quartā conditionem.

Secundus modus explicandi eādem conditionem.

Secundus modus dicendi recentiorum,qui exiſtimant requiri,& ſufficere diſtinctionem includentis, & incluſi,quia per hanc tollitur identitas, & poteſt fieri æqualitas tamquā inter duo, quia includens diſtinguitur ab incluſo; exempli gratia, ſi Petrus eſſet pars duplicis ſocietatis,& vna ſocietas deberet alteri ſocietati centum aureos. Petrus vt pars vnius ſocietatis, reſtituere poſſet alteri ſocietati ex iuſtitia centum aureos, non quia Petrus (inquiunt) diſtinguitur à ſeipſo moraliter, ſed quia reſtitutio fit à Petro alteri ſocietati, in qua ipſe includitur. nam ſocietas quatenus includens diſtinguitur,à Petro incluſo reſpectu aliarum partium, quæ ſunt in illa ſocietate. Secundum eorum exemplum eſt;Cùm prælatus (inquiunt) infamat ſeipſum,tenetur tamquā priuata perſona reſtituere famam Reipublicæ, in qua ipſe prælatus includitur,tamquam præcipuum membrum,& diſtinguitur reſpub.ab ipſo prælato,tamquam incluſo reſpectu aliarum partium. Tertiū exemplum eſt; Si Angelus aſſumeret naturam humanam, poſſet illi inferre iniuriā,& ſatisfacere,quia tunc Angelus non ſatisfaceret ſibi ipſi,ſed huic homini tamquam includēti Angelum,& à quo diſtingueretur tamquam includens ab incluſo.

Sed hic modus mihi non placet,primò, quia tutor poteſt ſibi ſatisfacere ex iuſtitia de bonis pupilli; nam eodem modo tollit ius,quod habebat ſuper bona creditoris,ac ius alterius creditoris, & quicquid aliud additur,prudenter æſtimatur eſſe quid materiale; tamen hic ceſſat ratio includentis, & incluſi, quia ſupponitur debitum ſolius tutoris.Secūdò probatur, ex iiſdem exemplis ſuprà allatis ab ipſis recentioribus; nam Petrus vt pars vnius ſocietatis ſatisfacit alteri ſocietati ex iuſtitia, non reſpectu aliarum partium,quia tunc nō ſatisfaceret ſibi,vt incluſo in illa ſocietate, & tamen ſibi ſatisfacit,vt patet ex exemplo tutoris.Sic etiam prælatus reſtituens famā, non ſolùm Reip.ſed etiam ſibi ſatisfacit, vt perſonæ publicæ:ſic etiam Angelus ſatisfaciēs naturæ aſſumptæ,ſatisfacit etiam ſibi tamquam ſuppoſito incluſo in illa natura,& per hæc confutatur primus modus.

Impugnatur vterque modus.

Sentētia auctoris circa quartā conditionem.

Quare mihi videtur dicendum ſufficere diſtinctionem moralem fundatam in dominiis,& iuribus, ratione quorum poteſt eſſe ſufficiens alteritas. ratio enim iuſtitiæ formaliter conſiſtit in adæquando iure,quod eſt ſupra rem, vel actionem debitam:ſi ergo in vna, & eadem perſona concurrunt duo dominia, poteſt eadem perſona ſibi ſatisfacere, exempli gratia in tutore,qui ſimul eſt creditor ſui pupilli; concurrunt dominia, & duo iura, alterum quatenus gerit perſonam ſui pupilli,alterum quatenus eſt creditor: poteſt igitur per primum dominium ſatisfacere alteri iuri,quod habet ſupra bona pupilli. Sic etiam dicendum eſt in illis caſibus allatis in ſecundo modo dicendi.Nam ſi Petrus ſit pars duplicis ſocietatis, & vna ſocietas debeat centum,poteſt Petrus vt eſt pars vnius ſocietatis,ſatisfacere non ſolùm alteri ſocietati,quantùm ad partes diſtinctas à ſe,ſed etiam ſibi incluſo in illa ſocietate, quia quatenus eſt pars alterius ſocietatis, habet diſtinctum dominium, & ius ſupra ſeipſum, vt eſt pars, & debitor reſpectu alterius ſocietatis.Ratio autem includentis,& incluſi facit tantùm vt poſſit moraliter reſultare hoc diſtinctum dominium,& ius in ipſo Petro reſpectu ſui ipſius.Idem dicitur ad aliud exemplum de Prælato,quòd Prælatus,cùm ſe infamat, ſe infamat tāquam perſona priuata, tenetur tamen ſibi reſtituere famam tamquam perſonæ publicæ,quia ex eo quòd includitur, vt caput in Republica, oritur moraliter quoddam dominium,& ius ſupra ſuam famā.Sic etiam patet in tertio exemplo de Angelo aſſumente naturam humanam,vt dicemus in tertia difficultate. Ad Ariſtotelē verò,qui videtur requirere diſtinctionem ſuppoſitorum in 5.Ethic.cap.1.reſpondemus, interpretandum eſſe reſpectu dominiorum,quæ magis apparent,quādo ſunt diſtinctæ perſonæ, immò aliquando in diſtinctis perſonis non eſt perfectum dominium, & conſequenter non poteſt eſſe perfecta ſatisfactio, ſicut inter patrem,& filium,dominum, & ſeruum:aliquando verò in eadem perſona ſunt diſtincta,& perfecta dominia,vt in tutore,in quo eſt rigoroſa ſatisfactio,cùm ſibi tamquam creditori ſatisfacit, vt gerens vicem pupilli; non ergo attendenda eſt tam alteritas perſonarum, quàm iurium,& dominiorum.

Prælatus cū ſe infamat, tenetur ſibi ipſi famam reſtituere.

Explicatur locus Ariſt. citatus pro primo modo.

31. *Quinta cōcluſio.*

Omitto alias duas conditiones tamquam non neceſſarias ad perfectam ſatisfactionem, quarum prior aſſignari ſolet,vt ſit eadem perſona ſatisfaciens, quæ intulit iniuriam;nam hæc conditio nō eſt neceſſaria, quamuis enim perſona offenſa habeat ius perſonale circa offendentem in ordine ad iuſtitiam vindicatiuam, vt ſcilicet puniatur à iudice:tamen in ordine ad iuſtitiam commutatiuam, quæ conſiſtit in æqualitate rei ad rem, vel actionis ad actionem; non habet ius perſonale, ſed tantùm habet ius,vt ſit æqualis redditio obſequij per iniuriam debiti. Quare ſiue

hæc

hæc æqualitas ſit à perſona offendente, ſiue ab alia materialiter ſe habet, ſicut ſi quis debeat centum aureos Petro, & alius pro illo reſtituat, iam ſatisfactum eſt iuri, quod habebat creditor ad Petrum, quia facta eſt æqualitas rei ad rem: ita enim in ſatisfactione morali, quia vtraque ſatisfactio pertinet ad iuſtitiam commutatiuam, quæ tantùm reſpicit recompenſationem per æqualitatem.

32. *Sexta cōditio.* Poſterior cōditio aſſignari ſolet, vt perſona offenſa teneatur acceptare ſatisfactionem. Sed neque hæc conditio eſt neceſſaria; nam perfecta iuſtitia commutatiua, vt dictum eſt, conſiſtit in æqualitate: hæc autem eſt independens ab arbitrio, vt bene notat Vega lib. 7. in Trident. cap. 92. & hæc quantùm ad primam difficultatem.

Secunda difficultas.

33. QVANTVM ad ſecundam difficultatem. An ſcilicet ſatisfactio de toto rigore iuſtitiæ ſit diſtincta à ſatisfactione ex iuſtitia ad æqualitatem.

Suarez in 3. par. diſp. 4. *Pūctus difficultatis.* Aliqui graues Auctores, videntur ſupponere tamquam certum, diſtingui, per conditiones aſſignatas in ſuperiori difficultate, quas exiſtimant competere tātùm ſatisfactioni de rigore iuſtitiæ. Pro reſolutione ſupponimus ex dictis, diſputationem eſſe de illo valore ſatisfactionis ex iuſtitia ad æqualitatem, qui ex natura ſua dicit condignitatem, & adæquat offenſam, ita vt non minùs æſtimetur moraliter compenſatio, quàm fuerit iniuria; nam alioquin non eſſet ad æqualitatem: de hac quęritur, an diſtinguatur à rigoroſa ſatisfactione; nam alios modos ſatisfaciendi, qui potius ſunt de congruo, fundati in gratuita acceptatione creditoris, quia non poteſt eſſe æqualitas, vel ex defectu impotentiæ creditoris, vel alterius conditionis requiſitæ ad condignam, & æqualem ſatisfactionem, certum eſt diſtingui non ſolùm à ſatisfactione de toto rigore, ſed etiam à ſatisfactione ſecundum æqualitatem. *Reſpōſio ad ſecūdā difficultatem.* *Satisfactio ſecundū æqualitatem non diſtinguitur à ſatisfactione de toto rigore.* His poſitis reſpōdeo ad difficultatem, ſatisfactionem ſecundum æqualitatem non diſtingui à ſatisfactione de toto rigore; primò quia tam veteres Scholaſtici, quàm Patres citati in ſecunda parte Corollarij, cùm loquuntur de ſatisfactione Chriſti, pro eodem videntur ſumere ſatisfactionem ad æqualitatem, quam vocant ex contractu, & ius æquiſſimum, & ſatisfactionem, quam moderni appellant rigoroſam. 34. Secundò probatur à priori; quia ſatisfactio ad æqualitatem neceſſariò includit omnes cōditiones rigoroſæ ſatisfactionis in ſuperiori difficultate explicatas, & probatur diſcurrēdo breuiter per ſingulas.

Satisfactio rigoroſa nō debet fieri ex gratia. Prima conditio erat, ne ſatisfactio rigoroſa fieret ex gratia, vel liberalitate creditoris, quæ intercedat in ipſo contractu. Hæc autem conditio non ſolùm eſt neceſſaria ſatisfactioni, quam ipſi dicunt de rigore iuſtitiæ, ſed ſimpliciter ſatisfactioni ex iuſtitia, ſeu condignæ, & æquali; nam ſi gratia intercedat in ipſo contractu, eſt formalis, vel virtualis remiſſio debiti; non ergo eſt ſatisfactio condigna ad æqualitatem.

Nec ex bonis creditoris. Secunda conditio erat, vt ſatisfactio rigoroſa non ſit ex bonis, quæ actu ſunt ipſius creditoris, hæc autem conditio eſt neceſſaria ſatisfactioni condignæ ad æqualitatem. nam vel ſatisfactio eſt reſtitutio, & in hac requiritur tranſlatio dominij; nam alioquin creditor non plus habebit, quàm antea, & ſic remanet inæqualitas; tranſlatio autem dominij in alterum eſſe non poterit, ſi ſatisfactor non eſt dominus rei, quam reſtituit. At verò ſi ſatisfactio eſt iniuriæ, quāuis non requiratur tranſlatio dominij, quia ſicut per A iniuriam non aufertur aliquid ex dominio perſonæ offenſæ, ita poteſt fieri ſatisfactio, quin aliquid in eius dominiū transferatur, tamē requiritur ratio obſequij, vt incipiat haberi in ęſtimatione, qui priùs per iniuriam cœperat vileſcere. Ad hoc autem eſt neceſſarium, vt ſatisfactio non fiat ex actibus, qui ſunt ipſius creditoris: nam ſi offeratur creditori in obſequiū illud, quod eſt ipſius creditoris, minùs exiſtimatur moraliter ſecundum prudentem exiſtimationem cōpenſatio, quàm fuerit iniuria, quia creditor non plus habet poſt ſatisfactionem, quam antea habebat; ergo remanet eadem inæqualitas, quæ priùs erat.

Tertia conditio erat, vt ſatisfactio rigoroſa fiat ex indebitis alio titulo importante nouū debitum; hæc autem conditio eſt etiam neceſſaria ſatisfactioni cōdignæ ad æqualitatem; nam ſi debet duplici titulo B importante duplex debitum, non ſatisfacit ad æqualitatem, ſi pro vno titulo ſolùm reddat: nam cùm debeat pro vtroque titulo ſimul, & pro ſecundo nihil reddat; ſequitur quod minùs reddat, quàm debet: quare non reddit ad æqualitatem, niſi creditor remittat vnum debitum; & tunc non eſt ſatisfactio cōdigna ex iuſtitia, ſed de congruo, & ex acceptatione gratuita creditoris. *Ex indebitis alio titulo.*

Quarta conditio erat, vt ſatisfactio rigoroſa ſit ad alterum, quæ conditio, vt diximus, formaliter intelligitur de alteritate dominiorum potiùs, quàm perſonarum, etiam ſi dominia concurrant in vnam, & eādem perſonam, ſicut patet in tutore, qui poteſt ſibi tamquā creditor ſatisfacere ex iuſtitia de bonis pupilli. C Hæc autem conditio eſt etiam neceſſaria ſatisfactioni condignæ ad æqualitatem; nam ad ſeipſum reſpectu eiuſdem dominij non poteſt eſſe æqualitas, ſed identitas; ergo vt ſeruetur æqualitas, requiritur ſaltem, vt eadem perſona intelligatur moraliter debitor, & creditor reſpectu diuerſorum dominiorum. *Ad alterum iuſtitia rigoroſa eſſe debet.*

De quinta, vt ſcilicet, ſit eadem perſona ſatisfaciēs, quæ intulit iniuriam, nihil eſt dicendum, diximus enim non eſſe neceſſariam. Sexta verò; erat vt creditor teneretur acceptare ſatisfactionem: ſed idem eſt dicendum, de ſatisfactione condigna ad æqualitatem. nam ſicut ad rigoroſam iuſtitiam non eſt neceſſarium acceptare pretium condignū ante pactum, vt patet, ſi quis offerat iuſtum pretium, puta mille aureos pro redemptione ſerui; poſt pactum verò tenetur acceptare: quòd ſi non acceptaret, debitor ad nihil aliud tenetur quouſque ab eo exigatur ſatisfactio; ita etiam dicendum eſt in illa ſatisfactione, quā D dicimus eſſe condignam ad æqualitatem. *Aliæ conditiones non neceſſariæ.*

Patet igitur ex dictis, ſatisfactionem condignam, ſeu ex iuſtitia ad æqualitatem, quando ſcilicet ſatisfactio ex natura ſua eſt tāti valoris, quanti eſt debitū, non diſtingui à rigoroſa iuſtitia, ſed includere neceſſariò in ſe omnes cōditiones, quæ aſſignari ſolent à recētioribus de ſatisfactione de toto rigore iuſtitię.

Tertia difficultas.

An in Chriſto fuerint omnes conditiones rigoroſæ ſatisfactionis.

E QVANTVM ad tertiam difficultatem; An Chriſtus ſatisfecerit de toto rigore iuſtitiæ. Reſpondetur ex dictis affirmatiuè, vt ſatis bene explicat noſter Suarius in 3. p. diſp. 4. ſect. 6. nā ex Patribus, & Conciliis, & ex principio noſtro Philoſophico probatum eſt in ſecunda parte Corollarij, Chriſti ſatisfactionem fuiſſe condignam ad æqualitatem, & quaſi ex cōtractu; vnde & Auguſtinus 13. de Trinitate 35.

Digitized by Google

tate cap.14.hoc vocat *æquiſſimum,& quo nihil eſt iuſtius.* Athanaſius vocat *ſatisfactionem plenam*, Proclus *ad amuſſim*;his autem nominibus voluerunt indicare iuſtitiam,quam recentiores vocát de rigore iuſtitiæ:ſed iam probatum eſt hanc ſatisfactionem ad æqualitatem includere omnes conditiones rigoroſæ iuſtitiæ : ergo Chriſtus ſatisfecit de toto rigore iuſtitiæ.

Chriſtus ſatisfecit de toto rigore iuſtitiæ.

Ad maiorem autem huius difficultatis explicationem diſcurrendum eſt breuiter de ſingulis conditionibus rigoroſæ iuſtitiæ,an fuerint in ſatisfactione Chriſti.

36. Prima opinio Medinæ.

CIRCA primam conditionem, videlicet,ne ſatisfactio fundetur in gratia creditoris: Ioannes Medina qui fuſiſſimè & doctè ſatis tractauit hanc materiam, tenet hác conditionem deeſſe in ſatisfactione Chriſti.Probat primò : nam ſatisfactio fundatur in gratia vnionis hypoſtaticæ,quæ quidem vnio eſt radix valoris.Secundò fundatur in gratia concurſus actualis Dei,quem Deus potuiſſet denegare ſaltem de potétia abſoluta, etiamſi humanitas vnita connaturaliter petat illum cócurſum.Tertiò fundatur in gratia acceptandi perſonam Chriſti in locum perſonæ , quæ offendit. Quòd ſi dicas iſtas gratias eſſe extra contractum, adhuc vrgetur quartò pro Medina:omnes hæ gratiæ fuerunt datæ Chriſto à Patre ad finem ſolutionis.ſupponitur enim incarnationem fuiſſe medium ob ſolum finem redemptionis noſtræ: quando autem gratia datur ad finẽ ſolutionis, eſt ſaltem virtualis remiſſio debiti:non ergo ſolutio eſt ex iuſtitia, ſeu de condigno.

Primum argumentum. Secundum argumentũ. Tertium argumentum. Quartũ argumentum.

His tamen non obſtantibus, dicendum eſt cum communi, hanc primam conditionem rigoroſæ iuſtitiæ non defuiſſe in ſatisfactione Chriſti.Probatur: nam gratia data humanitati Chriſti , fuit extra contractum:non igitur poterat impedire ſatisfactionem de rigore iuſtitiæ,vt patet ex his,quæ diximus in prima difficultate circa hanc conditionem. ſi enim Petrus remittat Paulo debitum, non eſt ſolutio,ſed remiſſio,quia eſt gratia intercedens in contractu:at verò,ſi præcedat contractum ſolutionis,donatio facta à Petro ipſi Paulo mille aureorum , poteſt ex iuſtitia Paulo ex illis mille ſoluere debitum Petro, quia ex gratia extra contractum : & per hæc patet reſponſio ad argumenta Medinæ.

Contra Medinam tenẽdũ eſt, Chriſti ſatisfactionem ad rigoroſam iuſtitiam pertinuiſſe.

Ad primum enim reſpondetur , gratiam vnionis non eſſe radicem valoris,ſed ipſum ſuppoſitum:ſed, etiam ſi concedatur eſſe radicem,tamen non eſt gratia in contractu:quia non eſt ſatisfactio,aut valor ſatisfactionis.ſed ſupponitur illa tamquam gratis accepta,& ex illa poſtea fieri ſatisfactionem ad æqualitatem.

Reſpõſio ad primum Medinæ. *Gratia vnionis non eſt ſatisfactio.*

Ad ſecundum de actuali concurſu Dei, videtur eſſe maior difficultas: nam hæc gratia concurſus videtur intercedere in ipſo contractu : reſpondetur, quòd ille concurſus eſt debitus cõnaturaliter humanitati Chriſti,quatenus eſt vnita Verbo : ſed contrà quia Deus de potentia abſoluta poterat illum denegare:quòd igitur non denegauerit, fuit gratia intercedens in ipſo contractu,vt probat argumentũ. Reſpondeo igitur, quòd,quia Deus volebat inire contractum cumChriſto de ſatisfactione pro debitis hominum;ideò ex gratia antecedente contractum voluit dare hunc concurſum.Cùm igitur actu dabatur huiuſmodi concurſus in ipſa actuali ſatisfactione, iam erat debitus ex priori gratia , & ſic erat gratia extra contractum : exempli gratia : ſi Petrus promiſit Paulo mille , poteſt Paulus ex illis mille ſoluere debitum Petro , etiam ſi donatio fieret ſimul cum ſolutione quia illa donatio erat debita , & potiùs

Ad ſecundũ Medinæ. *Concurſus Dei quomodo fuit debitus.*

A erat ſatisfactio promiſſionis , quàm donatio.

Ad tertium, gratia illa eſt etiam extra contractũ. Ad quartum iam dictum eſt , non obſtare gratiam antecedentem ordinari ad finem ſolutionis , quia hæc voluntas ordinandi non tollit,quin transferatur dominium rei donatæ: ſoluit ergo tamquam dominus illius rei.

Ad tertium, & quartum. Vide ſuprà in prima difficultate.

CIRCA ſecundam conditionem (videlicet,ne ſatisfactio fiat ex bonis , quæ actu ſunt creditoris, ſed ex propriis ipſius debitoris) maior eſt difficultas. & ratio difficultatis eſt,quia vel Chriſtus ſatisfecit formaliter per ipſius actiones humanas:at hæ tam ſecúdum eſſe phyſicum,quàm ſecundum valorem,quod eſt ens morale,ſunt ſub dominio Dei:ergo non videtur per illas potuiſſe ſatisfacere:vel ſatisfecit, vt ſuppoſitum diuinum terminans naturam humanam, & vt ſic multò minùs potuit ſatisfacere , quia habet rationem creditoris. B

37. *An ſecunda conditio rigoroſa iuſtitia fuerit in Chriſto.*

Pro ſolutione ſupponendum eſt , quatuor poſſe conſiderari in actionibus Chriſti , quibus fit ſatisfactio.Primum eſt ipſa ſubſtantia phyſica actus , & eſt veluti materiale ipſius eſſe moralis:ſecundum,eſſe liberum,& eſt veluti formale , & radix ſatisfactionis: & meriti:tertium,ipſe valor ſatisfactionis : quartum, ipſa perſona Verbi,quod terminat naturam humaná, mediante qua fiunt actiones.

Suppoſitio. *Quatuor in actionibus Chriſti cõſideranda.*

His poſitis eſt opinio multorum,Chriſtum,vt hominem , habere dominium peculiare ſuper aliquod illorum triũ , per quod poteſt ſatisfacere ex propriis: C mihi verò videtur illud dominiũ non eſſe ſufficiens, ſed exiſtimo poſſe tantùm ſatisfacere reſpectu quarti tantùm,vt ſcilicet ſuppoſitum diuinum eſt, quod oſtendetur diſcurrendo per ſingula illa quatuor, quæ ſunt in actu Chriſti.

Sententia auctoris.

Si ſpectetur primum,ſcilicet ipſa ſubſtantia actus; quidam dicũt illam eſſe ſub dominio humano Chriſti,ſeu alterius hominis.& probant, quia dominium generale Dei,quod habet ſuper omnes res,tamquam creator, non impedit rationes particulares dominiorum. Sed contra hanc rationem quidá Doctores ingenioſè obiiciunt.Hoc dominium (inquiunt) quod eſt plurium,ad hoc,vt fiat perfecta ſatisfactio,ita debet eſſe vnius , ac ſi non eſſet alterius:at hoc eſt impoſſibile in rebus creatis, quia in altero impediretur D aliquando actus dominij,quando ſcilicet,alius illa re vteretur independenter ab illo,ac proinde in illo altero non eſſet plenum,& perfectum dominium.Hęc tamẽ obiectio ſolui poteſt,quia poteſt dari aliud genus dominij eiuſdem rei,quæ ſit duorum,ita vt neuter poſſit vti illa re ſine conſenſu alterius in quo caſu,ſi alter vteretur re illa inuito alio, tunc ad compẽſandam iniuſtitiam non opus eſſet reddere illi rem, quæ communis eſt,ſed ſufficeret , ſi vtatur illa re in eius obſequium:& ratio eſt,quia non intulit illi aliquod damnũ,ſed ſolùm vſus eſt re contra eius volũtatem;ergo ad perfectam iuſtitiam ſatis eſt,ſi eadẽ re vtatur in eius obſequium;Ita in caſu noſtro Deus,& homo habent dominium commune ſuper eoſdem actus hominis , quia Deus ex gratuita ſua volunta- E te non vult vti actibus hominis. ſine eius voluntate: nec è contrà homo debet vti illis ſine conſenſu Dei. Quòd ſi vtatur nolente Deo , quamuis permittente, ſatis eſſet ad iuſtitiam,quantùm eſt ex hoc capite, vt illis vtatur in obſequium eius. Quòd ſi dicas poſſe Deum exigere hunc actum obſequij aliis titulis:Reſpondetur,de potentia abſoluta potuiſſe facere , ſed de potentia ordinaria;& de facto non exigit. Quòd ſi vrgeas,non exigere eſt gratiæ:Reſpondetur ex dictis in prima códitione,eſſe quidẽ gratiam,ſed extra contractum, quæ non impedit rationem iuſtitiæ.

38. Aſſeritur opinio circa ſubſtantiam actus,& cõfutatur.

Obiectio Suarij ſuper 3.p.diſp.4.

Soluitur obiectio. *Dominij genus in quo quis vtitur re communi duobus ſine conſenſu alterius, quale ſit.*

Verior opinio circa hãc primam cõditionẽ.

Quare

Digitized by Google

Deus non poteſt ſe ſpoliare dominio, quod habet ſuper creaturam.

Filius nō poteſt ſatisfacere iuri paterno per exhibitionē reuerentiæ.

Quare hæc opinio circa ſubſtantiā actus mihi videtur non poſſe impugnari ex alio capite, quam ex eo, quòd Deus non poteſt ſe ſpoliare dominio, quod habet ſupra creaturam, quia fundatur in ipſa eſſentiali dependentia creaturæ à Deo, quare in ipſo dominio creaturæ, & vſu ipſius, imbibitur eſſentialiter dominium Dei: quod non eſt ſimile in exemplo paulò antè allato. Sicut igitur filius in humanis non poteſt ſatisfacere ex rigore iuſtitiæ iuri paterno per exhibitionem reuerentiæ, vt inquit Ariſtot quia ipſe filius, & conſequenter actiones eius, ſunt aliquid patris: ita multò magis non poteſt creatura ſatisfacere Deo; nam ſub quacumque formalitate conſideretur ſubſtantia actus, & obſequium, quod per ſe ipſam fit Deo, non poteſt præſcindere à dominio Dei, ſicut nō poteſt præſcindere à dependētia. quare fit, vt ex hoc capite etiam ſi ſubſtantia actus haberet omnes alias conditiones ſatisfactionis, non poſſit eſſe ſatisfactoria ex perfecta iuſtitia. Quòd ſi dicas, dominiū Reipubl. in bona ciuium non impedit eorum dominia priuata, & verus contractus, etiam cum ipſa repub. ita neque dominium Dei impedit dominia priuata creaturarum. Reſpondetur eſſe diſparem rationem: nam

Reſp. quale ius habeat in bona ciuium, & Deus in creaturas.

Reſpub. habet ius altum in bona ciuium, in caſu ſcilicet, neceſſitatis occurrētis: at verò Deus habet dominium plenum ſuper creaturas: immò dominium ipſius imbibitur neceſſariò in dominio priuato creaturarum, quia hoc eſt eſſentialiter dependens ab illo.

Quòd ſi dicas ſecundò, ſi Reipub. in caſu neceſſitatis, in quo poteſt exigere pecunias alicuius ciuis ex vi dominij, & nollet eas exigere, eſſet beneficium, quod non impediret vt ille ciuis poſſet inire contractum ex iuſtitia iiſdem pecuniis cū illa Repub. quia hæc gratia eſt præcedens contractum: ita Deus quāuis ſit dominus, tamen ex gratia concedit ipſi creaturæ dominiū proprij actus: ergo ſuppoſita hac gratia antecedente contractum poteſt creatura per ſuū actū, cuius eſt domina, ex iuſtitia ſatisfacere ipſi Deo. Reſpondetur eſſe diſparitatem in caſu: nam quamuis Deus aliquo modo faciat creaturam dominam ſui actus, non tamen poteſt ſe ſpoliare dominio, quod habet ſuper illum actum, & ſuper ipſum dominium, quod habet creatura: quia, vt dictum eſt, dominium Dei neceſſariò imbibitur in dominio creaturæ. Et hæc ratio eſt fundamentalis in tota hac materia, vt in ſequentibus videbimus.

39.
Aſſertur opinio circa eſſe liberum, confutatur. Suarius ſuper tertiam partem loco citato.

Si ſpectetur ſecundum, ſcilicet ipſe idem actus in eſſe libero, quod eſt formale in ſatisfactione, & merito, dicunt aliqui, quos ſequuntur quidam recentiores, hominem habere tale dominiū ſuper actus ſuos liberos, vt poſſit per illud, quantùm eſt ex hoc capite, perfectè ſatisfacere pro iniuria. Sicut enim (inquiunt) poteſt homo per illum actum offendere Deū contra iuſtitiam, ita per eumdem ſatisfacere Deo ex iuſtitia. Sed hæc ratio non placet: nam in iniuria, vt patet ex communi prudentum exiſtimatione, magis creſcit grauitas, cùm perſona offenditur bonis ſuis, ſicut patet de filio, cùm offendit patrem; at verò ſatisfactiō decreſcit, vt patet in eodem exemplo. Secūdò alij meliùs aſſignant rationem, quia homo ſuper actum ſuum liberum habet dominiū in genere cauſæ formalis, quia actus denominatur liber à libertate, quæ eſt in homine, & non à concurſu efficienti libero ipſius Dei: hoc autem dominium in genere cauſæ formalis, ob ſui imperfectionē nō poteſt cadere in Deum. Sed neque hæc ratio placet, propter eādem rationem fundamentalem ſuprà allatam, quia ſub quacumque formalitate cōſideretur actus creatus in eſſe libero, etiam ſecundum illud formale dominium, quod habet voluntas creata ſuper illum, ad-

Actus denominatur liber à libertate, quæ in homine eſt.

A huc nō poteſt præſcindere à dominio Dei, ſicut nec à dependentia. Nec poteſt dici quòd illud eſſe liberum, vt eſt formaliter à voluntate creata ſit vt ſic abſolutè ſub dominio cauſæ creatæ, quia etiā ipſa cauſa creata, vt ſic formaliter concurrens, eſt eſſentialiter ſub dominio Dei.

Si ſpectetur tertium, ſcilicet, valor ſatisfactionis, aliqui dicunt non eſſe ſub dominio Dei, ſed Chriſti tantùm. Sed hoc bene impugnat quidam recentior, quia quamuis ſit ens morale, eſt tamen ens creatum, & conſequenter cadit ſub dominio Dei. Dicit igitur ſecundò idem recentior, quòd quamuis iſte valor ſit ipſius Dei creditoris, quatenus dignitatem ſumit à natura diuina, & ab ipſa perſonalitate, tamen aliquo modo Chriſtus habet dominium quoddam formale

40.
Probatur Chriſtū non ſatisfeciſſe per dominiū quod habet vt homo ſuper valorem ſui actus.

B ſuper illum valorē, quod dominium nō habet Deus quia dicit imperfectionem. hoc autem dominium dicit cōſiſtere in eo, quòd cauſa creata libera concurrit formaliter ad eſſe liberum in actu, vt probatum eſt ſuprà, quia in ea ſola actus liber dominatur liber, & non à concurſu Dei; cùm autem eſſet liberū ſit fundamentum ſatisfactionis, & meriti, fit vt ſuper ſatisfactionem voluntas creata libera habeat dominium quoddam formale ſibi proprium.

Eſſe liberum eſt fundamentum ſatisfactionis, & meriti.

Sed hic modus dicendi impugnatur ex eadem ratione fundamentali ſuprà allata; nam etiam hoc dominium formale, quod dicitur eſſe proprium creaturæ, cùm ſit creatum, neceſſariò adhuc eſt ſub dominio Dei, quia eſſentialiter dicit dependentiam ab ipſo Deo, & ipſa cauſa libera, quæ habet hoc dominiū,
C eſt etiam ſub dominio ipſius Dei, nec poteſt fieri à Deo vt non ſit ſub dominio ipſius, quare vt viſum eſt, impeditur, & minuitur ratio perfectæ iuſtitiæ, & rigoroſæ ſatisfactionis.

41.
Sentētia auctoris circa ſecundā cōtentionem.
Verbū habet dominiū ſuper operationes ſuæ humanitatis, quod nō habent Pater, & Spiritus S.

Mea igitur ſententia eſt, quòd Verbum habet quoddam dominium formale ſuper operationes naturæ humanæ ſibi vnitæ, quod non habet Pater, & Spiritus ſanctus illo modo, quatenus, ſcilicet ſolum Verbum terminat naturam humanam, & operationes ipſius naturæ ſubſiſtunt quodammodo in Verbo mediante natura humana, & ratione huius dominij poterat Chriſtus ſatisfacere ex propriis.

Obiectio Suarij ſuper 3. p. diſp. 4.

Huius ſententiæ, quam ego multos ante annos legeram, meminerunt aliqui eximij Doctores, qui quamuis illam exiſtiment acutam, putant tamen nō
D eſſe veram, & arguunt ſubtiliter, vt ſolent, contra illam, quia ſequeretur, inquiunt, Verbū ſimul eſſe creditorem, & ſatisfactorem; & ſic ſatisfactio fieret ſibi ipſi, quod eſt impoſſibile, quia ad ſeipſum non eſt æqualitas, quæ conſtitui debet per ſatisfactionem, ſed identitas. Sequela probatur, quia ſatisfactio non ſolùm fit Deo, ſed omnibus tribus perſonis, ac ſi Deus eſſet vna perſona.

Soluitur obiectio.

Sed hoc argumentum ex his, quæ diximus in prima difficultate, facile ſoluitur in opinione noſtra, negando in ſatisfactione requiri diſtinctionem perſonarum: ſed, vt ibidem probauimus, ſufficit tantùm diſtinctio iurium, ſeu dominiorum, quamuis hæc diſtinctio eſſet in vna, & eadem perſona, ſicut patet de
E tutore, qui quoniam ſimul habet duplex ius ſuper bona ſui pupilli, & quatenus eſt creditor, & quatenus gerit vicem pupilli, poteſt ſibi de bonis pupilli ſatisfacere ex iuſtitia; nam iuſtitia formaliter reſpicit adæquationem iuris; immò, vt ibidem dictū eſt, aliquando, quamuis ſit diſtinctio ſuppoſitorum, quia tamen non eſt perfectum dominium in ſatisfactore, non eſt perfecta ſatisfactio, ſicut patet in filio reſpectu patris. Verbum igitur, vt terminans naturam humanam, habet duplex dominium ſuper operationes naturæ humanæ à ſe aſſumptæ, & dominium tamquam

Verbum habet duplex dominiū ſuper operationes ſuæ humanitatis.

Digitized by Google

quam creditor commune toti Trinitati, & dominiũ peculiare, & formale tamquam ſatisfactor ſuper eaſdẽ operationes; poteſt igitur non ſolùm ſibi vt Deo, ſed etiam ſibi, vt Verbum eſt, ſatisfacere ex iuſtitia, quia per dominium formale ſibi proprium, poteſt tamquam ſatisfactor adæquare ius, quod habet tamquam creditor.

Replica.

Quòd ſi aliquis adhuc vrgeat, quia valor ſatisfactionis ſumit infinitatem non à perſonalitate, ſed à deitate: ergo vt ſic, Verbum non habet peculiare domininm ſuper valorem.

Solutio.

Reſpondetur, quòd quamuis valor ſumat infinitatem à deitate, tamen ſufficit, quòd Verbum tamquam terminans habeat peculiare quoddam dominium ſuper hunc valorem, vt poſſit ex propriis offerre Deo illum valorem, qui aliundè habet infinitatem, ſicut poteſt ſubditus ſuo Regi ſatisfacere, ſi reſtituat nummum ſibi proprium, quamuis hic nummus valorem habeat ex ſuperſcriptione Regis.

Replica.

Quòd ſi adhuc vrgeas ſecundò: Voluntas libera creaturæ habet etiam dominium formale ſuper actum ſuum liberum, quia, vt viſum eſt, denominatur formaliter liber à libertate, quæ eſt in voluntate creata, & non à cõcurſu libero Dei: ergo etiam Chriſtus, vt homo potuiſſet ſatisfacere ex propriis.

Solutio.

Reſpondetur, quòd illud dominium formale, quod habet voluntas creata ſuper actum ſuũ non eſt abſolutum, quia ipſamet voluntas, quæ eſt cauſa formalis illius dominij, eſt dependens à Deo, & ideo dominium Dei imbibitur ex ipſo dominio creaturæ, etiam vt dominium eſt à cauſa formali, at ſuppoſitum Verbi eſt independens. Hæc autem ſufficit dixiſſe in tam graui difficultate.

42. CIRCA tertiam conditionem vt ſcilicet ſatisfactio fiat ex indebitis alio titulo, occurrit ſtatim dubium, quia Chriſtus debebat ſatisfacere pro gratiarum actione de beneficio vnionis collato ſuæ humanitati.

Sentẽtia auctoris.

Circa quod dubium non eſt hic immorandum: ſatis enim fusè explicatum eſt in hac eadẽ quæſtione ſuprà ad quartum argumentum à nu. 14. vſque ad 20. vbi impugnatis aliorum opinionibus, diximus tandẽ num. 20. ex noſtra ſententia valorem ſatisfactionis Chriſti eſſe in altiori ordine, & conſequenter excedere in infinitũ ipſum beneficium vnionis, ſeu ſuppoſiti communicati naturæ. ex ea enim parte, qua donum eſt, actio liberè procedens à Deo, eſt extrinſeca efficienti, & conſequẽter non redundat in actionem tota dignitas ei efficientis: at verò ſatisfactio Chriſti eſt actio intima ipſius naturæ, à qua ipſa perſona intrinſecè denominatur operans, ſicut homo intrinſecè denominatur intelligẽs, quãuis intellectio non vniatur immediatè perſonalitati, & ideo vt ſupra probauimus in hac quæſtione, perſona diuina tamquam forma dignifica: ſecundum ſe totã actionem Chriſti; eſt ergo actio Chriſti in ratione ſatisfactionis altioris ordinis, quàm ſit beneficium, vt eſt actio libera Dei, in qua fundatur ratio beneficij: poterat ergo Chriſtus eadem actione ſatisfacere, & pro gratiarum actione, & pro iniuria, quam eadem ratione probauimus ſuprà in hac quæſtione non eſſe infinitam ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & inferioris ordinis, quàm ſit ſatisfactio Chriſti, quia ſuam grauitatem ſumit à Deo extrinſecè tamquam ab obiecto, & termino habitudinis iniuriæ ad ipſum.

43. CIRCA quartam conditionem, quòd, ſcilicet, ſatisfactio debeat eſſe inter perſonas diſtinctas, occurrit dubium, quia Chriſtus eſt ſimul creditor, & ſatisfactor.

Sentẽtia auctoris.

Quod dubium breuiter eſt hîc attingendum; fusè enim explicatum eſt ſuprà in prima difficultate, vbi impugnatis aliorum opinionibus diximus tandem ex noſtra ſententia, non requiri diſtinctionem phyſicam

A ſuppoſitorũ, ſed tantùm moralem dominiorũ, vt patet exemplo tutoris, qui de bonis pupilli poteſt ſibi ſatisfacere ex iuſtitia: hæc enim formaliter attendit adæquationẽ iuris, quod habet creditor ſupra debitorem. quare poterat Chriſtus vt ſatisfactor, quatenus vt perſona terminans naturã humanam habebat peculiare, & propriũ dominiũ formale ſupra operationes ſuæ naturæ, quam terminabat, ſatisfacere ſibi, vt creditori, qui vt ſic, quatenus Deus, & perſona diuina habebat aliud dominiũ ſuper eaſdem operationes, vt paulò antè dicebamus circa ſecundam cõditionem.

Chriſtus fuit creditor & ſatisfactor.

Obiectio. *Inter patr. & filium nõ poteſt eſſe iuſtitia.*

Quòd ſi obiicias, inter patrem, & filium non poteſt eſſe iuſtitia, quia quãuis phyſicè ſint perſonæ diſtinctæ, moraliter tamen cenſetur vna perſona ex Ariſt. 5. Ethic. c. 6. & lib. 8. c. 12. ergo Chriſtus non

Solutio. *Quando poſſit eſſe.*

B poteſt ſatisfacere Patri. Reſpondetur, quòd inter patrem, & filiũ poteſt eſſe aliquando perfecta iuſtitia, quãdo filius habet bona ſeparata, ſiue quia habet peculiũ caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe; Verbũ, autẽ quãuis ſit à Patre, quia tamẽ nõ dicit dependentiã ab illo, habet propriũ dominiũ ſuper operationes naturę ſibi vnitæ.

Obiectio.

Quod ſi adhuc fortiùs vrgeas, hoc dominium propriũ eſt ratione perſonalitatis terminantis, ſed perſonalitas terminans continetur euidenter in eſſentia diuina, & non eſt ab illa diſtincta: ergo non poteſt ſatisfacere Deo, vt Deo.

Solutio.

Reſpondetur, quòd in quantùm perſona terminat, & non natura diuina, ad quod ſufficit diſtinctio rationis ratiocinatæ, in tãtùm habet peculiare dominiũ, ratione cuius poteſt ſatisfacere nõ ſolùm Patri, ſed etiam ipſi Deo, vt Deus eſt.

C Circa alias conditiones nihil occurrit dicendum præter ea, quæ diximus in prima, & ſecunda difficultate, vbi oſtendimus illas alias duas conditiones, vt, ſcilicet ſit eadem perſona ſatisfaciens, quæ intulit iniuriam, & vt ille, cui fit ſatisfactio: teneatur acceptare ſatisfactionem condignam, non eſſe neceſſarias ad rigoroſam ſatisfactionem. 44.

An fuerit quinta, & ſexta cõditio in ſatisfactione Chriſti.

Chriſti ſatisfactio fuit ex perfecta iuſtitia.

Patet igitur ex dictis, Chriſti ſatisfactionem fuiſſe ex perfecta iuſtitia, quã recentiores vocant de toto rigore iuſtitiæ. Vnum ſolum eſt notandum, quòd cùm S. Thomas & alij Scholaſtici negant in Chriſto fuiſſe iuſtitiam commutatiuam, non loquuntur de iuſtitia commutatiua ſecundùm conceptum ſuum formalem, quia ad hunc ſufficiunt conditiones aſſignatæ rigoroſæ iuſtitiæ, quas diximus fuiſſe in actibus Chriſti; ſed loquũtur de iuſtitia commutatiua, eo modo, quo ſumit Ariſtoteles, quatenus, ſcilicet, connotat conditiones importantes imperfectionem, quæ D imperfectiones in humanis oriri ſolent ex imperfectione extremorum, debitoris ſcilicet, & creditoris, vt nimirum ſatisfactio cedat in vtilitatem, ſeu honorem accipientis, & in damnum dantis. 45.

In Chriſto fuit iuſtitia cõmutatiua.

QVARTA DVBITATIO.

An valor moralis actuum Chriſti fuerit infinitus ſimpliciter in genere valoris.

VISVM eſt ſuprà in ſecunda dubitatione, valorem moralem actuum Chriſti etiam ſi fuiſſet finitus, fuiſſe adhuc ſufficientem ad ſatisfactionem pro offenſa etiam infinita, & etiam pro compenſanE dis beneficiis Chriſto à Deo collatis, quia oſtendimus eſſe illum valorem in altiore quodam ordine, quàm ſit offenſa, & beneficium: nunc reſtat videndum, An de facto valor moralis actuum Chriſti fuerit infinitus ſimpliciter. 46.

Primũ not. *Actus Chriſti duplex intrinſecus & extrinſecus.*

Vt autem appareat punctus difficultatis notandum eſt actum Chriſti eſſe duplicem: Alium extrinſecum,

Digitized by Google

intrinſecus & extrinſecus. ſecum,qualis erat ſanitas,quam dabat ægrotis,& vita, quam dabat mortuis, & ſimiles; Alium verò intrinſecum,qui recipiebatur in ipſo Chriſto, in quo etiam includitur eius vita,& ſanguis,quæ erant vnita hypoſtaticè. Prior actus non erat infiniti valoris, quia erat ipſi perſonæ extrinſecus, & de hoc non eſt hîc ſermo: difficultas autem eſt de ſecundo, qui eſt intrinſecus: pro quo notandum eſt ſecūdò,quòd hic actus intrinſecus, qui recipiebatur in ipſa perſona Chriſti,adhuc poteſt conſiderari tripliciter: primò vt terminabat concurſum Dei, ſecundò vt reſpiciebat ipſum Deum tamquam obiectum;tertiò vt erat perſonæ operantis. Si primo modo conſideretur,non erat tanti valoris, quanti erat, quatenus recipiebatur in Chriſto, quia ille concurſus phyſicè erat finitus, moraliter verò quatenus erat actio liberè procedens à Deo, erat extrinſeca ipſi Deo, à qua Deus denominabatur extrinſecè agens: at verò actio, de qua loquimur, intrinſecè recipiebatur in Chriſto, à qua Verbum intrinſecè denominabatur operans,ſicut homo dicitur intrinſecè intelligens ab intellectione, quamuis ipſa intellectio recipiatur in natura,& non in ipſa perſonalitate. Si ſecundo modo conſideretur actus Chriſti,tunc habet ſolùm valorem intrinſecum,& finitum,ac ſi actus ille eſſet in ſuppoſito creato,quamuis enim obiectum,quod reſpicit actus, ſit infinium; quia tamen eſt extrinſecum, cùm ſit terminus habitudinis actus ad ipſum, ſit vt non ſe totum communicet actui, niſi ſecundum tendentiam actus ad ipſum,quare hic actus,vt ſuprà diximus, eſt limitabilis à conditionibus ipſius actus,vt ab intenſione,& cognitione maiori vel minori, quam habet operans de obiecto, & aliis circumſtantiis. At verò actus,qui eſt à Chriſto vt à perſona operante, & recipitur in ipſo, totum valorem ſumit à perſona operante, nec limitatur à conditionibus actus,vt dictum eſt ſuprà. Quare actus Chriſti ſub illa ſecunda conſideratione, etiamſi eſſet infinitus,non eſſet tanti valoris,quanti eſt actus, qui eſt à perſona diuina operāte in natura humana,quia hic eſt in altiori ordine, cùm ſit à perſona diuina, tamquam à forma intrinſeca; quæ intrinſecè denominatur operans, ab ipſa operatione quæ eſt in natura humana,& vt ſic eſt illimitabilis, vt diximus, à conditionibus actus. His notatis patet,quòd punctus difficultatis, qui hîc agitatur, eſt de actione Chriſti vt eſt ſub tertia conſideratione: & de hac quæritur an ſit infinita ſimpliciter in genere valoris moralis.

Secundum not. — *Actus Chriſti intrinſecus tripliciter conſiderari poteſt.* — *Vide ſuprà in ſecundo puncto.* — *Punctus difficultatis.*

VNICA ASSERTIO.

47\. AD quam difficultatem reſpondeo vnica aſſertione cum S.Thoma,& communi Thomiſtarum,quos ſuprà citauimus,Capreoli,Soti, Caietani, Medinæ, & etiam Alenſis, & Bonauenturæ eſſe infinitum. Probatur ex principio noſtro philoſophico, vbi ſatis probauimus modum operandi non ſolùm phyſicè, ſed etiam moraliter ſequi modum eſſendi, quod patet ex communi prudentium exiſtimatione. Quò enim dignior eſt perſona quæ ſe offert in honorem, & obſequium alterius, eò honor eſt maioris exiſtimationis. Vnde honor,qui fit à Rege,eſt maioris exiſtimationis, quàm qui fit à priuata perſona. Actus igitur Chriſti, quo ſe obtulit in honorem, & obſequium Patri, eſt infiniti valoris, quia valorem ſuum ſumit non ab vnione tantùm, nec à perſonalitate præciſè,ſed à perſona,vt in ſe includit deitatem,vt probatum eſt ſuprà in hac quæſtione ex Patribus, & Conciliis, & ratione; hæc autem perſona vt ſic,eſt dignitatis infinitæ ſimpliciter.

S.Thom. Capr. Sot. Caiet. Med. Alenſ. Bonau. — *Honor qui fit à rege eſt maioris exiſtimationis, quàm qui fit à priuata perſona.*

In probatione huius concluſionis,non eſt,cur amplius immoremur. ſatis enim patet ex dictis hîc ſuprà, & ex quæſtione philoſophica. Argumenta autē, quæ in oppoſitum fieri poſſunt mox infrà ſoluemus; Vnum autem, antequàm accedamus ad argumenta,eſt hîc examinandum. 48.

An iſte valor,ſeu moralis dignitas ſit aliquis modus poſitiuus intrinſecus actui;an verò ens rationis, vel ſola denominatio extrinſeca.

Circa quod dico primò, non eſſe modum realem intrinſecum ſuperadditum actui, quia vt probatum eſt, ſatis eſt ad valorē moralem, vt ille actus ſit talis perſonæ,etiam ſi dignitas talis perſonæ extrinſeca ſit actui.

Secundò dico, non eſſe in ipſo actu reſpectum aliquem tranſcendentalem ad perſonam diuinam, quia ſi natura humana retinens eumdem actum poneretur in alio ſuppoſito, eſſet actus ille phyſicè eiuſdem rationis,& tamen non eſſet eiuſdem valoris moralis: ergo ille valor non erat aliquis reſpectus poſitiuus, & tranſcendentalis, ſed ſola denominatione extrinſeca habet illum valorem. Antecedens eſt manifeſtum, quia remanent omnia principia illius actus phyſici variata ſubſiſtentia,quæ ſubſiſtentia non influit in actum phyſicè. Conſequentiam verò aliquis poſſet negare, dicens eſſe etiam quemdam reſpectum tranſcendentalem ad humanitatem ſubſiſtentem, & reſpectum illum deſinere deſinente termino.Sed contrà,quia ſi ille reſpectus eſt tranſcendentalis, & intrinſecus non poteſt deſinere remanente actu inuariato phyſicè: ſignum eſt ergo quòd actus non habet diſtinctum reſpectum ab eo, quem habet ad humanitatem. Et confirmatur,quia in Chriſto erant multi actus naturales, qui etiam erant infiniti valoris; & tamen non poterant habere hunc reſpectum tranſcendentalem ad ſubſiſtentiam Verbi, quia hi neceſſariò ſunt ſupernaturales. Confirmatur ſecundò, nam in humanis honor, qui fit à Rege non habet reſpectum tranſcendentalem ad dignitatem regiam, vt patet, & tamen eſt maioris valoris, quàm ſi fieret à viliori perſona: ſufficit ergo denominatio extrinſeca: & idem actus contritionis qui in priori naturæ,antequàm intelligatur ſubiectum gratum,non eſt meritorius, in poſteriori naturæ eſt meritorius, & tamen nullus intelligi poteſt reſpectus tranſcendentalis in ipſo actu,qui modò adueniat,modò recedat.

In Chriſto erant multi actus naturales, qui non erant infiniti valoris.

Dico tertiò: hic valor non eſt ens rationis formaliter, quia ens rationis formaliter eſt, cùm actu fingitur,aut obiicitur intellectui, at hoc non eſt neceſſarium, ad hoc vt actus Chriſti ſint digni æſtimatione infinita.

Quare ex dictis concluditur quòd hic valor ſeu dignitas formalis ſolùm conſiſtat in denominatione extrinſeca à dignitate perſonę diuinæ,ratione cuius, vt probatum eſt, digni ſunt moraliter æſtimatione infinita.

In quo conſiſtat valor hic formalis.

Arguitur primò contra id,quod dictum eſt (perſonam diuinam Verbi dignificare actum,ſecundum totam ſuam infinitatem) nam perſona diuina eſt ſimpliciter infinita, & increata, actus verò non eſt infinitus,niſi ſecundum rationem moralem rātùm, & eſt quid creatum, ergo dignitas infinita perſonæ diuinæ limitatur à ſubſtantia actus. 49.

Primum argumentum.

Reſpondetur: Certum eſt perſonam diuinam non conferre tantam dignitatem actui, quantam ipſa habet intrinſecam, vt bene probat argumentum:ſed dicimus, quòd in genere morali, ita dignificat actum ſecundum ſuam totam infinitatem, vt

Reſpōſio ad primum.

N nullo

Perſona diuina quomodo dignificet actum Chriſti moralem.

nullo modo limitetur à conditionibus ipſius actus. nam dignificat terminando immediatè naturam, & mediatè actus, & ſic dignificat tamquam forma, ſe ipſam præbens naturæ, & actui. Obiicies, non terminat vt perſona diuina, formaliter ſecundum totam ſuam infinitatem reduplicatiuè, natura enim humana non indiget terminatione infinita: terminat igitur ſolùm vt perſona humana; vt ſic autem non poteſt conferre infinitum valorem actibus. Reſpondetur: tranſeat hoc, quia ſufficit, vt ſolùm ſpecificatiuè terminet ſecundum totam ſuam infinitatem, ad hoc vt dignificet moraliter tamquam forma naturam, & actus, quantùm poteſt, exhibendo ſeipſam in honorem, & obſequium Dei, ſecundum totam ſuam infinitatem reduplicatiuè; & in hoc differt ab iniuria, quæ fit ipſi Deo, vt ſuprà dictum eſt, quia quamuis hæc reſpiciat Deum vt obiectum infinitum, quia tamen obiectum ſe habet extrinſecè ad actum, non refundit in actum totam infinitatem, ſed limitatur ſecundum tendentiam actus ad ipſum.

50\. *Secundũ argumentum.* Secundò arguitur; dignitas perſonæ gratæ Deo, non ſe totam communicat actui; ergo neque dignitas perſonæ Verbi. Conſequentia probatur, quia ſi ratio de perſona Verbi valeret, poſſet proportionaliter applicari perſonæ gratæ Deo. Antecedens probatur in tribus caſibus.

Primus eſt, ſint duo, quorum alter ſit in gratia habituali, vt ſex, alter in gratia habituali, vt tria, & vterque producat actum intenſum vt tria, & æqualem in omnibus aliis conditionibus, non magis merebitur per eum actum, qui maiorem gratiam habet, cùm tamen actus ſit à perſona digniori: ergo etiam à pari, Chriſtus non quolibet actu remiſſo merebatur, & ſatisfaciebat infinitè, ſed limitabatur valor ex conditionibus actus.

Secundus caſus, opus virtutis moralis acquiſitæ, quod fit ex viribus naturæ, etiam ſi fiat ab homine exiſtente in gratia, & etiam, vt infrà oſtendemus, ſi fiat ex auxilio gratiæ excitantis, & adiuuantis ſi non eſt imperatus à charitate, non eſt gratus Deo, & meritorius vitæ æternæ: ergo non attenditur dignitas perſonæ tantùm, ſed etiam modus operandi, quare nec Chriſtus actibus virtutum acquiſitarum merebatur, & ſatisfaciebat.

Tertius caſus, datis actibus duarum virtutum, quarum vnus ex ſuo obiecto ſit maior, & excellentior altero, perſona tamen ſit æqualiter grata, & actus etiam charitatis, quibus imperantur illi duo actus, ſint etiam æquales; maioris meriti erit actus ille, qui eſt excellentior ex obiecto: ergo actus perſonæ gratæ limitatur ex conditionibus actus.

Reſpõſio ad ſecundum. Reſpondetur ad argumentum, & primò in vniuerſum neganda eſt conſequentia etiam admiſſo antecedenti, & ratio diſparitatis eſt, quia gratia habitualis non dicitur per ſe concurrere ad actum, niſi quando influit in illum, imperando illum per habitum charitatis, qui eſt veluti potentia operatiua ipſius gratiæ: at verò perſona per ſe ſemper influit in actum, quia concurrit vt ſuppoſitum ſubſtantiale operans, & ideo perſona Verbi totam ſuam dignitatem infinitam communicat æqualiter cuilibet actui, ſiue ſit virtutis acquiſitæ, ſiue infuſæ, ſiue actus ſit remiſſus, ſiue intenſus; Sed contra hanc reſponſionem quis vrgebit, quòd perſonalitas concurrit tantùm ſuſtentando naturam, & non influendo in actum, ac proinde concurrit vt conditio. Pari etiam ratione poſſet dici, quòd gratia habitualis, quamuis ſit accidentalis, etiam ſi non influat in actum, concurrere poſſet ad dignitatem actus, quia concurre-

Perſona Verbi totã ſuam dignitatẽ cõmunicat æqualiter cuilibet actui.
Replica.

A ret, vt conditio ſeu circumſtantia perſonæ, vel ſi hæc ratio non valet in gratia habituali, nec valebit in gratia vnionis.

Solutio. Reſpondetur, quòd quamuis perſonalitas non influat, tamen ſuppoſitum dicitur per ſe, & intrinſecè operans, quia actiones ſunt ſuppoſitorum ſecundum Ariſtotelem; non ſic autem eſt in gratia, quæ eſt accidentalis, & ideo valor moralis ſumitur ex ipſa perſona operante.

Actiones sũt ſuppoſitorũ.

Examinandum tamen adhuc ſupereſt antecedens huius ſecundi argumenti. non enim omnes admittunt illud, ſaltem in omnibus illis tribus caſibus, & hinc etiam patebit, quando gratia concurrit per ſe ad actum.

Circa igitur primum caſum; reſpondent aliqui
B probabiliter negando illum. nam quamuis in hoc caſu gratia non influit phyſicè, influit tamen moraliter, ex S. Thom. in 2. diſt. 29. art. 4. & concedit hoc etiam Suarius 3. par. diſp. 4. ſect. 4. & probatur ratione, primò, in humanis, amicus communiter magis æſtimat donum vt duo ab amicitiori vt decem, quàm donum vt tria ab amico vt quatuor: ſecundò in actu charitatis, ſeu alterius virtutis imperato à charitate homo non ſolùm opus ſubmittit Deo, ſed etiam ſeipſum. & ideo tanti valoris eſt donum, quanti valoris eſt dignitas perſonæ ſubmiſſæ, vnde Greg. 22. mor. ca. 12. *Deo placent opera propter hominem, quia Deus prius reſpexit ad Abel, quã ad munera eius.*

S. Thom. Suarius.

Circa ſecundum caſum prima reſponſio eſt Caietani 1. par. q. 109. art. 9. & Soti de natur. & gratia
C c. 4. qui negant opera virtutum moralium, quæ fiũt ex viribus naturæ, ſi fiant ab homine exiſtente in gratia, non eſſe grata Deo, & meritoria vitæ æternæ. Probant autem per argumentum factum ex dignitate perſonæ gratæ, & præterea, quia tale opus in Chriſto erat meritorium ex dignitate perſonæ. Sed hæc reſponſio non eſt admittenda: & impugnatur primò, quia tales actus non ſunt dona Dei, & hæc eſt ratio S. Thomæ prima ſecundæ q. 114. art. 2. & 3. vbi opus meritorium refert in motionem Spiritus ſancti, & quodlib. 5. art. 2. dicit ad meritum requiri conatum ad aliquid ſupra naturam. Probat præterea S. Thom. prima ſecundæ quæſt. 109. art. 5. ex noſtro principio Philoſophico, quia nullus actus excedit proportionẽ ſui principij actiui: at principium acti-
D uum huius actus non eſt gratia, nec aliquis habitus connaturalis gratiæ, ſed eſt ipſa voluntas ſecundum vires naturæ; ergo non poteſt mereri aliquid ſupra naturam. Secundò impugnatur ex Trid. ſeſſ. 6. c. 16. vbi habet opera, quæ ſunt meritoria ex ſe habere influxum inhabitantis, & ita interpretatur illud Ioan. 15. *ſicut palmes non poteſt ferre fructum*: vt palmes autem ferat fructum, non ſufficit vt ſit in vite tantùm, ſed opus eſt, vt hauriat humorem ex vite. Quare etiam ſi homo ſit in gratia, & charitate, ſi opus non ſit ex charitate, ſcilicet, quòd charitas communicet vitam, opus illud viribus naturæ factum non erit meritorium. Tertiò ex Concilio Palæſtino, nam inter articulos, quos Pelagius coactus eſt confiteri, vnus fuit ſeptimus, in quo dicebatur gratiam Dei,
E & adiutorium ad ſingulos actus dari, & in Arauſic. Can. 9. *quoties bona opera agimus, Deus in nobis vt operemur, operatur* vbi verbũ illud *quoties* ſignificat vniuerſalitatem, & verbum illud *operatur* ſignificat influxum. & Can. 7. definitur nullum poſſe bonum opus elicere, quod ad ſalutem pertineat æternam abſque inſpiratione, & illuminatione Spiritus ſancti, & Cæleſtinus in epiſt. ad Epiſcopos Galliæ cap. 8. & 12. dicit omnia hæc opera eſſe ex inſpiratione, & inſtinctu Dei. Quartò impugnatur ratione, quia

Caiet. Sotus.
Actus naturales nõ ſunt meritorij.
S. Thom.
Trident.
Ioan. 15.
Cõc. Palæſt.
Arauſican. Cæleſtino.
Quoties bona opera agimus Deus in nobis vt operemur operatur.
Cæleſt.

Digitized by Google

quia opus viribus naturæ factum non eſt connaturale medium ad finem ſupernaturalem. Quòd ſi dicas ſufficit dignitas perſonæ, quæ eſt in gratia. Reſpondetur, non ſufficere, quia dignitas perſonæ non influit in illum actum, ergo actus ille adhuc remanet in ſua naturalitate, quæ eſt improportionata in ratione medij ad finem ſupernaturalem. Et ita intelligitur illud Geneſis, *reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius*, ſcilicet, ad dignitatem perſonæ, vt influentem in illum actum. Dices, peccatum, quod fit viribus naturæ, eſt dignum priuatione vitæ æternæ: ergo etiam actus virtutis viribus naturæ factus, cùm ſit illi oppoſitus erit meritorius vitæ æternæ. Reſpondetur: ad id quod perfectum eſt, plura requiri, & ideo dixit Chriſtus Matth 5. *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne, & Ethnici hoc faciunt?* & tamen odio habere eos, qui nos diligunt, vel non diligunt, dignum eſt priuatione vitæ æternæ. Ex quibus conſtat poſſe dari actum indifferentem in ratione meriti, & demeriti; non autem in bonitate, & malitia, quia ſunt differentiæ intrinſecæ. Quòd ſi quæras, an de potentia abſoluta poſſit facere Deus, vt talia opera mereantur de condigno vitam æternam: aliqui recentiores tenent quòd ſic, quamuis non ita perfectè. Ratio fundamentalis eſt, quia poſſet Deus ſua lege dare valorem, ſicut in humanis poteſt Rex rem vilem, exempli gratia, pellem ſignatam conſtituere vt pretium aptiſſimum ad emendum, & vendendum. Sed meo iudicio exiſtimo non poſſe fieri, quia ad meritum de condigno, etiam imperfectum, dummodo ſit de condigno, requiritur connaturalitas medij ad finem præter promiſſionem dantis præmium, quia alioquin potiùs teneretur dans ratione fidelitatis in ſeruando promiſſum, quàm in ratione iuſtitiæ: ratio autem iuſtitiæ ad meritum de condigno eſt eſſentialis, & ideo à Paulo vocatur *corona iuſtitiæ*. & dantem vocat *iuſtum Iudicem*: ſed opera viribus naturæ facta numquam poſſunt eſſe proportionata, & connaturalia fini ſupernaturali; ergo numquam habebunt rationem iuſtitiæ annexam.

Gen. 4. — Matth. 5. — *Actus indifferens dari poteſt in ratione meriti, & demeriti, ſed non in bonitate, & malitia.* — 2. Tim. 4.

Suarius.

Secundò reſpondet melius Suarius ſuper tertiam partem diſp. 4. ad eundem ſecundum caſum, quòd ſi opus virtutis moralis fiat ex auxilio gratiæ, eſt gratum Deo, & meritorium, quia tunc (inquit) ad hunc actum concurrit per ſe gratia per auxilium ſibi connaturale; & in hoc (inquit) eſt paritas, ſicut enim opus virtutis in Chriſto eſt meritorium, quia ad illud concurrit perſona Verbi: eodem modo, quia ad hunc actum concurrit gratia, erit etiam meritorium: Sed neque hæc reſponſio omnino placet, & confutatur primò ex Trident. loco citato ſeſſ. 6. cap. 16. vbi habet, opera quæ ſunt meritoria ex ſe debere habere influxum ſpiritus inhabitantis; & adducit illud Ioan. 15. *Sicut palmes non poteſt ferre fructum*: &c. Sicut igitur palmes, vt ferat fructum, opus eſt, vt hauriat humorem ex vite: ita vt opus ſit meritorium, neceſſe eſt, vt hauriat humorem ex ipſa gratia ſanctificãte: tunc autem eſt propriè, cùm actus imperatur à charitate, quia tunc habet eundem humorem, & vitam ſupernaturalem. Vnde ſumitur ſecunda confutatio, quòd non dicitur gratia influere in actum virtutis acquiſitæ, niſi imperando illum, quia vt ſic impartitur illi vitam ſupernaturalem. Tertiò confutatur, quia ideò gratia Dei vocantis eſt neceſſaria, quia actus habet in ſe aliquid quod non poteſt fieri ſine gratia, vt patet ex loco citato Trident. tunc autem eſt: quando actus habet honeſtatem ſupernaturalem.

Confutatur 2. reſponſio. Trident. — Secũda probatio. — Tertia probatio.

Reſpõſio Au-ctoris ad ſecundum caſum.

Quare ad ſecundũ caſum reſpondeo tertiò, quòd A actus virtutis moralis acquiſitæ, qui fit ab homine exiſtente in gratia, ſiue fiat viribus naturæ, ſiue ex auxilio ſpeciali, non eſt meritorius, niſi ſit imperatus à gratia, quia tunc gratia impartitur honeſtatem ſupernaturalem propriè influendo in illum, alioquin gratia ſe habebit concomitanter. non ſic autem eſt de perſona Verbi, quia perſona, vt viſum eſt, ſemper per ſe concurrit ad actum ſuæ voluntatis creatæ.

Actus moralis virtutis niſi ſit imperatus à gratia non eſt meritorius.

Circa tertium caſum aliqui reſpondent negando illum, quia totus (inquiunt) gratiæ valor in actu ſumitur ex influxu gratiæ, qui fit imperando illos duos actus virtutum; hic autem influxus in hoc caſu ſupponitur æqualis, quia ſupponitur actus charitatis imperans eiuſdem gradus intenſionis. Sed mihi videtur concedendus caſus, nam vel actus B imperatus ex obiecto, eſt actus virtutis infuſæ, vel actus virtutis acquiſitæ. Si primo modo, videtur magis certum, quia actus elicitus à virtute infuſa etiam ſi non ſit à charitate imperatus, eſt meritorius ex dictis: ergo quò excellentior, eò eſt maioris meriti. Si ſecundo modo, maior eſt difficultas, & quamuis probabilis ſit opinio oppoſita, quia actus acquiſiti totam rationem meriti habent ab actu imperante, qui æqualiter communicat ſuam bonitatem actibus acquiſitis: tamen opinio noſtra probari poteſt, quia tota bonitas actus virtutis moralis acquiſitæ eſt eleuata per actum imperantem ad finem ſupernaturalem, & ita quò maior eſt ex obiecto, eò reſultat dignior. Sed inſtant aliqui contra hanc rationem, actus (inquiunt) virtutis acquiſitæ C informatur bonitate actus imperantis, & ita non videtur poſſe magis eleuari, quàm ſit bonitas imperantis, niſi dicatur, quòd non totam bonitatem ſuam transfundat actus imperans in vnum actum, ac in alium. Sed hoc gratis dicitur: reſpondetur ad inſtantiam, & pro ſolutione diſtinguenda ſunt in actu imperante duo ſigna naturæ, ita vt in priori ſigno naturæ intelligatur actus imperans charitatis, informare ſua bonitate ſupernaturali actum virtutis acquiſitæ, & in hoc ſigno factus eſt hic actus imperatus ſupernaturalis, & eleuatus, & proportionatus fini ſupernaturali. In ſecundo verò ſigno naturæ intelligatur actus ille eſſe meritorius: quia igitur in illo priori iam eſt actus eleuatus ab imperante ad ſupernaturalem; ideò ſi actus virtutis acquiſitæ, ex natura ſua eſt excellentior ex obiecto, cùm D totus iam in priori ſigno factus ſit ſupernaturalis, ſecundùm totam illam excellentiam, quam habet ex obiecto: ſequitur quòd in ſecundo ſigno ſit dignior in ordine ad finem ſupernaturalem, & magis meritorius, quàm ſit actus alterius virtutis, qui ex obiecto ſuo non habet tantam excellentiam. Ex dictis igitur breuiter colligi poteſt reſponſio ad ſecundum, quod perſona Verbi ſemper per ſe concurrit dignificando quemcumque actum naturæ humanæ, non autem gratia habitualis: per ſe autem tantùm concurrit gratia habitualis ad actum elicitum à virtute infuſa, vel ad actum virtutis acquiſitæ vt imperatum à charitate, vt dictum eſt in ſecundo caſu; hic autem actus, vel elicitus à virtute infuſa, vel E imperatus à charitate, fit gratior Deo, vel quia perſona eſt magis grata, vt dicitur in primo caſu, vel quia actus eſt excellentior, ex obiecto, vt dicitur in tertio caſu.

Reſpõſio au-ctoris ad tertium caſum. — *Actus elicitus à virtute infuſa eſt meritorius.* — *Perſona Verbi ſemper ad actũ ſuæ humanitatis cõcurrit, nõ gratia ad actum hominis.*

51. Tertium argumentum, in quo examinatur, an Chriſtus potuerit plus mereri, quã Deus remunerare.

Tertiò arguitur: Si valor Chriſti fuiſſet ſimpliciter infinitus, ſequeretur, quòd Chriſtus potuiſſet plus mereri, quàm Deus remunerare per potentiam abſolutam: ſed hoc eſt abſurdum; ergo, &c. Minor probatur, quia terminaretur ad impoſſibile, quod eſt omnino nihil. Sequela maioris probatur: Chri-

Digitized by Google

ſtus per vnum actum poterat, quantùm eſt ex vi valoris actus, & ſibi, & aliis mereri gloriam infinitam, & ſimul incarnationem Patris non ſolùm intenſiuè, ſed etiam infinitè extenſiuè, quia meritum Chriſti eſt infinitum intenſiuè in ratione valoris; ergo ratione ſuæ eminentiæ valorem habet ad quælibet præmia collectiuè ſumpta; ſed non poteſt dari infinitum creatum, ſiue intenſiuè, ſiue extenſiuè; ergo ſequitur, quòd Chriſtus plus potuerit mereri, quàm Deus remunerare.

1. Reſpõſio.

Quomodo Chriſtus potuerit plus mereri quàm Deus remunerare.

Ad hoc argumentum primò reſpondent aliqui, concedendo maiorem, & negando minorem, non enim habent pro abſurdo meritum Chriſti, ſecundum ſe conſideratum, terminari ad impoſſibile, quia hoc prouenit ex defectu rei creatæ, quæ phyſicè non poteſt eſſe infinita, & probant duplici exemplo: altero de potentia Dei, quæ quantùm eſt ex ſe, eſt infinita, quamuis non terminetur ad infinitum creatum: altero apud Ariſtotelem de igne, qui habet vim comburendi infinita combuſtibilia, ſi illi applicarentur.

Impugnatur 1. reſponſio.

Sed hæc reſponſio non videtur vera, tùm quia ſequeretur quòd eſſet aliqua imperfectio in Deo, quòd non poſſit adæquare ius, quod habet Chriſtus de toto rigore iuſtitiæ, quod quidem eſt abſurdum, nam Deus remaneret creditor ex iuſtitia impotens ad ſatisfactionem: tum quia ſequeretur, quòd meritum Chriſti ſecundũ illum exceſſum, qui verè moraliter eſt, à parte rei terminaretur ad id quod eſt omnino nihil, & conſequenter eſſet quid relatiuum; & non haberet terminum. Ad illa verò duo exẽpla allata ab aduerſariis, ad primum de potentia Dei, iam ſuprà diximus, quòd quamuis potentia Dei fundamentaliter ſit infinita, & etiam formaliter, vt reſpicit productionem ad intra, tamen ſecundum illum reſpectum præciſè, qui eſt Ens rationis, per quem reſpicit ad extrà terminum creaturarum perfectiorum; & perfectiorum in infinitum, non eſt infinita ſimpliciter, ſed ſyncategorematicè: & quamuis tota infinitas ſit actu in ipſa potentia, ſecundum quandam denominationem extrinſecam, non tamen propterea hæc infinitas eſt categorematica, ſed ſyncategorematica, ſicut diximus partes infinitas continui, quamuis ſint omnes actu à parte rei, eſſe tamen infinitas ſyncategorematicè, quia nulla datur infinitè minima, & ſimiliter in mente diuina, quamuis ſit totum collectiuum creaturarum eſſe tantùm obiectiuè infinitum ſyncategorematicè, quia nulla cognoſcitur infinitè perfecta, ſed perfectior, & perfectior in infinitum ex parte obiecti. Ad aliud exemplum de igne facilè reſpondetur, ſufficere virtutem finitam ad terminum non intenſiuè, ſed tantùm extenſiuè in infinitum, in qua virtute concipi poſſunt reſpectus rationis in infinitum.

Vide in q. 1. Phil. Corol. 4.

Vide ſuprà quæ. 5. Phil.

Suarius in 3. parte.

Secundò reſpondet ad idem tertium argumentum quidam recentior, concedendo eſſe abſurdum meritum Chriſti reſpicere impoſſibile, vt dicebatur in minori; ſed limitat ſequelam maioris. Si ſumatur (inquit) valor meriti, vt refertur à merente, vel vt accepiatur à Deo, tunc non poteſt reſpicere niſi finitum præmium, quia nec merens, nec acceptans poſſunt velle niſi modo poſſibili, infinitum autem ſupponitur non poſſe dari, quamuis ex modo operandi poſſit habere infinitatem quamdam, quia Chriſtus ſatisfacit ſecundum æqualitatem, & poteſt mereri incarnationem Patris etiam ſecundum æqualitatem; ſi verò ſumatur ſecundum ſe ſine hac referibilitate, vel acceptione, tunc (inquit) non terminari ad impoſſibile, ſed ad maius, & maius in infinitum.

Impugnatur 2. reſponſio.

A Sed hæc reſponſio non ſatisfacit, nam ſi ex natura ſua meritum eſt tanti valoris, vt poſſit ſimul reſpicere gloriam infinitam, & etiam incarnationem Patris non ſolùm intenſiuè, ſed etiam extenſiuè, infinitè, ſi infinitum tam intenſiuum, quàm extenſiuum dari poſſit, ſequitur, quòd nunc de facto ille valor ex natura ſua eſt excedens illud præmium, quod poteſt de facto illi correſpondere, quia totum hoc præmium non adæquat ius fundatum in illo merito, hoc autem eſſe abſurdum ſuprà oſtendimus, tum, quia Chriſtus plùs potuiſſet mereri, quàm Deus præmiare, & conſequenter Deus remaneret impotens ad remunerandum ex iuſtitia, tum, B quia quantùm eſt ex natura ſua iſte valor terminaretur ad impoſſibile, quod eſt omnino nihil, quia ſecundum illum exceſſum, quem de facto habet, non poteſt reſpicere adæquatè aliquid poſſibile, quare vlterius ſequeretur dari relatiuum ſine termino.

§ 2. Reſp. Auct.

Chriſtus non potuit plus mereri, quàm Deus remunerare.

Præmium reſpondẽs Chriſti merito duplex eſſe poteſt.

Mea igitur ſententia circa reſponſionem ad hoc tertium argumentum, hæc eſt; Chriſtum non potuiſſe plus mereri, quàm Deum præmiare. Sed circa probationem huius eſt tota difficultas, pro cuius explicatione notandum eſt duplex eſſe præmium, quod poteſt merito Chriſti correſpondere. Primum eſt præmium eiuſdem ordinis, & adæquatum meri- C to, & hoc eſt incarnatio Patris, vel Spiritus ſancti. quia res, quæ offertur in meritum, quæ eſt perſona Verbi, & res, quæ datur in præmium, quæ eſt perſona Patris, ſunt æquales, quicquid ſit an in ratione beneficij, res, quæ datur in præmium excedatur ab actu Chriſti ſecundum rationem oblationis, de qua re diximus in ſecundo puncto. Secundum præmium eſt inadæquatum, & eſt illud, quod includit ipſum Deum extrinſecè tamquam obiectum, vt eſt gloria, & hæc eſt inferioris ordinis, quia meritum fundatur in perſona Verbi, quam intrinſecè includit operans, vt dictum eſt ſuprà; at gloria includit Deum, vt obiectum, & terminum habitudinis actus beati ad ipſum.

In præmio duo poſſunt conſiderari, & quæ illa.

Si loquamur de priori præmio, quod eſt adæqua- D tum, dico primò quòd in hoc præmio, duo poſſunt conſiderari. Primum eſt ipſa perfectio intenſiua præmij; Secundum, perfectio extenſiua, quatenus poteſt ipſa perſona pluribus naturis communicari. Similiter etiam in actu Chriſti duo poſſumus conſiderare. Primum eſt ipſa perfectio moralis intenſiua actus, voco autem hîc perfectionem intenſiuam illam moralem extrinſecè, quæ ſumitur ex dignitate perſonæ, quæ ſemper eſt eadem in actu, ſiue actus eliciatur remiſsè, ſiue intensè. Secundum eſt perfectio extẽſiua, ſcilicet multiplicatio actuum. His poſitis, ſi conſideretur prior perfectio moralis intenſiua, dico, quòd huic perfectioni non poteſt E correſpondere, niſi perfectio intenſiua præmij, quia quantùm ad hoc æquantur, vt dictum eſt, & quantùm ad hoc eſt impertinens perfectio extenſiua præmij. Sed hæc correſpondebit perfectioni extenſiuæ actus: at cùm hæc perfectio extenſiua actus non ſit tota ſimul, ſed multiplicabilis in infinitum, ſit, vt adæquatè etiam correſpondeat illi perfectio extenſiua præmij, quæ etiam eſt multiplicabilis in infinitum. Argumenta contra hoc primum dictum, quæ quidẽ ſunt difficilia, mox infrà ſoluemus, ex quorũ ſolutione patebit magis explicatio huius prim. dict.

Actus vnus Chriſti poterat mereri gloriã infinitã intenſiuè, & extenſiuè.

Circa verò gloriam, & alia præmia quæ non includunt Deum intrinſecè, ſed tantùm extrinſecè tamquam obiectum: Dico ſecundò, quòd vnus actus Chriſti poterat mereri gloriam infinitam intenſiuè, & extenſiuè pro infinitis hominibus, & Angelis, ſi

Digitized by Google

lis, ſi infinitum dari poſſet, quia præmium eſt inferioris ordinis, vt viſum eſt ſuprà. Neque hinc ſequitur, meritum terminari ad impoſſibile, quia valor actionis Chriſti ſecundum illum exceſſum, ſecundum quem excedit hoc præmium, poteſt reſpicere adæquatè incarnationem Patris, ſi ad illum referretur ille actus, quare non eſt ſimilis hic caſus illi, contra quem argumentabatur in ſecunda reſponſione, quia illa reſponſio dicebat valorem actionis Chriſti, quantùm eſt ex natura ſua, mereri adæquatè incarnationem Patris, non ſolùm intenſiuè, ſed etiam multiplicationem infinitarum vnionum cum infinitis creaturis; ſi poſſit dari infinitum: ſed quia infinitum non poteſt dari, reſpicit maius, & minus præmium in infinitum. Contra quam reſponſionem argumentabamur, quòd ſi valor meriti ex natura ſua excederet præmium ſibi adæquatum, ſi poſſet dari, ſequeretur, quòd ex natura ſua ſecundum illum exceſſum reſpiceret impoſſibile: at verò in hoc caſu noſtro dicitur, quod meritum ſecundum illum exceſſum, & ſecundum totum ſuum valorem indiuiſibiliter reſpicit etiam incarnationem Patris: quare quamuis non poſſit dari infinita gloria, tamen ſecundum illum exceſſum non reſpicit impoſſibile.

53. *1. Instantia. Suarius 3.p. diſp.2.& alij recentiores.*

Sed contra hanc reſponſionem ad hoc tertium argumentum, præſertim contra primum dictum eiuſdem reſponſionis inſtant aliqui doctores tripliciter, & ſubtiliter.

Primò, vnus actus Chriſti (inquit) habet plures partes intenſionis, & durationis; ergo, ſecundum vnam partem poteſt mereri, verbi gratia, incarnationem Patris, & ſecundum aliam, & aliam, poteſt mereri aliam, & aliam multiplicationem eiuſdem perſonæ cum alia, & alia natura creata.

Solutio primæ inſtãtię. Valor actionis Chriſti eſt duplex, intrinſecus, & extrinſecus.

Reſpondetur, & pro explicatione reſponſionis, recolendum eſt valorem actionis Chriſti eſſe duplicem; quemdam moralem intrinſecum, qui etiam dici ſolet phyſicus. ſumitur enim ex principiis operatiuis, & ex obiecto, quod reſpicit, & ex aliis circumſtantiis actus, vt ex phyſica intenſione, duratione, &c. alium eſſe extrinſecum, qui ſolùm ſumitur ex dignitate perſonæ operantis. His poſitis dico, quòd in Chriſto, ſi actus conſideretur primo modo, erat ſecundum valorem finitus, ſicut in cæteris hominibus; ſecundo verò modo erat infinitus ſimpliciter, nec limitabatur ab intenſione maiori, vel minori, vel à maiori, vel minori duratione, quia perſona ſe totam communicat actui, ſub quacumque intenſione, & duratione ſit. Quare ad inſtantiam reſpondetur, quòd quia ille actus ſub quacumque intenſione, & duratione ſit, eſt vnus tantùm numericè, meretur ſecundum valorem extrinſecum tamquam adæquatum præmium incarnationem Patris intenſiuè, cũ vna tantũ natura creata. totus enim valor extrinſecus ſumitur ex dignitate perſonæ, quę ita dignificat actum ſub intenſione, ſeu duratione maiori, ac minori, quia, vt dictum eſt, ſe totam communicat actui ſub quacumque intenſione, ſeu duratione ſit. Siue igitur actus ſit intenſus, vt octo, ſiue remiſſus, vt vnum, habet eundem valorem extrinſecum, qui valor, vt probatum eſt ſuprà, ſecundum ſe totum adæquatur tamquam præmio, incarnationi Patris cum vna natura creata; idem igitur valor eſt in toto actu, ac in parte actus, & in hoc videtur fortè fuiſſe deceptio aduerſariorum. Quare dicendum eſt, quod ad merendum aliam incarnationem Patris, cum alia natura creata deberet ſumi alius actus Chriſti extenſiuè ſecundum aliam extenſionem numericam: quæ quidem non poteſt ſumi in eodem

A actu, ſecundum diuerſas partes phyſicæ intenſionis, & durationis, quia tota illa intenſio, & duratio conueniunt ad faciendum vnum actum numericè: Præterea ſicut iſta opinio aſſignat diuerſas partes intenſionis, & extenſionis in eodẽ actu: ita etiam in incarnatione Patris cum natura humana, aſſignari poſſunt diuerſæ vniones, ſeu communicationes eiuſdem perſonæ cum diuerſis partibus humanitatis; ac proinde incarnationem ſecundum omnes partes adæquate actum, ſecundum omnes partes intenſionis, & durationis. Quòd ſi vnio eſt cum natura angelica, illa vnio ſimpliciſſima æquiualet infinitis vnionibus, quæ eſſent cum natura corporea, ſicut ſi ille actus eſſet ſimplex qualitas perfecta, adæquatè æquiualeret intenſioni compoſitæ ex

B gradibus.

Secunda inſtantia fundamentalis contra reſpõſionem noſtram.

Secundò inſtat, & hanc putat eſſe fundamentum ſuæ opinionis: In quocumque actu Chriſti continetur eminenter extenſio, ſeu multiplicatio valorum quorumcumque aliorum actuum eiuſdem Chriſti; ergo, &c. Probat primò, quia perſona Verbi eſt infinita: ergo in ea eſt omnis excellentia, à qua meritum poteſt tam intenſiuè, quàm extenſiuè augeri. Secundò probat à pari, ſicut entitas remiſſa, vel minus perfecta ipſius actus non minuit valorem meriti; ergo neque vnitas actus minuit valorem, qui poſſit haberi per multitudinem actus.

Solutio 2. inſtantiæ.

Incarnatio Patris poteſt dupliciter conſiderari.

Reſpondetur, quòd Incarnatio Patris, quod eſt præmium adæquatum, poteſt dupliciter conſiderari. Primò, vt præciſè includit perſonam diuinam,

C & hoc modo continet eminenter omnem extenſionem, ſeu multiplicationem incarnationum cum infinitis naturis, ſi dari poſſint, quia ex ſe eſt ſufficiens omnes illas naturas terminare. Secundò, vt formaliter habet rationem præmij, &, vt ſic includit actualem communicationem creatam ad extrà: in vna autem ſola communicatione non poſſunt contineri eminenter omnes aliæ communicationes extenſiuè, ſed intenſiuè tantùm propter eamdem perſonam, quam includunt omnes aliæ communicationes: extenſiuè autem vna non eſt alia, nec vna eſt perfectior alia; quare nec formaliter nec eminenter vna includitur in alia. Quòd autem dicitur de præmio adæquato, idem proportionaliter dicendum eſt de valore actionum Chriſti; nam ſi 54.

D valor conſideretur, vt præciſè includit perſonam Verbi, vnde oritur ratio valoris intenſiuè moraliter, vt ſic, concedendum eſt continere eminenter omnes valores extenſiuè in hoc ſenſu, quatenus illa perſona eſt potens dare valorem infinitis actibus naturæ ſibi vnitæ. Si verò conſideretur, vt formaliter habet rationem meriti, ſeu valoris moralis, tunc non dicit præciſè tantùm perſonam Verbi, ſed actionem quamdam moralem ad extrà; vt ſic autem non poſſunt in vna actione contineri omnes aliæ extenſiuè, ſed intenſiuè tantùm propter eamdem perſonam, quam omnes includunt, extenſiuè autem vna non eſt alia, nec vna perfectior alia: quare nec formaliter, nec eminenter vna continetur in alia. Vni igitur actioni Chriſti corre-

Vni actioni Chriſti correſpondet vna Patris incarnatio tãquã præmium adæquatum.

E ſpondet tamquam præmium adæquatum vna incarnatio, & alteri actioni altera incarnatio. non enim vnicæ actioni correſpondere poſſunt omnes incarnationes extenſiuè, quia tunc, vt ex dictis patet, præmium ſecundum totum id, quod dicit ſub ratione præmij, excederet meritum ſecundum totum id, quod dicit ſub ratione meriti. Et per hæc patet reſponſio ad ſecundam inſtantiam, & hæc quidem magis confirmabuntur per ea quæ dicemus in reſponſione ad ſextum argumentum, vbi oſten

Digitized by Google

oſtendemus vnum actum Chriſti non adæquare ſecundum valorem totam latitudinem intenſiuam, & extenſiuam.

55. *3. Inſtantia eiuſdem.* Tertiò inſtat. Infinita potentia ſimpliciter poteſt facere, non ſolùm quemcunque effectum perfectum, ſed quamcumque effectuum multitudinem; valor ergo moralis actionis Chriſti, cum ſit infinitus ſimpliciter, non ſolùm poteſt mereri præmium perfectiſſimum, ſcilicet incarnationem Patris, ſed quamcumque multiplicationem eiuſdem præmij.

Solutio 3. Inſtantiæ. Reſpondetur eſſe diſparem rationem. Nam infinita potentia non ſolùm intrinſecè, ſed etiam cùm ſit actus primus infinitus extenſiuè æquiualet multis reſpectibus, qui poſſunt in eadem potentia concipi ad diuerſa obiecta: at verò vnus actus Chriſti, cùm ſit per modum actus ſecundi, reſpicit vnum obiectum, ſeu præmium adæquatum, ſcilicet vnam incarnationem Patris, & non includit in ſe extenſionem alterius actus, ſed per alium actum numericum meretur aliam incarnationem, quam differentiam inter actum primum & ſecundum probauimus ſuprà.

56. *Vide quæſt. 3. Phi. dub. 5. 4. Inſtantia eiuſdem.* Quartò inſtat; Si tres perſonæ aſſumerent eamdem naturã, in hoc caſu actus elicitus à tribus perſonis, non eſſet magis meritorius, nec plurium præmiorum, quàm vnus actus elicitus à perſona Verbi: ergo à pari, plures actus ab vna perſona Chriſti non ſunt magis meritorij, intrinſecè, nec extrinſecè plurium præmiorum, quàm vnus actus ab eadem perſona.

Solu. 4. Inſt. Reſpondetur eſſe diſparem rationem. Nam actus elicitus ab illis tribus perſonis eſſet vnus intenſiuè, quia vna perſona non eſt dignior altera, & eſſet etiam vnus extenſiuè, ſeu numericè, vt ſupponitur: quare ille actus non poſſet mereri, nec maius intenſiuè, nec maius extenſiuè, quàm ſi eſſet vnus actus elicitus à perſona Verbi mediante natura humana: at verò in caſu noſtro, ſi eſſent plures actus Chriſti eliciti à Verbo, licèt intenſiuè moraliter non mererentur quid maius, tamen extenſiuè poſſunt mereri idem præmium multiplicatum, quia eſſet proportio extenſiua inter præmium multiplicatum, & actum multiplicatum.

57. *5. Inſtantia.* Quintò inſtat idem recentior, hinc ſequi non potuiſſe Chriſtum per vnum actum ſatisfacere pro omnibus culpis, quia extenſiuè excedunt vnum actum Chriſti.

Solutio. Actus vnus Chriſti cur ſit ſufficiens ad ſatisfaciendũ pro infinitis culpis. Reſpondetur, quòd eſt diuerſa ratio: nam iniuria facta Deo eſt inferioris ordinis, quàm ſit valor actionis Chriſti, vt ſuprà probatum eſt: & ideò, vt ibidem viſum eſt, vnus actus erat ſufficiens ad ſatisfaciendum pro infinitis culpis.

58. Quartò arguitur: Si valor Chriſti in ratione ſatisfactionis, eſt infinitus ſimpliciter, vt dicitur in hac quarta parte Corollarij; ergo potentia Dei in ordine ad hunc valorem eſt exhauſta; non enim poteſt efficere maiorem valorem.

Potentia Dei nõ eſt exhauſta per Chriſti incarnationem. Reſpondetur, ſaltem extenſiuè non eſſe exhauſtam, quia poteſt Verbum vniri cum pluribus aliis humanitatibus, in quibus eſſent plures actus, & plures valores: imò ſi omnes actus, & valores poſſibiles ſimul exiſterent, adhuc potentia Dei non diceretur exhauſta, ſicut nec ſcientia Dei dicitur exhauſta, quamuis intelligat omne intelligibile, & ratio eſt, quia id non prouenit ex defectu potentiæ, & ſcientiæ diuinæ, ſed ex defectu obiectorum, ſeu terminorum operabilium, qui non poſſunt eſſe plures.

59. Sed difficultas eſt maior, an in ratione ſatisfactionis potentia diuina ſit exhauſta intenſiuè, & ratio difficultatis eſt, quia perſona Verbi dignificat natu-

A ram aſſumptam, quantùm poteſt: eſt igitur potentia rei exhauſta, quæ non poteſt magis dignificare, & quod ſit exhauſta non videtur prouenire ex defectu rei creatæ.

Reſpondetur, quòd quamuis Verbum dignificet naturam in quantùm poteſt, & valor ſit infinitus ſimpliciter, non tamen ipſa natura humana dignificata eſt tantæ dignitatis, quanta eſt ipſa natura diuina, quia hæc dignitas naturæ, & valor operis eſt entitas moralis creata; hoc autem, cùm non proueniat ex imperfectione naturæ diuinæ, ſed ex imperfectione entitatis creatæ, non poteſt dici potentia diuina exhauſta. *Natura humana in Chriſto non eſt tãta dignitatis quãtum natura diuina.* Quòd ſi vrgeas, ſi valor Chriſti B non haberet tantam dignitatem, quantam habet perſona diuina; ergo non poteſt mereri ipſam incarnationem Patris. Reſpondetur, quòd in merito attenditur quædam proportio ad præmium, non autem Arithmetica æqualitas. *In merito attenditur proportio quadã ad præmium, ſed nõ arithmetica.* & præterea ſicut incarnatio includit perſonam, & etiam ipſam vnionem, ſeu communicationem ad extrà, & vt ſit, eſt præmium, quod ſit de nouo: eodem modo ipſe actus Chriſti quo ad valorem includit ipſam perſonam Verbi, vt operantem, à qua prouenit valor infinitus, & ipſam entitatem moralem valoris, quæ eſt quid creatum.

Arguitur quintò ex Scoto; Si actio Chriſti eſſet infiniti valoris, placeret Deo non minùs, quàm ipſe C actus diuinus; quod eſt impoſſibile, quia actio Chriſti etiam ſecundum valorem moralem eſt creata, & neque eſt perfectio ſimpliciter ſimplex. 60.

Reſpondetur, concedimus non placere Deo, ſicut placet actus diuinus, negamus tamen inde ſequi non eſſe infinitum in genere valoris, ſed tantùm ſequitur, quòd non ſit infinitus ſimpliciter in genere entis, quod concedimus.

Arguitur ſextò; Si valor Chriſti eſſet infinitus, ſequeretur, quòd primùs actus tantùm Chriſti fuiſſet infinitus, & conſequenter alij actus non fuiſſent ſufficientes ad ſatisfactionem. hoc autem eſt falſum, quia redemit nos, vt patet ex Patribus, & Scripturis per paſſionem ſuam, quæ non fuit primus D actus. Sequela maioris probatur, quia ex Ariſtotele 3. Phyſ. *infinitum eſt quod non eſt aliud extra accipere ea ratione quia infinitum eſt.* 61.

Reſpondetur ad illam ſequelam maioris ex S. Thom. 3. part. quæſt. 10. art. 3. ad 3. Ariſt. intelligendum eſſe de infinito adæquato toti latitudini; non autem de infinito inadæquato, qualis eſt actus primus Chriſti, qui non adæquat totam latitudinem extenſiuam valoris moralis, quamuis habet totam latitudinem intenſiuam: Poterat igitur Chriſtus per alios actus, qui etiam erant infiniti, ſatisfacere, ſicut etiam ſi daretur vna albedo infinita, quæ ſit ſimplex qualitas, vel compoſita ex gradibus heterogeneis, eſſet quidem infinita, adæquans totam E latitudinem infinitam intenſiuè, non autem extenſiuè, quia poſſet dari alia qualitas albedinis, quæ etiam ſit infinita. *S. Thom. Ariſt. Infiniti definitio ex Ariſt. quomodo ſit intelligenda. An qualitas infinita poteſt augeri.* Quòd ſi dicas, ſi iſti gradus heterogenei ponerentur in illa priori albedine infinita, & vnirentur cum gradibus illius albedinis, facerent illam intenſiorem: ergo illa prior non adæquabat totam latitudinem infinitam intenſiuè. Reſpondetur negando antecedens, quia ſi plures gradus primi heterogenei eſſent ſimul vniti, non intenderent albedinem, quia eſſent eiuſdem rationis: at verò, ſi gradus eſſent homogenei, & ponerentur, & vnirentur cum prima qualitate, intenderent illam, quia ſufficeret tantùm vnio: omnes enim gradus eſſent eiuſdem rationis: & ideò non poteſt dari albedo infinita intenſiuè ſecundum totam latitudi

tudi

Digitized by Google

tudinem intenſiuam compoſitam ex gradibus homogeneis, quin etiam includat totam latitudinem infinitam extenſiuè. In caſu verò noſtro valor infinitus in actu Chriſti, cùm ſit forma moralis, ſe habet vt forma quædam ſimplex, & ideò poteſt eſſe infinitus ſecundùm totam latitudinem intenſiuè moralem, non autem ſecundùm totam latitudinem extenſiuam. & hæc ſatis ſint de ſatisfactione Chriſti: nunc agendum eſt modò de ſatisfactione noſtra.

QVINTA DVBITATIO.

Vtrùm per contritionem puræ creaturæ formaliter remittatur peccatum.

62. *Prima opinio aſſerit actum contritionis eſſe formalē iuſtificationem.*

PRima opinio aſſerit actum contritionis, qui fit per dilectionem perfectam ſupernaturalem, eſſe formaliter iuſtificationem, & conſequenter formaliter remittere peccatum, & formaliter facere Deo amicum, & gratum, ita vt non requiratur aliud Dei beneficium ad condonationem peccati, ſed ſufficere illud beneficium gratiæ excitantis, & adiuuantis ad eliciendum actum contritionis, quo elicito ſine alio Dei beneficio primò homo eſt iuſtificatus, id eſt, illi remiſſum eſt peccatum formaliter, ſecundò formaliter eſt ſanctificatus, tertiò formaliter gratus, & amicus Deo; quartò formaliter hæres, & dignus vita æterna: quare hæc opinio eſt omninò oppoſita opinioni hæreticorum, quia hæc opinio aſſerit contra hæreticos remiſſionem peccati non fieri per Chriſti iuſtitiam imputatam formaliter, ſed per donum inhærens in nobis, ex Trid. ſeſſ. 6. Can. 11. hoc autem donum dicunt eſſe actum noſtrum, qui eſt contritio, elicitus ex ſupernaturali auxilio Dei.

Hæc opinio eſt Ruardi art. 8. §. grauiter videtur, Ianſenij in concordia cap. 48. in illud Lucæ 7. *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Caſalij lib. 2. de quatripart. Iuſt. cap. 2. & Stapletonius lib. 3. de iuſtif. cap. 8. cenſet hanc opinionem probabilem, & eum ſequuntur aliqui eximij moderni; tribuitur eadem opinio Caiet. 3. p. q. 1. art. 1. & Paludano in 4. diſt. 20. q. 2. art. 2. & aliis, ſed hi tantùm aſſerunt peccatorem pro peccato condignè ſatisfacere, & intelligunt de actu contritionis informato gratia: at verò hæc opinio aſſerit actum contritionis eſſe formaliter ſatisfactionem.

Hæc opinio quid probandum habeat.

Debet autem hæc opinio duo probare. Primum, contritionem eſſe formaliter iuſtificationem, id eſt, peccati remiſſionem, & ſanctificationem. Secundum, ex natura ſua eſſe æqualem ſatisfactionem pro offenſa, & iniuria illata Deo, quæ moraliter reſultat ex culpa. Sed aliqui iſtorum Auctorum, qui tenent hãc opinionem, conantur primò probare ſecundum, & ex hoc ſecundo inferre primum. Sed exiſtimo iſtos non bene procedere, quia etiam ſi concedatur æqualis ſatisfactio pro iniuria illata, adhuc non intelligeretur remiſſio peccati, quia in humanis homo, cui facta eſt iniuria grauis, non tenetur acceptare in amicitiam eum, qui æqualiter ſatisfacit pro iniuria illata, dolendo de iniuria, & luendo debitas pœnas, vt bene notat D. Thom. in 4. diſtinct. 14. quæſt. 4. artic. 1. quæſtiuncula 2. Et ratio eſt, quia qui offendit alterum facit duo; & violat iuſtitiam, & violat amicitiam: & ideò licet ſatisfaciat pro iuſtitia, non tamen ex eo admittitur in amicitiam, quia ius reducendi in amicitiam, eſt penes poteſtatem, & voluntatem offenſi, independenter à voluntate offendentis, qui ex vi iniuriæ illatæ dedit hoc ius offenſo, & ideò meliùs alij conantur probare primum, & ex primo ſecundum inferre.

S. Thom.

A Probatur autem primum hoc modo, & eſt præcipuum fundamentum. Per conuerſionem ſupernaturalem ad Deum, tollitur & conuerſio phyſica oppoſita ad creaturam, & auerſio phyſica à Deo, quia auerſio à creatore opponitur conuerſioni ad creaturam, & per conuerſionem ad Deum, vt conuerſio eſt, tollitur formaliter illa auerſio ab ipſo Deo, quæ includebat conuerſionem ad creaturam: ergo per talem auerſionem oppoſitam eſt penitus ſublatum peccatum formaliter, & conſequenter inimicitia. Nam ſicut ex culpa phyſica, quæ dicebat conuerſionem ad creaturam, & auerſionem à Deo oriebatur moraliter inimicitia inter Deum, & peccatorem; ita ſublata penitus culpa per formam oppoſitam, iam peccator redditur amicus Deo.

Quomodo contritio iuſtificet.

B Confirmatur primò, quia non videtur magis potens peccatum ex vi ſua, ad auertendum à Deo, & reddere Deum inimicum, quàm ſit potens actus dilectionis ſupernaturalis ad conuertendum ad Deum, & ad reddendum Deum amicum ex vi ſua, ſine aliqua Dei acceptatione. Probatur paritas, quia peccata mortalia non ſunt ſemper formaliter contra charitatem, neque immediatè contra Deum, ſed vel contra iuſtitiam, vel contra temperantiam: ſed actus dilectionis eſt circa Deum; ergo habet maiorem bonitatem, quàm peccatum habeat malitiam, & conſequenter magis placet Deo. Quòd ſi peccatum ſit immediatè contra Deum, vt eſt peccatum odij, ſaltem non habet maiorem malitiam, quàm habeat bonitatem actus dilectionis.

Confirmatur.

C Quòd ſi dicas, requiri adhuc aliquam Dei acceptationem ex eo, quia per actum contritionis non eſt planè ſatisfactum ad æqualitatem, & ideo non remitti poſſe formaliter peccatum. Contrà, quia hinc ſequeretur, quòd etiam peccatori non eſſet adhuc remiſſum peccatum, quia per gratiam iuſtificantem non eſt ſatisfactum ad æqualitatem: quare peccatum potiùs non imputaretur, quàm tolleretur, quod videtur ſapere errorem damnatum in Tridentino ſeſſ. 6. Can. 9. in quo damnatur error dicentium gratiam, qua iuſtificamur, eſſe tantùm fauorem Dei.

Secundò probatur, quia ex Ariſt. 8. Ethic. c. 8. quod intenditur in amicitia eſt amare potiùs, quàm amari, idem dicit D. Thom. 3. contra gentes cap. 151. vbi habet effectum potiſſimùm gratiæ eſſe facere Dei dilectores: & idem probari poteſt ex Scripturis, in quibus habetur dilectione nos iuſtificari ex 1. Petri 4. 1. Ioan. 3. *tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* & cap. 4. *omnis qui diligit proximum ex Deo natus eſt*, ad Rom. 13. *plenitudo legis eſt dilectio.* Auguſt. de nat. & grat. cap. 42. dicit charitatem eſſe pleniſſimam, & perfectiſſimam iuſtitiam, & lib. de ſpiritu, & litera cap. 32. & 36. explicat hanc charitatem eſſe illud donum, non quo nos Deus diligit, ſed quo nos facit dilectores ſui.

63. Secundum argumẽtum Ariſt. S. Thom. *Quod intenditur in amicitia eſt amare potiùs quàm amari.* 1 Petri 4. Ad Rom. 13. Auguſt. *Charitas eſt pleniſſima, & perfectiſſima iuſtitia.*

Tertiò probatur, quia perfectior eſt actualis conuerſio ad Deum, quàm habitualis, ſicut conuerſio actualis ad creaturam prior eſt, & potior, quàm habitualis. Et confirmatur, quia per conuerſionẽ actualem ad Deum perfectiùs inhæremus fini vltimo; ſed per conuerſionem habitualem tolluntur peccata ſine aliquo fauore Dei, vt probatum eſt ex Trident. ergo, & per conuerſionem actualem. Et præterea probatur adhuc dari etiam illam habitualem conuerſionem relictam ex illo actu; & ſit quartum argumentum.

64. Tertium argumentum.

E Quartò, ſicut peccatum conſtituit hominem non ſolùm peccantem, ſed etiam peccatorem, quia relinquit animam maculatam, & conuerſam ad creaturas, ſecundùm moralem quamdam exiſtimationem: ſic

65. Quartũ argumentum. *Peccatũ conſtituit hominem non ſolùm peccantem, ſed peccatorem.*

etiam à pari actu contritionis, qui eſt actualis conuerſio ad Deum, conſtituere debet hominem ex natura ſua non tantùm pœnitentem, & dilectiò diligentem, ſed etiam in ſtatu amici, & conuerſi ad Deũ non ſolùm ratione gratiæ habitualis, ſicut ponunt aduerſarij, ſed etiam ſecundùm moralem exiſtimationem, ſicut dicebamus de peccato.

66. Quintũ argumentum. Quintò, ſi remiſſio peccati non fieret ex vi contritionis, quæ eſt, veluti ſolutio debiti, vel forma oppoſita peccato, tunc, vt dicebamus ſuprà, fieret ex gratuita acceptatione, & conſequenter iuſtificatio fieret ex fauore extrinſeco Dei non imputante peccatum; quod eſt expreſsè contra Trid. ſeſſ. 6. Can. 11. Et confirmatur, quia in Scripturis habetur peccatorem mundari à peccato, non autem mundaretur, ſi tantùm illi peccatum non imputaretur, quia tunc peccator adhuc ex parte ſua eſſet dignus pœna.

67. Sextum argumentum. Sextò, ſi contritio non eſſet forma ex natura ſua formaliter oppoſita peccato, ſequeretur iuſtificationem hominis non eſſe tranſlationem de ſtatu peccati ad ſtatũ iuſtitiæ contra Trid. ſeſſ. 6. Can. 3. & 4. vbi adducit illud Pauli ad Col. 1. *Eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum, &c.* Sequela probatur, quia alioquin peccatum expelleretur ex fauore Dei, & conſequenter non eſſet vna mutatio de ſtatu peccati ad ſtatum iuſtitiæ, ſed eſſent duæ mutationes conſequenter ſe habentes, ſcilicet expulſio peccati, & inductio iuſtitiæ, ſicut ſi calor non expelleret frigus ex natura ſua, non eſſet vna mutatio de ſtatu frigoris ad ſtatum caloris, ſed eſſent duæ mutationes conſequenter ſe habentes, ſcilicet expulſio frigoris, & inductio caloris.

Verior opinio.

68. *Contritio nõ eſt formaliter remiſſio peccati.* SECVNDA opinio communis, & verior tenet contritionem factam per auxilium Dei non eſſe formaliter remiſſionem peccati, nec ſanctificationem.

Hæc opinio, quæ directè opponitur præcedenti, probatur, & ſimul impugnatur præcedens: afferuntur autem tria capita impugnationum, ſed non omnia bene probant intentum.

Primum caput quo impugnatur prima opinio. Trident. Primum caput eſt, quòd ex præcedenti opinione ſequuntur aliqua abſurda, primum, quòd præter remiſſionem peccati, nõ ſit in anima ſanctificatio, contra Trident. ſeſſ. 9. Can. 11. Sequela probatur, quia contritio formaliter opponitur peccato: per illam igitur tantùm remittitur peccatum. Secũdum, quòd remiſſio peccati non fieret per infuſionem alicuius formæ ſupernaturalis inhærentis contra Trident. Tertium, quòd remiſſio peccati nõ eſſet beneficium Dei. Quartum, quòd non daretur gratia habitualis, contra Trident. Quintum, quòd contritio non ſit diſpoſitio ad gratiam habitualem, contra Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. vbi dicitur, quòd iuxta menſuram contritionis infunditur gratia.

Sed hæc impugnatio ex hoc primo cap. facilè ſoluitur ab auctoribus primæ opinionis. nam præter remiſſionem peccati admittit prima opinio contra primum abſurdum, quòd ſit in anima ſanctificatio, quæ eſt ipſa contritio, quæ quatenus eſt auerſio à creatura opponitur peccato; quatenus verò eſt per dilectionem perfecta conuerſio ad Deum eſt forma ſanctificans. Secundò admittit contra ſecundum abſurdum, quòd remiſſio peccati fiat per infuſionem alicuius formæ ſupernaturalis inhærentis, quæ quidem forma eſt actualis charitas ſecundùm hanc opinionem. Tertiò admittit contra tertium abſurdum, remiſſionem peccati eſſe beneficium Dei, non tamen aliud præter gratuitam donationem auxilij excitantis, & adiuuantis, & efficientis, quod eſt neA ceſſarium ad eliciendum actum contritionis, ex quo vlterius admittit, quòd per meritum Chriſti nobis remittatur peccatum quatenus Chriſtus meruit nobis hoc auxilium excitans, & efficax. Quartò admittit hæc opinio contra quartum abſurdum præter hãc gratiam ſanctificantem actualem cum Trid. gratiam habitualem permanentem. Quintò admittit, quòd quamuis contritio ſit forma ſanctificans actualis, ſit tamen vlterius diſpoſitio in ordine ad gratiam habitualem, ſicut actus eſt diſpoſitio ad habitum, & iuxta hunc ſenſum exponunt locum citatum, & alia loca ex Tridentino.

Secundum caput impugnationis eſt, ex eo, quòd contritio eſt diſpoſitio iuſtificationis, quatenus iuſtificatio dicit tranſlationem à ſtatu peccati ad ſtatum gratiæ; ergo contritio non eſt forma ſanctificãs. (B) Conſequentia eſt manifeſta. nam diſpoſitio non eſt forma, quia hæc conſequitur ad diſpoſitionem. Antecedens probatur ex Tridentino ſeſſ. 6. cap. 6. vbi expreſsè Tridentinum dicit cõtritionem eſſe diſpoſitionem ad iuſtificationem, iuſtificationem autem Tridentinum, vt patet ex eadem ſeſſ. cap. 4. definit eſſe tranſlationem à ſtatu peccati ad ſtatum gratiæ; & cap. 7. ſubdit, quòd contritionem tamquam diſpoſitionem conſequatur iuſtificatio. 69. 2. caput quo impugnatur prima opinio. Trid. *Quid ſit iuſtificatio ex Concil. Trid.*

Hoc ſecundum caput impugnationis valde torquet aduerſarios, conantur autem multipliciter ad illud reſpondere: & primò reſpondent Trid. citatum loqui de dilectione imperfecta. Prima reſponſio ad ſecundum caput impugnationis.

Sed contrà, quia ibi, vt patet ex cap. 6. eſt ſermo de (C) illa dilectione, ad quam conſequitur gratia iuſtificationis; ſed ad dilectionem perfectam conſequitur iuſtificatio: ergo. Et confirmatur, nam Trident. adducit locum Zach. 7. & Ioël 2. *Conuertimini ad me, &c.* hæc autem conuerſio in lege ſcripta in nullo caſu poterat eſſe attritio, quia hæc non erat ſufficiens ad iuſtificandum hominem, ſicut eſt ſufficiens in lege Euangelica cum Sacramento, & ſeſſ. 14. cap. 4. vbi dicit contritionem eſſe neceſſariam ad remiſſionem peccati, clarè loquitur de contritione perfecta, quia adducit teſtimonium illud 2. Reg. 12. *Peccaui Domino*, & ſtatim ſubdit Nathan: *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum.* Secundò reſpondent alij, quòd in contritione, quæ eſt forma actualis ſanctificans, concipi poſſunt tria ſigna. Primum ſignum eſt, quòd ipſa (D) contritio, tamquam effectus ſit à gratia habituali, & in hoc ſigno gratia habitualis præcedit in genere cauſæ formalis ipſam contritionem. In ſecundo ſigno, quòd ſit diſpoſitio ad remiſſionem peccati, & ad gratiam iuſtificantem habitualem: & in hoc ſigno ipſa contritio eſt prior in genere cauſæ materialis ipſa remiſſione peccati: & in tertio ſignò eſt forma actualis ſanctificans, & in hoc ſigno præcedit etiam ipſam remiſſionem peccati, tamquam forma, & præcedit etiam ipſam gratiam habitualem tamquam actus, qui vt diſpoſitio præcedit ſuum habitum. Impugnatur contra reſponſionem. Zach. 7. Ioël. 2. Trid. 2. Reg. 12. 70. Secunda reſponſio ad ſecundum caput impugnationis.

Sed contra primò; ipſa remiſſio peccati, cùm ſit expulſio oppoſiti præcedit in genere cauſæ materialis ipſam gratiam habitualem, & omnes diſpoſitiones, quæ ſe tenent ex parte formæ, qualis eſt contritio (E) etiam in hac opinione: ergo non poteſt contritio in genere cauſæ materialis præcedere remiſſionem peccati, cùm in eodem genere ipſa remiſſio præcedat contritionem. Secundò per gratiã habitualem præcedentem in primo ſigno, iam hoc peccatum eſt remiſſum, quia ipſa gratia eſt debiti remiſſio; ergo non eſt, quòd remittatur per actum contritionis ſubſequentem; quæ in hac opinione eſt ſanctificans: vnde in Trid. ſeſſ. 6. cap. 14. dicitur quòd oratio, & bona opera ſubſequentia gratiam, non ſatisfaciunt pro culpa, Inſtatur cõtra hanc ſecũdam reſpõſionem.

Digitized by Google

culpa, & pœna æterna, quę ſunt remiſſa per gratiam, ſed pro pœna temporali.

71. *3. Reſponſio ad idem ſecundum caput impugnationis.*

Tertiò reſpondent alij ad idem ſecundum caput, quòd contritio poteſt conſiderari dupliciter, primò, vt ſe tenet ex parte liberi arbitrij. Secundò, vt ſe tenet ex parte auxilij Dei. Primo modo dicunt eſſe diſpoſitionem; ſecundo modo, eſſe formam ſanctificantem.

Inſtatur cõtra hãc tertiam reſpõſionem.

Sed contrà, quia vt eſt à libero arbitrio præciſè, nullo modo eſt diſpoſitio, quia non eſt proportionata, & ita reduplicatiuè eſt falſum, ſpecificatiuè eſt verum, quia etiam requiritur liberum arbitrium, vt ſit diſpoſitio præter auxilium Dei, eſt igitur diſpoſitio, vt eſt à libero arbitrio, & vt eſt ab auxilio Dei reduplicatiuè, eſt expreſsè Trident. ſeſſ. 6. cap. 4. & 6. & Can. 3. in quibus locis dicitur diſpoſitionem ad iuſtitiam eſſe à diuina gratia.

72. *4. Reſp. ad 2. caput impugnationis. Contritio poteſt dupliciter conſiderari.*

Quartò, poſſet acutiùs reſponderi, contritionem poſſe dupliciter conſiderari, vel quatenus eſt actus elicitus à libero arbitrio cum auxilio gratiæ, vel quatenus eſt forma ſupernaturalis intrinſeca, & ex natura ſua oppoſita peccato. Si ſecundo modo, eſt forma actualis ſanctificans: ſi primo modo, eſt in genere moris diſpoſitio ad ſeipſam, vt eſt forma ſanctificãs: Tridentinum autem, cùm dicit contritionem eſſe diſpoſitionem, accipit contritionem primo modo. Et iuxta hunc ſenſum etiam intelligi poteſt, quòd dicitur ſeſſ. 6. cap. 7. cauſam formalem iuſtificationis dari ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem; hoc enim poteſt conuenire contritioni, quatenus contritio eſt diſpoſitio ad ſeipſam, vt dictum eſt, iuxtà etiam eumdem ſenſum intelligitur, quod ibidem dicitur ad dilectionem, tamquam diſpoſitionem conſequitur iuſtificatio. Sed contra hanc reſponſionem, inſtatur primò, quia ex Trid. remiſſio peccati ſuppoſita iam contritione tribuitur nouo Dei beneficio, vt infrà oſtendemus; at verò ſecundùm hanc reſponſionem ad contritionem neceſſariò ſequeretur remiſſio. Secundò idem Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. docet vnicam cauſam formalem iuſtificationis eſſe iuſtitiam, qua Deus iuſtos nos facit: hanc autem vnicam cauſam non eſſe contritionem, ſed gratiam habitualẽ, vt conſtat ex verbis præcedentibus; vbi dixerat cauſam inſtrumentalem huius iuſtificationis eſſe baptiſmum: baptiſmus autem non eſt cauſa inſtrumentalis contritionis, cùm non attingat productionem illius: Nec eſt dicendum, quòd Concilium loquatur de iuſtificatione, quatenus eſt habitualis rectitudo potentiarum. nam clarè conſtat ſumere iuſtificationem quatenus eſt peccatorum remiſſio.

Inſtatur cõtra quartam reſponſionem.

Affertur tertium caput impugnationis contra primam opinionem.

Tertium caput impugnationis eſt ex rationibus.

73. *Prima ratio huius 3. cap.*

prima ratio, ſi actus contritionis ex natura ſua remittit peccatum; ergo in lege gratiæ Sacramentum pœnitentiæ, vel votum ipſius non eſt neceſſarium. Quòd ſi dicas requiri ratione præcepti: Contrà, quia reliqua eadem ratione requiruntur; ergo Sacramentum pœnitentiæ non requiritur peculiari aliqua ratione ad peccati remiſſionem. Quòd ſi requiritur peculiari quadam ratione, ſignũ manifeſtum eſt, quòd contritio non eſt forma remittens, & ſanctificans, ſed requiritur etiam condonatio libera Dei, quæ eſt alligata Sacramento pœnitentiæ.

74. *Secunda ratio Suarij in 3. p. diſput. 4. ſect. 8. vbi optimè tractat hãc materiam.*

Secunda ratio eſt quorumdam grauium Doctorum: Contritio (inquiunt) non eſt perfecta ſatisfactio: ergo ex natura ſua non eſt forma remittens peccatum. Conſequentia eſt manifeſta, quia non tollit totam rationem peccati. Antecedens probatur, & pro explicatione notandum, quòd actus bonus, ſiue malus tripliciter poteſt conſiderari. Primò, in ordine ad obiectum, à quo ſpecificatur. Secundò, in or-

A dine ad ſubiectum, ita vt actus malus ſit ſubiecti macula, actus bonus ſit perfectio, vel renouatio ſubiecti. Tertiò, ratione iniuriæ, & ſatisfactionis, in qua præter obiectum, & ſubiectum, in ratione quidem offenſæ attenditur principaliter perſona offenſa; in ratione verò ſatisfactionis principaliter dignitas perſonæ ſatisfacientis. Hoc ſtante, quicquid ſit, an reſpectu primi, & ſecundi, habeat tãtam bonitatem actus bonus, quantam malitiam habet actus malus, de quo ſuprà dictum eſt: certum eſt, quòd ratione iniuriæ, & ſatisfactionis, ſatisfactio non poteſt æquare offenſam, quia perſona offenſa eſt infinita, & ſatisfaciens, eſt finita, & viliſſima perſona, vt ſuprà etiam nos oſtendimus cùm agebamus de ſatisfactione Chriſti. Prætereà ſecundò, etiam ſi eſſet ſatisfactio ad æqua-

Actus bonus ſiue malus tripliciter poteſt conſiderari.

B litatem, adhuc Deus non teneretur illum actum acceptare titulo ſatisfactionis, quia debetur aliis titulis.

75. *Solutio rationis ſuperioris.*

Sed hæc ratio meo iudicio poſſet fortè ſolui. nam auctores primæ opinionis poſſent dicere, quòd contritio quatenus eſt ſupernaturalis Dei dilectio, ſeipſa formaliter ſanctificat, & formaliter reddit diligentem gratum, & amicum Deo. quod probari poteſt ex omnibus illis teſtimoniis Scripturarum, & Patrum, quæ adducta ſunt in ſecundo argumento illius opinionis; ſicut à pari dicitur de gratia habituali, quæ, quamuis ex parte peccatoris, nulla præcedat ſatisfactio ad æqualitatem, nec ipſa formaliter ſit ſatisfactio, eſt tamen forma remittens formaliter peccatum, & ſanctificans, quatenus eſt participatio Diuinæ naturæ, & libera debiti condonatio.

76. *3. ratio verior.*

C Tertia igitur ratio, qua à priori probari poteſt, contritionem non eſſe formam ſanctificantem, hæc meo iudicio eſt: Contritio perfecta, de qua eſt ſermo, dicit intrinſecè dilectionem actiuam, qua homo Deum diligit, ſed ſanctificatio, quam Deus intendit in nobis, dicit dilectionem paſſiuam, vt ſcilicet diligamur à Deo, tamquam amici, & filij. eſt enim iuſtificatio ex Trid. citata ſeſſ. 6. cap. 4. *tranſlatio de ſtatu peccati, in quo* (vt loquitur Paulus) *ſumus filij iræ, & inimici Dei, ad ſtatum gratiæ, & filiorum*, vt loquitur Tridentinũ: dilectio autem actiua non facit formaliter dilectos, ſed dilectores; non ergo eſt formaliter ſanctificatio. Teſtimonia verò ex Scripturis, & Patribus relata ſuprà à nobis in ſecundo argumento primæ opinionis, quæ videtur probare dilectores

Sanctificatio quam Deus intendit in nobis, ad paſſiuam dilectionem ſpectat.

Iuſtificatio quid ſit.

D Dei eſſe gratos, & amicos, intelligenda ſunt non formaliter, quaſi amor actiuus faciat formaliter dilectum (ſolùm enim formaliter, vt dictum eſt, facit dilectorem) ſed intelligenda ſunt aliquo modo cauſaliter ſecundùm quamdam diſpoſitionem.

77. Quæſitum.

Sed hîc quæri poteſt, an contritio, quamuis formaliter non faciat ſanctum, & amicum Deo, ſaltem cauſaliter ex natura ſua neceſſariò reddat contritum amicum Deo.

Reſpõſio ad quæſitum.

Contritio reddit amicum Deo, nec remittit peccatum, ſed hoc eſt nouũ Dei beneficium.

Reſpondetur, quòd contritio, nec cauſaliter reddit amicum neceſſariò ex natura ſua, nec remittit peccatum neceſſariò, ſed tam remiſſio, quàm gratia, ſeu amicitia eſt nouũ beneficium ex libera Dei condonatione procedens, Ioëlis ſecundo: *Conuertimini ad Dominum.* & reddit rationem, *quia miſericors, & præ-*

E *ſtabilis ſuper malitia.* & ad oſtendendum vtrumque, quòd ſcilicet tam remiſſio peccati, quàm renouatio ad amicitiam, ſit nouum beneficium, ſubdit: *Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & relinquat benedictionem?* id eſt, gratiam; confirmatur ex Tridentino ſeſſ. 14. cap. 4. vbi docet contritionem eſſe neceſſariam ad impetrandam remiſſionem peccatorum: non ergo ex natura ſua neceſſariò remittit peccatum. Secundò probatur, quia, vt dictum eſt, contritio non eſt perfecta ſatisfactio ad æqualitatem: ergo non poteſt ex natura

Ioël. 2.

Trid.

Digitized by Google

natura ſua tollere peccatum. Antecedens patet ex his, quæ diximus in ſecunda ratione, quæ huic propoſito noſtro poſſunt optimè applicari.

78. *Oppoſitio ad rationem ſuprà dictam.* Quòd ſi dicas, detur homo ſine gratia ſanctificante, & eliciat ex auxilio Dei actus perfectæ dilectionis erga Deum: in hoc caſu non requiritur ſatisfactio ad æqualitatem, quia nulla ſupponitur culpa; ergo in hoc caſu poteſt ex natura ſua ille actus ſanctificare ſaltem cauſaliter. *Reſponſio.* Reſpondetur, & dico primò in hoc caſu, ille actus non formaliter ſanctificat, vt patet ex dictis, quia nõ facit formaliter dilectum, & amicum, ſed dilectorem. Secundò dico, quòd nec cauſaliter ex natura ſua, & neceſſariò facit amicum, tum quia non neceſſitatur Deus ad recipiendum in amicitiam dilectorem, quia dilectio actiua multis titulis Deo debetur, tum quia ex natura ſua ille actus dilectionis non eſt ſanctificatiuus; non enim eſt ſufficiens ad tollendum impedimentum offenſæ, ſi daretur, ſicut calor dicitur ex natura ſua ſufficiens ad igniendum, quia ita eſt ſufficiens ad igniendam materiam nudatam frigore, ſicut materiam indutam frigore.

79. *Sex inferuntur ex dictis. Primum.* Ex dictis inferuntur ſex, quæ ſatis ſuprà probata ſunt, primum, quòd contritio non ſit forma remittens peccatum, quia non adæquatur offenſæ incluſæ in peccato.

Secundum. Secundum, quòd non ſit forma ſanctificans, quia formaliter dicit dilectionem actiuam erga Deum, & non paſſiuam Dei erga peccatorem, in paſſiua autem conſiſtit ſanctificatio noſtra.

Tertium. Tertium, quòd contritio, quamuis diſpoſitiuè, non tamen cauſaliter intrinſecè, & ex natura ſua remittit peccatum, quia per contritionem non ſatisfit iniuriæ illatæ Deo ad æqualitatem.

Quartum. Quartum, quòd etiam ſi ad æqualitatem ſatisfieret, adhuc remiſſio peccati eſſet nouum beneficium, quia non teneretur Deus acceptare illum actum titulo ſatisfactionis, cùm ſit debitus aliis titulis.

Quintum. Quintum, etiamſi acceptaret, adhuc contritio non ſanctificaret, ſeu iuſtificaret, quia iuſtificatio ex Trid. ſeſſ. 6. cap. 4. dicit *tranſlationem à ſtatu peccati ad ſtatum gratiæ, & filiorum:* at non tenetur Deus acceptare ad amicitiã, & ad filiationẽ. ſunt enim diſtincta duo iſta remittere iniuriam, & accipere in amicitiam, vt patet in humanis, nec Deus cedit iuri ſuo, cùm det gratiam excitantem, quia agit partes debitoris adiuuando illum, vt faciat, quantum in ſe eſt.

Sextum. Sextum, quòd præter beneficium gratiæ excitantis, & adiuuantis ad eliciendum actum contritionis, intercedunt adhuc alia duo noua beneficia, primum remiſſio peccati; ſecundum acceptatio ad amicitiam. an autem contritio mereatur de condigno remiſſionem peccati, non eſt hic locus proprius: ſed etiamſi hoc concederetur, quod exiſtimo falſum, adhuc remiſſio peccati eſſet nouum beneficium, quia deberet, vt ſupponitur, intercedere promiſſio Dei.

Reſponſio ad argumenta.

80. *Reſpõſio ad primum.* Ad primum argumentum cum ſua confirmatione, patet ſolutio ex dictis. nam peccatum in ratione offenſæ excedit bonitatem actus, quia offenſa creſcit infinitè ex dignitate perſonæ offenſæ, valor autem actus boni decreſcit in ratione ſatisfactionis ex vilitate perſonæ ſatisfacientis.

81. *An conuerſio, & auerſio fundamẽtaliter ſumpta, totaliter opponantur.* An autem fundamentaliter, & phyſicè conuerſio ad Deum, & auerſio totaliter opponantur. Multi dicunt, præſertim recentiores, quòd ſic: ego tamen exiſtimo, quòd non, quia in actuali auerſione à Deo, eſt tale fundamentum, cui non poteſt totaliter opponi conuerſio actualis ad Deum etiam phyſica, quod ſic

A probo, quia actualis auerſio à Deo phyſica, vt ſic præciſè fundamentaliter ſumpta, eſt talis, vt ab ea pullulet neceſſariò moralis offenſa Dei infinita: at noſtra conuerſio ad Deum actualis, phyſicè, fundamentaliter ſumpta eſt talis, vt implicet ab ea pullulare ſatisfactionem æqualem, vt probatum eſt; ergo phyſicè, & fundamentaliter, præciſè non totaliter opponuntur; ergo, vt ſic conuerſio actualis ad Deum, non totaliter expellit auerſionem à Deo, vt fundamentum. Probatur ſecundò: peccatum fundamentaliter ſumptum eſt cauſa pœnæ æternæ, ergo, vt ſic, eſt maius in ſuo genere quàm ſit pœna æterna. Ruſus pœna æterna in ſuo genere eſt æqualis gloriæ æternæ, qua priuat: ſed gloria æterna eſt maior quocumque actu virtutis. *Pœna æterna eſt æqualis gloriæ æternæ.* Nam etiamſi actus virtutis factus in gratia,

B mereatur vitam æternam, ſeu augmentum eius, tamen ipſa vita æterna perfectior eſt ipſo actu virtutis, ſicut fructus eſt perfectior ſemine: ergo, peccatum fundamentaliter eſt maius in ſuo genere, quàm actus quilibet virtutis in ſuo genere, quod argumentum ab aliis adducitur ad probãdum ſatisfactionem non eſſe æqualem offenſæ, ſed etiam à priori probat peccatum, vt fundamentum offenſæ præciſè ſumptum, eſſe maius in ſuo genere, quàm ſit quilibet actus virtutis.

Quòd ſi obiicias, actus perfectæ conuerſionis ad Deum, excludit neceſſariò actum auerſionis à Deo, ita vt nec per potentiam Dei poſſint ſtare ſimul; ergo, vt bene infert Scotus, ſaltem fundamentaliter tantam bonitatem conuerſio habet in ſuo genere,

C quantam malitiam habet auerſio in ſuo genere. *Prima ſolutio.* Fateor argumentum mihi videri difficile contra hanc ſententiam; tamen quia ſententia noſtra à priori videtur probare oppoſitum, conandum eſt ſoluere argumentum. Dicendum eſt igitur in actu conuerſionis, & auerſionis phyſicæ duo reperiri, primum totaliter phyſicum in ordine ad obiectum, ſecundum in ordine ad ſubiectum, quatenus conuerſio eſt renouatio quædam ſubiecti, auerſio deformitas, & quaſi quædam macula ſubiecti, quæ quidem renouatio, & deformitas, vt ſic, dicit ordinem eſſentialem ad ſubiectum voluntarium, & liberum, & ideo habent quamdam moralitatem, & totum hoc in ordine ad obiectum, & ſubiectum, vocamus phyſicum actum, cum Doctoribus etiam oppoſitæ opinionis, quatenus *In actu conuerſionis, & auerſionis duo requiruntur.*

D diſtinguitur ab alio actu penitùs morali extrinſecè, qui conſequitur ad præcedentem, & habet rationem offenſæ, vel ſatisfactionis. Si primo modo conſideretur conuerſio, & auerſio præciſè in ordine ad obiectum, facile eſt concedere, quòd conuerſio excludat auerſionem, quia opponitur illi, nec vt ſic, præciſè auerſio eſt fundamentum offenſæ, nec conuerſio fundamentum ſatisfactionis. Si verò præter ordinem ad obiectum conſideremus etiam ordinem ad ſubiectum, tunc dicendum eſt, quòd quamuis auerſio fundamentaliter ſit maior, quàm conuerſio; tamen, quia ex ea parte, qua opponitur conuerſioni ratione obiecti, ſecundùm quam auerſio & conuerſio ſunt æquales, non poteſt ſtare ſimul cum *Auerſio eſt maior cõuerſione.*

E conuerſione, & cùm non poſſit corrumpi ſecundùm vnam partem, ſecundùm quam reſpicit obiectum, & non ſecundùm aliam, ſecundùm quam reſpicit ſubiectum, ideo totus corrumpitur. Vel dicendum ſecundò, quòd in conuerſione quatenus reſpicit ſubiectum includitur ſaltem virtualiter ſemper animus ſatisfaciendi ad æqualitatem: ideò excluditur auerſio etiam vt dicit ordinem ad ſubiectum, quia vt ſic totaliter opponitur auerſioni, quatenus eſt fundamentum offenſæ; & quamuis hæc voluntas ſatisfaciendi ſit inefficax, non tamen propter hoc tollitur, quin *2. Solutio inſtantiæ.*

opponatur

Digitized by Google

opponatur auerſioni, vt eſt fundamentum offenſæ, quia hæc ineſſicacia non oritur ex defectu volitionis, ſed ex defectu impotentiæ, quod eſt quid extrinſecum actui volitionis.

Et eadem proportionaliter dicenda ſunt de conuerſione, & auerſione habituali. per conuerſionem autem habitualem, non intelligo gratiam ſanctificantem, nec per auerſionem, habitualem priuationem gratiæ, nec habitum operatiuum, ſed virtualem, quæ remanet tranſacto actu, & nihil aliud eſt quàm quidam effectus moralis, qui dicitur remanere ſecundùm prudentem exiſtimationem, donec retractetur actus per actum oppoſitum.

82. *Reſp. ad 2. cõfirmationem primi arg.* Ad ſecundam confirmationem primi argumenti reſpondetur, quòd per infuſionem gratiæ, quæ gratis datur, remiſſum eſt peccatum formaliter, quatenus gratia eſt participatio diuinæ naturæ, quæ directè opponitur peccato, quia eſt ſanctificatio participata formaliter, & ideo formaliter reddit amicum: at verò actus non eſt huiuſmodi, vt probatum eſt, ſed opponitur per modum meriti, & ſatisfactionis, ſed non poteſt remittere peccatum, neque de condigno, quia homo in illo priori ſupponitur inimicus, & multò minus ad æqualitatem ſatisfacere, vt ſuprà probatum eſt.

83. *Reſp. ad 2. arg. Deus nõ magis amorem actiuũ quàm paſſiuum intendit.* Ad ſecundum argumentum reſpondetur, ſi fiat comparatio amoris actiui, & paſſiui inter ſe, negatur, quòd Deus magis intendat amorem actiuum, quàm paſſiuum, ſed potiùs intendit amorem paſſiuum per gratiam, per quam homo non ſolùm eſt dilectus, ſed etiam redditur aptus, & proportionatus ad amandum Deum, ſicut natura non plus intẽdit operationes, quàm animam, & potentias, completè tamen intendit vtrumque, ita vt finis non ſit operatio abſolutè, ſed ipſa anima, vt operans, ita Deus completè intendit vtrumque, & ipſam gratiam, quæ eſt forma in eſſe ſupernaturali, & ipſos habitus infuſos, tãquam potentias, & ipſum amorem actiuum tamquã operationem, & per hæc patet reſponſio ad loca adducta ex Ariſtotele, ex Auguſtino, & ex Scripturis.

84. *Reſp. ad 3. arg.* Ad tertium, ſi conuerſio habitualis ſumatur pro ipſa gratia habituali, negatur actualem conuerſionem eſſe maiorem, quàm ſit habitualis, & cùm dicitur, quòd per actualem dilectionem perfectiùs adhæremus Deo fini vltimo: reſpondetur, quicquid dicunt recentiores, verum eſſe, ſuppoſita ipſa gratia habituali, à qua actus contritionis habet, vt ſit Deo gratus: ſi autem gratia non ſupponatur, ſed accipiatur gratia iuſtificans ex vna parte, & actus contritionis præciſè ſine gratia ex alia; tunc negatur quòd perfectiùs adhæremus Deo per actum, quàm per gratiam. Nam per gratiam reddimur filij, non autem per actum. Quòd ſi dicas per actum reddi etiam filios; contrà, quia hoc eſſet probandum: hoc enim controuertitur. Quòd ſi dicas, actus eſt vitalis, ergo perfectiùs vnit: reſpondetur, quòd hæc maior vnio phyſica, etiamſi concedatur, eſt impertinens ad amicitiam, vt dictum eſt: ſi verò ſumatur conuerſio habitualis pro habitu operatiuo, vt eſt principium actus, tunc concedimus; ſed negatur per illum remitti peccatũ. ſi verò ſumitur pro illa virtuali auerſione quæ relinquitur ex actu, etiam negatur per illum remitti peccata, poſſunt enim fieri eadem argumenta, quæ fecimus ſuprà contra actualem conuerſionem; & multò magis militant contra hanc virtualem.

Ad quartum negatur virtualem conuerſionem relinquere hominem in ſtatu amici, ſed tantùm in ſtatu conuerſi habitualiter. Nam ad amicitiam præter conuerſionem, requiruntur ex parte Dei duo noua beneficia, vt dictum eſt, ſcilicet remiſſio peccati, & acceptatio ad amicitiã. Et cùm inſtatur: per auerſionem actualem fit peccator habitualiter inimicus; ergo per conuerſionem actualẽ fit habitualiter amicus: reſpõdetur ex dictis eſſe diſparem rationem. nam plura requiruntur ad amicitiam; requiruntur enim ex parte Dei duo illa noua beneficia. 85. *Reſp. ad 4. Ad amicitiã Dei obtinendã præter cõuerſionẽ, quæ requirantur.*

Ad quintum negatur inde ſequi, iuſtificationem fieri ex fauore extrinſeco Dei, ſed fit per gratiam habitualem inhærentem: ſolùm probat argumentum requiri nouum beneficium præter beneficium contritionis, quæ habetur ex auxilio Dei. 86. *Reſp. ad 5.*

Ad ſextum negatur intercedere in iuſtificatione duas mutationes, ſed eſt vna mutatio de ſtatu peccati ad ſtatum gratiæ. nam remotio fit per gratiam habitualem, quæ eſt oppoſita peccato, vt hîc ſupponitur. 87. *Reſp. 6.*

SECVN

Digitized by Google

SECVNDVM PRINCIPIVM PHILOSOPHICVM.

Inſtrumentum agit ſuprà ſuas vires in virtute cauſæ principalis.

Materiam huius principij tractant philoſophi 2. phyſicorum, & 7. metaph. Simplicius 5. phyſic. text. 8. Commentator 7. metaph. comment. 22. & 31. 4. phyſic. comment. 129. & 12. metaph. comment. 18. Zimaras theoremate 114. Alexander de ſenſu, & ſenſili: inter Scholaſticos Scotus in 1. diſtinction. 37. & in 2. diſtinction. 17. & in 4. diſtinction. 12. queſtione 3. Ocham in 2. queſtione 23. Capreolus in 2. diſtinction. 13. artic. 3. & in 1. diſtinct. 3. queſt. 3. & in 4. diſtinct. 22. quæſt. 1. Ægidius quodlib. 3. quæſt. 1. Henricus quodlib. 14. quæſt. 1. Heruæus quodlib. 3. quæſt. 12. S. Thomas in 1. part. quæſt. 45. artic. 5. & artic. 8. ad 2. & 3. & quæſt. 77. artic. 1. & 3. par. quæſt. 77. artic. 3. & in his locis Caietanus & 4. contra gent. cap. 66. & hic Ferrarienſis, & 2. cont. gent. c. 17. Soncinas 7. metaph. quæſt. 22. Suarius in meta. diſput. 18.

QVÆSTIO SECVNDA PHILOSOPHICA: Vtrùm hoc ſecundum principium Philoſophicum ſit verum.

In hac quæſtione, vt diſtinctè procedamus, ſunt duæ dubitationes examinandæ.

I. ***An accidens poſſit attingere intrinſecè effectum vltimatum principalis agentis. Exempli gratia, an calor attingat intrinſecè per viam ſubſtantialem ſcilicet ignitionem, ipſam formam ignis, quæ eſt terminus vltimatus ipſius principalis agentis.***

II. ***An hæc virtus inſtrumentaria phyſica, qualis eſt accidens, habeat aliquam actionem præuiam effectui vltimato ſubſtantiali, diſtinctam ab actione: quâ intrinſecè vltimatus effectus attingitur.***

PRIMA DVBITATIO.

An accidens poſſit attingere intrinſecè effectum vltimatum principalis agentis.

1. 1. Opin. Scoti & Ocha.

QVANTVM ad primam dubitationem, eſt prima opinio Scoti in 1. diſtinct. 37. & in 2. diſt. 17. & in 4. diſtinct. 12. quæſt. 3. quem ſequitur Ocham in 2. diſt. 23. exiſtimantis in operatione tranſeunte modum operandi non ſolùm debere eſſe proportionatum modo eſſendi virtutis principalis, vt dictum eſt in ſuperiori quæſt. philoſophica, ſed etiam entitati virtutis inſtrumentariæ. Rationem autem inſtrumenti conſtituit tantùm in præuia diſpoſitione connaturali effe- A ctui vltimato: & hanc rationem inſtrumenti etiam requirit in ſupernaturalibus, vt loco ſuo videbitur. Quare negat in naturalibus poſſe accidens, verbi gratia, calorem, per viam ſubſtantialem, qualis eſt ignitio, attingere intrinſecè formam ſubſtantialem ignis, ſed tantùm extrinſecè per intrinſecam attingentiam præuiæ diſpoſitionis connaturalis ipſi formæ ignis.

Fundamentum Scoti eſt, quia terminus ſubſtantiæ, qui intrinſecè attingitur, non poteſt contineri in virtute accidentis: ergo non poteſt actiuè intrinſecè attingi ab illa virtute. Conſequentia eſt manifeſta; quia non poteſt virtus accidentalis per ſuam actionem

Actio eſt exercitiũ virtutis animæ.

nem conſtituere talem effectum in actu, quia actio eſt exercitium virtutis actiuæ, & via, & ratio communicandi ſuum eſſe effectiuè, extrahendo quodam modo à ſe per efficientiam effectum tamquam participationem ipſius: debet ergo effectus ſubſtantialis contineri in virtute actiua, intrinſeca accidentis, alioquin non poterit, per exercitium illius virtutis extrahi, vt ita dixerim, tamquam participatio ipſius. Antecedens probant, quia nobilius, inquiunt, non poteſt contineri in virtute ignobiliori, ſed virtus illa accidentis ſub quacumque ratione inſtrumenti conſideretur, eſt ignobilior effectu ſubſtantiali: ergo non poteſt effectus ſubſtantialis contineri in illa. Minor probatur, quia ſub quacumque ratione virtus illa inſtrumentalis conſideretur, non poteſt præſcindere à ratione accidentis: nec aliquid addit ratio inſtrumenti ſupra rationem abſolutam accidentis, quàm eſſe relatiuum ad ſubſtantiam, tamquam ad principale agens: eſſe autem relatiuum non eſt actiuum, ſed ſupponit eſſe actiuum. Maiorem probant, quia nemo, inquiunt, dat quod non habet, ſaltem in ſua virtute (vt eſt vulgare dictũ) & ratio Phyſica à priori hæc aſſignari poteſt. nam effectus continetur in ſua cauſa ſecundum eſſe cauſæ, quia non habet aliud eſſe in cauſa, quàm eſſe ipſius cauſæ, vnde ſi cauſa eſt vniuoca, effectus habet eſſe æquè nobile in cauſa, quàm in ſeipſo: ſi verò cauſa eſt æquiuoca, vel eſt nobilior, & tunc effectus habet nobilius eſſe in cauſa, quàm in ſeipſo; vel eſt ignobilior, & tunc habet ignobilius eſſe in cauſa, quàm in ſeipſo. Effectus igitur ſubſtantialis contentus in accidenti, habet eſſe ignobilius in cauſa, quàm in ſe ipſo; ergo quando cauſa quodammodo, vt ita dixerim, extrahit à ſe per efficientiam effectum, quem continet; vel per ſui exercitium communicat ſuum eſſe, non poteſt extrahere nobiliori modo, quàm habebat in ſe. Confirmatur, quia effectus eſt participatio quædam ſuæ cauſæ, & actio eſt exercitium cauſæ, & via quædam communicandi ſuum eſſe, vt dictum eſt: ergo tam effectus, quàm actio non poteſt excedere nobilitatem ſuæ cauſæ.

Eſſe relatiuũ non eſt actiuum, ſed ſupponit eſſe actiuum.

Quòd ſi reſpondetur primò, quòd inſtrumentum in ratione entis eſt imperfectius ſuo effectu, non autem in ratione principij actiui: Contrà inſtatur, quia eſſe principium actiuum eſt denominatio extrinſeca, quæ fundatur in ipſa entitate accidentis; quare ipſa entitas accidentis debet eſſe ſaltem æquè perfecta, ac entitas effectus.

Inſtrumentũ agit in virtute ſui principalis, hoc quomodo ſit intelligendũ.

Quòd ſi reſpondetur ſecundò, quòd inſtrumentum agit in virtute principalis agentis: Contra inſtatur; quia ſi illud, in virtute, ſtat intranſitiuè, vt vult Caietanus in 1.p.q.77. artic. 1. currit argumentum: nam nihil eſt aliud, quàm ipſa virtus accidentis cum ratione tranſcendentali ad principale agens: eſſe autem relatiuum; vt dictum eſt, non reddit virtutem actiuam, ſed potiùs ſupponit. Si verò ſtat tranſitiuè, tunc accidens non concurrit actiuè attingendo intrinſecè terminum ſubſtantialem, ſed tantùm extrinſecè: & virtus principalis agentis attingit illum intrinſecè, & ſic habetur intentum in opinione Scoti.

2.
Probatur pro Scoto.
Accidẽs poſſe dici inſtrumentum, etiã ſi nõ attingat ſubſtantiam.

Confirmatur hæc ratio Scoti dupliciter, primò: accidens non poteſt attingere intrinſecè ipſam vnionem Animæ rationalis cum corpore, quia ipſa vnio eſt ſpiritualis, & accidens eſt materiale. Sicut igitur in generatione hominis accidens dicitur inſtrumentum, non quia concurrit intrinſecè ad productionem animæ rationalis, vel ad vnionem, ſed quia concurrit tantùm extrinſecè diſponendo, eodem etiam modo dicetur inſtrumentum in eductione aliarum

A formarum ſubſtantialium.

Confirmatur ſecundò, quia ſequeretur, quòd eodem modo accidens eſſet virtus inſtrumentaria producendi ſubſtantiam, ac cùm producit aliud accidens, quia etiam quando producit aliud accidens eſt virtus, & inſtrumentum ſubſtantiæ. ſub quacumque enim ratione concipitur accidens, neceſſariò cõcipitur, vt participatio ſubſtantiæ, ergo vt inſtrumentum ſubſtantiæ.

Accidẽs non poteſt attingere intrinſecè ſec. Scot. vnionẽ animæ cum corpore, nec organizationẽ.

Propter hoc argumentum tenet etiam vlteriùs Scotus in 4.d.43. q.3. quòd accidens materiale non poteſt attingere intrinſecè vnionẽ animæ cum corpore, quia eſt immaterialis, ſed intrinſecè, & immediatè attingitur à Deo. Idem etiam tenet probabiliter Richardus ibidem art.3.q.2. Tenet prætèrea propter B idem argumentum, idem Scotus in 2.diſt.18. accidens non poſſe intrinſecè actiuè attingere ipſam diſpoſitionem accidentalem corporis organici, quia illa actio eſt multiplex, & varia, & valdè perfecta: virtus autem ſeminalis ſimplex, & imperfecta. & citatur Auerroës ſecundo Cœli, com. 62. vbi dicit illam organizationem fieri virtute diuina: quod idem dixit Galenus libr. de fœtus formatione.

3.
Accidens proximè & per ſe attinget formam ſubſtantialem.

Secunda opinio, aſſerit accidens proximè, & per ſe attingere formam ſubſtantialem in virtute ſubſtantiæ, cuius eſt inſtrumentum. Eſt communis opinio Philoſophorum, Alexandri de ſenſu, & ſenſili, Commentatoris libr.7. metaph. cõment. 22. & 31. 4. phyſic. comment. 129. Zimaræ theorem. 114. Simplicij lib. 5. phyſic. text. 8. Eſt etiam communis Scho- C laſticorum, D. Thom. pluribus in locis præcipuè prima part. quæſt. 45. ar. 5. & ar. 8. ad ſecundum, & tertium, & q.77. ar.1. & 3.p.q.77. art. 3. & Caietani in iiſdem locis, Ferrarienſis 4. cont. gent. cap. 66. & 2. cap. 17. Scholaſticorum in 4. diſt. 12. Alberti, Paludani, Richardi, Capreoli, in 2. diſt. 13. art. 3. & in 1. diſt. 3. q. 3. & in 4. d. 12. q. 1. Ægidij, Henrici, Heruæi in quodli. ſuprà citatis, Suarij in metaph. diſp. 18. ſed non omnes conueniunt in modo explicandi hanc ſecundam opinionem.

Primus modus explicandi hãc opinionem ex Caiet.

Primus modus explicandi tribuitur Caietano, terminum, ſcilicet, ſubſtantialem non fieri per nouam actionem ſubſtantialem ipſius inſtrumenti, ſed reſultare tamquam terminum extrinſecum ad ipſam actionem accidentis, ſicut reſultant in naturalibus indiuiſibilia, & in artificialibus ex ſituali compoſitione trium virgarum, reſultat ſine alia noua actione forma trianguli. Probatur hic modus explicandi ex D Ariſtotele, qui pluribus in locis præſertim de ſenſu, & ſenſili, docet, quòd ignis non agit, aut patitur quatenus ignis, ſed quatenus ſubit contrarietatem. Sed notandum eſt, quod in opinione Caietani, vt patet ex prima part. q.45. art.5. Inſtrumentum aliquando agit attingendo intrinſecè per ſuam actionem terminum vltimatum principalis agentis tamquam terminum intrinſecum ſuæ actionis, quod tunc eſt, quando non requiritur præuia actio propria inſtrumẽti tamquam diſpoſitio, quæ quidem requiritur, cùm actio eſt inter contraria, ſicut in productione ignis.

Probatur hic primus modus explicandi. Ariſt.

Secũdus modus explicandi Suarij in ſua met.

Secundus modus explicandi, eſt aliquorũ doctiſſimorum Doctorum, aſſerentium propter argumentum factum à Scoto, in prima opinione non poſſe E accidens ſuo ſolo influxu producere effectum ſubſtantialem, ſed aſſociari debere cum influxu cauſæ principalis, quæ eſt forma ſubſtantialis, quia per illam aſſociationem, ſeu coniunctionem eleuatur influxus cauſæ inſtrumẽtariæ ab influxu formæ ſuperioris. Quòd autem forma ſubſtantialis influat in ipſum effectum, probat ex Ariſtotele 2. de generat.

Probatur hic ſecũdus modus explicandi. Ariſtot. 2. de gener.

O text.

Digitized by Google

text. 54. & 55. vbi reprehendit eos, qui ſolùm effi- A cientiam dant facultatibus inſtrumentariis, & non formæ ſubſtantiali, & 2. de generat. cap. 5. negat ſemen poſſe eſſe propter ſui imperfectionem totale agens, & proximum generationis animalium. Quòd ſi contingat (inquit) formam ſubſtantialem non poſſe influere, vel quia non eſt in debita diſtantia, vel quia non exiſtit, tunc dicit iſte auctor, concurſum illius formæ ſubſtantialis ſuppleri, vel à cauſa ſuperiori, vel potiùs à prima cauſa, quæ in tali caſu concurrit ſimul cum inſtrumento duplici concurſu: vno ſuo vniuerſali; & alio concurſu ſupplente concurſum formæ ſubſtantialis.

Prima Aſſertio contra Scotum.

5\. 1. concl. *Accidēs cōcurrit actiuè ad productionem effectuū agentis principalis.*

INſtrumentum, putà accidens, concurrit actiuè ad productionem effectus vltimati principalis agentis, putà formæ ſubſtantialis. Et quidem quamuis hæc concluſio difficultatem magnam habeat in ſoluendo argumentum Scoti relatum in prima opinione, eſt tamen omnino amplectenda, tum quia eſt communior Scholaſticorum, vt probatum eſt, & conformior Theologiæ, præſertim in materia Sacramentorum, vt videbimus infrà in Corollariis: tum quia ſecundò eſt communior Philoſophorum, & magis Peripatetica, vt patet ex Ariſtot. 2. Phyſicor. text. 14. & 8. text. 62. & de ſenſu, & ſenſili, vbi ait ignem agere quatenus ignis contrarietatem ſubit, quatenus ſcilicet calidus eſt, id eſt, vt interpretatur Alexander, non per formam ignis, ſed per formam caloris. & idem dicit, tam de generatione, quàm de corruptione. 1. cœli tex. 20. & 7. metaph. text. 31. & lib. 2. de generat. animalium, cap. 1. docet ſemen eſſe inſtrumentum quo vnum animal effectiuè generat aliud.

Ariſtot. 2. Phyſ. 8. & de ſen. & ſenſ.

Alexand.

7\. metaph. 2. de generat. anim.

Tertiò probatur ratione. Prima ratio aliquorum recentiorum eſt, quòd accidens, tamquam inſtrumentum, & forma ſubſtantialis, tamquam terminus productus conueniunt in modo eſſendi generico, quia vtrúque eſt in materia, & ideo habent proportionem ad inuicem. Sed hæc ratio peccat in duobus. Primò, quia quamuis modus ille genericus eſſendi in materia ſit communis, & accidenti, & formæ ſubſtantiali: hinc tamen tantùm ſequitur, quòd non repugnet accidenti producere ſubſtantiam, quantum ad modum operandi genericum in ſubiecto, non tamen ſequitur habere proportionem modum eſſendi ſpecificum accidentis, cum modo operandi ſpetifico, ſcilicet per viam ſubſtantialem. Secundò peccat, quia modus eſſendi in materia accidentis, & formæ ſubſtantialis non eſt idem. nam ille eſt per inhæſionem, hic verò potiùs eſt ex imperfectione ſuæ ſubſiſtentiæ.

Probatur ratione. Confutatur prima probatio, quæ affertur ab aliis.

Secunda ratio aliorum recentiorum eſt, quia ſicut eſt connaturale ſubſtantiæ operari per accidentia ſibi proportionata, ita etiam connaturale eſt illi, fieri per accidentia. Sed hæc ratio confutatur, quia, vel intelligitur, quod ſit connaturale ſubſtantiæ operari ſubſtantiam per accidentia. & hoc eſt, quod quærendo controuertitur in hac difficultate, vel intelligitur, quòd ſit connaturale ſubſtantiæ operari terminum accidentalem per accidentia, & ex hòc tantùm ſequitur quod eſt connaturale ſubſtantiæ, non quidem fieri ſubſtantialiter per accidentia, ſed tantùm alterari.

Confutatur 2. probatio aliorum.

Tertiò aliqui probant, quia cauſa (inquiunt) principalis eſt indifferens, determinatur autē actio eius per concurſum inſtrumenti. Exempli gratia, anima eſt indifferens ad producendum carnem, vel os, determinatur autem à tali temperie qualitatum, tamquam ab inſtrumento ad producendum carnem, & intellectus agens eſt indifferens ad producendum hanc, vel illam ſpeciem intelligibilem: determinatur autem à concurſu phantaſmatis ad producendum hanc determinatè. Sed neque hæc ratio vrget, quia poteſt dici determinari cauſam principalem à præuia diſpoſitione, tamquàm à cauſa materiali, exempli gratia, animam determinari ad producendum carnem à talibus diſpoſitionibus introductis in materiam, & intellectum agentem determinari ad producendam talem ſpeciem per actum phantaſiandi, quia experimur non ſolùm ſimul nos phantaſiari, cùm intelligimus propter connexionem potentiarum, ſed etiam experimur nos non poſſe intelligere, niſi priùs præceſſerit phantaſiatio.

Confutatur 3. probatio aliorum.

B

Quare probatio mihi videtur petenda eſſe ex experientiis, & eſt quarta probatio in ordine: ſed circa hanc probationem ſunt adhuc varij modi probandi. Aliqui probant experientia mineralium, quæ producuntur in viſceribus terræ. Hæc autem non videntur poſſe produci à Sole propter ſummam diſtantiam, producuntur igitur ab ipſis accidentibus mediatione virtutis. Sed hæc experientia non multùm vrget, nam ad illam reſpondet Scotus, negando non poſſe Solem propter ſui perfectionem agere immediatione ſuppoſiti in viſceribus terræ. Secundò alij probant experientia ferri calefacti, quod quidem ignit ſtuppam per virtutem receptam ab igne, & tamen contingit ipſum ignem, vel eſſe valdè diſtantem, vel eſſe corruptum. Sed neque hæc ſecunda experientia vrget, quia aliqui ex hac potiùs ſubtiliter deducunt oppoſitum. nam virtus recepta in ferro non poteſt recipi ſecundum totam perfectionem, quæ eſt in igne; non ergo poteſt eſſe principium ſufficiens ad producendum ignem: quare potiùs dicendum eſt ignem produci à cauſa ſuperiori, vel à prima. Et quamuis id, quod dicunt aduerſarij, ſolui poſſit in noſtra ſententia, ſi dicamus non ferrum calefactum producere ignem, ſeu ignem incluſum in poris ipſis ferri, vel ipſum ferrum calefactum per virtutem caloris receptam in ſummo ab ipſo igne, non tamen ferrum fieri ignem, quia deeſt alia qualitas neceſſaria, ſcilicet ſiccitas, quæ, cùm non deſit in ſtuppa, poteſt à calore igniri ipſa ſtuppa. Sed tamen hæc ſolutio, quamuis ſatis ſit ad ſoluendum, non tamen ſatis eſt ad impugnandū. Tertiò alij probant experientia vini conſecrati, quod admixtam aquam conuertit in vinum. Sed neque hæc tertia experientia multùm vrget, poſſent enim dicere aduerſarij, quòd in hoc caſu extraordinario non eſt abſurdum ſi recurratur ad efficientiam Dei, non quidem ſupplentem ſemper curſum naturalem, quod fortè eſſet abſurdum, ſed ſupplentem curſum extraordinarium, & ſupra naturam.

Confutatur 1. experiētia mineraliū.

C

Confutatur 2. experiētia ferri calefacti.

D

Confutatur 3. experiētia vini conſecrati.

Quartò alij probant experientia ſeminis plantarum, quod concurrit ad productionem plantæ, cùm tamen plāta, à qua eſt deciſum, ſit iam corrupta. Sed neque hæc experientia, multùm vrget: poſſet enim ad hanc probabiliter reſponderi, ſemen plantæ eſſe animatum anima vegetatiua, ac proinde concurrere, vt principale agens. Quòd verò ſit animatum præter Galenum, tenet Ariſtoteles 2. de gener. anim. cap. 1. & 3. & quamuis interpretari poſſit, quòd ſit animatum in potentia, tamen S. Thomas 1. part. quæſt. 108. artic. 1. interpretatur Ariſtot. quo ad animatum in actu. & probatur ratione, quia, cùm

Confutatur 4. experiētia de ſemine plantarum.

E

Semen plantæ eſt animatū anima vegetante.

Digitized by Google

cùm eſt coniunctum cum planta, nutritur & augetur. quòd verò ſeparatum non nutriatur, ac augeatur, nihil obſtat, tum quia viuens non ſemper augetur, ac nutritur, tum quia hoc prouenire poteſt ex defectu alicuius diſpoſitionis. Sed hoc non obſtat, quin habeat potentiam generatiuam, licet indigeat aliqua humiditate terræ, vt actu generet. Quòd ſi obiicias, quælibet anima ſecundum Ariſtot. 2. de anima, text. 7. eſt actus corporis organici: ſed ſemen nõ eſt corpus organicum; ergo nõ poteſt eſſe animatum anima vegetatiua: Reſpondetur, ibi Ariſtotelem loqui de corpore organico ſpeciei completæ: ſemẽ autem eſt potiùs pars talis corporis, quamuis aliquo modo ſit organicum quantùm ſufficit ad generationem, quia ſecundum Ariſtotelem 1. de generat. anim. c. 18. & 20. in planta reperitur facultas vtriuſque ſexus. Quòd ſi hinc inferas obiiciendo, ſemẽ non poſſe concurrere, vt cauſa principalis ad organizationẽ corporis ſpeciei completæ, cùm ipſum nõ ſit illo modo organizatum: Reſpondetur hoc argumentum militare contra Scotum, & ideò ipſe tenet organizationem fieri à cauſa ſuperiori. Tamẽ reſponderi poſſet, quòd, cùm ſemen ſit animatum anima vegetatiua, continet eminenter organizationem corporis, quia eſt perfectius corpore organico, quatenus præcedit eſſe animatum, & poſtea poteſt concurrere ad productionem animæ vegetatiuæ, quam in ſe ſemen habet formaliter.

Anima eſt actus corporis organici.

Affertur quinta, & verior experientia ex ſemine animalis.

Quare quinta experientia, quæ mihi videtur valde vrgere aduerſarios, eſt illa, quam cernimus in ſemine deciſo ab animali, quòd concurrit ad eductionem formæ ſubſtantialis ſenſitiuæ ipſius animalis, & tamen animal, à quo deciſum eſt, vel eſt abſens, vel corruptum. de hoc autem ſemine dici non poteſt, quòd habeat animam ſenſitiuam: concurrit igitur, vt inſtrumentum animalis, à quo eſt deciſum, tamquam virtus ipſius.

Scotus. Maior. Ant. Andr. Achill. Ocham. Durand. Confutãtur reſpõſiones Scoti & aliorum, ad hoc argumentũ ductum ex experientia ſeminis animalis.

Sed ad hanc experientiam reſpondet primò Scotus in 1. & 2. & 4. locis citatis, Maior in 4. diſtinct. 12. quæſtio. 2. Acconus in 2. diſtinct. 18. quæſt. vnica, Antonius Andr. 3. metaph. quæſt. 11. tromb. 12. m. quæſt. 6. Achillinus 3. de elem. dub. 4. Ocham, & Durandus locis citatis, & alij, formam produci à cauſa ſuperiori, & quidem potiùs, vt ex eorum doctrina colligitur, dicendum eſt à cauſa prima, quàm à cœlo, quia cœlum neque per ſe poteſt concurrere, quia non eſt animatum, neque vt motum ab intelligentia, quia intelligentia ratione motus non dat cœlo maiorem virtutem, quàm habet, ſed eam, quam habet applicat diuerſis mundi partibus. Et hæc quidem reſponſio confirmari poteſt. primò, quia hoc non eſt nouum in philoſophia. nam hoc nõ ſolùm de viuentibus, ſed de omnibus formis tenent inſigniores Philoſophi, hoc tenuit Plato, cùm dixit formas fieri ab Ideis, Ideæ autem Platonicæ, vt interpretatur Auguſtinus, erant tantùm in mente diuina, & Auicenna, formas ſubſtantiales docuit produci à Colchodea, & ex Peripateticis Philoponus 1. phyſicorum in fine, tenet illas produci ab vniuerſali naturæ artifice, & Themiſtius primo de anima capit. 24. & libr. 3. capit. 2. tenet eas fieri ab anima mundi. Confirmatur ſecundò, quia anima rationalis eſt forma perfectiſſima, & tamen non poteſt producere aliam animam ſibi ſimilem.

Plato.

Auguſt.

Auicenna. Philop. Themiſt.

Sed quidquid ſit, de auctoribus citatis (ſunt enim alij multò plures in oppoſitum) arguitur contra hanc reſponſionem, quia in rebus inanimatis eſt ſufficiens virtus ad producendum ſibi ſimile. ergo hoc non debet denegari animalibus. Quòd ſi dicas,

A animalia habere virtutem in actu primo, ſed defectũ illorum ſupplere Deum: Contrà, quia fruſtra eſſet hic actus primus; numquam enim ferè poſſet exire in actum ſecundum, quia animal generans, vel eſt abſens, vel eſt corruptum, cùm ſit genitum. Secũdò diſpoſitio vniuerſi poſtulat, vt res fiant per cauſas ſecundas. Quòd ſi adhuc reſpondeatur, vt reſpondet quidam recentior, cauſam ſecundam inſtrumẽtalem ſemper concurrere partialiter ſimul cum cauſa prima ſupplente concurſum cauſæ principalis: Contrà primò, hoc quod dicit auctor hic eſt contra Scotum, contra autem dictum huius auctoris arguemus in tertia aſſertione. Ad confirmationem autem, quæ affertur de anima rationali, quæ ſemper à Deo producitur; nec poteſt anima aliam ſibi ſimilem intrinſecè B attingere per productionẽ; eſt diſpar ratio, quia anima rationalis debet creari, at creatio eſt ſupra vires naturæ, vt ſupra in Corollario 17. probatum eſt.

Secundò, Ad hanc quintam experientiam de ſemine deciſo ab animali, reſpondent aliqui Scotiſtæ, in ſemine eſſe formam ſubſtantialem animatam. Sed contrà: quia etiam ſi hoc (quod quidem exiſtimo falſum) admittatur, adhuc non ſoluitur experientia, quia hæc forma ſubſtantialis eſſet valdè imperfecta, quia nec ſenſitiua, nec organica; ergo non poſſet concurrere ad productionem animæ ſenſitiuæ; nec ſecundum Scotum attingere diſpoſitionem corporis organici, quia hæc eſt multiplex, & varia: nec ſemen poteſt illam continere eminenter, quia non eſt ani- C matum anima ſenſitiua, cuius eſt illa organizatio proprietas, ſeu diſpoſitio.

Tertiò reſpondent alij, quòd anima ipſius fœminæ in generatione animalis concurrit ad producendum animam ſenſitiuam, & organizationem corporis. Et hæc quidem reſponſio fundari poteſt in doctrina Scoti, qui in 3. diſtinct. 4. quæſt. 1. docet fœminam concurrere non ſolùm paſſiuè, ſed etiã actiuè, quod etiam docuerunt Hippocrates, & Galenus, & poteſt probari experientia, quia cernimus ex aſino, & equa produci mulum: quòd ſi equa non concurreret actiuè, fieret aſinus. quòd autem principaliùs concurrat equa, probatur, quia mulus magis accedit ad naturam equæ, quàm aſini: ex quo vlteriùs colligunt, non eſſe abſurdum dicere propter experientiam allatam fœminam tantùm concurrere in- D trinſecè actiuè ad producendum animal.

Sed contrà primò, quia ſecundum hanc reſponſionẽ, plus tribueretur matri, quàm patri. quod quidem eſt contra Ariſtot. 2. de gen. ani. cap. 1. & ad experientiam de mulo dicimus potiùs probare oppoſitum. nam ſi aſinus non concurreret actiuè, cur potiùs non producitur equus? ſupponitur enim tantùm concurſus actiuus equæ. Quòd ſi dicas Deum ſupplere concurſum aſini: Contrà, iam redit abſurdum à nobis allatum, aſinum, ſcilicet, numquam concurrere, ſed ſemper eſſe recurrendum ad Deum ſupplẽtem concurſum alterius cauſæ ſecundæ. Secundò inſtatur, quia hoc in ouiparis, dici non poteſt, quia fœtus fiũt extra vterum matris. Quòd ſi dicas fieri hu- E iuſmodi fœtus ex parentibus incubantibus: Contrà, quia multoties huiuſmodi fœtus excludũtur à calore furni, vnde vlteriùs arguitur ſignum eſſe parentes incubantes tantùm calefacere, & excitare virtutem ſeminalem. nam ſi concurrerent intrinſecè actiuè ad generationem, profectò fœtus non excluderentur à calore incluſo in furnis, quia Deus non ſuppleret defectum concurſus parentum; quia hic defectus eſſet valdè per accidens; & experimur in aliis huiuſmodi Deũ non concurrere ſupplẽdo concurſum cauſæ ſecundæ, quãdo cauſa ſecunda eſt

eſt potens agere,& ex accidenti aliquo naturali quãdoque impeditur.

Quæſitum. Poſſet hic aliquis quærere, à quo producantur ea, quæ fiunt ex putri materia, puta ranæ. Ratio dubitandi eſt, quia illa accidentia, quæ ſunt in materia non videntur poſſe concurrere, vt inſtrumentum alicuius cauſæ principalis vniuocæ, quia hæc nulla datur determinatè, à qua poſſit procedere actio ſaltem mediata, ſed de hoc quæſito commodiùs agemus in ſequenti concluſione.

SECVNDA ASSERTIO.

Contra primum modum explicandi Caietani.

7. *Accidens intrinſecè attingit formã ſubſtantialẽ per nouam actionem.* ACcidens tamquam inſtrumentum ſubſtantiæ attingit intrinſecè formam ſubſtantialem per nouam actionem, diſtinctam à motu præcedenti, ſeu alteratione. Hæc concluſio eſt cõtra Caietanum, relatum in ſecunda opinione in primo modo explicandi, qui exiſtimat accidens tamquam inſtrumentum extrinſecè tantùm attingere formam ſubſtantialem, quatenus forma ſubſtantialis reſultat ſine alia noua actione ad præcedentem alterationem, ſicut reſultant indiuiſibilia, & figura triangularis ad poſitionem ſitualem trium virgarũ: eſt tamen hæc concluſio communis Philoſophorum,& Thomiſtarum, Auerrois 4. Phyſic. comm. 129. Simplicij 5. phyſic. text. 8. & aliorum hic, Soncinatis 7. metaph. q. 22. Ferrarienſis 2. contra gent. cap. 17. Capreol. in 2. diſtinct. 13. artic. 3. ad argumenta contra primam concluſionem.

Auer. Simpl. Sonc. Fer. Cap.

Probatur cõcluſio 1. Probatur hæc noſtra aſſertio: primò quia terminus ſubſtantialis non poteſt eſſe terminus intrinſecus ipſius præcedentis motus, exempli gratia calefactionis, ſicut eſt mutatum eſſe; nam eſſet accidens: erit igitur terminus extrinſecus, qui neceſſariò ſequitur ad calefactionem, ſed iſte terminus eſt realiter diſtinctus à calore, & per ſe primò intentus, & ſuperioris ordinis, quia eſt ſubſtantialis; ergo & eductio ipſius erit noua actio diſtincta à præcedenti. Nec valet exemplum adductum de indiuiſibilibus terminatiuis, vt eſt mutatum eſſe in motu, & puncta in continuo, vel de figura, quia indiuiſibilia eſto ſint poſitiua, ſunt tamen imperfectiora ſuis terminatis, & per ſe primò non intenduntur: & eſto per ſe primò intendatur figura ab artifice; hæc tamen, & alia indiuiſibilia conſequuntur immediatè ipſum terminatum, quatenus terminatum vlteriùs non procedit: at verò terminus ſubſtantialis eſt perfectior actione accidentali, & per ſe primò intenditur à natura, & non immediatè terminat actionem accidentalem, quia illam immediatè terminat mutatum eſſe accidentale, quatenus motus vlteriùs non procedit.

Indiuiſibilia ſunt imperfectiora ſuis terminatis.

Probatur 2. Ariſt. Secundò probatur hæc aſſertio ex Ariſtotele, qui tam in primo Phyſicorum, quàm in primo de generat. & præcipuè in 5. Phyſicorum, ait generationem ſubſtantialem, ſeu motum ad ſubſtantiam eſſe actionem diſtinctam ab alteratione, quæ eſt motus ad qualitatem; præterea 2. Phyſic. text. 14. & 8. Phyſic. text. 61. dicit eductionem formæ ſubſtantialis eſſe nobiliorem alteratione. ergo eſt diſtincta actio ab illa.

8. *Soluuntur obiectiones Caietani.* Nec obſtat Ariſtot. allatus à Caietano pro ſua opinione, quòd ſecundùm Ariſt. de ſenſu, & ſenſili ignem dicat agere, non quatenus eſt ignis, ſed quatenus ſubit contrarietatem: non obſtat (inquam) quia

A ignis agit quatenus calidus, vel diſponendò ſubiectum, vel attingendo formam ſubſtantialem medio calore, tamquam inſtrumento non quidem per calefactionem, ſed per ignitionem, quæ eſt actio inſtrumentalis.

Et cùm inſtatur, 2. ex Ariſt. actio eſt inter contraria, at terminus ſubſtantialis nulli contrariatur; non ergo poteſt fieri per actionem, ſed potiùs dicitur reſultare.

Reſpondetur, quòd quamuis in generatione ſubſtantiali non ſit propriè contrarietas: eſt tamen oppoſitio priuatiua, quæ dici ſolet contrarietas.

Secundò reſpondetur, quòd quamuis inter ſubſtantias non ſit formalis contrarietas propriè dicta, eſt tamen radicalis.

B

TERTIA ASSERTIO.

Contra ſecundum modum explicandi.

INſtrumentum, vt poſſit attingere intrinſecè effectum vltimatum principalis agentis, exempli gratia, accidens ſubſtantiam, non eſt neceſſarium, vt habeat conſortium cum influxu principalis agentis, ſed poteſt eſſe totalis agens. Hæc concluſio eſt communis Scholaſticorum in 4. diſtinct. 12. Paludani q. 4. artic. 1. concluſ. 3. Argentinæ, & Maioris quæſt. 2. Albert. artic. 16. Caietani 1. part. quæſtio. 53. Ægidij theoremate 48. de euchariſtia, Zimaræ theorem. 14. 9. *Tertia aſſertio.* *Palud. Arg. Alb. Caiet. Ægid. Zim.*

C Oppoſitum tamen tenet ingenioſè ſatis, & probabiliter quidam recentior relatus in ſecunda opinione pro ſecundo modo explicandi. Sed probatur noſtra Aſſertio argumento ducto ex experientia, quod in prima concluſione fecimus contra opinionem Scoti, quam hic recentior etiam confutat; eſt autem hoc in generatione animalis, ſi ſemen non eſſet totale agens ſemper recurrendum eſſet ad cauſam primam, quæ duplicato concurſu recurreret altero vniuerſali, altero particulari ſupplente concurſum cauſæ ſecundæ, quia animal generans, vel eſt abſens, vel eſt corruptum, cùm ſit genitum; recurrere autem ad cauſam primam vt ſupplentem concurſum cauſæ ſecundæ, eſt abſurdum, quia diſpoſitio vniuerſi hoc non poſtulat. *Probatur 1. cõcl. ex experientia ſeminis.*

Sed reſpondent Recentiores, quòd diſpoſitio vniuerſi non poſtulat, vt totaliter effectus fiat à cauſa prima, vt volebat Scotus, non autem, quòd non D fiat partialiter à cauſa prima, ſimul cum partiali concurſu cauſæ inſtrumentariæ, ſicut patet de ferro candenti, quod ignit ſtuppam, & tamen non poteſt dici, quòd totaliter concurrat, quia non habet calorem, vt octo, concurrit igitur partialiter ſimul cum Deo ſupplente concurſum ignis, & etiam ex parte ipſiuſmet caloris, qui non eſt adæquatè ſufficiens. *Prima reſpõſio Scarij.*

Sed contrà, quia concurſus partialis cauſæ primæ in caſu dato, non ſolùm eſt vniuerſalis, ſed etiã particularis, prout ſubit vices cauſæ ſecundæ principalis, ſcilicet, formæ animalis. hoc autem dicimus eſſe abſurdum, vt ſemper recurratur ad cauſam primam, vt ſupplentem concurſum cauſæ ſecundæ, præſertim cùm cauſa ſecunda ſecundum iſtum Auctorem E ſit potens in actu primo, & tamen numquam poſſet exire in actum ſecundum, quia ferè ſemper animal generans, vel non eſt, vel eſt diſtans cùm ſit genitũ: hoc autem dicimus, nõ poſtulare diſpoſitionem vniuerſi, vt etiam experimur in aliis actionibus naturalibus, & præterea fruſtrà data eſſet hæc virtus animali; Ad exemplum verò de ferro candenti ſuprà in ſecunda aſſertione reſponſum eſt. *Impugnatur præreſpõſio.*

Secun

Secundò reſpondent aliqui ad eamdem experientiam, matrem concurrere ad generationem animalis, ſicut patet in generatione muli ex equa, & aſino; ſi enim tantùm concurreret aſinus, non generaretur mulus, ſed aſinus. Sed contrà, quia non poteſt concurrere mater totaliter, vt ſuprà in prima aſſertione probatum eſt, non enim fieret mulus, ſed equus. Si verò dicatur concurrere partialiter, nec adhuc ſoluitur argumentum; nam Deus ſemper diceretur ſupplere concurſum patris, quod ſuprà impugnatum eſt.

16. 2. Probatur hæc 3. cõcl.

Secundò probatur eadem Aſſertio, ex Scoto loco citato, ſi forma ſubſtantialis, tamquam principale agens poſſet habere partialem concurſum immediatum, circa ſuum effectum, non eſſet ratio, cur etiam non poſſet habere totalem circa eumdem, & ſic ſola ſine alio adiumento, & concurſu cauſæ inſtrumentariæ attingeret effectum: non enim poteſt aſſignari ratio, quare repugnet, non habere etiam illum concurſum partialem, quem communicat ſuæ virtuti inſtrumentariæ, quæ agit in virtute ſui met principalis. Et confirmatur, quia eſſe ipſius effectus non partialiter, ſed totaliter continetur in virtute cauſæ principalis, vt principalis eſt: ergo ſicut cauſa principalis concurrere poteſt partialiter, non eſt cur etiam non poſſit concurrere totaliter. Quare Peripatetici ſuprà citati, vel nullum in Ariſt. admittunt concurſum in cauſa principali, vel ſi admittunt, admittunt totalem, ſicut eſt totalis cauſa ſuarum paſſionum: inſtrumentum autem dicũt tantùm concurrere diſponendo, vel determinando, ita tenet Philoponus 2. Phyſ. tit. 27. & Scotus.

Reſponſio Suarij.

Sed ad hanc ſecundam probationem reſpondent Aduerſarij tripliciter, & ſubtiliter: primò aſſignando rationem, quare natura tribuerit cauſæ principali ſolum concurſum partialem, quia multoties (inquit) accidit cauſam principalem, vel eſſe abſentem, vel eſſe corruptam: in quo caſu poteſt concurrere inſtrumentum partialiter ſimul cum cauſa prima concurrente non ſolùm concurſu vniuerſali, ſed etiam particulari ſupplente concurſum cauſæ ſecundæ principalis. diſpoſitio enim vniuerſi requirit, vt Deus concurrat ſimul cum cauſa ſecunda ſaltem inſtrumentali. & confirmatur, quia ſi anima indiget inſtrumentaria actione potentiæ, quam habet inſeparabiliter ad producendum actum vitalem, quod concedit etiam Scotus in potentia nutritiua: multò magis, hoc dicendum eſt in aliis potentiis, quæ poſſunt eſſe ſeparabiles ad hoc, vt in abſentia cauſæ principalis produci poſſit effectus à Deo ſimul cum concurſu cauſæ inſtrumentalis. Sed huius reſponſionis ex dictis in prima Aſſertione patet impugnatio: ſicut enim diſpoſitio vniuerſi exigit, vt Deus nõ ſuppleat totalem concurſum cauſæ ſecundæ, ita etiam exigit, vt non ſemper ſuppleat concurſum partialem cauſæ ſecundæ principalis, ſicut contingeret in generatione animalis, quia alioquin fruſtrà data fuiſſet, à natura vis generãdi ipſi animali, ſi numquam in actu ſecundo poſſet concurrere, vel quia non eſſet, vel quia eſſet diſtans, ſed eius loco ſemper concurreret Deus.

Diſpoſitio vniuerſi exigit, vt Deus non ſuppleat totalem effectum cauſæ ſecundæ.

Impugnatur 1. reſpõſio eiuſdem Suarij.

Secundò, reſpondent, quia actio inſtrumenti habet proportionem, & coniunctionem cum virtute propria diſponendi ipſius inſtrumenti. Sed contrà, quia quamuis diſpoſitio præuia inſtrumenti, prærequiratur ad actionem qua attingitur effectus: tamen ſunt improportionatæ, quia vna eſt in ordine ſuperiori, quia eſt ſubſtantialis, altera in ordine inferiori.

Tertiò, reſpondent, quòd forma ſubſtantialis eſt

A indifferens, & determinatur per cõcurſum cauſæ inſtrumentariæ. Sed contrà, quia poteſt forma ſubſtantialis determinari per præuiam actionem inſtrumenti, exempli gratia, forma ignis per calefactionem, & intellectus agens per actum phantaſiandi ad productionem talis ſpeciei.

Impugnatur 3. reſpõſio eiuſdem.

17. 3. Probatur hæc 3. cõcl.

Tertiò probatur principaliter hæc eadem Aſſertio contra eumdem Auctorem, quia hic Auctor propter argumentum Scoti in prima opinione neceſſitatur, vt ipſe fatetur, ad ponendum hunc concurſum partialem in cauſa principali, vel in Deo, ſupplente hunc concurſum in defectum cauſæ principalis, quia (inquit) concurſus imperfectus inſtrumẽti, eleuatur à concurſu principalis agentis. Sed hæc ratio fundamentalis non videtur fortè euacuare ar-
B gumentum Scoti; nam inſtrumentum per hanc coniunctionem cum cauſa principali non recipit aliquã actiuitatem, ſeu eleuationem intrinſecè actiuam, ſed tantùm eſſe relatiuum, quod reſultat ad hanc coniunctionem cum concurſu ſui principalis; quod quidem eſſe relatiuum, non eſt actiuum. quare adhuc argumentum Scoti militaret, quòd, ſcilicet, ignis genitus, cùm non contineatur in virtute accidentis, nec partialiter, nec totaliter, quia quomodocumque ſumatur, eſt quid ſubſtantiale, non poſſit extrahi etiam partialiter à virtute ipſius accidentis, quia extraheretur per viam accidentalem. actio enim intrinſecè eſt exercitium, ſeu participatio ſui principij, vnde fluit: ſed via ad ſubſtantiam debet eſſe intrinſecè ſubſtantialis, quia eſt etiam participatio termini; non fit autem ſubſtantialis per coniunctionem
C cum concurſu principalis agentis, quia hæc coniunctio eſt quædam negatio, & ſe habet extrinſecè, & tantùm dat eſſe relatiuum. Quod autem dicit hic auctor locum habet, quando cauſæ eſſent partiales in eodem ordine, & ambę principales, quia tunc cùm vna per ſe ſola non eſt ſufficiens ad effectum, aſſociata cum alia eſt ſufficiens, non quia aliquid addatur priori cauſæ, ſed quia integratur in eodem ordine vnus concurſus immediatus totalis, & adæquatus effectui, quomodo autem in noſtra ſententia ſoluatur argumentum Scoti, infrà oſtendemus in hac eadem quæſtione.

Actio eſt participatio ſui principij, vnde fluit.

Instantiæ Suarij & aliorum.

Prima inſtãtia.

Sed contra hanc noſtram Aſſertionem dupliciter & acutè inſtatur, primò, ſi virtus accidentalis eſſet cauſa totalis effectus ſubſtantialis, ſequeretur
D eam eſſe cauſam principalem: ſed hoc eſt impoſſibile; ergo, &c. Maior eſt manifeſta, & eam ſupponimus in noſtra Aſſertione in qua dicimus eſſe cauſam inſtrumentalem. & probatur, quia virtus accidentalis eſt ignobilior effectu principali: ſi autem ignobilius poſſet eſſe cauſa principalis effectus nobilioris, profectò non poſſet concludi Deum eſſe perfectiorem, vel æquè perfectum, ac ſunt creaturæ; neque eſſet ratio, cur calor vt tria, non poſſet producere calorem, vt octo: & præterea non eſſet proprium cauſæ efficientis aſſimilare ſibi effectum, vel adæquatè, ſi eſt cauſa vniuoca, vel inadæquatè, ſi eſt cauſa ęquiuoca. In quo diſtinguitur à cauſa materiali, & formali, quæ quoniam non ſunt aſſimilatiuæ, poſſunt
E eſſe imperfectiores, tamquam cauſæ principales in ſuo genere ipſo compoſito, quod eſt effectus ipſarum. Sequela verò maioris propoſitionis, de qua eſt cõtrouerſia, probatur ab ipſis tripliciter; primò, quia ſi eſt cauſa totalis, non eſt cur etiam non ſit cauſa principalis. nam ideo calor ignis eſt cauſa principalis alterius caloris producti in aqua, quia immediatè ſe ſolo ſine alio adiumento, & concurſu ſubſtantiæ attingit productionem caloris, cùm tamen agat, vt virtus ignis, quia ſub quacumque formalitate cõcipiatur,

cipiatur, non poteſt præſcindere à ratione virtutis: A ergo à ſimili, ſi calor ſe ſolo immediatè ſine concurſu, & adiumento ſubſtantiæ attingeret productionẽ formæ ſubſtantialis, diceretur cauſa principalis, etiam ſi illam attingeret, vt virtus ignis.

Probatur ſecundò, quia ſi accidens poſſet producere ſubſtantiam, vt virtus ſubſtantiæ, in qua virtute nititur ratio inſtrumenti, poſſet eam producere etiã ſi non eſſet virtus ſubſtantiæ, quia accidens concurrit per intrinſecam entitatẽ ſuam: quare eodem modo concurreret, ſi nullam diceret relationem ad ſubſtantiam, ac modò concurrit cum hac relatione virtutis, quia hæc ratio virtutis nihil addit ſuper entitatem intrinſecam abſolutam qualitatis. At verò (inquiunt) ſi concurreret tantùm partialiter ſimul cum concurſu principalis agentis, iam concurſus inſtrumenti eleuaretur per concurſum ſuperioris ordinis ſuperadditum à cauſa principali. B

Tertiò probatur eadẽ ſequela illius maioris (quòd, ſcilicet, ſi accidẽs eſſet cauſa totalis, eſſet etiam principalis) quia in productione ranæ determinatæ, quæ generatur ex putrefactione, ſi diſpoſitiones, ex quibus producitur rana, concurrerent, vt cauſa totalis huius productionis, nulla poſſet aſſignari cauſa principalis ipſius productionis; non enim poſſet tribui alicui indiuiduo determinato ſpeciei ranæ, quia non eſſet maior ratio, cur tribuatur potiùs vni, quàm alteri, nec indiuiduo vago, ſeu indeterminato. nam effectus particularis determinatus, non poteſt produci à cauſa indeterminata, tamquam à cauſa principali, ſicut accidens indeterminatum non poteſt produci ab aliquo accidenti indeterminato. C Neque poteſt tribui talis productio toti ſpeciei ranarum, quia neque datur ſpecies in communi, & etiam ſi dari poſſet, non poſſet eſſe cauſa huius indiuidui determinati, quia illa eſſet indifferens ad omnia indiuidua: Quòd ſi diſpoſitiones, ex quibus producitur rana, non concurrerent actiuè, vt cauſa totalis, ſed vt cauſa partialis, determinans per ſuum concurſum, concurſum cauſæ primæ; tunc facilè aſſignari poſſet cauſa prima, tamquam cauſa principalis. Quod ſi dicatur illas diſpoſitiones poſſe dici cauſam inſtrumentariam cœli, etiam ſi totaliter concurrant, quia cœlum eſt productiuum illarum diſpoſitionum: contrà, etiamſi detur quòd cœlum ſit productiuum illarum D diſpoſitionum, & non temperies elementorum, adhuc cœlum non poſſet eſſe cauſa principalis, nec per ſe, quia non eſt animatum, nec vt motum ab intelligentia, vt dictum eſt ſuprà, quia intelligẽtia per motum non tribuit virtutem cœlo, ſed potiùs applicat virtutem, quam præſupponit in cœlo, diuerſis partibus mundi.

Intelligentia per motum non tribuit virtutẽ cœlo.

12. Reſpõſio ad primam inſtantiam.

Ad hanc primam inſtantiam reſpondetur, negando illam ſequelam maioris propoſitionis (quòd, ſcilicet, ſi virtus accidentalis eſſet cauſa totalis formæ ſubſtantialis, ſequeretur eſſe cauſam principalem.) Et ad primam probationem reſpondetur; negando, ex eo præciſè calorem dici cauſam principalem alterius caloris producti, quia immediatè ſe ſolo attingit productionem illius, ſed quia producit aſ- E ſimilando ſibi effectum. At verò quatenus attingit productionem formæ ſubſtantialis, non attingit tamquam aſſimilans illam ſibi, ſed tamquam aſſimilans illam ſubſtantiæ, cuius eſt virtus, & ideo peculiari quadam ratione, vt ſic, eſt virtus ſubſtantiæ, immò, vt dicemus infrà in hac quæſtione in reſponſione ad argumentum Scoti, potentia in calore ad calefaciendum, & potentia ad igniendum ſunt diſtinctæ ſecundum conceptum formalem, tum propter diuerſitatem ſpecificam terminorum, tum

Quare calor ſit cauſa principalis alterius caloris producti, & non ſubſtantia.

propter diuerſam ſpecie tendentiã ad ipſos terminos.

Ad ſecundam probationem reſpondetur, primò retorquendo argumentum contra ipſos. nam per concurſum cauſæ principalis nihil additur intrinſecè concurſui ſeu actioni accidentis: remanet enim adhuc concurſus accidentis in ordine inferiori accidentali, cùm tamen debeat eſſe ſubſtantialis, etiam ſi ſit partialis. Secundò reſpondetur directè, quòd tale accidens, puta calor, non poteſt præſcindere à virtute talis ſubſtantiæ, puta ignis, quia peripſamet ſuam entitatem eſt virtus, & per eamdem producit, vnde ſi per impoſſibile non eſſet virtus ſubſtantiæ, non eſſet talis entitas, & conſequenter non poſſet concurrere ad producendum: quomodo autẽ effectus perſubſtantialis, contineri poſſit in virtute accidentis, videbimus infrà in reſponſione ad argumentum Scoti.

Quare calor dicatur virtus ſubſtantia in productione ſubſtantiæ.

13. *A quo producitur ea, quæ fiunt ex putrefactione.*

Ad tertiam probationem eiuſdem ſequelæ de productione animalium ex putrefactione, reſpondetur, argumentum habere maiorem vim apud eos, qui tenent accidens, quod eſt in agente, & non accidens, quod eſt in ipſo paſſo, eſſe inſtrumentum: quia in illa opinione non poſſet aſſignari inſtrumentum determinatum in productione ranæ, quia non poteſt aſſignari virtus potiùs huius, quàm illius ranæ producentis. At verò ſi accidens, quod eſt in paſſo, vt in quarta Aſſertione dicetur, concurrit ad productionem ranæ, iam aſſignari poteſt inſtrumentum determinatum, quod actu concurrit ad productionem ipſius: cauſam autem principalem dico cum communi, eſſe ranam indeterminatè ſumptam. Nec hoc eſt abſurdum, vt aliquibus fortè videtur. nam cùm inſtatur, non poteſt cauſa indeterminata concurrere ad effectum determinatum in indiuiduo: Reſpondetur hoc eſſe verum, quãdo cauſa actu influit in effectum, non autem quando effectus tribuitur illi cauſæ, quia alia cauſa, quatenus eſt virtus ipſius influit totaliter in effectum. & ratio eſt, quia illud accidens habet eamdem entitatem & virtutẽ determinatam, ſiue ſit ab hac, ſiue ab illa cauſa. Quòd ſi dicas, quare ergo rana eſt cauſa principalis, cùm nec influat in effectum, nec producat illud accidens in paſſo, quod producit ranam? Reſpondetur, quòd illud accidens, quamuis ab alio producatur, puta à cœlo, tamen eſt proprietas ranæ, & non cœli, & intendit aſſimilare effectum ipſi ranæ, cuius eſt virtus propria. & hæc reſponſio valet etiamſi teneatur illud accidens numquam produci poſſe à rana: quòd ſi produci poteſt, multò magis valet. & quidem aliqui exiſtimant poſſe produci; tenent enim omnia animalia, quæ ob ſui imperfectionem generari poſſunt ex putri, habere alium modum connaturalem ſuæ generationis, vel ex ouo, vel ex mare, & fœmina. nam experientia docet, mures etiam ſi generentur ex putri, generari etiam ex mare, & fœmina; & culices, & cimices, quæ fiunt ex puri, generari etiam ex ouo. ergo, quid ſimile etiam colligere poſſumus in aliis, quæ fiunt ex putri, quamuis non ita clarè experiamur.

Cauſſa indeterminata quomodo poſſit effectũ determinatum producere.

Secundò inſtatur contra hanc concluſionem. Potentia vitalis, præcipuè cognoſcitiua, eſt inſtrumentum animæ, circa productionem actuum vitalium, quia actus vitalis eſt nobilior potentia; eſt enim expreſſa imago obiecti, ad quam ordinatur potentia, tamquam ad finem: & tamen potentia non eſt totale agens, ita vt ſe ſola ſine concurſu immediato animæ attingat actum vitalem. nam alioquin non poſſent ſaluari aliquæ experientiæ, ſi anima non concurreret partialiter. Prima eſt, cur homo intentus ſpeculationi, non videat quando ſpecies eſt recepta

Secunda inſtantia cõtra hãc tertiam cõcluſionem. *Actus vitalis eſt nobilior potẽtia. An ad actus vitales concurrat anima partialiter.*

cepta in oculo, cùm potentia viſiua non concurrat ad ſpeculationem, ſicut à pati ſiccitas non impeditur à ſua actione, quando calor agit, etiam ſi vehementer agat: quòd ſi anima partialiter concurrit, facilè reddi poteſt ratio, quia ipſamet anima eſt intenta ſpeculationi. Secundò non poſſet ſaluari alia experientia, cur ſcilicet voluntas ſequatur intellectum, ſi tam intellectus, quàm voluntas, tamquam potentiæ realiter diſtinctæ cócurrerent ad productionem ſuorum actuum, ſine concurſu immediato eiuſdem animæ: ſi autem anima concurrit, facilè aſſignatur huius rei ratio, quia voluntas determinata per actum intellectus, determinatur ad productionem volitionis. Si ergo hoc cócedi debet animæ in productione actuũ vitalium, non eſt, cur negetur aliis formis ſubſtantialibus. non enim animæ hoc conceditur propter vitalitatem, quia ſufficeret adhuc ipſa potentia, quæ eſt vitalis: conceditur igitur ex eo tantùm, quia potentia vitalis, cùm ſit inſtrumentum, non poteſt ſe ſola attingere effectum principalis agentis ſine immediato concurſu illius: ergo multò magis hoc concedendum eſt calori reſpectu ignis producentis, quia concurrit ad productionem ſubſtantiæ.

Reſpódetur ad 2. inſtantiam de productione actuum vitalium.

Reſpondetur ad hanc ſecundam inſtantiam: & primò aliqui reſpondent, animam non indigere potentia cognoſcitiua à ſe realiter diſtincta, ad productionem actuum vitalium, quia nó poteſt dari caſus, quòd potentia poſſit eſſe inſtrumentum ſeparatum, ſicut eſt ſemen reſpectu animalis, & calor aliquando reſpectu ignis. Sed ſupponamus tamquam communem opinionem, potentias eſſe realiter diſtinctas, & inſtrumentum actuum vitalium: hoc ſuppoſito, ſecundò reſpondeo negando animam concurrere concurſu immediato partialiter ad actus vitales: & ad experientiam reſpondetur, ideo hominem intentum ſpeculationi non videre, quia ſpiritus deſerunt potentiam viſiuam, & concurrunt ad phantaſiam, quando eſt vehemens ſpeculatio. Quòd ſi inſtetur, multitudinem ſpirituum impedire ſpeculationem, reſpondeo, quòd concurrit ſaltem tanta multitudo ſpirituum ad phantaſiam, vt deſtituatur potentia viſiua ab ea multitudine ſpirituum, quæ requiritur ad videndum.

Impugnatur reſponſio.

2. reſponſio verior.

Cur homo intentus ſpeculationi nõ videat.

Ad ſecundam experientiam reſpondeo ſufficere, vt anima informetur ipſa intellectione, & ipſa formaliter attingat obiectum, quamuis non eliciat immediatè, ad hoc, vt voluntas, quæ eſt potentia ipſius animæ, ſequatur intellectionem.

QVARTA ASSERTIO.

14.

Accidentia potius paſſi, quàm agentis concurrũt ad actionem.

ACcidentia, quæ ſunt in paſſo potiùs, quàm quæ ſunt in agente, concurrunt ad productionem ſubſtantiæ.

Probatur primò, quia ſunt eiuſdem rationis cum accidentibus, quæ ſunt in agente: ergo habent eamdem vim; quare cùm hæc intimiùs ſint applicata paſſo, potiùs actio ipſis eſt tribuenda, cùm non poſſint accidentia, quæ ſunt in agente, & quæ ſunt in paſſo ſimul concurrere, vt infrà oſtendetur.

Secundò, quia alioquin non poſſet ſaluari, vt dictum eſt ſuprà, quo modo productio ranæ ex putri tribuatur ranæ indeterminatæ, tamquam principali agenti, ſi accidens, quod eſt in agente, concurrit vt inſtrumentũ: nam non datur accidens in rana, tamquam in cauſa principali, quod ſit determinatum ad productionem alterius ranæ, quæ fit ex putri. At ſi accidens, quod eſt in paſſo concurrit, datur accidens determinatè concurrens, tribuitur autem ranæ

A indeterminatæ, tamquam cauſæ principali, quia illud accidens eſt virtus propria ranæ aſſimilatiua effectus ipſi ranæ. quod verò non obſtet cauſam principalem eſſe indeterminatum quando non influit actu in effectum, ſuprà oſtenſum eſt.

Tertiò probatur, quia aliquando in agente non eſt tanta virtus ſufficiens ad productionem formæ ſubſtantialis, exempli gratia, quando ignis ex aqua producit aërem, virtus productiua aëris eſt calor, & humiditas, quæ combinatio qualitatum ſolùm reperitur in aqua calefacta, tamquam in paſſo, & non in ipſo igne agente, in quo potiùs eſt oppoſita qualitas, ſcilicet, ſiccitas.

Sed hìc occurrit dubium, in aliquo caſu peculiari, cùm ſcilicet ignis producit ignem ex aqua, tunc 15.
B cùm tam in igne, quàm in paſſo (in quo præſupponitur introducta tota diſpoſitio ad ignem) ſit tota combinatio qualitatum, caloris, ſcilicet, & ſiccitatis eiuſdem rationis in vtroque, & agens ſit debitè approximatum ad producendum in inſtanti ignem; quænam eſt maior ratio, vt combinatio, quæ eſt in paſſo potiùs, quàm combinatio, quæ eſt in agente producat formam ignis?

Impugnatur 1. reſpóſio ad dubiũ propoſitum.

Reſpondent primò aliqui recétiores ad dubium, in illo caſu, quando debita combinatio accidentium eſt in vtroque, in agente ſcilicet, & in paſſo, tunc combinationem vtriuſque concurrere partialiter. Sed contrà, quia non eſt vnde impediatur concurſus totalis tam combinationis, quæ eſt in agére, quàm combinationis, quæ eſt in paſſo; quia combinatio
C vtriuſque ſupponitur ita debitè applicata paſſo, vt quælibet ſigillatim ſumpta, poſſit in inſtanti producere effectum, niſi fortè gratis dicatur Deum ita attemperare concurſum ſuum generalem, vt ſingulæ cauſæ minùs agerent, quàm agerent, ſi non eſſent coniunctæ. ſicut enim poteſt ſuſpendere concurſum ſuum generalem, ita poteſt attemperare. Præterea hæc reſponſio repugnat definitioni panis ex vi conuerſionis in corpus Chriſti, vt mox dicam.

Vide in fine ſequétis reſponſionis.

Impugnatur 2. reſpóſio de totali concurſu vtriuſque cõbinationis.

Secundò reſpondent alij, in hoc caſu propter argumentum factum, combinationem in agente, & combinationem in paſſo, concurrere totaliter in eodem inſtanti, quia non eſt, vnde impediantur à totali concurſu, ſupponunt autem effectum poſſe dependere à duabus cauſis totalibus.

An effectus poſſit dependere à duabus cauſis totalibus ſimul vt unitis.

D Sed hæc reſponſio petit illam quæſtionem. An repugnet effectum poſſe dependere ſimul à duabus cauſis totalibus, quæ non eſt propria huius loci; breuiter tamen, quantùm pertinet ad noſtrum inſtitutum, confutari poſſet reſponſio, & quidem quicquid ſit, an effectus poſſit dependere in conſeruari à duabus cauſis totalibus, profectò in fieri videtur repugnantia, quia ex Caietano in fieri, neceſſariò effectus dicit indigentiam concurſus ſuæ cauſæ, qui à concurſu ipſius dependet in illo inſtanti in ſuo eſſe, quod non eſſet idem in conſeruati, quia cauſæ conſeruantes iam agerent actum. Sed quicquid ſit de hoc, ſaltem in ipſo fieri effectus dicit indigentiam: ſed indigentia totaliter eſt expleta per concurſum
E vnius cauſæ, ſcilicet accidentis, quod eſt in agente, quia ab illo ſupponitur effectus accipere ſuum eſſe. ergo non poteſt dicere dependentiam in fieri ab alia cauſa, ſcilicet, ab accidentibus, quæ ſunt in paſſo. & quia ratione dependentiæ dicebat ordinem ad cauſam, ſi ſupponitur ſublata indigentia, ſupponitur etiam ſublata dependentia, & conſequenter omnis ordo ad cauſam. Et rurſus per ſe indigentia effectus eſt totaliter expleta ab accidentibus, quæ ſunt in paſſo: ergo non poteſt in fieri dicere dependentiam ab accidentibus, quæ ſunt in agente; ergo ſequitur repugnantia,

Probatur hác dependentiam repugnare ſupernaturaliter.

pugnantia, quòd ſcilicet in illo fieri dependeat, & non dependeat à ſua cauſa. ſupponimus enim ex dictis vtramque cauſam ſimul cõcurrere ad effectum, quia eſt debitè applicata, & ſufficiens ad producendam diuiſim ſumpta totum effectum in inſtanti. Sed quidquid ſit de repugnantia ſecundum potentiam ſupernaturalem, ſaltem repugnat ſecundum potentiam naturalem, vt ſupponitur ex communi opinione Philoſophorum, & Theologorum, Ariſtotelis 5. met. cap. 2. & Scoti in 3. diſt. 1. quæſt. 2. & in 2. diſt. 20. quæſt. 2. S. Thomæ in 1. part. quæſt. 52. art. 3. & in 3. part. quæſt. 82. artic. 2. & Caietani 3. part. quæſt. 67. artic. 6. & communiter recentiores. & probant, tum quia fruſtra in natura daretur concurſus alterius cauſæ totalis; tum quia argumentando Theologicè non poſſet commodè ſaluari, quomodo deſinat eſſe panis, ex vi tranſſubſtantiationis in corpus Chriſti. non enim alio modo deſinit, niſi quia panis non poteſt ſuſtentare ampliùs accidentia, à quibus dependet: non poteſt autem ſuſtentare, quia totaliter Deus, & corpus Chriſti ſupplent concurſum panis. Quòd ſi effectus poſſet naturaliter dependere à duabus cauſis totalibus, non ſequeretur panem neceſſariò deſinere, quia poſſet etiam totaliter concurrere ſimul cum corpore Chriſti.

Probatur hàc dependentiam à duabus cauſis naturalibus ſaltem repugnare. Ariſt. Scot. S. Thom. Caiet.

Quomodo deſinat panis ex vi cõuerſionis in corpus Chriſti.

Impugnatur tertia reſponſio ad dubium.

Tertiò alij reſpondent, quòd in illo caſu effectus tantùm produceretur à qualitate, quæ eſt in paſſo, quia qualitas, quæ eſt in paſſo, eſt magis intima ipſi paſſo, ex quo educi debet forma ſubſtantialis, quàm ſit qualitas, quæ eſt in agente. Sed cõtrà, quia quamuis hæc reſponſio habeat quamdam congruentiam reſpectu Dei determinantis concurſum, vt infrà dicetur, non tamen probat intentum ipſorum. qualitatem, ſcilicet quæ eſt in paſſo, ex natura ſua habere maiorem virtutem, quàm habeat qualitas, quæ eſt in agente, quia quamuis qualitas, quæ eſt in paſſo, ſit magis intima: tamen qualitas, quæ eſt in agente, eſt ita debitè applicata, vt poſſit etiam agere in inſtanti, aſſignandum ergo eſſet, vnde impediatur, ne agat.

4. & verior reſponſio.

Quare reſpondendum mihi videtur, quòd, quia in dubio propoſito non poteſt qualitas, quæ eſt in vtroque, in agente, ſcilicet & paſſo ſimul agere, vt probatum eſt, cùm vtraque ſit debitè applicata, debet à Deo, tamquam ab inſtituente naturam determinari: congruentiùs autem à Deo determinatum eſt, vt qualitas, quæ eſt tantùm in paſſo totaliter concurrat, non autem, quæ eſt in agente, tum quia eſt intimior paſſo, ex quo educi debet forma ſubſtantialis, tum quia qualitas, quæ eſt in agente, non ſemper poteſt concurrere, vt probatum eſt: quòd ſi in caſu propoſito poteſt concurrere, hoc potiùs ſe habet quantùm ad hoc per accidens. Neque eſt nouum in aliquo caſu recurrere ad Deum tamquam inſtituentem naturam, quando deficiunt vires naturæ, exempli gratia, ſi lamina ferrea cadat ſuper vitream æquè planam, à Deo determinatur in quot, & quas partes diuidi debeat lamina vitrea, quia diuidi in omnem ſui partem eſt impoſſibile. Præterea aſſignatur alius caſus naturalis, & ordinarius in opinione illorum, qui tenent gradus homogeneos. iſti enim tenentur dicere, quòd à Deo determinatur, qui gradus corrumpi debeat. non enim eſt maior ratio cur corrumpatur qui primò fuit introductus, & non potiùs qui ſecundò, cùm omnes ſint eiuſdem perfectionis, & agens æquè applicatum.

Qualitas quæ eſt in paſſo totaliter ad effectũ concurrit, & cur.

In quib. caſibus recurritur ad Deũ ſupplentem defectum naturæ.

A *Quinta concluſio contra Scotum, & Ocham, & alios recentiores.*

SVbſtantia corporea non producit aliam ſibi ſimilem, per ſubſtantialem aliquam virtutem ſibi omninò identificatam. 15.

Hæc concluſio ex dictis facilè colligitur, & eſt communis Doctorum quos citauimus pro prima & tertia concluſione. Eſt contra Scotum in 1. diſt. 37. & in 2. diſt. 17. & in 4. diſt. 12. quæſt. 3. Ocham 2. q. 23. Durand. in 1. diſt. 2. q. 2. & contra Alexandrum apud S. Thomam de ſenſu, & ſenſili cap. de ſapore, & alios eximios recentiores.

Impugnatur ratio, quæ affertur ab aliis ad probandam hanc quintã concluſionem.

Hanc concluſionem probant aliqui, quia ſi ſubſtantia corporea eſſet productiua alterius ſubſtantiæ B per virtutem ſibi identificatam, ſequeretur, quòd eſſet eſſentialiter productiua, ſicut eſt Deus. hoc autem eſt abſurdum concedere in ſubſtantia creata, præſertim ſi ſit corporea. Sed hæc probatio impugnatur, tum, quia aliqui exiſtimant hoc non eſſe abſurdum, quia accidens (inquiunt) eſt eſſentialiter productiuum alterius accidentis ſibi ſimilis, tũ quia, quod verius exiſtimo, & magis commune, negari facilè poteſt virtutem illam identificatam cum ſubſtantia creata eſſe ſubſtantialem, & eſſentialem, ſed potiùs eſſe ſecundum realitatem ſubſtantialem, ſecundum verò conceptum ſuum formalem eſſe accidentalem, quia concipitur, cùm fundamento in re aduenire ſubſtantiæ completæ in ſuo eſſe, & concipitur fluere, tamquam conſequens connaturaliter C adeſſe. & idem exiſtimo de accidente, quod quatenus eſt eſſentialiter affectio ſubſtantiæ, ponitur ab Ariſtotele in prima ſpecie qualitatis: quatenus verò eſt potens operari, ponitur in tertia ſpecie. Quod ſi dicas, ratio ſubſtantiæ completæ non ſolùm conſiſtit in hoc quòd ſit completa in ratione ſubſiſtentiæ, ſed etiam in ratione operandi; quia operatio eſt finis quò: Reſpondetur, quòd ſufficit illam concipi tamquam exigitiuam potentiarũ, quare non ipſa virtus, ſed potiùs radix huius virtutis eſt de conceptu ſubſtantiæ, imò neque hæc radix videtur de conceptu, vt quid relatiuum eſt, ſed vt quid abſolutum, ad quod concipitur conſequi ratio relatiui.

Verior probatio huius 5. concluſionis.

Quare hæc concluſio mihi videtur probanda ex his, quæ diximus in prima, & ſecunda concluſione. D Si enim accidens realiter diſtinctum à ſubſtantia, immò accidens, quod eſt in paſſo (vt dictum eſt in quarta concluſione) concurrit non ſolùm partialiter, ſed etiam totaliter in productione ſubſtantiæ, tamquam inſtrumentum ſubſtantiæ, cuius eſt virtus; ſequitur euidenter, quòd ſubſtantia non concurrit immediatè immediatione ſuppoſiti ad productionem alterius ſubſtantiæ ſibi ſimilis per potentiam ſibi identificatam. Quòd autem accidens realiter diſtinctum à ſubſtantia, totaliter concurrat ad productionem ſubſtantiæ, probauimus tum in prima, tum in tertia concluſione experientia ſeminis deciſi ab animali, & ibidem ſoluimus inſtantias allatas contra hanc experientiam; quare non opus eſt in probanda hac concluſione ampliùs immorari, ſo- E lùm ſoluendæ ſunt aliquæ inſtantiæ Scoti, & aliorum contra illam.

Prima inſtãtia Scoti contra hanc concluſionem.

Sed contra hanc quintam concluſionem inſtatur multipliciter; primò inſtat Scotus, & eſt fundamentum ſuæ opinionis; vel hæc virtus productiua identificata cum ſubſtantia repugnat ratione perfectionis, vel ratione imperfectionis. Non primum, quia datur in Deo; neque ſecundum, quia datur in accidente, quod producit ſibi ſimile. Confirmatur hæc ratio Scoti, primò, quia de facto formæ ſubſtantia- 16.

Cõfirmatur ratio Scoti 1.

les ha

les habent virtutem ſubſtantialem ſibi identificatam, per quam immediatè producunt ſibi ſuas qualitates ſimiles, refractas à contrario agente, vt patet de aqua reducente ſe, remoto contrario ad priſtinam frigiditatem. Non poteſt autem forma elementaris producere ſibi huiuſmodi qualitates per aliam virtutem accidentalem realiter ab ipſa forma diſtinctam, quia vel hæc alia qualitas haberet contrarium; & ſic poſſet ſibi forma elementaris, illam ſibi reproducere, remoto contrario: & tunc, vel per aliam qualitatem, vel per ſe ipſam, ſi per ſe ipſam, habetur intentum: ſi per aliam, iterum quæro de illa, & ſic in infinitum. Quòd ſi dicatur, illam qualitatem non habere contrarium, à quo corrumpatur, ſed eſſe qualitatem occultam, quæ remanente ſubſtantia, & corrumpitur ipſa corrupta, hoc eſſet contra philoſophos, qui non agnoſcunt in aqua aliam qualitatem præter frigiditatem, & humiditatẽ. Quòd ſi dicatur, frigiditatẽ in aqua potiùs reſultare, quando reproducitur: Contrà, quia hoc gratis diceretur. eſt enim frigiditas terminus realiter diſtinctus; nec eſt alia actio præcedens, ad quam dicatur reſultare.

2\. Cõfirmatur eadẽ ratio Scoti. *Natura debet eſſe ſaltē mediatū principium motus phyſici.*

Secundò confirmatur, quia forma ſubſtantialis per virtutem ſibi intrinſecam, & identificatam producit ſibi potentias, & proprietates, quia natura debet eſſe ſaltem mediatum principium motus phyſici: non poteſt autem eſſe hoc modo principium, niſi ſit immediatum principium potentiæ, per quam producitur motus phyſicus, exempli gratia calefactio: nec poteſt dici, quod eſt natura vt principium receptiuum motus phyſici, quia tunc non diſtingueretur à materia.

3\. Cõfirmatur.

Tertiò confirmatur, quia anima eſt principium immediatum actuum vitaliũ. Ex his igitur, quæ dicta ſunt deducitur pro Scoto, quòd ſi conceditur ſubſtantiam eſſe principium immediatum aliquorum accidentium, non eſt ratio cur etiam concedi non debeat eamdem poſſe eſſe principium immediatum alterius ſubſtantiæ. hoc enim non repugnat, nec ex parte formæ productæ, quia ſit in ſubiecto, nec ex parte producentis, quia producit ſibi ſimile.

Reſpõſio ad primam inſtantiã cum ſuis confirmationib.

Reſpondetur, repugnare ſubſtantiam habere potentiam ſibi omninò identificatam ad producendam immediatè aliam ſubſtantiam ſibi ſimilem, non ex alio capite, niſi quia fruſtrà daretur in natura, vt iam fusè probauimus in tertia concluſione, in forma viuentis experientia ſeminis, & idem etiam dicendum eſt, de aliis accidentibus aliarum ſubſtantiarùm, ſi ſemel concedatur hanc virtutem poſſe eſſe in accidente ſeminis tamquam inſtrumento ſubſtantiæ. Conceditur autem accidenti hæc virtus, non quia eſt perfectius ſubſtantia, ſed quia ob ſui imperfectionem eſt ſemper coniunctum cum paſſo, & agit tamquam virtus ſubſtantiæ, Deo autem competit ob ſummam perfectionem, quia nec poteſt corrumpi, vt ſubſtantia corporea, nec etiam poteſt eſſe abſens ab effectu, quem producit, & per hoc patet reſponſio ad inſtantiam Scoti.

Cur accidẽti concedatur, quod ſubſtãtia non conceditur.

Ad omnes confirmationes, quidquid ſit de his, quæ in illis aſſumuntur, dicimus in omnibus illis caſibus eſſe diſparem rationem. Nam ſubſtantia reſpectu accidentium, quæ producit in ſe, habet virtutem intrinſecam, & immediatam: quare hæc virtus non eſt fruſtrà, quia ſubſtantia neceſſariò ſemper eſt coniuncta cum effectu, quem producit in ſe: cùm verò producit aliam ſubſtantiam, ferè ſemper, vel non eſt, vel eſt abſens: quòd ſi aliquando eſt coniuncta cum effectu, potiùs eſt per accidens.

17\.
2\. Inſtantia

Secundò inſtatur: ſemper effectus fit ab aliqua cauſa principali immediata: ſed ſubſtantia reſpectu productionis alterius ſubſtantiæ ſibi ſimilis, eſt ſola cauſa principalis; ergo debet eſſe immediata, ſaltem per virtutem ſibi omninò identificatam. Minor eſt ab omnibus conceſſa: maior probatur; nam vel cauſa mediata eſt, quia immediatè attingit productionem alterius cauſæ, quæ poſtea immediatè attingit productionem effectus, ſicut auus eſt cauſa nepotis, & in hoc caſu certum eſt, quòd auus non eſt cauſa principalis, vtens filio tamquam inſtrumẽto ad productionem nepotis, ſed nepos habet cauſam immediatam principalem, ſcilicet ſuum patrem, à quo producitur. Vel ſecundò eſt cauſa mediata, quia immediatè conſeruat rem, quæ poſtea immediatè producit aliam, ſicut ignis poteſt dici cauſa mediata caloris producti in ligno, quatenus ſuſtentat, & conſeruat calorem in ſe, quia poſtea immediatè producit calorem in ligno: & in hoc caſu calor productus habet cauſam immediatam principalem, ſcilicet calorem producentem.

cõtra 3. cõcluſ. *Effectus ſemper fit ab aliqua cauſſa principali immediata.*

18\.

Reſpõſio ad 2. inſtantiã.

Reſpondetur, dari tertium genus cauſæ principalis, quæ mediatè concurrit, cùm ſcilicet accidens, quod eſt virtus ſubſtantiæ, producit aliam ſubſtantiam, aſſimilando illam non ſibi, ſed ſubſtantiæ, cuius illud accidens eſt virtus.

Quòd ſi contra hanc reſponſionem inſtetur primò, quia ſequeretur, quòd ignis eſſet cauſa principalis caloris producti in ligno, quia calor ignis producens calorem in ligno, producit vt virtus ignis.

Secundò, etiam ſi accidens, putà calor, non eſſet virtus ignis, adhuc produceret ignem, quia producit per entitatem ſuam abſolutam, quæ adhuc remaneret etiam ſi præſcinderetur ratio relatiua virtutis: ergo ignis producens non poteſt dici cauſa principalis ignis producti, cùm calor non producit, vt virtus ignis.

Ad has, & ſimiles inſtantias patet reſponſio ex tertia concluſione, vbi explicuimus, in quo conſiſtat ratio virtutis; & quare calor in productione alterius caloris non concurrat, vt virtus ſubſtantiæ.

Sed contra aduerſarios poſſemus retorquere argumentum: nam ſi ſubſtantia per virtutem ſibi identificatam producit aliam ſubſtantiam ſibi ſimilem, & hæc virtus per aduerſarios ſecundum conceptum ſuum formalem eſt accidentalis, quomodo poteſt attingi per hanc potentiam effectus ſubſtãtialis? Quòd ſi dicatur, quòd hæc virtus eſt realiter ſubſtantialis, quia eſt identificata cum ſubſtantia: Contrà, quia hoc non ſoluit argumentum. nam effectus productus eſt omninò ſubſtantialis, etiam ſecundum ſuum conceptum formalem: ergo & virtus producens debet eſſe eodem modo ſubſtantialis. Quòd ſi admittatur virtutem poſſe eſſe ignobiliorem effectu, non eſt, cur etiam nobis tribuatur tamquam abſurdum, cùm dicimus accidens in virtute ſubſtantiæ producere poſſe nobilius ſe.

Reſponſio ad argumenta primæ opinionis.

RESpondimus huc vſque in ſuis propriis locis ad argumenta, quæ ſunt peculiariter contra ſingulas concluſiones: nunc reſpondendum eſt ad argumentum Scoti, allatum in prima opinione, quod eſt contra omnes concluſiones noſtras, quo Scotus conatur probare, accidens non poſſe, vt inſtrumentum ſubſtantiæ, attingere intrinſecè ſubſtantiam, quia ſubſtantia non poteſt contineri in virtute accidentis.

Ad quod argumentum variæ ſunt reſponſiones. Omiſſis igitur illis reſponſionibus, quas ſuprà proponendo argumentum Scoti retulimus, & impugnauimus;

Digitized by Google

gnauimus: prima reſponſio eſt aliquorum Thomiſtarum aſſerentium cauſam inſtrumentalem (putà calorem) habere proportionē cum vltimato effectu principalis agentis, ſcilicet forma ſubſtantiali ignis geniti, in modo eſſendi, quia tam forma ignis, quàm calor habet modum eſſendi in ſubiecto. poteſt ergo cauſa inſtrumentaria habere modum operandi proportionatum ipſi effectui vltimato principalis agentis. Sed hæc reſponſio facilè impugnatur, quia etiam ſi cauſa inſtrumentaria, putà calor, & forma ignis conueniant in modo eſſendi in ſubiecto; tamen hic modus eſſet genericus, differrent autē adhuc in modo eſſendi ſpecifico, quia forma ignis eſt nobilior, & in ordine ſubſtātiali, quare deberet attingi per viam ſubſtantialem; quod per argumentum Scoti probatur repugnare. Si quid autem hæc reſponſio concluderet, ſolùm concluderet, accidens poſſe intrinſecè attingere vnionem formæ ignis cum ſubiecto, non autem ipſam formam. Sed neque hoc probat, tum quia modus eſſendi accidentis in ſubiecto non eſt idem cum modo eſſendi formæ ignis in ſubiecto, vt dictum eſt ſuprà: nam alioquin conuenirent in eſſe generico, vel quaſi generico accidentis. ſed dicitur forma ignis habere modum eſſendi in ſubiecto, quatenus propter imperfectionem ſuæ ſubſiſtentiæ dependet à ſubiecto, præſertim cùm ſubiectum ſecundum Scotum habeat ſubſiſtentiam perfectam in ratione ſubſiſtendi independenter, ſcilicet à forma quo ad eſſe quamuis imperfectum in ratione componendi, ſeu conſtituendi compoſitum, tum quia non poteſt forma dependens à ſubiecto alia actione vniri, & alia effici, quia efficeretur in priori natura extra ſubiectum.

Reſpōſio Caietani prima. Secundò reſpondet Caietanus in ſua opinione, formam ignis non attingi intrinſecè à calore, ſed tātùm extrinſecè, quatenus ſine noua actione reſultat ad præuiam actionem accidentis, ſicut reſultant indiuiſibilia in quantitate, & motu, & ſicut reſultat figura ad motum localem artificioſum. Sed hæc reſponſio dupliciter impugnatur; *Impugnatur 1. reſp. Caiet.* primò quidem impugnari facilè poteſt ex his quæ diximus contra Caietanum in ſecunda concluſione, quia falſum ſupponit, terminum ſubſtantialem non fieri per nouam actionem, ſed per reſultantiam, ſicut fiunt indiuiſibilia, & figura. nam terminus ſubſtantialis non immediatè terminat præcedentem actionem inſtrumenti, exempli gratia calefactionem: ſed eſt terminus extrinſecus illius, intrinſecus autem eſt calor. at verò indiuiſibilia, & figura immediatè terminant, vel immediatè conſequuntur negationem, quatenus terminata non vlterius protenduntur. Adde quòd indiuiſibilia, vt mutata eſſe, & puncta, ſunt imperfectiora terminatis, & non per ſe primò intenduntur à natura. Et confirmari poteſt ex Ariſt. locis citatis, in quibus expreſsè habet, præſertim in 5. phyſ. motum ad ſubſtantiam eſſe diſtinctum ab alteratione, qui eſt motus ad qualitatem.

Impugnatur 2. Secundò impugnatur hæc reſponſio ad hominem; nam Caiet. 1. part. q. 45. art. 5. tenet aliquando ad effectum principalem, non prærequiri actionem præuiam inſtrumenti diſpoſitiuam, diſtinctam ab actionē inſtrumenti, qua intrinſecè attingitur effectus principalis agentis, quod tunc eſt, quando actio non eſt inter contraria, & in hoc caſu currit argumentum Scoti contra Caietanum, quia effectus non fieret per reſultantiam, ſed per realem actionem inſtrumenti.

18. AD argumentum igitur Scoti mihi videtur cum communi reſpondendum, quòd non repugnat effectum ſubſtantialem contineri in virtute acciden-

A tis, tamquam vt quò, in ſubſtantia autem tamquam in cauſa principali, vt quod: fateor autem hanc reſponſionem indigere explicatione; ſic autem mihi videtur poſſe explicari.

Explicatauctor prim. notabile. Et pro explicatione notandum eſt primò, quòd in entitate accidentis duplex eſt potentia: prima, qua entitas accidentis tamquam principalis agens producit aliud accidens, tamquam præuiam diſpoſitionem ad terminum vltimatum. & hæc prima potentia diſtinguitur ab ipſa entitate accidentali, ſecundū Ariſtotelem in prædicamento qualitatis. *Duplex eſt potentia in accidente.* Nam calor quatenus dicit ordinem ad eſſe, ponitur in prima ſpecie qualitatis: potentia verò, quæ dicit ordinem ad operari, quod eſt poſteriùs eſſe, ponitur in tertia ſpecie qualitatis. Secunda potentia eſt illa, qua in-
B trinſecè attingitur ipſe terminus vltimatus, qui eſt forma ignis: & hæc ſecunda diſtinguitur à priori, tum ex diuerſo termino, tum ex diuerſo modo tendentiæ ad diuerſum terminum, quia hæc ſecunda eſt per viam ſubſtantialem ad terminum ſubſtantialem; non autem diſputo, an hæc diſtinctio ſit à parte rei, vel ratione ratiocinata.

2. Notab. Secundò notandum, quòd hæc ſecunda potentia potiùs eſt potentia ipſius ſubſtantiæ, quàm ipſius entitatis accidentalis. non enim agit, vt eſt virtus accidentis, ſed vt virtus inſtrumentaria ſubſtantiæ: accidens autem potiùs ſe habet, vt ſubiectum huius ſecundæ potentiæ; vt ſi diceremus, quòd ipſa ſubſtantia ignis non ageret medio calore, ſed ſe ipſa: tunc enim etiam in ipſa ſubſtantia ignis, quia finita eſt,
C conciperetur potētia, per quam ageret, diſtincta ſaltem ratione ratiocinata ab ipſa ſubſtantia; & quidem haberet conceptum accidentis, quia ipſa potentia eſt in ordine ad operari, quod eſt poſterius eſſe: quare præintelligitur ſubſtantia quoad ſuum eſſe abſolutum completa, & in poſteriori natura fluere ab illo eſſe abſoluto potentia ad operandum. Quòd ſi quæras, quare hæc ſecunda potentia, quæ eſt virtus ipſius ſubſtantiæ, & non ipſius accidentis, potiùs ſit in accidente, quàm in ſubſtantia; reſpondetur, connaturaliùs, & congruentiùs factum eſſe à natura, vt ſit in accidente. Nam cùm non poſſit produci terminus ſubſtantialis ſine præuia operatione, propria ipſius accidentis, tamquam neceſſaria diſpoſitione (contingit autem multoties formam ſubſtantialem
D vel diſtare, vel non eſſe, vt accidit in ſemine) propterea valdè connaturale fuit, vt hæc ſecunda potentia, quæ eſt virtus inſtrumentaria ſubſtātiæ, ſubijceretur potiùs in accidente, exempli gratia, in calore qui eſt in paſſo, quàm in ipſa ſubſtantia ignis. Hoc ſecūdum notabile colligitur ex doctrina Caietani in 1. part. q. 45. art. 5. vbi diſtinguit priorem potentiam à ſecunda, & dicit, quòd prior potentia dicitur inſtrumentum ſubſtantiæ impropriè, quatenus ſubſtantia eſt tantùm vtens. nam accidens, vt calor, ex propria virtute habet propriam operationem calefaciendi: at verò poſterior potentia eſt propriè inſtrumentum ſubſtantiæ, quatenus ſubſtantia non ſolum eſt vtens, ſed etiam eleuans.

E *Ex ſuppoſitis colligitur reſpōſio in forma ad arg. Scoti.* His notatis ad argumentum Scoti, reſpondetur in forma; effectum vltimatum, verbi gratia ignem, cōtineri in virtute principalis agentis, vt quod, vt quò verò in poſteriori potentia, quæ eſt in ordine ad ignitionem, quam diximus eſſe in accidente, ſcilicet, in calore, non tamen eſſe potentiam caloris, ſicut eſt prior potentia ad calefaciendum, ſed eſſe potentiam ipſius ignis. *Probatur 1. effectum nobiliorem poſſe cōtineri in cauſa ignobiliori, vt quo.* Nec eſt abſurdum, vt effectus nobilior contineatur in cauſa nobiliori, vt quo, quod probatur; primò ſi conciperemus ſubſtantiam ignis non agere medio calore, ſed ſeipſa per ſuam potentiam intrinſecam,

intrinſecam ; in hoc caſu non eſſet dubium , etiam concedentibus ipſis aduerſariis, poſſe ſubſtantiam producere formam ignis, quia non poſſet alio modo producere. Nam in creaturis potentia ad operari, neceſſariò eſt accidens, quia eſt poſterior eſſentia, quæ eſt in ordine ad eſſe. Quòd ſi dicatur illam potentiam eſſe identificatam cum ſubſtantia : Contrà, vt ſuprà dictum eſt , quia etiamſi hoc admittatur, non tamen negari poteſt, nec negatur ab ipſis aduerſariis, quòd ſecundum ſuum conceptum formalem illa potentia ſit accidentalis , & per illam, vt ſic, formaliter agit ſubſtantia,& tamen effectus productus , ſcilicet ignis,excedit potentiam , quia effectus ſecundum conceptum ſuum formalem eſt ſubſtan-

Probatur 2. idem. tialis. Secundò probatur,quia ideo effectus nobilior non poteſt contineri in cauſa ignobiliori effectiua, B quia cauſa principalis,effectiua, ex natura ſua eſt aſſimilatiua effectus ſui,vel ergo aſſimilat vniuocè, & ſic debet eſſe æquè nobilis,ac effectus : vel aſſimilat Exemplũ de materia,quæ in virtute continet formam materialem nobiliorem. analogicè,& ſic debet eſſe nobilior. At verò cauſa,vt quò,ſicut eſt accidens , non aſſimilat effectum productum ſibi,ſed cauſæ principali, & ideò poteſt cõtinere effectum nobiliorem ſe,vt quò , ſicut materia eſt ignobilior forma materiali , & tamen in ſua virtute continet formam materialem , cùm talis forma depẽdeat quoad eſſe à materia.& ratio eſt, quia materia non eſt aſſimilatiua,ſicut eſt cauſa efficiens , ſic etiam materia, & forma ſunt cauſa compoſiti,& tamen compoſitum eſt nobilius ſuis cauſis diuiſim ſumptis,in quibus tamen cauſis,vt ſic diuiſis , continetur aliquo modo in virtute ipſum compoſitum tamquam effectus, non quidem effectiuè,ſed potiùs

3. Probatur idem. in virtute quodammodo materiali. Tertiò continere in aliquo,vt quò,dicit potiùs viam , ſeu modum ipſius principalis agentis , ſiue per modum permanentis,ſiue per modũ tranſeuntis : via autem , ſiue modus eſt imperfectior termino,exempli gratia , in naturalibus,actio , qua ignis producit ignem, quamuis terminatiuè,& reductiuè dici poſſit ſubſtantialis, tamen ſecundum conceptum ſuum, vt ſupponimus ex Philoſophia, & ex ipſa aduerſariorum ſententia, ſecundum ſuum conceptum formalem habet rationem accidentis : & tamen per hanc actionem attingitur terminus,qui ſecundum ſuum conceptum formalem eſt ſubſtantialis , & in artificialibus ex motu locali directo per ideam artificis reſultat figura,quæ eſt nobilior ipſo motu , quæ tamen ſuo modo continebatur in virtute motus localis ; quicquid ſit , an figura fiat per nouam actionem, an per reſultãtiam. ſufficit enim noſtro propoſito, quòd figura ſuo modo contineatur in virtute motus localis,vt quò,contendimus enim hoc, & aliis exemplis allatis tantùm probare , quòd continens in virtute poſſit eſſe aliquando ignobilius contento,cauſa autẽ inſtrumentaria,vt quò , de qua eſt præſens ſermo , cùm ſit , vt probatum eſt,potentia principalis agentis, poteſt dici quidam motus per modum permanentis ipſius principalis agentis. Eſt enim à natura ordinatum , vt talis potentia fluat à cauſa principali,& quamuis producatur ab alio agente, producitur tamquam potentia ipſius cauſæ principalis , & vt motus quidam per modum permanentis , & vt quædam via , mediante qua ipſa cauſa principalis vlterius tendit ad ſuum effectum vltimatum.

4.Probatio. Quartò alij probant , quòd cauſa inſtrumentaria eſt eleuata ad ſuperiorem ordinem ab ipſa natura, ſeu cauſa principali,ex Caietano prim.parte , quæſt. 45. artic. 5. ſed hæc eleuatio non poteſt alio modo explicari , & intelligi quàm eo modo , quo à nobis ſuprà explicata eſt,quòd ſcilicet ſit ipſa entitas abſo- A luta inſtrumenti , vt connaturalis virtus principalis agentis. Et cùm inſtatur ab aduerſariis, effectus extrahitur à cauſa , ergo debet contineri in ipſa cauſa; non autem poteſt effectus nobilior contineri in cauſa ignobiliori , à qua poſtea extrahatur : Reſpondetur , quòd effectus extrahitur potiùs à cauſa principali, vt quòd , mediante inſtrumento, vt quò, vnde actio inſtrumenti non eſt communicatio ſui eſſe,ſed potiùs ipſius eſſe principalis agentis, cui eſt aſſimilatiua effectus.

Alia argumenta,quæ præter hoc Scoti adhuc fieri poſſent , retulimus ſuprà in tertia concluſione , n. 12.tamquam contra illam peculiaria.

SECVNDA DVBITATIO.

An accidens habeat aliquam actionem præuiam ad effectum vltimatum principalis agentis , diſtinctam ab actione , per quam intrinſecè attingitur ipſe vltimatus effectus.

19. Prima opin. PRima opinio videtur veterum Thomiſtarum, Heruæi, Paludani, Capreoli, in 4.diſt.1.aſſerentium virtutem inſtrumentariam phyſicam, qualis eſt accidens, ſemper habere aliquã actionem propriam præuiam ad effectum vltimatum principalis agentis,diſtinctam ab actione,per quam hæc cauſa inſtrumentaria intrinſecè attingit vltimatum effectum, C putà formam ſubſtantialem. Probant primò , quia alioquin tale inſtrumentum non poſſet eſſe connaturale principali agenti, quia non poteſt eſſe connaturale reſpectu vltimati effectus,cùm hic ſit ſubſtantialis, & ſuperioris ordinis, ideò opus eſt , vt habeat aliquam actionem præuiam,quæ ſit connaturalis, & conferat ad effectum vltimatum.

Sec. Argum. Secundò probatur, ſeu potiùs confirmatur ratione S.Thom.1.part.quæſt.45. artic.5. Non eſt (inquit) ratio , cur ſit determinatum inſtrumentum ad determinatum effectum vltimatum,niſi habeat præuiam actionem connaturaliter determinatam ad effectum vltimatum. nam alioquin non eſſet ratio,cur hoc potiùs inſtrumentum , quàm quodcumque ſit determinatum ad effectum vltimatum,quia de quo- D cumque alio dici poſſet, quod attingat effectum vltimatum non in virtute propria, ſed in virtute principalis agentis.

Tert. Argu. ex auctorit. S.Thom. Tertiò probatur auctoritate S. Thomæ ; cùm enim hæc difficultas præcipuè controuertatur inter Thomiſtas, plurimùm valet auctoritas S. Thomæ, quòd verò S. Thomas ſit huius opinionis , probatur ex loco cit.1.part.q.45.artic.5. vbi habet hæc verba: *cauſa ſecunda inſtrumentalis non participat actionem cauſæ principalis,niſi quãtùm per aliquod ſibi proprium diſpoſitiuè operatur ad effectum principalis agentis.* Et Non poteſt dari inſtrumentum ad creandum. ad hoc probandum adducit S. Thomas ſecundum argumentum ſuprà à nobis allatum : & confirmatur, quia ex hoc deducit S. Thomas , non poſſe dari inſtrumentum ad creandum , quia tale inſtrumen- E tum (inquit) non poteſt habere actionem propriam, quæ ſit diſpoſitio ad creationem; & quidem non videtur poſſe eſſe alia ratio , niſi quia talis diſpoſitio recipienda eſſet in ſubiecto , quod tamen nullum præſupponitur in creatione.

Sec. opinio Scoti. Ocham. Maior. Argent. Caiet. Secunda opinio oppoſita verior Scoti , Ocham, Maioris , Argentinæ in 4. diſtinct. 1.& Caietani 1. part.quæſt.45. artic. 5. aſſerentium ad rationem inſtrumenti,vt inſtrumentum eſt , non requiri, vt tale inſtrumentum habeat præuiam actionem diſtinctam

ctam

Digitized by Google

ctam ab actione, qua intrinſecè attingitur effectus A vltimatus.

20.
1. Concluſ.
Inſtrumentū aliquid conferre debet ad effectum principalem.

Pro huius ſecundæ dubitationis explicatione, ſit prima concluſio: Neceſſarium eſt ad rationem inſtrumenti, quòd aliquid conferat, ſecundū propriam virtutē, ad effectum principalē, quia alioquin, vt probat S.Tho. 1.p.q.45.artic.5. non eſſet ratio, cur eſſet connaturale, & determinatum inſtrumentum ad determinatum effectum; ſi inſtrumentum nihil conferret ad effectum principalis agentis.

21.
2. Concluſ.

Secunda concluſio: Tunc eſt neceſſarium, vt inſtrumentum conferat ad effectum principalis agentis per actionem diſtinctam ab actione, qua intrinſecè attingitur effectus vltimatus principalis agentis, quando effectus vltimatus prærequirit diſpoſitionem in ſubiecto ad hoc, vt expellatur forma contraria, & noua forma, quæ eſt effectus vltimatus, introducatur, ſicut contingit in productione formarum naturalium ſubſtantialium.

22.
3. Concluſ.

Tertia concluſio: Quando terminus vltimatus, qui eſt effectus principalis agentis, non eſt huiuſmodi, non requiritur in inſtrumento actio præuia diſtincta ab actione, qua attingitur effectus vltimatus. Probatur primò, quia nulla eſt ratio neceſſitatis, vt patet ex dictis, vt cum actione, qua attingitur vltimatus effectus, ſit alia actio diſtincta præuia. Secundò probatur, quia neque hoc eſt neceſſarium ex parte inſtrumenti, vt inſtrumentum eſt, quia inſtrumētum attingit terminum vltimatum in virtute principalis agentis; ergo quatenus inſtrumentum, habet proportionem cum vltimato termino. C Si ergo terminus, vt ſupponitur, non indiget præuia diſpoſitione, non eſt, cur non poſſit attingi ab inſtrumento. & propter hanc rationem tenet Scotus in 4.diſtinct. 1. illos, qui admittunt inſtrumentum poſſe attingere intrinſecè effectum principalis agentis, admittere etiam debere, inſtrumentum poſſe talem effectum attingere ſine præuia actione diſtincta, vbi non eſt neceſſaria diſpoſitio. Et confirmatur in opinione noſtra, quia nos in ſuperiori difficultate tenuimus calorem non agere, quatenus quædam entitas eſt in prima ſpecie qualitatis, neque quatenus eſt potentia ad calefactionem, quæ quidem calefactio eſt præuia quædam actio, & diſpoſitio, ſed quatenus eſt potentia inſtrumentalis ad igniendum. Si igitur ignis non indigeret præuia calefactione, non eſt, cur non poſſet D attingi à potentia ignitiua, cùm ſit diſtincta à potentia calefactiua. Tertiò probatur exemplo phantaſmatis, quod certè probabile eſt, præſertim in doctrina Thomiſtica, cōcurrere tamquam inſtrumentum intellectus agentis ad productionem ſpeciei intelligibilis, & tamen non concurrit præuia actione diſtincta ab actione, qua attingitur ipſa ſpecies. dicitur autem eſſe inſtrumentum connaturale, & conferre ad ſpeciem intelligibilem, quæ ſpecies eſt effectus principalis agentis, quia actione ſua determinat intellectum agentem ad productionem talis ſpeciei, & ſpecies viſibilis concurrit actiuè ſecundum communiorem opinionem, vt inſtrumentum obiecti ad productionem viſionis, & tamen non concurrit per actionem aliquam præuiam diſtin- E ctam ab actione, qua concurrit ad productionem viſionis ſimul cum potentia viſiua.

23.
Inſtrumentū naturale cur dicatur inſtrumentum connaturale principalis agentis.

Ad argumenta primæ opinionis reſpondetur, & ad primum dicitur, quòd inſtrumentum naturale dicitur eſſe inſtrumentum connaturale principalis agentis, non quia habet præuiam actionem diſtinctam ab actione, qua attingit effectum principalis agentis, ſed quia vel ſua actione determinat agens principale, vt exemplificatum eſt de phantaſmate, quod ſua actione determinat actionem intellectus agentis, vel quia determinat ſua actione concurſum alterius concauſæ, ſicut ſpecies viſibilis determinat viſum ad talem viſionem; vel ſi inſtrumentum totaliter concurrit, tunc concurrit, vt aliquid ipſius principalis agentis tamquam potentia ipſius à natura inſtituta ad actum determinatum; ſicut multi tenent de potentia viſiua, & aliis eiuſmodi, quæ totaliter concurrunt ad productionem actus vitalis.

Ad confirmationem reſpondetur eodem modo.

In ſecūdo argumēto examinatur quæ ſit mens S. Thomæ circa hanc ſecundam dubitationem.
Caiet.

Secundum argumentum petit, quænam ſit mens Sancti Thomæ; controuertitur enim materia huius difficultatis præcipuè inter Thomiſtas: reſpondetur igitur cum Caietano, locum illum adductum ex 1.part.quæſt.45.art.5.eſſe quidem difficilem, B explicandum tamen eſſe de ipſa actione inſtrumenti, qua intrinſecè attingitur effectus principalis agentis. Dicitur autem talis actio præuia diſpoſitio, quatenus in priori quodam naturæ determinat actionem principalis agentis, ſicut actio phantaſmatis determinat actionem intellectus agentis ad productionem totalis ſpeciei intelligibilis: & hæc quidem ſolutio Caietani ſubtilis eſt, & vera.

Prima inſtātia cōtra reſpōſionem.

Sed inſtatur dupliciter contra illam: primò, quia aliquando agens non concurrit immediatione ſuppoſiti, & in hoc caſu non poteſt inſtrumentum ſua actione determinare actionem principalis agentis, cùm nulla ſupponatur.

Reſpondetur, quod in tali caſu, aliquando inſtrumentum determinat actionem concauſæ, ſicut C ſpecies viſibilis, quæ eſt inſtrumentum obiecti, determinat ſua actione potentiam viſiuam ad productionem talis viſionis; ac proinde actio ſpeciei in priori quodam naturæ dici poteſt præuia quædam diſpoſitio ad actionem potentiæ, aliquando verò non poteſt determinare concurſum concauſæ, nec ſui principalis agentis, ſicut multi tenent de potentiis animæ, & tunc maior eſt difficultas, quia in tali caſu non poteſt dici actio potentiæ præuia, cùm nec determinet concurſum animæ, qui nullus præſupponitur, nec ſuæ concauſæ, putà ſpeciei, quæ potiùs determinat potentiam. Sed reſpondetur dici adhuc actionem inſtrumenti præuiam, quatenus actio inſtrumenti dicitur fieri in virtute principalis agentis, quod quidem dicitur concurrere, vt quod ad effectum, & vt D ſic, dicitur concurſus ipſius qui ſaltem ſecundum denominationem extrinſecam poteſt eſſe ad plures effectus, determinari ab actione determinata inſtrumenti, putà potentiæ viſiuæ ad determinatum effectum viſionis.

Sec. inſtātia cōtra eamdem.

Secundò inſtatur, vt patet in ſecundo argumento primæ opinionis: quia non videtur poſſe S.Thom. interpretari de actione præuia eo modo, quo explicatur à Caietano, ſed de actione diſtincta ab actione, qua intrinſecè attingitur effectus principalis agētis, quia S.Thomas ex eo, quòd inſtrumentum debet habere actionem præuiam ad effectum vltimatum, concludit non poſſe dari inſtrumentum ad creandum, quod quidem non benè concluderet, ſi intelligeret de illa actione, qua ſecundum Caietanum in- E trinſecè attingitur res creata. Nam poſſet reſponderi ad S.Thomam, quòd illa actio inſtrumenti, qua intrinſecè attingitur res creata, dici poſſet præuia ad actionem creatiuam, quatenus determinat concurſum Dei ad talem effectum: intelligitur ergo S.Th. de actione præuia diſtincta ab illa, qua attingitur res creata, quæ quoniam non poteſt dari in tali inſtrūmēto, quia creatio nullum præſupponit ſubiectum, in quod introducatur talis actio præuia tamquam diſpoſitio, ideo negat inſtrumentum poſſe creare.

Ad

Digitized by Google

Ad creandū inſtrumentū dari non poteſt.

Ad hanc ſecundam inſtantiam poſſet primò reſponderi ex Caietano, non poſſe dari inſtrumentum ad creandum, quia ad creandum requiritur virtus infinita, vt patet calculando ex diminutione materiæ per partes proportionales vſque ad non gradum ſui, ad augmentum virtutis ſaltem principalis; quantum enim minuitur de materia, tantum creſcit de virtute. ſi igitur materia diminuatur vſque ad non gradum ſui, virtus creſcet vſque ad omnem gradum ſuum; & quidem ſi in principali agente requiritur virtus infinita, requiritur etiam in inſtrumento. Nam actio finita inſtrumēti nihil conferret ad actionem principalis agentis, quæ requiritur infinita: nam vel ille concurſus Dei, quo tamquam principale agens, præciſè concurrit ad effectum, eſſet ſufficiens, & ſic fruſtrà eſſet concurſus inſtrumenti; vel non eſſet ſufficiens, & tunc neque poſſet fieri ſufficiens per concurſum inſtrumenti, qui ſupponitur finitus. Bene igitur concludit S. Thomas, quòd non poteſt dari inſtrumentum ad creandum, quia tale inſtrumentum non poteſt habere actionem præuiam, actionem ſcilicet illam, à qua intrinſecè attingitur res creata, per quam actionem in priori quodam naturæ determinetur actio principalis agentis ad talem effectum.

Impugnatur ſolutio Caietani ad ſecundā inſtantiam.

Ad creandū non requiritur virtus infinita.

Sed contrà, quia hæc reſponſio Caietani ſupponit vnum, quod infrà in Corol. 17. probabimus ex profeſſo eſſe falſum, requiri, ſcilicet, virtutem infinitam ad creandum, quia neque ex parte extremorum, ſcilicet, nihili, & entis, requiritur hæc virtus infinita. ens enim à nihilo non diſtat, niſi per ſuam entitatem, quæ eſt finita, nec ex modo producendi, ex nullo ſubiecto. nam calculatio Caietani, ſi quid probat, probat tantùm virtutem infinitam materialem per additionem eiuſdem virtutis ad virtutem, non autem probat virtutem altioris ordinis debere eſſe infinitam.

Verior reſolutio.

Reſpondetur igitur ſecundò, S. Thomam loqui de inſtrumento creationis, non de illo, quod eſt potentia obedientialis, ſed quod eſt qualitas ſupernaturalis, & connaturalis ipſi creationi, & de hoc inſtrumento dicit non poſſe habere actionem præuiā, intelligendo per actionem præuiam, eam, quam intelligit Caietanus, ſcilicet, per quam intrinſecè attingatur res creata: ratio autem non eſt, quia requiritur virtus infinita, quia hæc etiam, vt dictum eſt, concluderet de potentia obedientiali, ſed ratio eſt, quia qualitas illa inſtrumentaria connaturalis deberet habere modum operandi connaturalem: hic autem eſſet in ſubiecto, quia ipſa eſt in ſubiecto, ſicut lumen gloriæ producit viſionem in ſubiecto, quia ipſum eſt in ſubiecto, at in creatione modus operandi non poteſt eſſe in ſubiecto. vnde bene concluditur, quòd non poteſt dari inſtrumentum ad creandum, quod ſit qualitas ſupernaturalis, & connaturalis ipſi creationi, ſicut eſt lumen gloriæ reſpectu viſionis beatificæ. Et hæc quidem ratio, quamuis non ſit conuincens, quia dici poſſet, quòd modus operandi inſtrumenti poſſet excedere modum eſſendi ipſius inſtrumenti, quamuis ageret vltra ſuas vires in virtute principalis agentis, quod non eſt in ſubiecto: tamen eſt hæc ratio S. Thomæ probabilis, vt infrà videbimus in ſecundo Corollario. Quod verò S. Thomas in illo loco citato, vbi agit de inſtrumento ſupernaturali creationis interpretādus ſit de actione præuia eo modo, quo exponit Caietanus, probatur, quia in aliis inſtrumentis ſupernaturalibus non requiritur huiuſmodi actio præuia diſtincta. Nam, vt in ſecundo Corollario videbimus, Sacramenta ſecundùm S. Thomam concurrunt tamquam inſtrumenta phyſicè, & intrinſecè ad productionem gratiæ; & tamen non poteſt aſſignari actio præuia, quæ connaturaliter, vel neceſſariò conferat ad ipſam productionem gratiæ.

COROL

COROLLARIA THEOLOGICA, EX SECVNDO PRINCIPIO PHILOSOPHICO.

I. *Non repugnat ſacramentum, ſecundùm potentiam ſuam obedientialem eleuari ad producendam gratiam in anima, vel ad tranſſubſtantiandum panem in corpus Chriſti: in quo Corollario examinantur octo dubitationes de potentia obedientiali.*

II. *Non repugnat dari qualitatem intrinſecè ſupernaturalem, quæ intrinſecè attingat productionem gratiæ, & tranſſubſtantiationem panis in corpus Chriſti.*

III. *De facto ſacramenta concurrunt actiuè phyſicè ad productionem gratiæ, & aliorum effectuum ſupernaturalium, & idem dicendum de humanitate Chriſti.*

IV. *Ignis inferni tamquam inſtrumentum torquet Dæmones, & Animas damnatorum.*

V. *Supernaturalitas inſtrumenti in ordine ad operationem Phyſicam, ſiue immanentem, qualis eſt viſio beatifica, ſiue tranſeuntem: qualis eſt creatio, ſumitur formaliter ex puritate actus diuini, ab infinitate autem materialiter tantùm.*

VI. *Tam potentia induta lumine gloriæ, ſiue alio habitu ſupernaturali: quàm ipſe habitus ſupernaturalis, concurrit, tamquam cauſa inſtrumentalis ad eliciendum actum ſupernaturalem.*

Singula autem Corollaria ſingulis quæſtionibus examinabimus.

QVÆSTIO PRIMA THEOLOGICA EX SECVNDO PRINCIPIO PHILOSOPHICO.

Vtrùm ſententia primi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, non repugnat ſacramentum ſecundùm potentiam ſuam obedientialem eleuari ad producendam gratiam in anima, vel ad tranſſubſtantiandum panem in corpus Chriſti.

Hęc quæſtio eſt de poſſibili, nam quid dicendum ſit de facto, videbimus in tertia queſtione; quoniam autem hæc quæſtio de poſſibili inuoluit diſputationem, de potentia obedientiali: ideò vt exactiùs, & diſtinctiùs procedatur, diuido hanc quæſtionem in nouem dubitationes.

I. *In qua examinatur ſententia Corollarij.*

II. *An potentia obedientialis ſit de conceptu eſſentiali creaturæ.*

III. *An hæc potentia obedientialis ſit diſtincta à potentia naturali.*

IV. *Vtrùm gratia, ſeu alia qualitas permanens poſſit produci ante inſtans ſignatum A.*

V. *Vtrùm ens ſucceſſiuum poſſit aſſumi tamquam inſtrumentum immediatum ante inſtans ſignatum A ad producendam gratiam.*

VI. *Vtrùm ens ſucceſſiuum poſſit aſſumi poſt inſtans ſignatum A.*

VII. *An creatura poſſit aſſumi ſecundùm potentiam obedientialem ad creandum.*

VIII. *An creatura, ſeu ſacramentum poſſit aſſumi ad vnionem gratiæ cum ſubiecto, non concurrente ad ipſius productionem.*

IX. *Vtrùm omnipotentia poſſit communicari creaturæ inſtrumentaliter ſecundùm potentiam obedientialem.*

Digitized by Google

PRIMA DVBITATIO.

Vtrùm repugnet ſacramentum ſecundùm potentiam ſuam obedientialem eleuari ad producendam gratiam.

VNICA ASSERTIO.

1. RESPONDETVR ad dubitationem vnica aſſertione, iuxta ſententiam huius Corollarij cum S. Thoma 3. parte, quæſt. 62. & communi Scholaſticorum; poſſe ſacramentum eleuari à Deo ſecundum potentiam obedientialem ad producendam phyſicè gratiam in anima.

Probatur primò ſententia Corollarij. Probatur autem primò hæc noſtra ſententia ex principio Philoſophico, non repugnat entitatem Sacramentalem eleuari à Deo, ad eſſe inſtrumẽti ipſius Dei, ergo non repugnat ipſam entitatem Sacramentalem in virtute Dei tamquam principalis agentis, attingere intrinſecè per phyſicam actionem ipſam gratiam, vel tranſſubſtantiationem panis in corpus Chriſti. Conſequentia patet ex principio Philoſophico ſuperius allato, poſſe ſcilicet inſtrumentum in virtute principalis agentis concurrere actiuè, & intrinſecè ad effectum vltimatum principalis agentis, exempli gratia, calorem ad productionem formæ ignis. *In q. 2. Phil. in 3 difficultate.* argumenta autem Scoti in oppoſitum, quæ ibidem habentur ſuperfluum eſt hîc repetere: Antecedens verò, de quo eſt hîc peculiariter difficultas, probatur: Deus habet perfectum, & plenum dominium ſuæ creaturæ, poteſt igitur vti creatura ad omnes vſus poſſibiles, quia alioquin creatura non perfectè ſubiiceretur Deo, ſecundùm omnimodam dependentiam ab ipſo: & confirmatùr, quia maiorem dependentiam habet entitas Sacramentalis à Deo, quàm calor ab igne, ſi ergo poteſt dari calor, qui tamquam inſtrumentum ignis, vt probatum eſt in quæſtione ſuperiori philoſophica, attingat actiuè intrinſecè per actionem ſubſtantialem ipſam formam ſubſtantialem, quæ eſt in ſuperiori ordine, quàm ſit calor, qui eſt accidens, multò magis hoc concedi debet entitati Sacramentali reſpectu Dei. *Deus habet plenum & perfectum dominium ſuæ creaturæ.*

2. Probatur potẽtia obedientialis ex B. Auguſt. Secundò probatur ex Auguſtino libro 3. de Trinitate cap. 8. & 9. vbi hanc potentiam obedientialem appellat *occultum ſemen Dei.* & de Geneſi ad liter. multis in locis habet Deum non eſſe alligatum vti tantùm creatura, ſecundùm certas leges ipſius creaturæ, & præterea creaturas eſſe habiles per cauſales rationes non ſolùm ad effectus naturales, ſed etiam ad admirabiles, & miraculoſos, quos ibi commemorat. & libro 9. de Geneſ. dicit potentiam hanc eſſe incompletam; fieri tamen completam per applicationem Dei, & ibidem, præcipuè capit. 17. adducit multa exempla huius potentiæ actiuæ ſupra curſum naturalem, ſcilicet de ligno è terra exciſo arido ſine vlla radice, ſine aqua, quod repentè floruit, & fructum fecit: & quòd ſterilis peperit, Geneſ. 21. & explicans quænam ſint iſtæ cauſales rationes, dicit præter ſeminales rationes in creaturis Deum poſuiſſe alias, quibus poſſet vti ad effectus, qui ſunt ſupra curſum naturalem: & occurrens tacitæ obiectioni, quomodo effectus ſupra naturam produci poſſit à creatura naturali: Reſpondet effectum non contineri in curſu

A naturali, ſed in Deo, & in illa potentia tamquam inſtrumento Dei, ita enim res ſunt (inquit) à Deo creatæ, vt earum natura voluntati, & potentiæ eius ſubiaceant.

Tertiò probatur ex Scripturis, Sap. vlt. vbi expreſſè habetur, quòd Deus operatur per creaturas opera, quæ ſuperant vires creaturæ, & adducit Sapiens multa exempla, inter quæ eſt exemplum de igne, qui *ſupra aquam valebat ſupra ſuam virtutem*, vbi in Græco habetur *vim habuiſſe maiorem*, per quod oſtenditur potentia actiua. Adducit etiam pulcherrimam ſimilitudinem de cithara, cuius fides varios ſonos reddunt ad variam pulſationem muſici, vbi ſignificatur potentia actiua. Et Eccleſiaſt. 42. loquens de hac potentia obedientiali creaturarum: *omnia* (inquit) *obaudiunt Deo.* & Sap. 16. *creatura enim tua* (inquit) *tibi factori deſeruiens exardeſcit.* 3.

B

Sed contra hanc opinionem ſunt tres aſſertiones. 4.

Prima opinio eſt eorum quos citauimus in prima difficultate quæſtionis Philoſophicæ, qui negant inſtrumentum poſſe actiuè attingere effectum vltimatum principalis agentis, quia cùm effectus ſit nobilior, non poteſt contineri in virtute cauſæ inſtrumentariæ ignobilioris. Sed hæc argumenta ſoluta ſunt ibidem, nec habent contra noſtram ſententiam peculiarem difficultatem. *1. opin. contra ſententiam Corollarij, & ſoluuntur arg.*

Secunda opinio aliorum, quos citauimus in eadem quæſtione, in ſecunda difficultate, qui quoniam negant poſſe dari inſtrumentum, quod intrinſecè attingat vltimatum effectum, ſi nõ habeat aliam actionem præuiam diſtinctam, quæ ſit ipſi inſtrumento connaturalis, & quæ conferat ad vltimatum effectum; ideò negant conſequenter Sacramentum poſſe concurrere actiuè ad productionem gratiæ, vel tranſſubſtantiationem panis in corpus Chriſti, quia non poteſt aſſignari, quænam poſſit eſſe iſta præuia connaturalis actio in ipſis Sacramentis, & neceſſaria: nam quòd aqua abluat corpus, non eſt connaturalis diſpoſitio, nec aliquid confert ad productionem gratiæ. horum autem argumenta, & reſponſiones ad illa non oportet hîc repetere, tum quia nõ habent peculiarem difficultatem contra hanc ſententiã noſtram, tum quia ſi quid probant, probant potiùs de inſtrumento connaturali, quod in hac materia noſtra eſſet qualitas ſupernaturalis ſuperaddita Sacramentis, de qua re dicemus in ſequenti Corollario: non autem probant de Sacramentis eleuatis per potentiam obedientialem, de qua hîc eſt controuerſia, quia hæc non ſunt ex natura ſua determinata inſtrumenta ad determinatos effectus, ſed poſſunt eleuari ad quemcumque effectum poſſibilem. *2. opin. contra eamdem ſententiam, & ſoluũtur argum.*

C

D

Tertia opinio Aureoli in 1. diſt. 42. q. 1. qui concedit potentiam obedientialem in hoc ſenſu, quatenus non reſiſtit operationi Dei creantis illam, nec poſtquàm exiſtit, reſiſtere poſſe volenti annihilare illam: negat tamen hanc potentiam obedientialem in creatura, quatenus creatura per illam ſit potens ad producendum effectum ſupra ſuam naturam. & probat primò: creatura ante exiſtentiam eſt ſub pleno dominio Dei, & tamen non poteſt aſſumi à Deo ad creandum actiuè ſe ipſam, neque lignum, aut auditus ad videndum: ergo neque vlla alia creatura. Conſequẽtia probatur, quia ratio formalis, propter quam datur hæc potentia obedientialis actiua in creatura eſt illa, quæ ſuprà allata eſt, quia Deus habet perfectum dominium ſuper illam propter omnimodam dependentiam creaturæ ab ipſo Deo. Sed hæc ratio fundamẽtalis nõ probat, quia etiã hæc ratio reperitur in aliis creaturis, vt patet ex exemplis allatis, quæ tamẽ vt 5. *3. opin. contra ſententiam eamdẽ Corollarij. Obediẽtialis potentia partim conceditur, partim negatur. 1. argum ex Aureol.*

E

vt probatum eſt, non poſſunt eleuari à Deo: ergo A ceſſat ratio, quare alia creatura, poſſit aſſumi ad alios effectus ſupra ſuam naturam.

4. argum. Secundò: Sacramenta ſunt imperfecta in ſua entitate, quia vel ſunt motus locales, vt ablutio, quæ fit per aquam, vel ſonus; ergo non poſſunt eleuari. Conſequentia probatur, quia ſi hæc poſſent eleuari, etiam eleuari poſſent relationes, quæ ſunt minimæ entitatis ad producendum rem abſolutam, imò etiam ipſæ relationes diuinæ poſſent concurrere ad productionem, quod eſt abſurdum, quia poſſet ad extra operari vna perſona, non operante alia.

3. argum. Tertiò, entitas creaturæ non habet ex ſe principium intrinſecum operandi ſupernaturaliter, quia ſupponitur eſſe ordinis naturalis; ergo non poteſt aſſumi à Deo ad operandum per ſolam eleuationem B extrinſecam, quia operatio eſt à principio intrinſeco. Quòd ſi dicatur habere virtutem intrinſecam actiuam incompletam per ſolum imperium diuinum, quatenus illi ſubordinatur: Contrà inſtatur tripliciter: Primò, ſi illa virtus eſt incompleta, non eſt principium ſufficiens ad operandum; ergo vt fiat ſufficiens in actu primo, debet illi communicari aliquid intrinſecum, quia operatio, vt dictum eſt, procedit à principio intrinſeco. Secundò entitas creaturæ non habet hanc virtutem intrinſecam, niſi eleuetur à Deo: ſed cùm eleuatur, eleuatur ad nouam operationem; ergo debet habere nouam virtutem operandi, quia noua operatio non eſt, niſi à nouo principio intrinſeco. Tertiò, cùm illa virtus ex incompleta ſit completa, eſt aliqua mutatio in ipſa potentia; ergo C per aliquod intrinſecè receptum, cùm non poſſit eſſe mutatio ex parte Dei.

Soluuntur arg. tertiæ ſententiæ. Ad argumenta autem Aureoli reſpondetur, & ad primum dicitur, quòd aliunde implicat, non exiſtens aſſumi ad creationem, præſertim reſpectu ſui, quia implicat poſſe habere aliam potentiam, quàm poſſibilitatis paſſiuæ ad potentiam actiuam creatis, præſertim reſpectu ſui; At verò exiſtens, quia nullam dicit implicantiam; ideò poteſt aſſumi à Deo, ad quẽcumque vſum poſſibilem propter rationem ſuprà allatam, quia, ſcilicet, Deus habet perfectum dominium ſuper creaturam exiſtentem, & conſequenter creatura dicit omnimodam ſubiectionem; hæc enim ſunt correlatiua.

Non exiſtens aſſumi ad creationem implicat.

6. Ad ſecundum verò exemplum reſpondetur, quòd D potentia naturalis, non vitalis, poteſt eleuari ad totum id, quod non repugnat; ac proinde poteſt eleuari actiuè, ſaltem partialiter, ſimul cum potentia vitali ad efficientiam actus vitalis, exempli gratia, viſionis: non tamen poteſt eleuari formaliter ad attingendum vitaliter obiectum, ita vt ipſa dicatur videns, quia deberet eſſe formaliter vita, & principalis cauſa in ſuo genere. Eodem etiam modo reſpondetur ad exemplum de auditu, quòd auditus eleuari poteſt actiuè ad efficiendam viſionem circa coloratum, non autem poteſt eleuari ad formalem attingentiam illius colorati, ita vt ipſe auditus ſit formaliter videns, & tamquam cauſa principalis in ſuo genere, quia nullam habet proportionem cum obiecto viſibili: E non enim eſt intra latitudinem obiecti potentiæ auditiuæ. Quòd ſi dicatur: intellectus creatus poteſt eleuari ad videndum Deum intuitiuè, & tamen magis diſtat Deus ab intellectu creato, quàm viſibile ab auditu: Reſpondetur, quòd Deus eſt intra latitudinem obiecti intellectus: obiectum enim adæquatum ipſius, vt complectitur motiuum, & terminatiuum, eſt omne ens: Deus igitur quamuis connaturaliter non ſit obiectum immediatè terminatiuum intellectus creati, eſt tamen motiuum.

Ens omne eſt obiectum adæquatum intellectus.

7. Reſp. ad 2. arg. Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quidquid ſit, an aqua ipſa concurrat, vel ablutio, entia etiam imperfectiſſima poſſe eleuari à Deo, dummodo ſint exiſtentia, quia operantur ſuprà ſuam virtutem in virtute Dei, tamquam principalis agentis. quare ad inſtantiam de relationibus creatis dicimus poſſe etiam illas eleuari ad producendam rem abſolutam, quia nulla hîc inuoluitur contradictio. Ad replicam de relationibus diuinis reſpondetur, quòd connaturaliter non ſunt principium agendi, niſi per eſſentiam, quæ eſt vna, & eadem in omnibus; ideò operatio ad extrà eſt communis: quare autem non poſſint aſſumi, vt inſtrumentum, ratio à priori eſt, quicquid dicant aliqui recentiores, quòd nullam dicunt dependentiam ab eſſentia diuina; ſicut dicunt res creatæ, & ideo ceſſat ratio eleuationis, quam ſuprà attulimus in creaturis, ſuper quas Deus habet dominium.

Relationes diuinæ non ſunt principium agendi.

8. Solutio ad 3. arg. Caiet. Sot. Ferrar. Ad tertium argumentum reſpondetur, propter hoc argumentum aliqui Thomiſtæ, inter quos videtur eſſe Caietanus 3. p. q. 62. art. 4. & Sotus in 4. diſt. 1. art. 4. & Ferrarienſis 4. contra gent. cap. 56. dicunt imprimi à Deo, tamquam à principali agente in ipſa entitate creaturæ, cùm aſſumitur ad opus ſuprà, vel præter naturam, motum quemdam per modum tranſeuntis. Probant exemplo artificiatorum, in quibus non eſt aliqua alia virtus diſtincta ab artificioſo motu ad faciendum opus artificioſum, vt patet in ſecuri. Sed contra hanc reſponſionem inſtatur; nam quæro ab iſtis quiſnam ſit hic motus? non enim poteſt eſſe alteratio, quia per illam produceretur aliqua qualitas, neque eſt motus localis, quia non eſt neceſſarius, ſicut eſt in ſecuri ad productionem figuræ; & præterea eſt improportionatus ad productionem effectus ſupernaturalis: Reſpondent iſti Doctores eſſe motum quemdam intentionalem directum à diuina intentione ad productionem effectus ſupernaturalis. Sed quæro adhuc ab iſtis, quiſnam ſit hic motus intentionalis? Profectò non poſſunt reſpondere, niſi quòd ſit quædam qualitas, vel per modum permanentis, vel per modum tranſeuntis. dicitur autem tranſiens, nõ quòd ſit ſucceſſiua, ſed quia paruo tempore durat, vel quòd ſit concurſus ſpecialis Dei, qui concurrit immediatè ad effectum, vt videtur intelligere Caietanus 1. p. quæſt. 14. articulo 13. & quæſt. 19. articulo 8. & hoc modo interpretatur Beatum Thomam.

Impugnatur reſp. Caiet. & aliorum.

Impugnatur. Sed contrà; nam ſi intelligunt primo modo, quod ſcilicet, ſit qualitas, inſtatur dupliciter: primò ad hominem, quia ipſi negant huiuſmodi qualitates ſupernaturales in ipſis Sacramentis, vt infrà videbimus, & quidem qui negant dari poſſe has qualitates permanentes, negare etiam debent conſequenter dari poſſe tranſeuntes, quia non differunt, niſi penes maiorem, vel minorem durationem ſecundùm ipſos. Secundò, quia tunc non diceretur aſſumi, vt inſtrumentum à Deo, ipſa entitas creaturæ, ſecundũ ſuum eſſe naturale, de quo eſt quæſtio, quia tunc diceretur tantùm materialiter eleuari entitas creaturæ, quatenus, ſcilicet, ſuſtentat illam qualitatem ſupernaturalem, cùm tamen iam probatum ſit, tum ratione, tum auctoritate ex Auguſtino, & Scripturis huiuſmodi creaturas eleuari poſſe formaliter; ita vt ipſæ actiuè attingant effectum, quod eſt conformius dictis Sanctorum dicentium Sacramenta habere maximam dignitatem, quia eleuantur ad producenda dona ſupernaturalia. Si verò intelligant ſecundo modo, contrà, quia, vel Deus concurreret totaliter, & tũc creatura non concurreret actiuè, vt inſtrumentum Dei, ſed potiùs incideremus in opinionem Scoti, quòd ſit, vt

Digitized by Google

ſit, vt conditio, ſeu diſpoſitio ex ordinatione Dei. ſi verò partialiter ſimul cum inſtrumento, vt tenent aliqui, quos retulimus in quæſtione Philoſophica in prima difficultate, aſſerentes nullum inſtrumentum poſſe actiuè concurrere, ad effectum principalis agentis, niſi eleuetur concurſus inſtrumenti per conſortium, cum concurſu principalis agentis; tunc contrà, quia, vt ibidem arguebamus, contra ipſum recentiorem, non poteſt concurſus inſtrumenti, ſi non eſt ex ſe ſufficiens, eleuari per conſortium cum concurſu principalis agentis, quia illud conſortium nihil addit, niſi relationem ſimultatis, quæ quidem relatio non eſt actiua. Et cõfirmatur; nam actio caloris productiua ignis debet eſſe ſubſtantialis. Si igitur ex ſe non eſt ſubſtantialis, non poteſt fieri talis ex eo, quia eſt ſimul cum concurſu ignis. Sic etiam dicitur de entitate ſacramentali; tunc autem concurſus vnius cauſæ adiuuatur à concurſu alterius cauſæ, quando ſunt cauſæ partiales in eodem ordine.

Verior reſponſio.

Quare ad argumentum reſpondendum eſt, creaturam habere virtutem intrinſecam actiuam, vt inſtrumentum Dei per rationem aſſignatam ſuprà, & eſſe completè conſtitutam in ſuo genere in ratione actiuitatis per potentiam obedientialem, quam habet ad ipſum Deum, in hoc ſenſu: quatenus non eſt neceſſarium accipere à Deo aliquod principium actiuum in ſe, ad hoc, vt fiat potens in ratione principij actiui intrinſeci ac eleuatiore requiritur tamquam conditio; numquam enim exiret ad actum ſecundum, niſi accederet imperium diuinum, quod fuit ab æterno; vt pro tali differẽtia temporis creatura operetur præter, vel ſupra ſuam naturam. quia cùm creatura dicat potentiam obedientialem ad Deum tamquam ad agens principale, & hoc agens ſit intellectiuum, & liberum, ideò non poteſt creatura exire ad actum ſecundum, niſi ad imperium ſui principalis agentis; propter hoc dicitur, quòd virtus creaturæ eſt ſimpliciter incompleta, quia per eleuationem extrinſecam, quæ fit per hoc imperium ex incompleta fit completa, & propterea non poteſt creatura denominari ſimpliciter potens.

Et per hæc patet reſponſio ad tertium argumentum, & ad primam, & ſecundam inſtantiam eiuſdem argumenti.

10. *Inſtatur. Solutio.*

Et cùm inſtatur tertiò, quando potentia ex incompleta fit completa, eſt aliqua mutatio, & non in ipſo Deo, ergo in ipſa potentia: reſpondetur, quòd non eſt neceſſe, vt ſit in ipſa potentia, ſed ſufficit, vt mutatio ſit in operatione ipſius potentiæ: ſicut potentia motiua habet perfectum principium actiuum ad motum ſurſum, non tamen mouet, niſi accedat imperium voluntatis, quæ tamquam potentia vniuerſalis, quia fertur circa omne bonum ſui ſuppoſiti in quo eſt, debet ordinare alias potentias particulares, quæ reſpiciunt bonum particulare ſuppoſiti, cum hac differentia, quòd voluntas, quia non eſt cauſa vniuerſalis eſſentialis, vt aliqui voluerunt, ſed dicitur vniuerſalis, quia reſpicit bonum ſuppoſiti, ideo non debet concurrere actiuè ad actus aliarum potentiarum particularium; ſed tantùm ſecundum imperium, quaſi moraliter. At verò Deus, quia eſt cauſa vniuerſalis eſſentialis, præter imperium, concurrit etiam ſimul cum ſuo inſtrumento, quia effectus, cùm ſit ens participatum, non poteſt exiſtere, ſine dependentia à Deo. Sunt alia argumenta contra potentiam obedientialem, quorum ſolutio patebit ex ſequentibus dubitationibus.

Voluntas cur cauſa vniuerſalis dicatur.

SECVNDA DVBITATIO.

An iſta potentia obedientialis ſit de conceptu eſſentiali creaturæ.

NON diſputo, an iſta potentia obedientialis ſit diſtincta à parte rei, vel ſolùm ratione ratiocinata ab entitate creaturæ, ſed an ſit de conceptu eſſentiali creaturæ. 11.

Ad quam dubitationem reſpondent quidam graues doctores eſſe de conceptu eſſentiali, quorum argumenta infrà ponemus. Sed ego exiſtimo eſſe potiùs proprietatem quamdam ab illa fluentem. Probatur ex principio Philoſophico; in quo diximus in rebus naturalibus inſtrumentum dicere potentiam actiuam diſtinctam ab entitate accidentis ex Ariſtotele, qui calorem, vt eſt habitus, ſiue affectio ignis ponit in 3. ſpecie qualitatis: at verò, vt eſt potentia, ponit in 4. ſpecie qualitatis, ratio proportionaliter eſt eadem. nam entitas creaturæ primariò conſiſtit in ordine ad eſſe, vt eſt participatum à Deo: at verò potentia obedientialis eſt in ordine ad operari, quod eſt poſterius eſſe. Et confirmatur; nam fluit hæc potentia obedientialis ab entitate creaturæ, quatenus ipſa entitas habet eſſe participatum à Deo: poteſt autem oppoſita opinio reduci ad bonum ſenſum, ſi intelligatur de potentia ſumpta fundamentaliter.

Potentia obedientialis eſt proprietas quadam à creatura fluens.

Contra hanc noſtram ſententiam multipliciter obiiciunt aduerſarij, ſed ponam præcipua argumenta, ad quæ alia reducuntur. 12.

Prima obiectio Suarij in 3. p. diſp. 9. tom. 3.

Obiiciunt primò: Secluſa per intellectum omni alia entitate, ſeu modo, ſi præciſè conſideretur ipſa entitas creaturæ eſſentialiter, neceſſariò adhuc intelligi debet, vt potens obedientialiter; nam eſſentialiter includit, quatenus creatura eſt, ſubiectionem ad creatorem.

Reſponſio. Reſpondetur ex dictis, quòd tunc acciperetur, vt fundamentaliter potens. ex eo enim quòd creatura habet eſſe participatum, eſt potens, ſed formaliter non poteſt concipi, niſi illi intelligatur aduenire ratio potentiæ, quæ cùm ſit in ordine ad operari, eſt poſterior eſſe. *Replica.* Quòd ſi adhuc inſtes in illo priori, in quo eſt fundamentaliter potens, poteſt aſſumi à Deo ad operationem ſupra ſuam naturam, quia Deus habet perfectum dominium ſuper illam, cùm in illo priori adhuc ſit creatura: *Solutio primæ replicæ.* Reſpondetur implicare in adiecto poſſe aſſumi à Deo ad operationem, & non concipi illam, ſed aſſumi cum reſpectu potentiæ ad operationem, & conſequenter aſſumi ſub illo reſpectu, qui quidem reſpectus diſtinguitur ratione ratiocinata, & intelligitur aduenient eſſentiæ, vt probatum eſt. *2. Replica.* Quòd ſi adhuc inſtes; iſte reſpectus eſt inſeparabilis à creatura, quia oritur ex intrinſeca ſubiectione, quam habet creatura ad Deum, ergo eſt eſſentialis. *Solutio ſecundæ replicæ.* Reſpondetur, hoc argumentum, ſi quid probat, probat tantùm hunc reſpectum non diſtingui ex natura rei ab entitate creaturæ, non tamen eſſe de eſſentia ipſius entitatis.

13. *2. Obiectio.* Secundò obiiciunt, anima per ſeipſam eſt capax gratiæ; ergo eodem modo creatura eleuata extrinſecè à Deo, poteſt per ſeipſam efficere gratiam.

Reſp. ad 2. obiectionẽ. Anima gratia capax quomodo ſit.

Reſpondetur, quòd anima eadem ratione intelligitur in poſteriori naturæ capax gratiæ, ita vt illa potentia ſit immediatum principiũ receptiuum, quamuis non vt quò, ſaltem ſub quò.

Tertia obiectio. Tertiò obiiciunt quando aliqua non ſunt per ſe primò, ſed concomitanter ad aliud, non ſumunt ab illo alio ſpeciem aliquam, exempli gratia, quia materia per ſe primò eſt apta ad recipiendam formam, & concomitanter ad quantitatem, ideo ſub eadem ratione formali potentiæ reſpicit quantitatem, & formam ſubſtantialem. Idem dicendum de aqua, cùm ſe reducit in priſtinam frigiditatem: idem etiam de Deo qui eſt potens ad agendum ad extra ſeipſo eſſentialiter. Eodem igitur modo creatura, quia per ſe primò eſt conſtituta in ſua ſpecie, & concomitanter habet, vt ſit potens ſupra ſuam naturam ex imperio creatoris; ideò illa potentia non facit nouam ſpeciem, ſed eſt de eſſentia illius entitatis.

Reſpõſio ad tertiam obiectionem. Reſpondetur hanc doctrinam repugnare Ariſtot. qui expreſsè in prædicamentis ponit calorem ſecundum eſſe ſuum & quatenus eſt affectio ignis in prima ſpecie qualitatis: quatenus verò eſt potens, in quarta. Secundò, cùm dicit hæc opinio illud aliud ſe habere concomitanter, negari poteſt; potiùs enim illud aliud ſe habet ſubſequenter, quia ex primo oritur ſecundum. nam quòd aqua ſit potens ad infrigidandum ſe, oritur ex eo, quia habet talem formam; & ſic de reliquis, niſi quando fortè aliquod ens reſpiceret multa ſub vna ratione formali in ordine ad ſe, ſicut materia, quæ niſi haberet aliud eſſe, quàm receptiuum formæ, poſſet reſpicere eſſentialiter omnia, quæ ſunt in ordine ad receptionem formæ, vt vnum quid, quod non eſt quid ſimile in caſu noſtro.

Ad exemplum verò, quod affertur de Deo, reſpondetur, ſi concedamus aliquod relatiuum reale in ordine ad creaturas includi in Deo, quòd potentia Dei eſt de conceptu Dei propter ſuam infinitatem, & non intelligitur verè fluere à deitate, quia in ſuo conceptu includit ipſam deitatem, cùm ſit quid increatum. At verò potentia obedientialis verè fluit, & quamuis ſit quid creatum, non tamen in ſuo conceptu eſſentiali includit entitatem, à qua fluit.

TERTIA DVBITATIO.

An hæc potentia obedientialis ſit diſtincta à potentia naturali.

14. Ratio dubitandi. VIdetur quod non; nam eadem potentia naturalis poteſt eſſe obedientialis, quatenus poteſt eleuari à Deo, vel actu eſt eleuata, & tunc vt ſic, dicit ordinem ad quemcumque effectum Deus voluerit.

Sententia auctoris. Sed exiſtimo ex eodem principio, quòd ſit diſtincta ſaltem ratione ratiocinata, ſicut philoſophati ſumus de potentia inſtrumentali naturali in igne, quam probauimus eſſe diſtinctam à potentia calefaciendi. & ratio eſt quia fluit ſecundùm diuerſam formalitatem, & ad diuerſum terminum, & in ordine ad diuerſum agens: nam potentia obedientialis fluit ab entitate creaturæ ſecundùm formalitatem dependentiæ entitatis creaturæ à Deo. Præterea ſpecificatur à termino diſtincto formaliter à quocumque termino potentiæ naturalis, vel ſupernaturalis; nam terminus huius potentiæ obedientialis non eſt, nec naturalis, nec ſupernaturalis formaliter; ſed quicumque terminus, ſiue præter naturam, ſiue ſuper naturam ſub hac formalitate, quatenus eſt volitus à Deo, & præterea eſt in ordine ad diuerſum agens. nam iſta potentia non eſt potentia, ſeu inſtrumentum entitatis creaturæ, ſed ipſius Dei tamquam principalis A agentis, vt Quod; entitas autem creaturæ ſe habet potiùs, vt ſubiectum illius potentiæ, cui quidem debetur talis potentia obedientialis propter dependentiam eſſentialem, quam habet hæc entitas creaturæ à Deo.

Et ſic patet reſponſio ad rationem dubitandi; potiùs enim probat opinionem noſtram. Quòd ſi dicas, iſta potentia adhuc eſt in creatura dependens à Deo; ergo ab illa adhuc fluit alia potentia; & ſic in infinitum; ergo, vel ſiſtendum eſt in entitate creaturæ fundamentali, vel ſaltem in priori potentia naturali. 15. Inſtatur.

Reſpondetur, quòd inſtantia procederet, ſi diceremus hanc potentiam obedientialem eſſe diſtinctam à parte rei. dicimus igitur, quòd in tali caſu non B fluit alia potentia diſtincta, niſi ſecundùm rationem, ſicut in ſimilibus dixit Ariſtoteles, ad motum, non eſſe motum, nec quantitatem alia extenſione eſſe extenſam, ſed ſe ipſa. Solutio.

Fauet huic opinioni noſtræ Auguſtinus ſuprà allegatus, qui de Geneſ. ad liter. cap. 17. & alibi ibidem ſæpè repetit, quòd præter ſeminalem rationem naturalem Deus poſuit aliam in creatura, qua vti poſſit ad effectum ſupra naturam. & reddit rationem, quia alioquin Deus non poſſet vti tali creatura ad tales effectus, quia non eſſet in illa creatura principium effectiuum, Quò, quod eſt veluti potentia, & inſtrumentum agentis potentioris, quod eſt Deus.

C

QVARTA DVBITATIO.

Vtrùm gratia, ſeu quæcumque alia qualitas permanens poſſit produci à Deo immediatè ante inſtans ſignatum A.

ALiqui recentiores exiſtimant implicare contradictionem, & probant ſatis probabiliter, & acutè. Primò ſi qualitas permanens produci poſſet ante inſtans ſignatum A, ſequeretur illud ſucceſſiuum, quod eſt immediatè ante inſtans A, ſignatum, ferè determinatum: cùm tamen ſupponatur indeterminatum. Sequela probatur, quia neceſſariò D clauderetur duobus terminis; nam non eſſe gratiæ, & eſſe gratiæ debent eſſe contigua ſecundùm coëxiſtentiam ad tempus noſtrum: ergo quando producitur gratia immediatè antè inſtans ſignatum A, debet dari inſtans, quod diuidat eſſe gratiæ à non eſſe gratiæ: & ſic terminus vnius, ſcilicet, non eſſe gratiæ, & initium alterius, ſcilicet, eſſe gratiæ, eſt vni intrinſecum, & alteri extrinſecum, & quidem inſtans eſſe gratiæ, debet eſſe verſus partes proximiores inſtanti ſignato A: inſtans verò non eſſe gratiæ, quod debet eſſe contiguum, debet eſſe verſus partes remotiores: Tempus igitur medium inter vtrumque inſtans, eſſet determinatum, quia eſſet clauſum duobus terminis. 1. Prima implicantia Suarius 3. p. diſp. 8.

E Secundò repugnat ex modo inceptionis, quia tantùm duo ſunt modi inceptionis per primum eſſe, & vltimum non eſſe: & hæc debent eſſe contigua per coëxiſtentiam ad tempus noſtrum: at gratia in hoc caſu non produceretur neque per primum ſui eſſe, neque per vltimum non eſſe. Non per primum eſſe, quia in hoc inſtanti ſignato A, non fit gratia, neque per vltimum non eſſe, quia non fit immediatè poſt inſtans ſignatum A, ſed erit tertius modus inceptionis, ſcilicet, modò non fit, & immediatè ante fit: qui modus à Philoſopho non ponitur. 2. Secũda implicantia.

Pro

Digitized by Google

3. Notabile.

Pro reſolutione huius dubitationis, notandum eſt, hanc quæſtionem habere duplicem ſenſum, primò vt in illo immediatè ante inſtans ſignatum A, non primò fiat gratia, ſed quo anteà fiat,& fiat, ita vt ex vi inceptionis debeat durare vſque ad inſtans ſignatum A, in quo primò conſeruetur gratia conſeruatione propriè dicta, quia impropriè etiam immediatè ante inſtans ſignatum A, gratia aliquo modo conſeruatur, ſed non propriè fit,factio enim in tali caſu debet durare per aliquod tempus determinatum vſque ad inſtans A,ſaltem vagè ſumptum. Dixi vagè ſumptum, quia ad libitum Dei determinatur tempus, per quod debet durare factio gratiæ vſque ad inſtans; Supponamus igitur quòd ſit determinatum, & ſignatum à Deo illud inſtans,& ſit A, & iuxta hunc primum ſenſum difficultas eſt eadem cum illa difficultate. An ſcilicet, immediatè poſt inſtans ſignatum produci poſſit gratia, quam difficultatem examinabimus in ſexta dubitatione: Quod verò hic primus ſenſus coincidat cum illa difficultate de productione immediatè poſt inſtans, probatur: Nam anima quieſcit ſub non eſſe gratiæ vſque ad vltimum terminatiuum intrinſecum horæ,& ſit B,& immediatè pòſt intelligitur fieri gratia, cuius factio ex vi inceptionis debet durare per aliquod tempus determinatum. Duret igitur vſque ad inſtans A. His poſitis cùm quæritur, vtrum ante inſtans A, poſſit fieri gratia,ita vt concipiatur antea,& antea fieri, idem eſt ac ſi quæratur, vtrum poſt inſtans B, quod erat vltimum terminatiuum horæ, poſſit immediatè produci gratia.

Gratia conſeruatur, ſed non propriè fit.

4. Punctus difficultatis.

Secundus ſenſus quæſtionis eſt, vtrum immediatè ante inſtans ſignatum A, primò poſſit produci gratia, ita vt non intelligatur antè,& antè fieri, & iuxta hunc ſecundum ſenſum agitatur præſens dubitatio.

5.

His poſitis exiſtimo ad quæſtionem reſpondendum eſſe affirmatiuè,quia nulla apparet repugnantia, quare non poſſit à Deo produci gratia immediatè primò ante inſtans ſignatum A. Non igitur eſt denegandum Deo ſaltem ſecundum potentiam ſuam abſolutam, quia Deus poteſt facere quicquid non implicat contradictionem: quòd verò non implicet,ex ſolutione argumentorum patebit.

Deus poteſt facere quicquid non implicat.

Reſponſio ad primam implicantiam.

Ad primum igitur argumentum, ſeu implicantiam reſpondetur, & pro explicatione notandum, quòd gratia habet ſuam menſuram intrinſecam, quæ eſt inſtans temporis diſcreti; fit enim tota ſimul, cùm ſit indiuiſibilis, & extrinſecè tantùm habet correſpondentiam ad tempus noſtrum à quo nullo modo dependet niſi tantùm extrinſecè, & ſecundum noſtram cognitionem. Quo poſito ad implicantiam reſpondeo, quòd ante inſtans ſignatum A, immediatè primò producitur gratia in ſuo inſtanti intrinſeco diſcreto, quod correſpondet tempori noſtro minori & minori proximiori, & proximiori inſtanti ſignato A: atque adeò benè poteſt dici,quòd ante inſtans ſignatum A,immediatè,& primò producatur gratia in ſua menſura indiuiſibili.

6. 1. Inſtantia.

Quod ſi inſtes primò, quomodo poteſt poſt inſtans temporis diſcreti, in quo fit gratia,ſequi aliud inſtans ſignatum A? Reſpondetur, quòd illud inſtans ſignatum A, quod in tempore noſtro erat inſtans formaliter, & virtualiter indiuiſibile, quia eſt immediatum tempori proximiori, & proximiori, illud, inquam, inſtans, in menſura propria gratiæ, non eſt inſtans formaliter, & virtualiter indiuiſibile,ſed eſt inſtans temporis diſcreti virtualiter diuiſibile: nam inſtans temporis diſcreti poteſt adæquatè correſpondere multo tempori noſtro; In illo igitur inſtanti temporis diſcreti concipimus primò fieri gratiam, & illud inſtans quatenus eſt primum eſſe gratiæ,eſt formaliter, & virtualiter indiuiſibile, & correſpondet inadæquatè tempori noſtro minori, & minori, immediatè verò poſt, quia adhuc illud idem inſtans durat;ideò quantum ad hanc durationem eſt virtualiter diuiſibile, & correſpondet immediatè poſt adæquatè tempori noſtro minori,& inadæquatè illi inſtanti temporis ſignato A.

7. 2. Inſtantia.

Quòd ſi ſecundò inſtes: Gratia fit poſt illud inſtans, in quo concipitur non eſſe gratiæ; ergo in menſura propria & intrinſeca gratiæ poſt inſtans ſequitur aliud inſtans: hoc autem eſt impoſſibile, vt probat Vaſquez,& Molina in prima parte in materia de Angelis, & confirmari poteſt ex Ariſt. 6. phyſ. vbi dicit *quòd punctum additum puncto non facit maius: ita nec inſtans additum inſtanti.* Ad hanc inſtantiam reſpondent primò aliqui, negando, quòd repugnet poſt inſtans temporis diſcreti poſſe ſequi aliud inſtans; præſertim ſi ſit tranſiens: & ſic poteſt (inquiunt) Angelus in vno inſtanti creari,& immediatè pòſt annihilari; ſicut enim inſtans temporis noſtri immediatè deſinit totum ſimul; ita à ſimili, Angelus creatus in inſtanti à Deo poteſt immediatè pòſt deſinere & corrumpi à Deo, ita vt illa deſitio & corruptio correſpondeat inadæquatè tempori noſtro minori, ſicut correſpondet deſitio inſtantis noſtri. Et ad id,quod dicebatur,quòd inſtans additum inſtanti non facit maius; reſpondent, quòd inſtans additum inſtanti non facit maius extenſiuè, & diuiſibiliter:non tamen negari poteſt, quòd non faciat maius indiuiſibiliter, ſi ponatur,vt ſucceſſiuè ſuccedens,& non vt ſe penetrans, ſicut accepit Ariſtoteles;ſed quicquid ſit,an in tempore diſcreto poſt inſtans ſequi poſſit immediatè aliud inſtans, de qua re diximus in primo principio Philoſophico, Coroll. 16. reſpondetur ad inſtantiam factam,negando in caſu quæſtionis poſt inſtans ſequi inſtans; nam ſupponimus,quòd non eſſe gratiæ durauit vſque ad vltimum terminatiuum horæ extrinſecè. Quare poſt inſtans virtualiter diuiſibile, in quo concipitur non eſſe gratiæ ſequitur inſtans formaliter,& virtualiter indiuiſibile, in quo concipitur primum eſſe gratiæ correſpondens inadæquatè proximiori, & proximiori parti temporis verſus inſtans ſignatum A.

Punctum additum puncto non facit maius.

8. Tertia inſtantia.

Quòd ſi inſtes tertiò: ſi poſt non eſſe gratiæ, ſequitur primum eſſe gratiæ; ergo illud primum eſſe non poteſt correſpondere proximiori parti temporis verſus inſtans ſignatum A, ſed potiùs remotioribus partibus, quæ ſunt propinquiores inſtanti, in quo concipitur vltimum non eſſe gratiæ. Reſpondetur,quòd debemus imaginari,quòd ſicut antè inſtans ſignatum A, immediatè datur tempus inaſſignabiliter,& ante illud tempus concipitur non eſſe illius temporis: ita debemus (inquam) imaginari, quod illi tempori, quod immediatè datur antè inſtans ſignatum A,& eſt proximius, & proximius ipſi inſtanti A, correſpondeat inadæquatè inſtans temporis diſcreti, in quo primò fit gratia, & vltimum non eſſe gratiæ correſpondeat inaſſignabiliter vltimo non eſſe illius temporis, quod quidem tempus proximius & proximius inſtanti ſignato A, eſt immediatè inaſſignabiliter ante hoc inſtans A.

9. Reſponſio ad ſecundam implicantiam.

Ad ſecundam implicantiam reſpondetur, quòd ſi habeatur ratio inſtantium temporis diſcreti, gratia in caſu quæſtionis incipit per primum ſui eſſe, id eſt,modò eſt gratia, ſignando inſtans diſcretum, in quo primò fit gratia, & immediatè antè non erat gratia.

Ex his patet quid dicendum ad illum caſum,

Quæſitum. An Deus poſſit dare præceptum iuſto de amando Deũ ante inſtans mortis.

quem aliqui confingunt quid ſi Deus daret præceptum homini iuſto ad amandum Deum, antè inſtans mortis, vel ſi daret præceptum Angelo exiſtenti in gratia amandi Deum antè hoc inſtans ſignatum A, ad quem caſum reſpondent, qui tenent non poſſe qualitatem permanentem produci antè inſtans ſignatum A, conſequenter dicunt præceptum non poſſe imponi à Deo, quia implicat contradictionem: ſequereturenim, vel quòd actus amoris fieret totus ſimul ante inſtans ſignatum A, quod exiſtimant eſſe impoſſibile: vel quòd gratia corrumpatur tota ſimul ante inſtans ſignatum A, quod etiam dicunt eſſe impoſſibile. Nos verò, quia tenemus qualitatem permanentem poſſe produci totam ſimul primò immediatè ante inſtans ſignatum A, reſpondemus conſequenter ad caſum, huiuſmodi præceptum poſſe dari à Deo, & quidem ſi Angelus faciet actum amoris, conſeruabitur in gratia; ſin minus, gratia corrumpetur tota ſimul immediatè ante inſtans ſignatum A.

QVINTA DVBITATIO.

Vtrùm ens ſucceſſiuum poſſit aſſumi à Deo tamquam inſtrumentum immediatè ante inſtans ſignatum A, ad producendum gratiam, vel aliam qualitatem permanentem.

1\. Primum argumentum ſeu prima implicantia pro parte negatiua.

PRima ſententia tenet repugnare: ita Suar. 3. p. diſp. 8. probat hoc ſucceſſiuum producens eſſe determinatum, cùm tamen ſupponatur indeterminatum. Probatur ſequela, quia hoc ſucceſſiuum ante inſtans A, ſignatum non produceret per omnes ſuas partes, ſed per minores, & minores proximiores & proximiores ad inſtans ſignatum A, ergo deberet aſſignari inſtans diuidens partes efficientes à non efficientibus; ergo partes efficientes eſſent determinatæ, quia clauderentur inter duo inſtantia, quorum alterum eſt inſtans diuidens partes efficientes à non efficientibus, alterum inſtans eſſet illud A, ſignatum quod tu ponis.

2\. Secunda implicantia.

Secundò repugnat ex parte concurſus Dei, quia non poteſt intelligi Deum vti aliqua re, vt inſtrumento, & illam non eſſe certam, & determinatam, & vt talem cognoſci à Deo. Non poteſt igitur ſucceſſiuum aſſumi à Deo vt inſtrumentum ad producendam gratiam.

3\. Notandum.

Pro reſolutione huius dubitationis. Notandum eſt aliquos mouere hanc quæſtionem propter Sacramenta, quæ ſunt entia ſucceſſiua, tùm ratione formæ, quæ ſunt verba, tùm ratione materiæ, ea, ſcilicet, quæ habent materiam conſiſtentem in vſu, vt eſt ablutio in Baptiſmo; ſed exiſtimo quicquid dicatur in hac dubitatione, quæ eſt tantùm de poſſibili, poſſe in quacumque opinione ſaluari modum concurrendi Sacramentorum de facto: ſiue enim teneatur ſucceſſiuum immediatè ante inſtans A, aſſumi non poſſe vt inſtrumentum ad producendum gratiam, ſiue teneatur oppoſitum, dicendum eſt Sacramentum de facto producere gratiam per vltimum mutatum eſſe terminatiuum verborum, vel ablutionis, quia cum ſignificatio intrinſecè compleatur in illo terminatiuo, fit, vt illud inſtans correſpondens vltimo mutato eſſe verborum, vel ablutionis ſit primum eſſe Sacramenti. Quòd ſi quis neget iſta indiuiſibilia terminatiua deberet dicere ex parte formæ, ſonum ipſum verborum (qui ſecundum multorum opinionem, eſt qualitas permanens,

Sacramentum producit gratiam per vltimum mutatum eſſe.

A & durans per aliquod tempus) aſſumi ad producendam gratiam: ex parte verò materiæ maiorem habet difficultatem, quia poſt vſum ſucceſſiuum verbi gratia ablutionis, nihil remanet, poſſet tamen dici, quòd ipſa materia, putà aqua, vt ſtat ſub ablutione negatiuè completa producat gratiam.

4\. Reſolutio.

His poſitis exiſtimo ad quæſtionem reſpondendum eſſe affirmatiuè, quia nulla apparet repugnantia, quare non poſſit ab ente ſucceſſiuo tamquam inſtrumento, à Deo produci gratia immediatè primò ante inſtans ſignatum A. Non igitur eſt denegandum, à Deo ſaltem ſecundum potentiam ſuam abſolutam, quia Deus poteſt facere quicquid non implicat contradictionem.

Et confirmatur, quia, vt diximus in prima dubi- B tatione huius Corollarij. Deus habet perfectum dominium ſuper creaturam exiſtentem, vt poſſit illa vti tamquam inſtrumento ad omnes vſus, ſi igitur non affertur manifeſta implicantia non debemus aſſerere ens ſucceſſiuum, quod habet omnimodam ſubiectionem ad Deum, non poſſe aſſumi ſecundum potentiam obedientialem ad producendam gratiam immediatè: antè inſtans ſignatum A, quod verò nulla detur manifeſta implicantia, mox oſtendemus ex ſolutione argumentorum in oppoſitum.

5\. Reſp. ad primam implicantiam.

Et ad primam implicantiam reſpondetur, quòd partes efficientes diuiduntur ſe ipſis à non efficientibus, ſicut cùm calor producitur vniformiter difformiter pars caloris proximior, & proximior agenti eſt intenſior, & tamen magis intenſa non diuiditur C à minus intenſa, niſi ſe ipſa, & eſt in hoc caſu, ac ſi ipſe motus à Deo aſſumeretur ad producendum, imò multi philoſophi de facto tenent ipſum motum concurrere ad productionem qualitatis impreſſæ in proiecto, quæ tamen producitur tota ſimul.

6\. Reſp. ad ſecundam.

Ad ſecundam repugnantiam reſpondetur eodem modo, ſicut reſponſum eſt ad tertiam. Et cùm inſtatur, ſequeretur quòd Deus non cognoſceret determinatè concurſum ſuum, reſpondetur, hoc non eſſe abſurdum, ſicut nec cognoſcit concurſum ſuum determinatè, quando concurrit cum calore ad calefaciendam materiam ſucceſſiuè. Aliæ verò implicantiæ quæ ſolent afferri ex parte menſuræ, ſeu ex tali modo incipiendi ſcilicet antè inſtans ſignatum A, ſolutæ ſunt in ſuperiori dubitatione. D

SEXTA DVBITATIO.

Vtrum ens ſucceſſiuum poſſit aſſumi à Deo, tamquam inſtrumentum ad efficiendam gratiam, ſeu aliam qualitatem permanentem immediatè poſt inſtans ſignatum A.

PRo explicatione notandum eſt, ſicut ſuprà etiam notauimus, quòd quidquid dicatur in hac difficultate, dicendum eſt Sacramentum de facto, quidquid dicant aliqui recentiores, non aſſumi hoc modo, quia perfecta ſignificatio ipſius completur in inſtanti intrinſeco; ergo in illo inſtanti intrinſecè producitur gratia. Sed quæſtio eſt de poſſibili ſecundum potentiam diuinam abſolutam, An, ſcilicet, implicet contradictionem, aſſumi immediatè poſt inſtans ſignatum, ita vt ex parte materiæ conſiſtentis in vſu, ſignari poſſit inſtans A, vel tam minima exempli gratia ablutio, & ex parte formę, vel inſtans, vel tam minima ſignificatio, vt dici poſſit in hoc inſtanti, vel minimo, ſiue ablutionis, ſiue verborum, non eſt Sacramentum, & immediatè pòſt, 7. E

Eſt

Eſt Sacramentum,& conſequenter immediatè pòſt A producit gratiam.

Hæc difficultas videtur habere minorem dubitationem, quàm ſuperior.nam in hoc caſu aſſignari poteſt inſtans A, per coëxiſtentiam ad tempus noſtrum, in quo non eſſe gratiæ eſt contiguum ad ipſum eſſe gratiæ, quod eſt immediatè pòſt. at verò in caſu ſuperioris dubitationis non poterat aſſignari, vt ibi dictum eſt.

Suarius in 3.p.tom.3. d.9.

Tamen aliqui non ſolùm in primo caſu, vt ſuprà vidimus,ſed in hoc etiam exiſtimant eſſe impoſſibile huiuſmodi ens ſucceſſiuum aſſumi poſſe, & probant tripliciter ſatis ingenioſè.

8\. Primum argum.

Primò, gratia,ſicut & aliæ qualitates permanentes, fit tota ſimul, ergo non poteſt fieri in tempore, fieret autem in tempore, ſi agens immediatè pòſt eſſet perfectè applicatum, vt eſt in caſu difficultatis. B

Secundum argum.

Secundò,huiuſmodi inſtrumentum, quod aſſumitur ad productionem gratiæ completur in ratione inſtrumenti immediatè pòſt, & conſequenter incipit per vltimum non eſſe. Sed hoc eſt impoſſibile: nam debet neceſſariò deſinere, vel per primum non eſſe ſui,vel per vltimum eſſe ſui, quia aſſignari debet inſtans ſiue intrinſecum,ſiue extrinſecum,quod diuidat non eſſe ab eſſe, ergo illud inſtrumentum durabit per aliquod tempus determinatum clauſum inter illa duo inſtantia; ergo non incipit per vltimum non eſſe. Probant hanc vltimam conſequentiam, quia ſi incipit per vltimum non eſſe,ſequeretur, quòd in quacumque parte ſignata minori, & minori fuiſſet conſummata ratio inſtrumenti; ergo priùs deſiiſſet: quia cùm ſit ens ſucceſſiuum, ſtatim ac conſummatur, deſinit eſſe. ſed iam probatum eſt illud inſtrumentum neceſſariò durare per aliquod tempus determinatum; ergo non priùs,& priùs deſinit. C

Inſtans aliquod aſſignari debet,quod diuidat eſſe, à non eſſe.

Tertium argum.

Tertiò actio,qua fit ipſa gratia, tamquam terminus eſt indiuiſibilis, & incipit tota ſimul cum termino;debet ergo durare per aliquod tempus determinatum. quod enim fit totum ſimul indiuiſibiliter, non poteſt deſinere immediatè, quia deſitio etiam eſt indiuiſibilis, & ſic fieri debet in inſtanti: D vnde ſequeretur,quòd inſtans deſitionis ſequeretur immediatè poſt inſtans inceptionis, quod eſt abſurdum in philoſophia. Sed talis duratio per aliquod tempus determinatum eſt impoſſibilis, quia cùm actio pendeat ab agente ſucceſſiuo, vt ſupponitur; ergo ſucceſſiuè etiam variabitur.variato enim agente variatur actio eius,quia eſt dependentia actualis ab ipſo;non ergo poteſt ens ſucceſſiuum immediatè poſt inſtans ſignatum aſſumi ad productionem gratiæ,ſeu alterius qualitatis permanentis.

9\. Sen. Auct. *Non implicat ens ſucceſſiuum aſſumi ad producendam gratiam.*

His tamen non obſtantibus, exiſtimo nullam implicare contradictionem ens ſucceſſiuum, tamquam inſtrumentum aſſumi ad producendam gratiam,ſeu aliam qualitatem permanentem immediatè poſt inſtans ſignatum. Probatur ea ratione, quam attulimus in Corollario, quia Deus habet perfectum dominium ſupra tale ens ſucceſſiuum. ſi ergo non affertur implicantia manifeſta,non debemus hoc denegare diuinæ omnipotentiæ.quòd verò non ſit manifeſta implicantia, patebit ex ſolutione argumentorum,quæ ſuprà facta ſunt in oppoſitum.

10\. Reſp.ad 1. argum.

Ad argumenta reſpondetur, ad primum quòd, quamuis effectio gratiæ extrinſecè coëxiſtat partibus noſtri temporis minoribus, & minoribus, intrinſecè tamen habet durationem propriam indiuiſibilem.

11\. Reſp.ad 2. argum.

Ad ſecundum argumentum, reſpondetur, illud inſtrumentum, cùm ſit ens ſucceſſiuum,incipere & deſinere,ſicut incipiunt,& deſinunt ipſa ſucceſſiua, exempli gratia tempus, & idem prorſus eſt,ac ſi ad producendam gratiam ſumeretur à Deo ipſum tempus, quod ſequitur immediatè poſt inſtans ſignatum. Quòd ſi dicas tempus aſſumi non poſſe, quia numquam eſt;nam partes ipſius, vel ſunt præteritæ,vel futuræ. Reſpondetur numquam eſſe permanenter, ſed habere ſuam exiſtentiam ſucceſſiuam,vt ſupponimus ex philoſophia, & ſecundum illam aſſumi poſſe.

12\. Reſp.ad tertium.

Ad tertium argumentum quidquid ſit, An quòd eſt indiuiſibile, totum ſimul poſſit immediatè pòſt deſinere, de qua re diximus ſuprà in Cor.16.& tenuimus contra recentiores poſſe illud immediatè pòſt deſinere, nec propterea inſtans ſequeretur ad inſtans, quia ſecundum inſtans correſponderet adæquatè tẽpori noſtro minori & minori in infinitum, vt ibidem probatum eſt; ſed admittẽdo caſum argumẽti reſpondetur,quòd in tali caſu illa actio,quatenus dicit influxum realem,habet rationem inceptionis,& etiam cõſeruationis, quia idem influxus realis durare debet per aliquod tempus determinatum. quatenus igitur ille influxus realis habet rationem inceptionis,eſt à partibus,quæ ſunt immediatè pòſt, prioribus, & prioribus in infinitum: quatenus verò habet rationem conſeruationis, vt ſic dici poteſt eſſe à partibus ſubſequentibus. Sed adhuc inſtatur, quia conſeruatio eſt etiam permanens;ergo non poteſt eſſe ab ente ſucceſſiuo,quia variaretur ſicut variatur agens. Reſpondetur, poſſe idem conſeruari à diuerſis agentibus, ſicut qui tenent materiam dependere à forma, eadem conſeruatur modò ab vna forma, modò ab alia; ſic dicendum eſſet in illo caſu de termino gratiæ reſpectu partium agentium ſucceſſiuarum.

Replica.

Solutio.

Et hinc ſoluitur illa alia difficultas, An ſcilicet pars determinata alicuius entis ſucceſſiui aſſumi poſſit ad efficiendam gratiam. 13.

An pars entis ſucceſſiui aſſumi poſſit ad efficiendam gratiam.

Nam ex dictis patet,non poſſe aſſumi ſecundum ſui inceptionem, quia hoc eſt impoſſibile; nam ſi partes priores totam gratiam effecerunt, quia eſt indiuiſibilis,poſteriores nihil ampliùs efficere poſſunt, ſed aſſumi poſſunt ſecundum quamdam conſeruationem, ita vt prioribus partibus concedatur ratio inceptionis,ſeu efficientiæ, quatenus ſupponunt antè non eſſe gratiæ: poſterioribus verò ratio conſeruationis; quatenus illa gratia ſecundum ſuum eſſe neceſſariò durare debet per aliquod tempus determinatum: non tamen hoc eſt neceſſarium, quia quamuis neceſſe ſit,vt illa actio, quæ illo modo incepit,duret per aliquod tempus determinatum; tamen nihil obſtat,quin Deus ſe ſolo poſſit conſeruare talem actionem,ſeu influxum.

E

SEPTIMA DVBITATIO.

An potentia obedientialis Sacramenti poſſit concurrere ad actionem extra ſubiectum, qualis eſt creatio.

HÆc difficultas mouetur peculiariter in hac materia Sacramentorum, tùm quia multi tenent gratiam creari cum Soto, tum quia tranſſubſtantiatio panis in corpus Chriſti eſt actio extra ſubiectum, & ſecundum aliquos, vel eſt creatio,vel conſeruatio corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis. 14.

Scotus, & Caietanus tenent.

Prima opinio Scoti in 4.diſt.1.quæſt.1.art.3.Caietani 3.par.quæſt.62. Fonſecæ 5.metaphyſicæ c.2. qui

Digitized by Google

Creaturam vt inſtrumentum Dei non poſſe creare. 1. Argum. qui negant poſſe Sacramentum concurrere ad creationem. Probant primò, quia ad creandum non ſolùm in principali agente, ſed etiam in inſtrumento, requiritur virtus infinita: ſed virtus infinita communicari non poteſt creaturæ; ergo, &c. Minor ſupponitur, vt manifeſta, maior probatur iiſdem ferè rationibus, quibus probatur de virtute principali; tum quia virtus creatiua terminatur ad creabile, vt creabile eſt; ergo ad omne creabile: & propterea S. Thomas dixit Angelum non poſſe creare ſibi ſimilem, quia creare poſſet omnes Angelos. tum quia, illa calculatio ex diminutione potentiæ ſubiectiuæ ad augmentum potentiæ productiuæ, ſicut arguit in agente principali virtutem infinitam: ita etiam arguit calculando in virtute inſtrumentali. Et confirmatur, quia alioquin ſequeretur quòd virtus producens ex aliquo, & virtus inſtrumentaria producens ex nihilo æquarentur. Nam ſit virtus producens ex nihilo, vt decem, & virtus producens ex aliquo, vt quinque; ſi potentia paſſiua minoretur per quinque, virtus finita producens ex aliquo ita minorato creſcet, vt quinque: ergo æquabitur virtuti producenti ex nihilo.

2. Argum. Secundò probant; non eſt, cui intimetur imperium Dei: non termino, cùm adhuc non ſit, non ſubiecto, cùm nullum ſupponatur; ergo.

3. Argum. Tertiò, quia inſtrumentum habet præuiam operationem, circa ſubiectum, vt patet in naturalibus de calore, qui priùs propria actione calefacit ſubiectum, quàm igniat illud in virtute principalis agentis: ſed inſtrumentum in creatione non poteſt habere huiuſmodi præuiam operationem, quia nullum ſupponitur ſubiectum; ergo.

4. Argum. Quartò, inſtrumentum, quamuis excedatur à termino, non tamen exceditur à modo operandi, ſicut patet in naturalibus. nam calor, quamuis excedatur ab igne producto, vt inſtrumentum ignis producentis, non tamen exceditur in modo producendi, quia ſicut calor habet modum eſſendi dependenter à ſubiecto, ita producit ignem dependenter à ſubiecto: ſic etiam patet in aliis inſtrumentis ſupernaturalibus. At verò in hoc ſolùm genere inſtrumenti potentia obedientialis eſſet dependenter à ſubiecto, & tamen produceret terminum extra ſubiectum.

5. Argum. Quintò arguit Fonſeca 5. metaph. quia ſequeretur Deum nullam actionem habere ſibi propriam, vt eam creaturæ communicare non poſſet: quod eſt abſurdum, quia ſi in ipſis creaturis ſunt aliquæ actiones, quæ non poſſunt aliis inferioribus communicari, ſicut videre non poteſt communicari lapidi, multò magis in Deo.

Sextò repugnat S. Thomæ in 1. part. quæſt. 45. art. 5. vbi negat expreſsè contra Magiſtrum in quarto, poſſe aſſumi huiuſmodi inſtrumentum.

15. Sent. Auct. *Creatio poteſt communicari, à Deo creaturæ tanquam inſtrumento.* His tamen non obſtantibus, exiſtimo ex ſecundo noſtro principio Philoſophico deduci oppoſitum: nam ibi probauimus modum eſſendi inſtrumenti poſſe excedi non ſolùm à termino, ſed etiam à modo operandi, ſicut calor producendo ignem operatur modo, ſeu via ignitiua, quæ eſt ſubſtantialis: & multò magis hoc militat in huiuſmodi inſtrumentis, quæ non ſunt intrinſecè determinata ad vnum: ſicut ſunt inſtrumenta naturalia, vel inſtrumenta ſupernaturalia, quæ ſunt intrinſecè talia. nulla igitur videtur ex hoc capite repugnantia: ſi quæ autem alia repugnantia videtur poſſe afferri, ſoluetur infrà in reſponſione ad argumenta.

16. Reſponſio ad 1. argum. Ad argumentum reſpondetur, & ad primum, aliqui reſpondent requiri virtutem infinitam in A principali agente, non autem in inſtrumento. Sed contrà; quia ſi terminus, ſeu modus producendi eſt talis, vt requirat in agente actionem infinitam, neceſſariò etiam illam requiret in inſtrumento. Nam inſtrumentum verè agit: ſi autem agit actione finita, nihil aget, quia eſſe ipſius termini exigit intrinſecè actionem infinitam. Neque poteſt dici, quòd adiuuet concurſu ſuo finito actionem Dei infinitam, quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio. Quare ad argumentum reſpondendum eſt, & primò ad primam probationem maioris, non requiri in principali agente virtutem infinitam ad creationem, & multò minus in inſtrumento, vt ſatis fusè probauimus ſuprà in Corollario de creatione, quia ex parte extremorum non poteſt argui infinitas, B ens enim à non ente diſtat per entitatem ſuam, quæ eſt finita: neque ex parte modi producendi, quia calculatio ex materia remotiore in infinitum vſque ad non eſſe materiæ intrinſecè, non arguit virtutem infinitam: ſed virtutem ſuperioris ordinis: non qualemcumque, vt ibi probauimus: ſed puritatem in actu, etiam ſi actus ille non eſſet infinitus. poteſt igitur creatura, vt inſtrumentum actus puri, concurrere ad creationem actione finita ſuperioris ordinis.

Ad confirmationem reſpondetur, quòd virtus producens ex aliquo, ſiue ſit principalis, ſiue inſtrumentalis: vt eſt qualitas naturalis, & virtus inſtrumentalis producens ex nihilo, numquam adæquarentur, quia virtus producens ex nihilo, quamuis eſſet finita, ſemper tamen eſſet in altiori ordine. C

Ad ſecundum argumentum reſpondetur non eſſe neceſſariam huiuſmodi intimationem imperij; 17. Ad ſecundum. ſed ſi admittatur huiuſmodi intimatio, ſufficit, vt fiat termino ſecundum ſuum eſſe eſſentiale, quatenus actio inſtrumenti quaſi extrahit terminum à nihilo, & eſt præuia actioni agentis in priori quodam ſigno naturæ; tamquam quædam diſpoſitio, quia determinat aliquo modo actionem agentis, ſicut actio cauſæ ſecundæ naturalis dicitur determinare actionem cauſæ primæ.

Ad tertium, & quartum reſpondetur, ſi quid probant hæc argumenta, probant de inſtrumento, quod 18. Ad 3. & 4. eſt ſupernaturale intrinſecè, vel de inſtrumento naturali, vt dicemus in ſecundo Corollario, non autem de inſtrumento, quod eſt per potentiam obedientialem, & eſt ſupernaturale extrinſecè, quia hoc D non habet connaturalitatem cum termino, & ideo etiam in modo operandi poteſt excedere modum ſuum eſſendi, tamquam inſtrumentum.

Ad quintum reſpondetur: ſi ſermo eſt de actionibus immanentibus, negatur; nam non poteſt viſio 19. Ad quintum. Dei, quæ eſt comprehenſio, communicari creaturæ, vt ſuprà probatum eſt: ſi verò eſt ſermo de tranſeuntibus, non poteſt eo modo, quo eſt in Deo communicari creaturæ, ſcilicet independenter. At verò quòd poſſit creatio communicari creaturæ finito modo, & dependenter, potiùs dicit perfectionem in Deo.

Ad ſextum reſpondetur, S. Thomam intelligen- 20. Ad ſextum. E dum eſſe de qualitate inſtrumentaria, quæ ſit intrinſecè ſupernaturalis, & determinata ad certum effectum. An autem huiuſmodi inſtrumenta intrinſecè ſupernaturalia debeant habere præuiam operationem ad effectum principalis agentis, & modum operandi ipſis connaturalem, & proportionatum, videbimus infrà in ſecundo Corollario.

Reſtant autem ad pleniorem huius dubitationis reſolutionem duo quæſita examinanda.

Primum eſt, quomodo Sacramentum concurrat ad

Digitized by Google

ad tranſſubſtantiationem panis in corpus Chriſti.

Secundum quæſitum eſt, quomodo producatur gratia, an per creationem, an per eductionem.

21. 1. Concluſio. *Sacramentum poteſt concurrere actiuè ad tranſſubſtantiationem, ſiue tranſſubſtantiatio ſit actio adductiua, ſiue vnitiua, ſiue creatiua.* Circa primum quæſitum circa tranſſubſtantiationem; dico primò nullam eſſe repugnantiam ex parte termini, quin Sacramentum poſſit concurrere efficienter ad tranſſubſtantiationem panis in corpus Chriſti. nam vel hæc actio eſt tantùm adductiua ſecundum Scotum in 4. diſt. 10. quæſt. 1. & diſt. 11. quæſt. 3. & iuxta hunc modum dicendi nulla eſt repugnantia, quia hæc actio non eſt extra ſubiectum; ergo non requirit virtutem infinitam, nec excedit modum eſſendi Sacramenti. Quod verò actio non ſit extra ſubiectum, patet, quia exercetur circa corpus Chriſti adducēdo illud ad ſpecies Sacramentales. dicitur autem hæc actio ſubſtantialis in hoc ſenſu, quatenus per illam fit ſucceſſio ſubſtantiarum ſub iiſdem ſpeciebus. Solùm hic primus modus dicendi Scoti habet difficultatem de facto, quia Sacramentum operaretur in corpus Chriſti prout eſt in Cœlo, aliquid imprimendo in illud, vt adduci poſſet ad ſpecies, & tamen ex Patribus, quos infrà citabimus, & ex modo conſecrationis conſtat actionem Sacramenti eſſe circa ſpecies, tranſmutando panem in corpus Chriſti, cùm dicitur; *hoc eſt*, &c. Scoto.

22. 2. Concluſio. Si verò dicatur ſecundò terminum huius actionis Sacramentalis eſſe vnionem corporis Chriſti cum ſpeciebus ſacramentalibus, quæ vnio eſt modus ſubſtantialis, quatenus vnit corpus Chriſti, cum ſpeciebus panis, vt ſupplens concurſum panis, qui ſubſtentabat accidentia, vt tenet Soto in 4. diſt. 9. quæſt. 2. at. 2. ad 2. & Capreolus diſt. 11. ad primum & tertium Scoti contra primam concluſionem, & ad primam Durand. contra ſecundam. Dico ſecundò, iuxta hunc ſecundum modum dicendi, neque eſſe repugnantiam ex parte termini, quia neque hæc actio Sacramenti vnitiua eſt extra ſubiectum. Soto. Capr. Dur.

23. 3. Concluſio. Si verò dicatur tertiò, terminum huius actionis eſſe vnionem corporis Chriſti cum anima ſub ſpeciebus panis; tunc dico tertiò, neque iuxta hunc tertium modum dicere repugnantiam, quia neque huiuſmodi actio eſt extra ſubiectum: ſupponitur enim exiſtentia materiæ, & formæ, corporis ſcilicet, & animæ, & adductio illarum partium ad ſpecies Sacramentales, & poſtea per actionem Sacramentalem illas partes vniti.

24. 4. Concluſio. *Terminus tranſſubſtantiationis eſt exiſtētia corporis Chriſti.* Si verò, quod probabilius eſt, dicatur quartò, terminum huius actionis eſſe exiſtentiam ipſius corporis Chriſti, ita vt ex exiſtentia corporis Chriſti, quatenus eſt ſub ſpeciebus panis modo præternaturali dependeat ab actione Sacramenti ſine concurſu cauſæ materialis; tunc maior eſt difficultas, quia hæc actio eſt extra ſubiectum, & eſt creatio ſecundum ſubſtantiam; quamuis non dicatur creatio, propter duo, primò, quia res non fit de nouo, ſed conſeruatur: ſecundò, quia fit per conuerſionem panis, ſed hæc ſe habent extrinſecè ad rationem eſſentialem creationis, quæ ſolùm dicit influxum efficientis independenter à concurſu cauſæ materialis. Et hic modus dicendi eſt conformior Patribus, qui dicunt corpus Chriſti fieri per Sacramentum, & aliqui expreſſè dicunt ipſum creari. ita Auguſtinus relatus de conſecra. diſt. 2. cap. vtrum, & Cyprian. ſerm. de cœna Domini, & alij: tunc iuxtà hunc quartum modum, dico quartò, Sacramentum poſſe concurrere ad tranſſubſtantiationem, quia iam probatum eſt in prima parte difficultatis, Sacramentum poſſe actiuè concurrere ad creationem. *Creatio, & conſeruatio non diſtinguuntur eſſentialiter.* Auguſt. Cypr.

25. 5. Concluſio. Quantùm verò ad ſecundum quæſitum circa

A productionem gratiæ; dico nullam eſſe repugnantiam, quin Sacramentum poſſit actiuè concurrere ad productionem illius. nam vel gratia educitur de potentia obedientiali ſubiecti, & iuxta hunc modum nulla eſt repugnantia, quia actio Sacramenti non eſt extra ſubiectum. Si verò gratia concreatur ſecundum Caietanum, vel creatur ſecundum Sotum, tunc neque eſt repugnantia; quia ex dictis ſuprà in hac dubitatione, Sacramentum poteſt effectiuè concurrere ad creationem. Dubium poteſt eſſe tantum circa hoc ſecundum quæſitum, An gratia creetur, ad quod reſpondeo varias eſſe Thomiſtarum opiniones. *Sacramentum concurrit actiuè ad productionē gratiæ, ſiue fiat per eductionem, ſiue fiat per creationem.*

B Prima opinio eſt Soti in quarto, diſt. 1. quæſt. 5. art. 1. qui tenet non poſſe gratiam educi ex anima, tamquam ex ſubiecto. Probatur, gratia eſt forma ſupernaturalis; ergo non poteſt contineri in potentia animæ; quæ ens eſt naturale: ergo non poteſt inde educi. Quomodo autem phyſicè concurrat Sacramentum ad gratiam in opinione Soti videbimus in ſecundo dubio. 26. *An gratia educatur de potentia obedientiali ſubiecti.* 1 Opi. Soti.

Secunda opinio eſt aliorum, qui tenent poſſe gratiam educi ex potentia naturali animæ, quos videtur ſequi Vaſquez in 1. part. diſput. 174. quamuis enim dicat eſſe potentiam obedientialem, hoc tantùm dicit ex parte termini, quia forma eſt ſupernaturalis: non autem, quòd potentia indigeat aliqua C eleuatione. Poteſt hic modus dicendi probari ex eo, quia potentia paſſiua ſeipſa ſubiectat accidens: ſi igitur non poteſt ſubiectare ex ſua natura, nec poteſt per potentiam diuinam: ſicut ſi alicui entitati repugnet connaturaliter informare, non poterit eleuati ad informandum, quia debet informare per ſeipſam, ſecus autem eſt de potentia actiua, quia non communicat ſeipſam formaliter, & ideo non mirum ſi poſſit eleuari à Deo ad producendum aliquid diſtinctum à ſe. 2. Opin. Vaſquez.

Dico primò contra ſecundam opinionem, gratiam non poſſe educi ex potentia naturali animæ, quia eductio non ſolùm dicit vnionem formæ cum ſubiecto, ſed etiam concurſum ſuſtentatiuum, qui D (vt dicetur infrà) eſt dependentia quædam realis à ſubiecto: forma autem ſupernaturalis, qualis eſt gratia, non poteſt contineri in virtute entitatis naturalis, quia potentia neceſſariò debet eſſe ſupernaturalis, ſicut & terminus, à quo ſpecificatur ipſa potentia. 27. *Gratia non poteſt educi ex potentia naturali animæ.*

Dico ſecundò, contra primam opinionem, gratiam educi ex potentia paſſiua obedientiali animæ, & conſequenter non creari, ex S. Thoma 1. 2. quæſt. 101. art. 2. & ratio ab eo allata eſt, quia eſt accidens. dicuntur autem, inquit S. Thomas, homines ſecundum illam creari, quia conſtituuntur in nouo eſſe ex nihilo, id eſt, ex nullis meritis: pro huius concluſionis explicatione, notandum eſt in eductione for-E mæ tria poſſe concipi. Primum, eſt ipſa vnio gratiæ cum anima, & hæc ſi reſultat à materia, dicendum eſt, quòd hæc vnio reſultat ab anima, vt eleuata, quia hæc vnio eſt ſuperioris ordinis. Secundum, poteſt concipi concurſus ſuſtentatiuus, qui eſt dependentia formæ à ſubiecto, & hic, vel eſt nouus modus ſuperadditus vnioni, quia poteſt eſſe vnio ſine hac dependentia, vt patet in vnione animæ rationalis cum corpore, vel eſt vnus modus includens vnionem eſſentialiter contractam ad dependentiam, quia non poteſt intelligi dependentia à ſubiecto, ſine vnione, vel fortè ſecundum aliquos eſt actio tranſiens identificata cum forma neceſſariò connotans vnionem, ſed quodcumque dicatur, debet anima, tamquam ſubiectum eleuari à Deo ad ſuſten- 28. *Gratia educitur ex potentia obedientiali animæ.* *In eductione gratiæ tria poſſunt concipi.* *Anima à Deo debet eleuari ad ſuſtentādam gratiam.*

Digitized by Google

ſuſtentandam gratiam. nam quantùm ad hunc concurſum, ſeu dependentiam non præbet ſubiectum ſe ipſum tantùm; ſed eſt hic concurſus quid diſtinctum ab ipſo, & poteſt ſeparari ab ipſo. nam per hunc concurſum conſtituitur ſubiectum, vt à quo dependet in actu ſecundo forma quo ad eſſe; ergo quantùm ad hunc concurſum debet anima eleuari ad ſuſtentandam gratiam, quia non poteſt ſupernaturale dependere, tamquam à cauſa ab aliquo naturali, quia non poteſt contineri in virtute naturali illius. Quòd ſi dicas, forma eſt perfectior materia, & tamen dependet ab ipſa: Reſpondetur, quòd quantùm ad hoc eſt imperfectior, & quia eſt eiuſdem ordinis, poteſt materia habere potentiam ad illam ſuſtentandam; at verò potentia naturalis non eſt proportionata ad ſuſtentandam gratiam, quia (vt dictum eſt) cùm potentia ſpecificetur à termino, debet eſſe ſupernaturalis, ſicut & terminus. Nec eſt ſimile, quod afferrur in argumento de entitate, cui repugnat connaturaliter informare, quod non poteſt à Deo eleuari ad informandum. & ratio diſparitatis eſt, quia illa entitas concurreret præbendo ſeipſam ſecundum entitatem ſuam, quam habet: & ideò debet eſſe proportionata ſubiecto, & ſi aliquando ſubiectum dependet à forma, non dependet, vt à forma, ſed tamquam à conditione, qui concurſus ſuppleri poteſt à Deo; at verò ſubiectum (vt dictum eſt) ſecundum concurſum ſuſtentatiuum, præter receptionem formæ in ſubiecto, concurrit per dependentiam ad ſuſtentandam formam. Tertium poteſt concipi in ipſa eductione formæ effectus formalis, qui reſultat ex vnione formæ cum ſubiecto, exempli gratia eſſe gratum, quòd clariùs patet, quando effectus formalis eſt attingentia vitalis obiecti, exempli gratia, cùm viſio beatifica informat intellectum Beati, & quantùm ad hunc effectum formalem, qui eſt formalis attingentia obiecti, intellectus concurrit tamquam cauſa principalis in ſuo genere, quia per illam viſionem ipſe intellectus informatur viſione, & dicitur videns, & non Deus.

Ex his igitur patet probatio concluſionis, poſſe, ſcilicet, & debere ſubiectum eleuari à Deo, quantùm ad concurſum ſuſtentatiuum, quia hic concurſus non eſt formalis, nec ſolùm receptiuus, ſed eſt actio dependentiæ. ſicut igitur eleuatur efficiens quo ad actionem ſuam tranſeuntem, ſic poteſt ſubiectum proportionaliter quantùm ad dependentiam actiuam.

Creatio eſt ſubſiſtentiũ. Tertiò probatur concluſio, quia creatio ſecundum Sanctum Thomam, 1. par. quæſt. 55. art. 4. & ſecundum communem, eſt ſubſiſtentium: ſed gratia non eſt ens ſubſiſtens; non ergo ex natura ſua requirit modum creationis, ſed potiùs ex natura ſua eſt educibilis ex potentia ſubſtantiæ. Quòd ſi reſpondeatur cum Caietano 1. 2. quæſt. 112. artic. 1. quòd gratia non creatur, ſed concreatur, quia ſicut in Angelo gratia ſimul concreata eſt cum eſſe, ita quando creatur in anima, quamuis præſupponatur eſſe animæ, tamen quia eſt idem influxus realis quo anima creatur; & conſeruatur, ideo poteſt dici concreari. Contrà, quia hæc reſponſio non ſoluit argumentum factum. nam etiam ſi gratia fiat in eodem inſtanti, cum ſubiecto, tamen, quia eſt forma accidentaria, debet fieri connaturaliter dependenter à ſubiecto, vt colligitur ex S. Thom. 1. 2. q. 110. art. 1.

Caiet. Quid eſt gratiam concreari.

S. Thom.

29. 1. Obiectio. Obiicies primò contra hoc ſecundum dictum: ſubiectum ſe ipſo ſubiectat accidens: ſi igitur non poteſt ex natura ſua ſubiectare, nec poteſt per potentiam diuinam, ſicut nec poteſt aliquid eleuari ad informãdum, ſi non poteſt ex natura ſua informare.

A Reſpondetur, vt paulò antè reſponſum eſt, concurſum ſubiecti non eſſe formalem, nec ſolùm receptiuum, ſed ſuſtentatiuum, qui non fit à ſubiecto ſeipſo, ſed per actionem ſeu modum dependentiæ; & ſic reſponſio patet ad argumentum ſecundæ opinionis. Solutio.

Obiicies ſecundò, communem opinionem veterum Scholaſticorũ in oppoſitum, quia contra Pelagianos, & Semipelagianos dicunt gratiam non produci, ſed creari. Bonauentura in 2. diſt. 26. art. 1. quæſt. 4. & in 4. diſt. 1. art. 1. quæ. 4. Richardus in 2. d. 26. art. 1. quæſt. 2. & in 4. diſt. 1. art. quæſt. 2. Scotus in d. p. quæſt. 5. Gabriel q. 1. art. 2. conc. 3. Maior in 4. Capreolus in 4. d. 1. quæſt. 1. art. 3. in reſp. ad argumenta Scoti contra tertiam concluſionem, Paludanus in 4. d. 1. quæſt. 1. Caietanus 1. 2. q. 112. art. 1. Ferrarienſis 4. contra gentes cap. 77. 2. Obiectio. Bonau. Rich. Scotus. Maior. Palud. Caiet. Ferr.

B Reſpondetur, veteres fortè Scholaſticos ſaltem aliquos interpretandos eſſe non de creatione propriè dicta, quæ eſt independenter à ſubiecto, ſed tantùm intendebant contra Pelagianos non haberi viribus naturæ, & contra Semipelagianos fieri ex nihilo, ſcilicet ex nullis meritis noſtris, quæ reſponſio, quidquid dicant Thomiſtæ citati, colligitur ex S. Thoma 1. 2. quæſt. 110. artic. 1. vbi dicit gratiam eſſe formam accidentariam dependentem à ſubiecto, hominem autem gratum creari, quia conſtituitur in nouo eſſe ex nihilo, ſcilicet ex nullis meritis. Solutio. *Quomodo veteres dixerint gratiam creari.* S. Thom.

C

DVBITATIO OCTAVA.

An poſſit Sacramentum concurrere ad vnionem gratiæ, non concurrendo ad ipſius productionem.

HÆc dubitatio mouetur propter Sotum, qui quoniam exiſtimat Sacramentum non poſſe attingere productionem gratiæ, quam putat à ſolo Deo creari; ideo vt aliquam efficientiam cum S. Thoma det Sacramento, tenet Sacramentum attingere phyſicè effectum formalem gratiæ, ſcilicet D vnionem gratiæ cum anima, ſicut homo ſua generatione attingit vnionem animæ cum corpore. 30. Opinio Soti.

At verò Vega lib. 7. ſuper Tridenti. cap. 13. Vaſquez 1. part. diſp. 174. & Suarius 3. part. in 3. tom. diſput. 9. ſect. 2. ſatis ingenioſè, & probabiliter exiſtimant eſſe impoſſibile Sacramentum concurrere ad vnionem gratiæ; & non concurrere ad productionem. Opinio Vegæ, Vaſquez, Suarij.

Primò probat Vega: Impoſſibile eſt (inquit) inſtrumentum poſſe coniungere aliqua duo, niſi ſuper vtrumque virtutem potentiæ habeat: Sed Sacramentum nullam habet virtutem ſuper ſubſtantiam gratiæ, quia non poteſt illam creare; Ergo non poteſt illam vnire cum anima. 1. arg. contra opin. Soti.

E Secundò probat idem Vega: Productio (inquit) gratiæ eſt productio accidentis: Omnis autem productio tribuit eſſe rei productæ. Ergo, cùm eſſe gratiæ ſit in eſſe naturæ, vt ſubiecto, idem erit gratiam produci, ac ſubiecto coniungi. Hoc argumentum Vaſquez loco citato dicit eſſe conuincens. 2. argum.

Tertiò fortiùs probat Suarius; quia ex opinione Soti (inquit) ſequeretur gratiam in priori naturæ creari à Deo, & in poſteriori naturæ per Sacramentum vniri: quod quidẽ eſt abſurdum. nam gratia non dependeret à ſubiecto connaturaliter, cùm tamen ſit for

A Et forma Accidétaria. Quare ſicut non habet eſſe independens à ſubiecto, ita ex natura ſua non poteſt recipere eſſe per actionem independentem à ſubiecto, alioquin non diſtingueretur ab anima rationali, quæ cùm non dependeat à ſubiecto, poteſt per vnam actionem à Deo ſolo creari, & per aliam à generante vniri corpori. & confirmatur, quia alioquin ſequeretur, quòd actus ſupernaturalis fieret à Deo ſolo, & conſequenter non eſſet liber, quia non eſſet in poteſtate voluntatis, non habere illum, contra Trid. ſeſſ. 6. vbi definitur eſſe in poteſtate voluntatis ſuppoſita quacumque Dei motione præueniente efficere, vel non efficere actum. Quòd ſi reſpondeatur, creationem gratiæ dependere ab vnione cum anima tamquam à poſteriori, ſeu conditione: contrà inſtat dupliciter. Primò (& eſt tertia inſtantia in ordine) hæc vnio non eſt neceſſaria, niſi vt ſubiectum in ſuo genere cauſæ materialis concurrat ad ipſum eſſe formæ. Secundò, non poteſt informare, niſi dependeat à ſubiecto; hic eſt enim modus connaturalis, qui non poteſt variari, nec ſuppleri, quia eſt actus intrinſecus, & formalis.

1. Inſtantia. Anima rationalis per vnam actionem creatur à Deo, & per aliam corpori vnitur à generante.
2. Inſtantia.
3. Inſtantia.
4. Inſtantia in ordine.

31. Sententia auct.

Ego verò, quamuis, vt patet ex dictis, exiſtimem contra Sotum, Sacramentum actiuè concurrere ad productionem gratiæ, tum quia gratia educitur ex potentia obedientiali ſubiecti, vt in ſecunda parte huius difficultatis probatum eſt: tum quia etiam ſi crearetur, poteſt Sacramentum concurrere ad creationem, vt probauimus in ſuperiori dubitatione; tamen exiſtimo cum Soto, non eſſe ſaltem impoſſibile, quòd ſi gratia creetur è ſolo Deo, poſſit Sacramentum per aliam actionem concurrere tantùm ad vnionem gratiæ, cùm anima, licèt non concurrat ad productionem ipſius. & ratio eſt, quia quamuis argumenta, præſertim tertium, multam habeat probabilitatem, nullam tamen probant repugnantiam, quod patebit ex ſolutione argumentorum.

Reſpõſio ad primum argumentum factum cõtra opinionem Soti.

Ad primum facilis eſt ſolutio: habet enim inſtantiam manifeſtam in anima rationali, cuius vnio attingitur à generante, & tamen productio illius attingitur à ſolo Deo.

Ad 2. Vaſq. & Vegæ. Notãda pro reſponſione ad ſecundũ & tertium.

Ad ſecundum, quod Vaſquez exiſtimat demonſtratiuum; & quidem non ſine fundamento, reſpondetur, & pro ſolutione notandum primò inhærentia ſicut in ſuperiori dubio dictum eſt, vel dicere D duos modos formaliter diſtinctos, alterum, qui ſit vnio formæ cum ſubiecto, alterum qui ſit dependentia; vel dicere vnum modum, vt tenet alibi idem recentior ſuprà citatus, qui in ſe includat vtramque rationem eſſentialiter, quia non poteſt intelligi dependentia à ſubiecto ſine vnione. In qua opinione dicendum eſt, eſſe duas ſpecies vnionis, alteram inhæſiuam, vt eſt vnio accidentis, alteram non inhæſiuam, vt eſt vnio animæ rationalis cum corpore.

Deus poteſt ſupplere modum dependentiæ accidentis à ſubiecto.

Secundò notandum, quodcumque dicatur, poſſe Deum ſupplere hunc modum dependentiæ à ſubiecto, vt patet in Euchariſtia; poteſt etiam facere, vt accidens remaneat vnitum cum ſubiecto, & non dependeat à ſubiecto. quod clarè patet ſi teneatur in accidente vnionem eſſe diſtinctam à dependentia: ſi verò teneatur ſecunda opinio, inhærentiam eſſe vnũ E modum, qui eſſentialiter includat vnionem contractam ad dependentiam, tunc eſt difficilius, non tamen dicit repugnantiam, quin Deus illud poſſit facere; nam in hoc caſu corrumperetur ille modus ſimplex, qui eſſentialiter includebat vnionem, & dependentiam, & produceretur à Deo modus vnionis non inhæſiuus, ſed informatiuus, ſicut eſt modus vnionis animæ rationalis cum corpore, & ſi quæ videtur repugnantia, ſoluetur in reſponſione ad tertium.

Coroll. Albert. tom. 2.

His poſitis reſpondetur ad ſecundum argumentum, Deum, cùm creat formam accidentariam, poſſe ſupplere concurſum ſubiecti, non ſupplendo vnionem; quare ad vnionem, quæ eſt diſtinctus terminus, poteſt concurrere agens creatum tamquam inſtrumentum Dei, per diſtinctam actionem ab ea, per quam forma accidentalis creatur: quæ verò contra hanc reſponſionem obiici poſſunt, ſoluentur in reſponſione ad tertium.

Reſp. ad 3. Suarij.

Ad tertium igitur argumentum, quod difficilius eſt, reſpondetur concedendo in opinione Soti, gratiam in priori naturæ creari à Deo, & in poſteriori naturæ per Sacramentum vniri: negaret autem Sotus hoc eſſe abſurdum & cùm arguitur, gratiam eſſe formam accidentariam, & conſequenter dependentem B à ſubiecto; ergo non poteſt fieri independenter à ſubiecto: Reſpondere poſſet Soto, Deum ſupplere concurſum ſubiecti, quoad dependentiam, Sacramentum autem concurrere ad vnionem. Et cùm inſtatur, hinc ſequi creationem accidentis non diſtingui à creatione animæ rationalis: reſpondetur, ad creationem animæ rationalis non requiri nouum concurſum, per quem ſuppleatur dependentia à ſubiecto, ſicut requiritur in creatione accidentis. Et cùm inſtatur ſecundò, quòd ſequeretur actum ſupernaturalem fieri à Deo ſolo, & conſequenter non eſſe liberum: reſpondetur, quòd vel actus ſupernaturalis educitur ex potentia habitus ſupernaturalis, vel ſi nullus daretur habitus, fieret à Deo ſolo, eſſet tamen liber, quia liberè voluntas concurreret ad vnionem C informatiuam, per quam voluntas illum actum facit ſuum. Et cùm inſtatur tertiò, hanc vnionem non eſſe neceſſariam, niſi, vt ſubiectum in ſuo genere cauſæ materialis concurrat ad ipſum eſſe formæ: Reſpondetur negando eſſe vnionem neceſſariam propter hoc præcisè, ſed eſſe neceſſariam ad hoc, vt forma informet ſubiectum præbendo ſeipſam, ſicut patet de anima rationali. Cùm verò inſtatur quartò, modum informandi connaturalem eſſe per dependentiam à ſubiecto, qui non poteſt à Deo ſuppleri, cùm ſit actus formalis: Reſpondetur, concurſum cauſæ materialis eſſe diſtinctum ſaltem ratione ab informatione, vt dictum eſt, & patet manifeſtè de informatione animæ rationalis; quare poteſt dici, quòd huiuſmodi concurſus cauſæ materialis requiratur, tamquam conditio neceſſaria ad informationem. Quòd ſi hic concurſus materialis ſuppleatur à Deo, poſſet forma vnita ſubiecto informare. non enim variatur intrinſecè, nec ſuppletur actus formalis, ſed tantùm actus materialis: quare actus formalis variaretur tantùm extrinſecè, quia ſuppletur à Deo concurſus materialis, tamquam conditio requiſita. Sed adhuc inſto quintò fortiùs, quòd de ratione accidentis eſt, vt quamuis de facto non educatur de potentia ſubiecti, dicat tamen relationem tranſcendentalem dependentiæ à ſubiecto, & ſic Philoſophi explicant illud Ariſtotelis, *eſſe accidentis eſt ineſſe*: at verò gratia, ſecundùm hanc opinionem Soti, & Caietani, & aliarum Thomiſtarum, quos ſuprà citauimus, non diceret ordinem tranſcendentalem ad ſubiectum, à quo educi poſſit. Nam ſecundùm ipſos non poteſt educi à potẽtia ſubiecti naturalis, nec à potentia obedientiali. Sed ad inſtantiam reſponderent, quòd poteſt educi à ſubſtantia ſupernaturali creabili: multi enim tenent hanc poſſe dari; ſed quia illã negauimus in quæſtione 1. Philoſophica Coroll. 3. ideo ſecundò poſſent reſpondere, quòd de ratione formæ accidentariæ naturalis eſt verum, illam dicere ordinem tranſcendentalẽ ad ſubiectum, vnde educatur, & de huiuſmodi formis loquuntur Philoſophi cũ Ariſtotele:

Reſponſio ad primam inſtantiam.

Reſpõſio ad tertiam inſtantiam.

Reſpõſio ad quartam inſtantiam.

Quinta inſtantia auctoris, & ſolutio illius.

Eſſe accidentis eſt ineſſe.

Digitized by Google

at verò forma accidentalis ſupernaturalis,præſertim ſi nullum præſupponat habitum ſupernaturalem,dicit tantùm ordinem indigentiæ concurſus ſuſtentatiui,ſed non in ordine ad ſubiectum,ſed in ordine ad Deum, tamquam auctorem naturæ ſupplentem in genere cauſæ efficientis concurſum ſubiecti:& ratio ſecundùm iſtos doctores eſſet, quia non poteſt dari per potentiam diuinam in natura creata ſubiectum, à quo educantur iſtæ formæ accidentariæ ſupernaturales, ſicut etiam oppoſita opinio tenetur ſaltem dicere, gratiam non dicere ordinem ad ſubiectum intrinſecè connaturale,vnde educatur,quia hoc non datur,ſed tantùm ad potentiam obedientialem,cùm tamen aliæ formæ accidentales naturales dicant ordinem ad ſubiectum ſibi intrinſecè connaturale,quare de eſſentia formæ accidentariæ in communi, vt abſtrahit à naturali,& ſupernaturali,ſecundùm hanc opinionem eſt habere talem imperfectionem,vt indigeat concurſu ſuſtentatiuo,ſiue talis concurſus ſit à ſubiecto,ſiue à Deo ſupplente, & in hoc diſtinguitur ab anima rationali, quæ non indiget concurſu ſubiecti; & ideò cùm Deus creat animam, non ſupplet concurſum ſubiecti, & poteſt eam ſeparare à corpore, & exiſtere, ſine alio concurſu ſupplente vnionem dependentiæ.

Anima rationalis non indiget concurſu ſubiecti, cùm à Deo creatur.

NONA DVBITATIO.

Vtrùm omnipotentia poſſit inſtrumentaliter communicari potentiæ obedientiali.

32. Durand.

HOc dubium mouet Durandus in 2.diſtin. 43. quæſt. 3. & quamuis non ſit neceſſarium huic noſtræ materiæ de Sacramentis, quia Sacramentum non eleuatur ad producendum omne poſſibile; tamen quia videtur habere aliquam connexionem cum priori difficultate, & eſt neceſſarium materiæ de humanitate Chriſti,de qua infrà agemus in tertio Coroll. ideo reſpondeo ad illud.

Reſol. difficultatis. *Repugnat omnipotentiam cōmunicari creaturæ,hoc maximè facit contra vbiquetarios.*

Repugnat omnipotentiam communicari creaturæ ex duplici capite, ex parte modi, & ex parte obiecti;ex parte modi,quia omnipotentia dicit,vt alterius potentiæ non innitatur, at virtus communicata creaturæ,ſiue ſit principalis, ſiue inſtrumentalis, intrinſecè dicit, vt innitatur virtuti diuinæ, & multò magis virtus inſtrumentalis, quia non ſolùm quatenus creatura eſt,ſed quatenus inſtrumentum eſt,dicit,vt innitatur ſuæ cauſæ principali,ergo non poteſt omnipotentia communicari creaturæ inſtrumentaliter.

Secundò repugnat ex parte obiecti, quia omnipotentia dicit ordinem ad omne poſſibile, ſiue illud ſit finitum,ſiue infinitum,vt bene notat Vaſq.in 1.p. diſp. 104.ſed nulla virtus communicata creaturæ poteſt ſe extendere ad producendum ſeipſam,&c. quæ eſt de genere poſſibilium.

Obiectio. Solutio. *Scientia Dei quoad modū eſt incōmunicabilis.*

Obiicies:ſcientia Dei eſt communicabilis creaturæ,vt ſuprà viſum eſt,ergo & potentia.Reſpondetur, quòd quantum ad modum cognoſcendi non poteſt communicari, vt dictum eſt,quia Deus cognoſcit ſeipſum,& alia lumine increato: at verò inſtrumentum non ſolùm quatenus creatura,ſed quatenus inſtrumentum,cognoſcit lumine participato à principali agente:quantum verò ad obiecta,non eſt illa repugnantia,quæ eſt in omnipotentia;nam poteſt virtus cognoſcere ſeipſam,nō tamē producere ſeipſam.

33. *Quæſitū an creaturā poſſit eſſe inſtrumentū creādi omne poſſibile præter ſeipſam.*

Quòd ſi quæras, an ſaltem creatura poſſit aſſumi ad producendum omne poſſibile præter ſeipſam: A Aliqui ad hoc quæſitum reſpondent negatiuè, quia requireretur virtus infinita,vt patet ex calculatione, nec obſtat,quòd creatura eſſet inſtrumentum virtutis infinitæ principalis,quia deberet etiam ipſa creatura concurrere ſuo concurſu,qui,vt patet ex calculatione, ſemper deberet eſſe maior, & maior: ergo præſupponit virtutem infinitam in inſtrumento;virtus autem infinita repugnat creaturæ. Sed ego exiſtimo poſſe aſſumi ad omne poſſibile; & ratio eſt, quia non requireretur virtus infinita non ea ratione, quia inſtrumentum eſt,vt bene probat argumentum, ſed quia potentia obedientialis eſt incompleta in actu primo, & vt fiat completa, non additur illi aliquid reale,per quod efficiatur ſufficiens in actu primo,ad producendum omne poſſibile, quia tunc neceſſariò B requireretur virtus infinita, vt patet calculando, ſed eleuatur extrinſecè per imperium diuinum, quare non requirit in ſe virtutem infinitam, quia cùm eleuatur, ſemper eleuatur ad aliquod finitum,non autem repugnat eleuare in finitum, quia ad hoc ſufficit ipſa potentia obedientialis finita, incompleta in actu primo: quæ ſucceſſiuè completur, cùm ſucceſſiuè eleuatur per imperium diuinum ad producendum modò hoc,modò illud poſſibile:ſi verò deberet concurrere ad producendum ſimul omne poſſibile,vel aliquam creaturam infinitam,ſi dari poſſet, tunc requireretur virtus infinita, & conſequenter repugnaret.

Sententia auctoris.

C

QVÆSTIO SECVNDA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia ſecundi Corollarij ſit vera, quòd,ſcilicet,non repugnet dari qualitatem intrinſecè ſupernaturalem, quæ intrinſecè attingat productionem gratiæ, & tranſſubſtantiationem panis in corpus Chriſti.

HÆc ſententia Corollarij eſt grauiſſimorum auctorum,Heruæi, & Paludani in 4. diſt. 1. D q.1.Capreoli,ibidem q.1.art.3.ad argumenta contra quartam concluſionem;videtur eſſe S.Th. 3.p.q.62.art.5.& huius opinionis tenet Scotus fuiſſe Sanctum Thomam:& hæc quidem ſententia non indiget alia probatione,niſi,vt ſoluantur argumenta ex principio noſtro Philoſophico, ex quorum ſolutione facilè patebit non repugnare huiuſmodi qualitatem ſupernaturalem. 1. Heru. Palud. Capr. S.Thom.

Sed contra hanc ſententiam arguunt Scotus, & Caietanus ſuper 3.p.q.78. art.4. & alij, quos ſequitur quidam recentior ſuper tertiam partem, vbi negat cum Caietano non ſolùm de facto, ſed etiam de poſſibili,Chriſti humanitatem operatam fuiſſe miracula per huiuſmodi qualitatem. Scot. Caiet.

Primum argumentum, & eſt fundamentum in E hac materia, & ſumitur ex S.Thom.1.p.q.45.art.5. inſtrumentum determinatum ex natura ſua ad productionem determinati effectus,neceſſariò debet habere præuiam actionem ſibi propriam,& commenſuratam, & quæ neceſſariò conferat ad productionem effectus vltimati, quæ ſit diſtincta ab actione, qua ipſum inſtrumentum attingit immediatè effectum vltimatum principalis agentis. Sed hæc qualitas ſupernaturalis in Sacramēto nullā poteſt habere actionem præuiam, quæ ſibi ſit connaturalis, & neceſſaria 2. 1.Argum. S.Thom.

Digitized by Google

neceſſaria ad productionem gratiæ, vel ad tranſſubſtantiationem panis in corpus Chriſti; ergo, &c. Minor patet, quia non apparet, quænam ſit hæc actio præuia; ablutio enim in baptiſmo, nihil neceſſariò confert ad productionem gratiæ. Maior probatur, quia alioquin nulla poſſet aſſignari ratio, quare inſtrumentum ſit determinatum ad determinatum effectum vltimatum, niſi habeat præuiam actionem connaturaliter determinatam ad effectum vltimatum: nam poſſet quodcumque aliud inſtrumentum aſſumi, quia dici poſſet, quòd agit in virtute principalis agentis. Et inſtatur peculiariter contra hanc qualitatem ſupernaturalem in Sacramento. nam non videtur, quænam ſit in hac qualitate ſupernaturali hæc connaturalitas determinata ad producendam gratiam, vel ad tranſſubſtantiandum, vel ad alios effectus ſupernaturales.

3. 2. Argum. *Hæc qualitas non poteſt eſſe nec corporalis, nec ſpiritualis.* Palud. Capr. Inſtatur tripliciter cõtra Capr. dicentem hãc qualitatem eſſe ſupernaturalem. 2. Inſtatur. 3. Inſtatur.

Secundò, vel hæc qualitas eſt corporea, vel ſpiritualis: ſi corporea, vt vult Paludanus, non videtur quo modo poſſit concurrere ad efficiendam formam ſpiritualem, vt eſt gratia, ſi eſt ſpiritualis, vt vult Capreolus, contrà inſtatur tripliciter; Primò, non videtur quomodo poſſit eſſe in ſubiecto corporeo, exempli gratia, in aqua. nam vel eſſet extenſa, & ſic eſſet contra naturam eius; vel tota in toto, & vt ſic eſſet contra naturam ſubiecti. Quòd ſi dicas poſſe eleuari ſubiectum ad recipiendum illam; Inſtatur ſecundò, quia non haberet proportionem ad ſubiectum corporeum. Sicut igitur fides non poſſet recipi in voluntate, nec charitas in intellectu propter improportionem: ita nec iſta qualitas ſpiritualis in ſubiecto corporeo. Inſtatur tertiò, quia ſequeretur, quòd tota, & totaliter dependeret à ſingulis partibus, quod eſt impoſſibile, vt diximus ſuprà; quia ab vna parte eſſet expleta tota indigentia ipſius qualitatis: non ergo dependere poſſet ab alia, ſaltem in fieri. Nec valet, ſi dicatur, quòd prout eſt tota in hac parte dependet ab hac, & prout eſt in alia dependet ab illa; non inquam, valet; quia quamuis eſſet multiplicata loco, non tamen eſſet multiplicata ſecundùm eſſe, & ideo ſecundũ eſſe dependeret à ſingulis partibus totaliter.

Vide in q. 2. quæſt. Phil.

4. 3. Argum. *Qualitas accidentalis eſt ordinata ad perficiendum ſubiectum, in quo eſt.*

Tertiò, argumentor principaliter; Qualitas accidentalis eſt ordinata ad perficiendum finaliter ſubiectum, in quo eſt, ex Ariſt. 4. Met. ſed ſi daretur hæc qualitas, non eſſet huiuſmodi. nam ſi conſideretur, vt eſt in quarta ſpecie qualitatis, quatenus eſt actiua, tunc perficeret extrinſecum ſubiectum, quod non eſt ſimile de lumine gloriæ, quod habet actionem immanentem, ſcilicet viſionem, quæ finaliter perficit ipſum intellectum. Si verò, vt eſt in prima ſpecie qualitatis, quatenus eſt affectio ſubiecti, non poteſt perficere ſubiectum; quia non eſt illi connaturalis; cùm ſubiectum ſit naturale, & multò magis dicit improportionem, ſi ſubiectum eſt corporeum, & qualitas ſpiritualis.

5. 4. Argum. S. Thom.

Quartò arguitur auctoritate S. Thomæ 1. p. q. 45. artic. 5. vbi, quamuis loquatur de inſtrumento creationis, tamen prima ratio, quam nos ſuprà ex S. Thoma, primo loco retulimus, militat contra omnes alias qualitates, & 2. 2. quæſt. 178. art. 1. ad primum, vbi loquitur de inſtrumento ad effectus miraculoſos.

6. 5. Argumẽtum ſpecialiter contra tranſſubſtãtiationem. *Conſeruatio idem eſt influxus realis cum creatione.*

Quintò, ſpecialiter arguitur, quòd non poteſt dari huiuſmodi qualitas ad tranſſubſtantiationem panis in corpus Chriſti, quia hæc ſecundùm communiorem opinionem Scholaſticorum eſt, vel creatio, vel ſaltem conſeruatio corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis, ſub quibus, quia eſt modo præternaturali, indiget noua conſeruatione: conſeruando autem eſt idem influxus realis cum creatione. At ad creationem non poteſt dari qualitas ſupernaturalis, quæ ſit creationi connaturalis, ſicut eſt lumẽ gloriæ viſioni beatificæ, quia non habet modum operandi ſibi connaturalem; modus enim operandi eſt extra ſubiectum, & tamen ipſa qualitas eſſet in ſubiecto; non ſic autem eſt in lumine gloriæ, quia concurrit ad productionem viſionis beatificæ, quæ eſt in ſubiecto.

7. Reſpõſio ad primum, in qua explicatur, an in inſtrumento requiratur actio præuia.

Ad argumenta reſpondetur, & ad primum, quod eſt fundamentum aduerſariorum, reſpondetur, ex his quæ diximus in quæſt. Philoſophica in ſecunda difficultate, negando maiorem, quia tunc eſt neceſſarium, vt inſtrumentum habeat præuiam actionem diſtinctam ab actione, qua attingit immediatè vltimatum effectum principalis agentis, quando vltimatus effectus prærequirit diſpoſitionem in ſubiecto ad hoc, vt expellatur forma contraria, quod contingit in naturali generatione: non enim poteſt calor, tamquam inſtrumentum ignis producere formam ignis, niſi priùs introducat in ſubiectum calorem, per quem expellatur frigiditas, & diſponatur ſubiectum. At verò quando terminus vltimatus non eſt huiuſmodi, non prærequiritur hæc præuia actio in inſtrumento, quia nulla eſt ratio neceſſitatis, nec ex parte termini, vt ſupponitur, nec ex parte inſtrumenti, vt bene probat Scotus in 4. diſt. 1. quia inſtrumentum habet proportionem cum vltimato termino, quatenus agit in virtute ſui principalis agentis. Et confirmatur in naturalibus exemplo phantaſmatis, quod quidem in doctrina Thomiſtarum ſecundùm aliquos concurrit tamquam inſtrumentum intellectus agentis, ad productionem ſpeciei intelligibilis ſine vlla alia actione præuia diſtincta.

Scotus.

Ad probationem verò maioris propoſitionis reſpondetur, quòd inſtrumentum dicitur eſſe connaturale ad effectum vltimatum, quatenus connaturaliter confert attingendo immediatè ſua actione effectum vltimatum principalis agentis, & determinando principale agens ad alium effectũ, ſicut phantaſma determinat concurſum intellectus agentis indifferentis ad plures ſpecies ad hanc ſpeciem ſimilem phantaſmati: ita etiam dicendum eſt de hac qualitate ſupernaturali. Et in Sacramento reſpectu Dei. Et cùm inſtatur; quæ eſt hæc connaturalis in hac qualitate ſupernaturali ad producendam gratiam, vel ad tranſſubſtantiandum corpus Chriſti: reſpondetur, quòd ſicut lumen gloriæ connaturaliter eſt determinatum ad producendam viſionem beatificam, quia eſt talis participatio diuinæ naturæ, ita dicendum eſt proportionaliter de iſtis qualitatibus reſpectu ſuorum effectuum.

8. Reſpõſio ad ſecundũ, in qua explicatur qualitas verũ ſupernaturalis in ſacramentis ſit corporea.

Ad ſecundum poteſt dici cum Paludano, in ſubiecto corporeo iſtas qualitates eſſe corporeas. & ad inſtantiam reſpondetur, poſſe efficere effectus ſpirituales, tamquam inſtrumentum Dei, ſicut in ſimili diximus de phantaſmate. Secundò poteſt dici cum Capreolo, eſſe ſpirituales etiam in ſubiecto corporeo. Et ad primam inſtantiam dicendum eſt, eſſe totam in toto, & totam in qualibet parte: ſed negatur hoc eſſe contra naturam ſubiecti ſimpliciter, quia ſubiectum habet potentiam obedientialem paſſiuam, vt ſuprà dictum eſt. Ad ſecundam reſpondetur eſſe diſparem rationem. nam charitas, ideo non poteſt recipi in intellectu, quia debet ſimul concurrere cum voluntate, & non cum intellectu ad eliciẽdum actum amoris; & idem proportionaliter dicendum de fide. At verò qualitas ſe ſola concurreret ſimul cum principali agente ad effectus: corpus autem tantùm ſe habet ſubiectiuè, & quidem aliquo modo proportionatè ſecundùm potentiam obedientialem paſſiuam, vt dictum eſt.

Reſpõſio ad primam inſtantiã huius ſecundi argumenti. Reſpõſio ad 2. inſtantiã.

Reſp. ad 3.

Ad tertiam inſtantiam ſuſtinendo vnum effectum non

A non poſſe pendere à duabus cauſis totalibus (quod mihi videtur verius, vt ſuprà viſum eſt) dicendum eſt partes ſubiecti concurrere partialiter, ſicut quid ſimile dicunt Thomiſtæ de anima equi, quæ ſecundùm S. Thomam eſt materialis, & indiuiſibilis. Sed quicquid ſit de hoc exemplo naturali, ſaltem non repugnat per potentiam Dei partes ſubiecti in caſu noſtro poſſe concurrere tantùm partialiter.. nam ſicut poteſt Deus ſuſpendere concurſum ſuum generalem, ita poſt illum ſic attemperare, vt ſingulæ partes ſubiecti minùs concurrerent ad ſuſtentandum eamdem formam, quæ eſt tota in ſingulis partibus, quàm concurrerent, ſi illa forma eſſet diuiſibiliter in illis partibus, quia tunc ſingulæ partes ſubiecti concurrerent totaliter ad ſingulas partes formæ. Quòd ſi dicas hanc reſponſionem eſſe expreſsè contra ea, quę diximus in quæſt. 2. Philoſophica nu. 14. Reſpondetur, ibi negaſſe duas cauſas, quæ poſſunt concurrere totaliter ad vnum effectum, poſſe naturaliter cócurrere partialiter ad eumdem effectum, quia agunt neceſſariò, & naturaliter, quantum poſſunt.

Vide in q. 2. phil. n. 14.

Deus poteſt concurſũ ſuũ & ſuſpendere & attemperare.

9. Reſp. ad 3. Ad tertium reſpondetur, quòd perficit ſubiectum, in quo eſt, in prima ſpecie qualitatis; nam ſubiectum habet proportionem ſecundùm potentiam obedientialem cum tali qualitate, & perficit etiam, quatenus eſt in quarta ſpecie, præſertim ſi ſubiectum operetur liberè. nam character in Sacerdote, qui ſecundùm aliquos producit gratiam, eſt perfectio Sacerdotis, vt poſſit illo vti, & applicare ad operandum, quando voluerit.

Character in Sacerdote quid faciat.

10. Reſp. ad 4. Ad quartum fateor S. Thom. eſſe potiùs pro opinione oppoſita, quam exiſtimo eſſe probabilem: in hac autem quæſtione ſolùm volui probare non implicare contradictionem, neque hoc fortaſſe negat S. Thomas: loquitur enim ſecundùm potentiam ordinariam, non autem abſolutam.

11. Reſp. ad 5. Ad quintum, de tranſſubſtantiatione eſt maior difficultas, ſed reſpondetur, concedendo tranſſubſtantiationem ex dictis in ſuperiori Corollario, vel eſſe creationem, vel ſaltem conſeruationem, quæ eſt idem influxus realis cum creatione; negatur tamen Sacramentum non poſſe concurrere ad creandum, quia vt ſuprà in priori Corollario probatum eſt, ad creandum non requiritur virtus infinita, & ideò diximus poſſe hanc virtutem communicari ſecundùm potentiam obedientialem. Et cùm inſtatur afferendo D differentiam inter potentiam obedientialem, & qualitatem ſupernaturalem, quia potentia obedientialis, cùm non ſit inſtrumentum connaturale, poteſt excedere modo operandi ſuum modum eſſendi, & ideò poteſt concurrere ad productionem effectus extra ſubiectum, etiam ſi ipſa potentia obedientialis ſit immerſa ſubiecto: at verò, quia hæc qualitas ſupernaturalis eſſet connaturale inſtrumentũ reſpectu creationis, ſicut eſt lumen gloriæ reſpectu viſionis, & ſicut in naturalibus eſt calor reſpectu ignitionis, ideo non videtur poſſe concurrere ad creandum, quia excederet ſuum modum eſſendi, quem habet in ſubiecto, ſicut nec lumen gloriæ excedit ſuum modum eſſendi in ſubiecto, & calor producit formam ſubſtantialem ignis, quæ eſt in ſubiecto. E

Tranſſubſtantiatio vel eſt creatio, vel conſeruatio.

Potẽtia obedientialis in modo operãdi modũ ſuũ excedit.

Reſpondetur, nullam apparere repugnantiam, quòd inſtrumentum connaturale poſſit agere ſupra ſuum modum eſſendi in virtute principalis agentis, ſicut in naturalibus calor habet modum operandi ſpecificum ſubſtãtialem, ſcilicet per ignitionem, quę eſt actio ſubſtantialis, non ſolùm, quia identificatur cum termino ſubſtantiali, ſed etiam quia eſt via, & tendentia ad terminum ſubſtantialem: quòd verò producat formam ſubſtantialem dependentem à ſubiecto, hoc prouenit ex eo, quia etiam ſuum principale agens, quod eſt forma ignis generantis, eſt in ſubiecto; & ideò non poteſt modum operandi genericum habere extra ſubiectum, quia excederet virtutem ſui principalis agentis. At verò hæc qualitas ſupernaturalis concurreret ad creationem, vt inſtrumentum Dei, qui eſt actus purus, & ideo in modo operandi extra ſubiectum poteſt excedere ſuum modum eſſendi in virtute ſui principalis agentis, & exemplum luminis gloriæ, quod affertur, non eſt omnino in oppoſitum: quamuis enim producat viſionem in ſubiecto, tamen dici poteſt, quòd per viſionem attingat actiuè Deum, tamquàm actum purum in ſeipſo, & non per aliquod medium, ſicut calor dicitur expellere efficienter frigus, quia producit calorem, qui expellit formaliter; & tamen ipſum lumen gloriæ B habet modum eſſendi immerſum non ſolùm potentialitati, ſed etiam ſubiecto.

QVÆSTIO TERTIA THEOLOGICA.

An ſententia tertij Corollarij ſit vera, quòd ſcilicet, de facto Sacramenta concurrant actiuè phyſicè ad producendam gratiam, & alios effectus ſupernaturales, & an idem dicendum de humanitate Chriſti. C

Vidimus in præcedentibus Corollarijs duobus modis poſſe aſſumi Sacramentum ad productionem gratiæ, & ad alios effectus ſupernaturales, primò per potentiam obedientialem, ſecundò per qualitatem ſupernaturalem ſuperadditam: remanent nunc videnda duo. Primum: An de facto Sacramentum concurrat phyſicè connaturaliter: Secundum, an concurrat phyſicè per potentiam obedientialem, vel per qualitatem ſupernaturalem ſuperadditam, & idem quæritur de humanitate Chriſti, quia eadem eſt difficultas.

Continet igitur hoc Corollarium tres partes.

I. *Sacramentum concurrit phyſicè de facto ad productionem gratiæ, & alios effectus ſupernaturales.*

II. *Concurrit per potentiam obedientialem.*

III. *Idem dicendum eſt de humanitate Chriſti.*

PRO QVARVM EXAMInatione pono tres Dubitationes.

PRIMA DVBITATIO.

Vtrùm prima pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, de facto Sacramenta concurrant phyſicè ad productionem gratiæ, & aliorum effectuum ſupernaturalium.

HÆc prima pars Corollarij, quamuis videatur impoſſibile, vt probetur ex principio Philoſophico; cùm id, quod eſt de facto depen- 1. 1. Probatio ex Scripturis.
deat

deat à ſola Dei voluntate:probatur tamen eo modo, quo probari poteſt, ſuppoſitis duobus principiis, altero Philoſophico,ex quo ſuprà deduximus non repugnare, vt Sacramenta, eleuata à Deo, concurrant phyſicè actiuè ad quemcumque vſum Deus voluerit:altero principio ex S.Auguſtin. lib.3.de doctrina Christiana, quòd verba ſacræ Scripturæ cum omni proprietate intelligenda ſunt, ſi commodè fieri poteſt,ex quibus duobus principiis facilè deducitur intentum, quia cùm habeatur in Scripturis, quòd Sacramenta ſint cauſæ; comparantur enim cauſis phyſicis,& non repugnet ex dictis, hæc verba Scripturæ intelligi de cauſa propriè dicta ſ.phyſicorum ſequitur hoc modo intelligenda eſſe, præſertim cùm accedat communis expoſitio Patrum. Quòd autem hoc habeatur in Scripturis,probatur Ioan.3. *Si quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto*, vbi renaſcentia ſpiritualis tribuitur Spiritui ſancto: ſed Spiritus ſanctus eſt cauſa phyſica principalis (nam Christus ſolus eſt cauſa principalis meritoria)ergo & renaſcentia ſpiritualis debet tribui aquæ, tâquam cauſæ phyſicæ,ſaltem inſtrumentali,quia ex principio Philoſophico non repugnat,& ex principio S.Auguſtini,renaſcentia accipienda eſt in propria ſignificatione, quæ quidem eſt cauſalitas phyſica per comparationem ad Spiritum ſanctum. Secundus locus eſt 1.Petri 3. *Octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam, quod nos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma*:ſed aqua actiuè concurrit attollendo in ſublime arcam,ergo etiam baptiſmus. Quod autem ex Scripturis habetur de baptiſmo, poteſt etiam applicari aliis Sacramentis.

Auguſt.

Ioan.3.

Spiritus ſanctus eſt cauſa phyſica principalis gratia Christi meritoria.

1.Pet.3.

2.

2. Probatio ex Conciliis & Patribus.

Sotus.

Secundò probatur ex Conciliis, & Patribus, qui dicunt Deum operari gratiam per Sacramenta, Sacramentum autem quatenus eſt cauſa moralis, eſt potiùs inſtrumentum Chriſti, vt notat Sot. in 4.diſt.1. quæſt.3. artic.1. quia Chriſtus in genere morali eſt ſola cauſa principalis, Deus autem eſt cauſa phyſica principalis,quare ſi Sacramentum eſt,per quod operatur Deus, tamquam per inſtrumentum, erit cauſa phyſica inſtrumentalis. quod clarius patet ex Tridentino Seſſione ſexta, capite ſeptimo, vbi recenſens cauſas iuſtificationis, Deum conſtituit cauſam principalem phyſicam; cauſam autem inſtrumentalem baptiſmum: ergo intelligit phyſicam. nam præter cauſas phyſicas ponit etiam Chriſtum cauſam principalem moralem,& baptiſmum cauſam inſtrumentalem. Præterea Chryſoſtomus homilia quadrageſima in Geneſim, & homilia vigeſimaquarta in Ioannem, Auguſtinus 9. contra Fauſt. capite decimoſexto, & libro ſecundo contra Creſcentium capite vigeſimoprimo, Baſilius libro de Spiritu ſancto capite duodecimo, Ambroſius de pœnitent. capite ſecundo, qui communiter aſſerunt Deum operari gratiam per Sacramenta, & eſſe inexplicabilem modum, & excedere rationem humanam, quo Sacramenta ſanctificant, qui modus loquendi non poteſt intelligi de cauſa morali, tum quia per eam non dicitur Deus operari,tum quia facilè explicaretur modus quo concurrerent.

Deus eſt principalis cauſa phyſica gratia,ſacramẽta ſunt cauſa inſtrumẽtalis.

Trid.

Chryſoſt.

Auguſt.

Baſil.

Ambroſ.

3. Probatio ex ſimilitudinibus.

Cyril. comparat Sacramentum aquæ calefactæ.

Chryſ. matrici, & terræ.

Nyſſ. ſemini & virgæ.

Leo vtero Virginis.

Tertiò probatur principaliter ex ſimilitudinibus, quas adducunt Patres, quæ ſimilitudines important cauſam actiuam. Cyrillus 2. in Ioannem comparat aquæ calefactæ, quæ per calorem receptum ab igne calefacit. Chryſoſtomus homilia trigeſimaprima in Ioannem comparat matrici, & homilia decimaquarta in Ioannem terræ, quæ accepit à Deo vires generandi. Nyſſenus libro de Baptiſ. ſemini, & virgæ Moyſi, per quam Deus voluit fieri ſublimia. Theophylactus cap.3. in Ioan. comparat etiam ſemini. Leo ſerm.14. & 5. de natiuitate comparat vtero Virginis, in quo virtute Spiritus ſancti conceptus eſt Chriſtus, Cyrillus cath. 2.comparat matri.

Cyril. matri.

4.

Durand.

Scot.

Sacramenta in quo ſenſu non ſint gratia cauſa ſine qua non.

S.Thom.

Contra hanc primam partem Corollarij tenent Durandus, & Scotus: Durandus tenet Sacramenta eſſe conditionem, ſine qua non iuſtificationis, ſed dupliciter intelligi poteſt iſta conditio ſine qua nòn, vel in genere morali, & tunc communiter reiicitur: præſertim à S. Thoma 3.part. quæſt.62. art.5. quia eſſet tantùm ſignum voluntatis Dei, ſicut ſi aliquis Rex daret pauperi aliquod ſignum, vt oſtenderet Oeconomo, quo certior fieret de voluntate Regis, quia tunc Oeconomus non mouetur propter illud ſignum. At verò Sacramentum eſt cauſa iuſtificationis, ex Trident. Seſſ. 6. cap.7. Præterea non differret baptiſmus à circumciſione, quia in circumciſione dabatur etiam infallibiliter gratia, & de hac conditione in genere morali videtur intellexiſſe Durandus, quia adducit quãdam ſimilitudinem S Bernardi de cœna Domini, de libro quo inueſtitur Abbas,qui tamen liber non eſſet,niſi conditio. Sed Bernardus facilè interpretatur, quod inter alia voluit explicare rationem ſigni. Secundo modo intelligi poteſt quòd Sacramentum ſit conditio,ſine qua non in genere phyſico, ita tamen vt ſit cauſa in genere morali,& hoc modo tenet Canus,& Scotus qui appellat Sacramentum diſpoſitionem neceſſitantem Deum ex ordinatione ipſius Dei ad productionem gratiæ: & inter alia exempla adducit exemplum de merito, quod eſt cauſa præmij. Omitto argumenta, quæ adducunt iſti doctores ad probandum eſſe cauſam moralem tantùm,& non phyſicam,quia tota vis argumentorum conſiſtit in probanda repugnantia huius cauſalitatis phyſicæ, quæ quidem argumenta iam ſoluimus ſuprà in primo & ſecundo Corollario.

Trid.

S Bernard.

Canus.

Scot.

Argumenta in oppoſitũ ex dictis in 1.&2.Corol.

SECVNDA DVBITATIO.

Vtrùm ſecunda pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, de facto Sacramenta ſint inſtrumenta phyſica gratiæ ſecundùm potentiam obedientialem, & non ſecundùm qualitatem intrinſecè ſupernaturalem illis inhærentem.

5.

Maior.

Ocham.

Argent.

Sot.

Med.

Suar.

Palud.

Capr.

Probatur ex 1.parte Coroll.

Auguſt.

HÆc ſecunda pars eſt Maioris, Ocham, Argentinæ, Sot.in 4. & Medinæ, & Suarij, ſuper tertiam partem contra Heruæum, Paludanum, Capreolum in locis ſuprà citatis. Et probatur, non quidem eo argumento, quo aliqui ex Doctoribus citatis probant, ex eo quia repugnet dari huiuſmodi qualitates intrinſecè ſupernaturales; oſtendimus enim ſuprà Corollario ſecundo nullam dicere implicantiam:ſed probatur ex eo, quia ex Scripturis,& Patribus ſuprà citatis:ipſis Sacramentis,putà aquę,tribuitur efficientia ex Auguſt.ſuprà cit.de Gen.ad lit.cap.16.ex Scripturis,& præſertim Sap.vlt. quibus in locis tam Sapiens, quàm Auguſtinus adducunt multa exempla, in quibus Deus vſus eſt creaturis ſecundùm potentiam obedientialem,quæ ſuprà retulimus in hac quęſtione Philoſophica in Corollario primo. Quòd verò Deus vſus ſit illis creaturis ſecundùm potentiam obedientialem,clarè patet Eccleſ.42. & Sap.16. patet etiam ex illis ſimilitudinibus, quas ex Patribus attulimus ſuprà in 1.parte huius Corollarij. Si ergo aliis creaturis vſus eſt ſecundùm potentiam obedientialem, multò magis hoc eſt dicendum de Sacramentis, nam ſi de facto darentur huiuſmodi

qualitates efficientia non eſſet in Sacramentis, verbi gratia, in aqua, ſed in ipſa qualitate, quia ipſe ſe ſola produceret, aqua verò tantùm concurreret materialiter, & ſubiectiuè; At verò verba Scripturæ, & Sanctorum Patrum ex Auguſtino ſuprà citato lib. 3. de doctrina Chriſtiana intelligenda ſunt cum omni proprietate, ſi commodè poſſunt. A

Obiectio. *Virtus Sacramentorum à Chriſto præfluxit.*

Obiicies contra hanc concluſionem S. Thomam in 3. par. q. 62. ar. 5. vbi docet hanc virtutem fluxiſſe à Chriſto: ergo eſt aliquid ſuperadditum ex meritis Chriſti. Reſpondetur, quòd ex meritis Chriſti habuit virtus illa incompleta obedientialis, vt fiat completa per eleuationem à Diuina voluntate, volente vti illa pro determinato tempore ex meritis Chriſti; & probatur ex eodem S. Tho. q. 22. de verit. art. 4. & in 4. diſt. 1. q. 1. art. 4. quæſtiuncula 2. vbi habet, quòd hæc virtus in genere entis eſt aliquid incompletum, quod quidem non poteſt intelligi de qualitate ſupernaturali, quæ in genere inſtrumenti eſt quid completum, cùm ſit intrinſecè eleuata: intelligitur ergo de potentia obedientiali: quæ eſt quid incompletum in genere inſtrumenti, vt probatum eſt ſuprà: indiget enim extrinſeca eleuatione.

Probatur hæc 2. pars Coroll. ex S. Thom.

TERTIA DVBITATIO.

Vtrùm tertia pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, humanitas Chriſti, tamquam inſtrumentum coniunctum Verbi, concurrerit ad omnia opera miraculoſa.

6. 1. Concl. de poſſibili. Primũ dub.

VIdimus hucuſque de Sacramentis, remanet nunc videndum de Chriſti humanitate; eadem enim doctrina applicari poteſt.

Si ſermo eſt de poſſibili, primum dubium in hac tertia parte Corollarij eſt: An repugnet humanitatem Chriſti eſſe inſtrumentum phyſicum ad producendum effectus miraculoſos, ſiue per potentiam obedientialem, ſiue per qualitatem intrinſecè ſupernaturalem humanitati ſuperadditam, ſolutio huius dubij patet ex primo, & tertio Corollario.

Sec. dub.

Secundum: An verba Chriſti poterant aſſumi, vt inſtrumentum phyſicum, ſecundum eſſe ſucceſſiuum ipſorum verborum ad producendum illos effectus miraculoſos, ſeu gratiam. Solutio patet ex primo Corol. in quinta dubitatione, & ſexta. Tertium dubium: An potuerit aſſumi ad creandũ, ſolutio patet ex ſeptima dubitatione. Quartum dubium: An potuerit aſſumi ad creandum omne poſſibile. Solutio patet ex eodem Coroll. in vltima dubitatione, ſolum hîc reſtat diſcutiendum quomodo de facto fuerit inſtrumentum: circa quod dico primo, De facto Chriſti humanitas fuit inſtrumentum phyſicum ad opera miraculoſa. Probatur ex modo, quo ſuprà probauimus de Sacramentis, ex illis duobus principiis, quibus probauimus Sacramenta de facto concurrere phyſicè, ſcilicet, ex principio Philoſophico, ex quo deduximus nulli creaturæ repugnare, eſſe inſtrumẽtum phyſicum actiuum Dei, quod magis militat in humanitate Chriſti, quæ eſt inſtrumentum coniunctum, & ex alio principio Auguſtini ſuprà citato quòd verba Scripturæ interpretanda ſunt ſecundum proprietatem ſi commodè poſſunt. Quòd autem hoc habeatur in Scripturis, probatur ex illo Lucæ, *virtus de illo exibat*. Et præterea habetur paſſim in Scriptura, quòd operabatur per imperium, quod quidem non poterat eſſe motiuum moraliter, quia dirigebatur ad res, quæ non erant capaces ſignificationis imperij: ergo per illud imperium operabatur

Tert. dub. Quartum dub. 7. 1. Concl. de facto. *De facto Chriſti humanitas fuit inſtrumẽtum phyſicum ad opera miraculoſa.* Probatur 1. concl. Auguſt. Luc. 6. Probatur 2.

cauſalitate phyſica. Et præterea probatur, quia ſi cauſalitas phyſica tribuitur à Scripturis Sacramentis, vt probatum eſt; ergo multò magis humanitati Chriſti, quia eſt inſtrumentum coniunctum.

Contra hanc ſecundam concluſionẽ tenent omnes illi doctores citati, qui negant hanc cauſalitatẽ phyſicam inſtrumentariã poſſe eſſe in entitate creaturæ: & præterea (quod mirum eſt) negat illam fuiſſe in humanitate Chriſti Alenſis, & Bonauentura: qui tamen, vt ſuprà vidimus, concedunt potentiam obedientialem actiuam phyſicam poſſe dari in entitate creaturæ. Sed hæc argumenta ſoluimus in primo Corollario huius quæſtionis Philoſophicæ. 8.

Qui tenent contrarium. Alenſ. Bonau.

Duo poſſunt obiici contra hanc primam concluſionem, quia Chriſtus operabatur in loco diſtanti, B actio autem phyſica non eſt in aliquod diſtans. Reſpondent primò aliqui, quòd ſufficiebat præſentia principalis agentis, nam in agentibus etiam naturalibus, multi concedunt, quòd ſi coniungantur per modum vnius, ſatis eſt, quòd illorum vltimum tangat paſſum: & ita ignis calefaciendo aërem dicitur calefacere etiam lignum. Sed hæc reſponſio impugnatur, quia in illa opinione non agit ignis immediatione ſuppoſiti: at Sacramentum agit immediatione ſuppoſiti; verè enim intrinſecè attingit effectum, vt probatum eſt.

1. Obiectio contra hanc primã concluſionem. 1. Solut. impugnatur.

Reſpondetur igitur ſecundò, quòd ſi quæ repugnantia afferri poteſt, per quam agens non poteſt agere in aliquod diſtans, non poteſt eſſe alia, niſi limitatio virtutis, quæ quidem non militat in inſtru- C mento eleuato per potentiam Dei. & hoc eſt conforme S. Thomæ, qui concedit operationem miraculoſam Chriſti humanitati in loco diſtanti 3. p. q. 65. art. 1. ad 3. & Vegæ 7. in Trident. c. 14.

2. Solutio verior. *Cur humanitas Chriſti in loco diſtãti operari potuerat.* S. Thom. Vega.

Secundò obiicitur, quia Mar. 7. voluit Chriſtus neminem ſcire, & non potuit latere. 9. 2. Obiectio.

Reſpondetur, quòd potentia efficiendi miracula in Chriſto ſecundum S. Thom. 3. p. q. 13. art. 2. & 4. reſpiciebat illa, quæ congruenter poterant ordinari ad finem incarnationis, & redemptionis, & ideo negat D. Thom. artic. 2. fuiſſe in Chriſto potentiam ad creandũ, & art. 4. ad 1. dicit non potuiſſe latere, quia tunc non congruebat fini incarnationis, quod idem dicit Damaſcenus lib. 3. de fide cap. 14. & expreſsè orat. quomodo ad imaginem Dei facti ſumus, & idem D habetur in 6. Synod. act. 4. in epiſt. ad Imperatorem ex doctrina Agathonis Papæ.

S. Thom. *Cur Chriſtus latere volẽs non potuerit.* Damaſc.

Tertiò dico, humanitas Chriſti eſt inſtrumentum phyſicum ſecundum potentiam ſuam obedientialem, & non per qualitatem ſupernaturalem ſuperadditam. Probatur ex his quæ dicta ſunt de Sacramentis in hac quæſtione, quæ applicari poſſunt multò magis humanitati Chriſti. Primò, quia humanitas Chriſti eſt inſtrumentum coniunctum; ergo multò magis ipſa humanitas ſecũdum ſuam entitatem concurrere debet, quàm Sacramentum, quod eſt inſtrumentum ſeparatum. Secundò, quia Chriſtus ex libero imperio eiiciebat dæmones, & ſanabat ægrotos. At verò illa qualitas operata fuiſſet neceſſariò, niſi E impedita fuiſſet ex imperio Chriſti. Quòd ſi impediebatur, ſequitur tandem deueniendum eſſe ad liberum imperium Chriſti, & ad potentiam obedientialem illius qualitatis, quæ præter ſuam naturam non operata fuiſſet. Tertiò, ipſe S. Thomas licèt fortè ſubobſcurè loquatur de virtute Sacramentorum, an ſit qualitas ſuperaddita, vt ſuprà viſum eſt, tamen loquens de humanitate Chriſti, apertiùs aſſerit fuiſſe inſtrumentum Dei coniunctum per vnionem cum Verbo, quod etiam expreſsè dixit S. Cyrillus lib. 6. theſauri in principio: *Quamuis* (inquit) *Chriſti caro*

10. 2. Concl. *Humanitas Chriſti, fuit inſtrumentũ phyſicum per potentiã obedientialem.* Probatur 1. ratione. Probatur 2. 3. Probatur ex S. Thom. S. Thom. S. Cyrill.

Digitized by Google

caro ſecundum ſe non habeat potentiã operãdi efficaciter opera diuina, quodam modo tamen illam accepiſſe, ait, *per vnionem, & ineffabilem concurſum Dei Verbi, cum humanitate.* Quartò ex Scripturis ſuprà citatis, in quibus habetur ipſam humanitatẽ effeciſſe effectus miraculoſos, quæ quidem verba iuxta regulam traditã ſuprà à S. Auguſtino, interpretanda ſunt ſecundum proprietatem. At verò ſi non ſecundum potentiam obedientialem, ſed per illam qualitatem facta fuiſſent miracula, nõ diceretur propriè humanitas Chriſti illa effeciſſe; ſed qualitas illa ſuperaddita, quia humanitas Chriſti tantùm ſe habuiſſet materialiter, & ſubiectiuè, qualitas autem illa ſe habuiſſet efficienter, quia ſe ſola effeciſſet illos effectus miraculoſos.

4. Probatur ex Scripturis.

QVÆSTIO QVARTA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia quarti Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, Ignis inferni tamquam inſtrumentum Dei, torqueat dæmones, & animas damnatorum.

Hanc materiam tractant Scholaſtici in diſtin. 44. Bonauentura p. 2. Durandus q. vlt. Maior q. 6. Paludanus q. 1. Scotus q. 2. Richardus art. 3. q. 3. Gabriel quæſt. 3. artic. 2. Sot. diſt. 50. quæſt. 1. art. 2. Ocham quodlib. 5. q. 1. Ægidius quodlib. 2. q. 15. S. Thomas 4. contra gent. cap. 90. & ibidem Ferrarienſis & in 1. par. q. 64. artic. 3. & 4. hic Vaſquez diſp. 243. & Bellarminus lib. 2. de purgatorio, cap. 11. & 12. Suarius in 3. part. tom. 3. in diſp. de purgatorio, & alij.

In hac quæſtione ſunt duæ dubitationes.

I. Quid dicendum ſit de poſſibili.
II. Quid dicendum de facto.

1. Nõ poſſe ignẽ corporeum in Dæmones & hominũ animas ſæuire probatur.

QVANTVM ad primam dubitationem, ratio dubitandi pro parte negatiua, nõ poſſe, ſcilicet, ignem hoc modo eſſe inſtrumentum ad torquendum dæmones, & animas ſeparatas hæc eſt. Triſtitia quæ reſultat in voluntate rationali coniuncta cum corpore ex combuſtione corporis, habet pro obiecto non ipſum ignem apprehenſum, vt ſibi diſconuenientem; ſed habet pro obiecto qualitatem corpoream præſentem, & realiter inhærentem in ſenſu tactus, quæ cauſatur in corpore per actionem ignis, ex diuiſione continui, vel per diſtemperamentum naturalium qualitatum, & hæc qualitas dici ſolet dolorifera, quia eſt obiectum doloris. Hæc igitur priùs percipitur à ſenſu tactus ſiue per ſeipſam, ſiue per ſpeciem immiſſam ab ipſa, quam qualitatem refugit in primis appetitus ſenſitiuus. & ſecundò in voluntatem deriuatur; quare idem eſt obiectum tactus, & appetitus ſenſitiui, & ipſius voluntatis rationalis, in quam voluntatem, quoniam anima informat corpus, poteſt per ſympathiam deriuari triſtitia de malo diſconuenienti ſuæ comparti, quam informat. Sed hanc qualitatem pro obiecto nõ poteſt habere nec Dæmon, nec anima ſeparata, quia cùm non habeant corpus, non poſſunt habere illam

A diuiſionẽ continui, ſeu diſtemperamentum qualitatum. Vnde reſultat iſta qualitas corporea dolorifera præſens, & inhærens realiter in ſenſu: ergo implicat ignem torquere dæmones, vel animas ſeparatas eo modo quo anima coniuncta corpori ab ipſo igne per combuſtionem corporis cruciatur.

Propter hanc rationem dubitandi Scholaſtici in varios abire modus explicandi efficientiam in igne. Primus modus dicendi eſt, Dæmones, & animas ſeparatas ab igne torqueri per alligationem inuoluntariã, & coguntur, vt aliqui dicunt, ad cogitandũ ſemper de illo igne per ſpeciẽ, vel per cogitationẽ ab ipſo igne impreſſam, tamquam à Dei inſtrumento. Hic modus eſt S. Thom. 1. p. q. 64. ar. 3. & 4. & quarto cõtra gentes cap. 90. & hic Ferrarienſis, Durandi in 4.
B diſt. 44. q. vltima, Maioris ibidem quæſt. 6. Paludani q. 7. in 5. opinione. & hunc modum non negat Vaſq. 1. p. diſp. 243. c. 6. Citantur à quodam recentiore pro hac opinione Scotus, & Gabriel in 4. d. 44. ſed non ſunt huius opinionis, vt infrà videbimus. Citantur etiam ab eodem S. Bonauent. in 4. d. 44. ſed oppoſitum expreſsè dicit ibidem part. 2. q. 2. Nam præter hunc modum per alligationem aſſignat alium modum, per modum ſcilicet cruciatus, quatenus dæmones, vel animæ ſeparatæ refugiunt calorem ignis, tamquam apprehenſum, vt nociuum, vt in noſtra opinione explicabimus.

2. Primus modus dicendi. Dæmones torquẽtur ab igne per alligationem inuoluntariã.

Sed hic modus impugnatur. Primò impugnant alij, quia inde ſequeretur, æqualem eſſe pœnam ignis
C omnibus damnatis. Sed hæc impugnatio facilè ſoluitur. nam quamuis hæc alligatio, ſeu incarceratio ſit eadem, tamen virtute Dei fieri poteſt, vt vnus magis triſtetur de illa incarceratione, quàm alius. Secũdò impugnant alij, quia inde ſequeretur, dæmones, qui ſunt in aëre, non cruciari igne. Sed hæc impugnatio ſoluitur à D. Thoma loco citato ad tertium, quia poſſunt dæmones, qui ſunt in aëre, apprehendere ſe fore igni perpetuo alligandos, & hæc quidem apprehenſio poteſt immitti à Deo adeo efficax, vt nõ minùs cruciet, quàm crucientur alij, qui in ipſo igne detinentur. Verior igitur impugnatio (& eſt fundamẽtum in tota hac materia) eſt ex Scripturis, & Patribus, in quibus habetur dari veram efficientiam in igne, & peculiari quadam ratione in ipſo igne, potiùs
D quàm in alio elemento. Ita Auguſtinus 21. de ciu. inquit, dãnatos cruciari in igne miris, veris tamen modis. & ibidem addit, vti eo modo, quo vtitur anima coniuncta, miro tamen modo. Sed clariùs Gregorius 4. Dialogorum c. 29. Ex igne (inquit) inuiſibili ardor, ac dolor inuiſibilis trahitur. & adducit illud Lucæ 16. vbi dicitur diues petiiſſe guttulam aquæ: *vt intingat*, inquit, *linguam meam, quia crucior in hac flamma.* At verò ſi ignis concurreret tantùm ad cruciandum per modum carceris, æqua eſſet ratio aliorum elementorum: ergo præter hunc modum alligationis aſſignandus eſt alius.

Confutatur prima impugnatio cõtra hunc modum. Confutatur 2. impugnatio.

Verior impugnatio. Datur vera efficiẽtia igni ad torquendũ dãnatos.

Secundus modus dicendi eſt Scoti in 4. diſt. 44. quæſt. 2. Gabrielis ibidem q. 3. ar. 2. Ocham. quodli. 1. quæſt. 29. Richardi, ibidem art. 2. q. 3. aſſerentium,
E Deum virtute ſua alligare, & determinare intellectũ damnatorum ad cogitandum ſemper de igne tãtum, velint nolint: ex quo efficitur, vt perpetuò triſtentur, quia vellent nunc hoc, nunc illud conſiderare, & à cognitione huius, vel illius obiecti ceſſare. & hæc pœna (inquit Scotus) eſt maior, quàm ſit per alligationem potentiæ motiuæ ipſi igni, quia virtus intellectiua eſt nobilior, quàm actiua. ſed quomodo fiat hæc determinatio non omnes conueniũt. Richardus explicat per immiſſionẽ ſpeciei vehementis, per quã turbatur, inquit, intellectus Angeli, & impeditur ab alia

3. 2. Modus dicendi. Gabr. Och. Rich. Deum virtute ſua alligat intellectum damnatũ ad cogitandum ſemper de igne. Richar.

Scotus. Gabr. Och.

aliarum rerum conſideratione. Sed Scotus,Gabriel, & Ocham explicant fieri, per cognitionem quamdam actualem determinantem intellectum Angeli ad illud obiectum, quæ quidem cognitio immittitur à Deo per ignem, tamquam per inſtrumentum, & hi quidem meliùs explicant, quàm Richardus. nam non videtur ſpecies poſſe facere illum effectum in Angelo. quod probatur à ſimili: nam clarè ſemper intuetur ſeipſum, & intuetur aliquod aliud obiectũ, & tamen non impeditur ab aliarum rerum conſideratione.

1 Impugnatio ex Vaſq. contra hũc ſecundũ modum dicendi.

Hic ſecundus modus variè impugnatur;& primò à Vaſquez 1.part.diſp.243.c.3. quia non poteſt(inquit)ignis concurrere ad producendam hanc cognitionem in intellectu Angeli, quia non habet actionem præuiam aliquo modo conferentem ad hunc effectum. Sed hæc impugnatio facilè ſoluitur ex his, quæ diximus in quæſtione Philoſophica in ſecunda difficultate,& in Corollario ſecundo, vbi ex profeſſo oſtendimus hanc actionem præuiam non requiri neceſſariò in inſtrumento,nec ſupernaturali,nec naturali,niſi quando eſt neceſſaria ad expellendam formam contrariam, vel ad diſponendum ſubiectum, ſicut eſt in calore calefaciente priùs ſubiectum, antequam producat ignem, vt inſtrumentum ignis. At in phantaſmate hæc actio præuia non datur, cùm producit ſpeciem intelligibilem tamquam inſtrumentum intellectus agentis. Secundò impugnant alij, quia non poteſt ignis concurrere ad producendam cognitionem,quæ eſt actus vitalis.Sed hæc impugnatio ſoluitur,quia ignis non concurrit totaliter, ſed partialiter ſimul cum intellectu, vt multi Theologi tenent de ſpecie, & lumine gloriæ reſpectu viſionis beatificæ: adde quòd actus vitalis, quoad efficientiam non dicit fortè,vt neceſſariò ſit effectiuè ab intellectu, ſed tantùm quoad attingentiam formalem,vt dictum eſt in quæſtione prima Philoſophica, Corollario primo. Tertiò impugnant Vaſquez, & alij communiter, quia experientia conſtat ex energumenis dæmonem multa alia conſiderare. Sed ſolui poſſet hæc impugnatio ſi diceretur, quòd apud iſtos doctores præcipua pœna conſiſtat,quia non poteſt ſpiritus ceſſare à conſideratione ignis:& quamuis poſſit alias res conſiderare, tamen perfecta conſideratione aliarum rerum impeditur aliquo modo ob triſtitiam, quam habet de illa conſideratione, à qua inuitus non poteſt ceſſare.

Confutatur hæc prima impugnatio. *Actio præuia dari non poteſt.* 2.Impugnatio cõtra eũdem modũ. Confutatur 2.impugn. 3.Impugn. Confutatur hæc tertia impugnatio.

Verior impugnatio huius 2.modi.

Verior igitur impugnatio,videtur eſſe ex illo noſtro fundamento, quia hæc pœna ignis, quamuis ſit poſſibilis, non tamen eſt ſufficiens, cùm non ſit per vſtionem contra Patres, & Scripturas ſuprà citatas, præſertim Lucæ 16. *vt intingat*, &c. *crucior in hac flamma.*

4\. *Tertius modus conſiſtere dicitur in quadã qualitate deformante ſpiritum.*

Tertius modus aliorum, qui hanc efficientiam in igne conſtituunt in productione cuiuſdam qualitatis deformantis ipſum ſpiritum: explicant autem hanc rationem deformantem,quia hæc qualitas (inquiunt) repræſentat damnatis peccata præterita, & occaſiones peccatorum,quæ fuerunt cauſa moriendi in illo ſtatu.

1.Impugnatur. Confutatur hæc prima impugnatio.

Hunc modum tamquam non neceſſarium impugnant communiter recentiores, quia hæc repræſentatio non excedit pœnam vermis conſcientiæ; Sed huic impugnationi facilè occurri poteſt, ſi dicatur, quòd iſte tertius modus dat in igne efficientiam cuiuſdam qualitatis determinantis intellectum damnati,vt velit,nolit,cogitet peccata præterita,& occaſiones, tamquam cauſas moriendi in illo ſtatu:& cogitet etiam priuationem beatitudinis. nam ſi non eſſet talis determinatio, poſſet damnatus auertere cogitationem, & ſic effugere pœnam vermis conſcientiæ, qui,vt dicit Scriptura,non morietur.

Verior impugnatio huius tertij modi.

Impugnatur igitur hic tertius modus, tamquam inſufficiens, quia (vt patet ex ratione fundamentali ſuprà allata) præter hunc modum datur pœna combuſtionis.

5\. 4. modus Alb.& Suar. 3.p.in diſ.de Purgatorio to.n.4. *Qualitas diſconueniens quæ ſit, ignoratur.*

Quartus modus eſt Alberti in 4. diſtinct.44. art. 20. quem ſequuntur quidam Doctores eximij, qui exiſtimant efficientiam in igne in hoc conſiſtere, quòd per actionem eius fiat in ſpiritu qualitas quædam ſpiritualis diſconueniens illi, & deformans ſpiritum: & hanc dicit eſſe obiectum doloris, & triſtitiæ. Quæ autem ſit hæc qualitas non explicat, ſed dicit eſſe nobis ignotam, quod probat ex Auguſtino 21.de ciu.vbi inquit ignem inferni miris,veris tamen modis cruciare. Probat ſecundò ex impugnatione aliarum opinionum.

Impugnatur hic quartus modus 1. Bellar.

Sed hic modus mihi non placet, & primò impugno probationem ipſius, prima probatio erat ex auctoritate Auguſtini;ſed contrà, quia Auguſtinus loco citato expreſsè dicit ignem inferni torquere ſpiritus,ſicut torquet vrendo animam coniunctam: ſicut enim,inquit,poteſt vniri ſpiritus carni, vt illi vitam communicet,& cum ea ſimul gaudeat & patiatur:ita,inquit,poteſt vniri ſpiritus igni,vt ab illo pœnam trahat, licèt modus vtriuſque vnionis nobis ſit incognitus.Non negat igitur ſpiritum non vri,vt bene notauit Bellarminus lib.2.de Purgat.cap.12.Sed tantùm aſſeruit miris, veris tamen modis cruciari, ſcilicet per vſtionem,vt patet ex illo loco.

2.Impugn.

Secundò arguitur contra ſecundam probationem, quæ erat ex impugnatione aliarum opinionum. ſuprà enim viſum eſt, alias opiniones non poſſe impugnari tamquam impoſſibiles, vel non neceſſarias, & præterea infrà in noſtra opinione probabimus, conformius eſſe Scripturis,& Patribus, ſi dicatur ignem torquere ſpiritus per vſtionem; ſoluemus autem infrà argumenta præſertim huius auctoris in oppoſitum.

3.Impugn. *Deformitas hæc quænam ſit.* *Contraria ſunt ſub eodem genere.* Quarta impugnatio. Quinta impugnatio.

Tertiò impugnatur ipſa ſententia huius auctoris. nam quæro ab illo, quænam deformitas ſit hæc;nam vel eſt naturalis, vel ſupernaturalis. Non naturalis, quia nihil ex naturalibus amiſerunt dæmones; ergo ſupernaturalis;ergo non poteſt eſſe deformitas,quia quælibet qualitas ſupernaturalis eſt ornatus.Reſpondet hanc qualitatem eſſe præternaturalem, ſicut calor vt decem eſſet præternaturalis igni. Sed contrà, quia hæc deformitas non contrariatur pulchritudini naturali, vt probatum eſt; ergo ſupernaturali: ergo ipſa neceſſariò eſt ſecundum ſubſtantiam ſupernaturalis. nam contraria ſunt ſub eodem genere,vt dicit Ariſtoteles in prædicamentis:nec eſt ſimile de calore, vt decem, quia calor vt decem eſt ſecundum ſubſtantiam naturalis, quamuis ſecundum modum ſit præternaturalis.Quartò impugnatur,quia hic modus videtur eſſe contra Scripturas,quæ dicunt,ſpiritus(præſertim animas)vri ab igne, vt Lucæ 16. *immittat digitum,&c.quia crucior in hac flamma.* Quintò,quænam deformitas poteſt eſſe in animabus purgatorij: reſpondet aliquando apparuiſſe deformes; contrà, hoc fuit in corporibus aſſumptis, ad oſtendendum priuationem lucis æternæ.

6\. Quintus modus Vaſquez celebris doctoris. *Animæ ſeparatæ torquentur ab igne, ac ſi eſſent coniunctæ.*

Quintus modus eſt Vaſquez 1.part.diſp.243.cap. 6. aſſerentis animas ſeparatas torqueri ab igne, ac ſi eſſent coniunctæ,patiendo pœnam ignis,quia poteſt Deus,inquit,talem apprehenſionem immittere, ac ſi ignis præſens corpus cremaret. Hoc autem ponit,ne cogatur concedere pœnam ſenſus ab igne augeri in animabus poſt vnionem cum corpore: negat autem hoc genus pœnæ poſſe eſſe in dæmonibus, ſed dicit illos

Digitized by Google

Impugn.

illos pati ab igne per alligationem, & alium modum nobis ignotum. Hic modus huius Doctoris propriùs accedit ad veritatem, tamen non videtur fortè conſequenter loqui; nam ſi hic modus torquendi eſt impoſſibilis in dæmonibus, eſt etiam impoſſibilis in animabus ſeparatis. nam ideò, inquit iſte auctor, repugnaret dæmonibus, quia illa triſtitia, quæ eſt in ſpiritu, haberet pro obiecto non ipſum ignem, ſed qualitatem doloriferam, quæ reſultat in tactu ex combuſtione ignis. Sed hæc, inquit, repugnat dæmonibus. Verùm ſi hæc ratio eſſet bona, valeret etiam anima ſeparata, quia illa qualitas dolorifera afficit animam rationalem, quatenus actu informat corpus in quantum apprehendit, & iudicat illam, vt nociuam ſuæ comparti, vnde per ſympathiam deriuat ad illam: in anima verò ſeparata hoc verum iudicium eſſe non poteſt. Quòd ſi dicas fieri per ſolam apprehenſionem, hoc etiam dici poſſet de dæmonibus, vt infrà dicemus, non ergo eſt diſpar ratio de anima ſeparata, & dæmone.

7. *Anima ſeparata & dæmones torquentur ab igne tamquā inſtrumento diuinæ iuſtitiæ.* Henr.

Vltimus modus, & verior eſt animas ſeparatas, & dæmones torqueri ab igne, tamquam ab inſtrumento Dei, eo modo quo torquetur anima coniuncta ex combuſtione corporis: ſed hic modus poteſt habere duplicem ſenſum.

Primus ſenſus eſt hanc paſſionem in animabus, & dæmonibus eſſe eiuſdem rationis, cum ea, quam ſenſus ipſe patitur ex combuſtione. Hic modus eſt Henrici quodlib. 8. quæſt. 37. Sed hic modus eſt improbabilis, & impoſſibilis, quia illa paſſio eſt corporea, & propria ſenſus, & repugnat ſpiritui. nec valet, quod dicit Henricus, eleuari ſpiritum à Deo, vt ſit capax talis doloris. nam non poteſt eleuari intellectus ad audiendum, nec ad recipiendum aliquod corporeum. hunc etiam Henrici modum impugnant Sotus, & Durandus.

Secundus ſenſus eſt hanc paſſionem eſſe eiuſdem rationis cum illa, quam habet anima coniuncta, quę paſſio eſt ſpiritualis deriuata in ipſam ex paſſione tactus, & appetitus ſenſitiui: ex combuſtione enim corporis fit qualitas dolorifera, quæ eſt obiectum tactus, & ex tactu deriuatur fuga, & diſplicentia in appetitu ſenſitiuo; & ex appetitu ſenſitiuo per ſympathiam deriuatur alia triſtitia, quæ eſt paſſio ſpiritualis in anima rationali de eodem obiecto, ſcilicet qualitate dolorifera corporea: ita in anima ſeparata, & dæmone eſt triſtitia ſpiritualis de eodem obiecto, de qualitate, ſcilicet illa corporea dolorifera apprehenſa vt nociua. Hinc ſecundus ſenſus eſt Soti in 4. diſt. 50. quæſt. 1. art. 2. eſt etiam hic modus Bellarm. lib. 2. de purgat. cap. 12. & eſt etiam Bonauent. 4 diſt. 44. part. 2. quæſt. 2. loco ſuprà citato, quamuis iſti Doctores non explicent modum, quo ſpiritus vruntur ab igne, quem nos infrà explicabimus.

Sot. Bellarm. Bonau.

Probatur 1. hæc ſententia noſtra ex Auguſt.

Hæc ſententia probatur primò ex Auguſtino, 21. de ciuit. cap. 10. vbi non negat, vt quidam recentiores exiſtimant, hoc genus cruciandi, ſed tantùm dicit ignorari modum vnionis ſpiritus cum igne, ex qua vnione oritur talis paſſio. & dat exemplum de anima rationali, quæ mediante vnione cum corpore, dat vitam corpori, & cum eo ſimul gaudet, & patitur, cùm tamen modus huius vnionis ſit ineffabilis: *Quæ enim eſt*, inquit, *proportio inter ſpiritum, & corpus*? Cùm ergo dicit Auguſtinus ſpiritum ab igne pati miris, veris tamen modis, non intelligit, quòd ſit nobis ignotum genus patiendi, cùm conſtet ex Scripturis eſſe per vſtionem: ſed quòd ſit ignotus modus vnionis ſpiritus cum igne, ex quo modo vnionis reſultare poſſit tale genus paſſionis.

Modus vnionis corporis cum anima eſt ineffabilis.

Probatur 2. Secundò probatur ex Gregorio 4. dialog. cap. 29.

A *Ex igne* (inquit) *viſibili ardor, ac dolor inuiſibilis trahitur.* quo in loco apertè aſſerit Gregorius hoc genus cruciandi, ſed dicit eſſe inuiſibile, & incognitum nobis, quia ignoratur modus, quo ignis vrat ſpiritum. Nec obſtat locus in lib. 15. cap. 14. Moralium, vbi dicit ignem gehennæ eſſe incorporeum: eſt enim error, vt notat Bellarminus loco citato, ſcriptorum, qui ponunt incorporeum pro corporeo, vt patet ex ſequentibus: dicit enim, ſtatim corporaliter vrere, & quarto dialogorum cap. 26. apertè dicit hunc ignem eſſe corporeum, per quem mens in flamma corporea cruciatur.

Greg.

Ignis inferni eſt corporeus.

3. Probatur Lucæ 16.

Tertiò probatur Lucæ 16. *Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* quem locum adducit etiam Gregor. 4. dialog. c. 29. ad probā- B dum ſuam ſententiam: ex quo eodem loco facilè apparet hoc genus cruciandi eſſe per vſtionem: diues enim ille petebat guttulam aquæ quaſi contrariam vſtioni.

3. Probatur. *Pœna ignis cur dicatur.*

Quartò, hæc pœna dicitur pœna ignis, ex Scripturis: per quem modum loquendi explicatur hanc pœnam non eſſe ignis, quia fit in igne, ſed quæ fit ab igne, ſicut non dicitur pœna aëris, quæ fit in aëre, ſed quæ fit ab aëre. Si ergo ignis non concurreret modo ſuo peculiari, videlicet, per vſtionem, non eſſet, cur potiùs hoc elementum aſſumptum fuiſſet, tamquam inſtrumentum ad cruciādum, quàm aliud. Et quamuis dici poſſit, quòd hoc fuit aſſumptum, quia poſt diem iudicij cremabit corpora damnatorum, tamen C ex loquendi Scripturæ loco citato, videtur aſſumptum fuiſſe ad vſtionem animarum, & dæmonum, vt dicitur Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo.* Ergo fuit aſſumptus ignis ad torquendum dæmones.

8. Sed contra hunc veriorem modum explicandi variè inſtatur. Conabor autem, quoniam hic modus non minus eſt Scripturis, & Patribus conformior, quàm ad arcendos homines à peccato efficacior, ſoluere omnia argumenta tam veterum, quàm recentiorum Scholaſticorum.

9. 1. Inſtantia.

Et primò inſtat Durandus: Non poteſt, inquit, ignis concurrere ad vſtionem, tamquam inſtrumentum Dei, quia non habet, vt patet, actionem aliquam D præuiam, quæ conferat ad hanc vſtionem, tamquam effectum principalis agentis. Quòd autem inſtrumentum debeat habere huiuſmodi actionem præuiam, probatur exemplo in naturalibus, vt calor, antequam igniat, calefacit ſubiectum. Secundò probatur, quia non eſſet ratio, quare potiùs hoc, quàm illud inſtrumentum aſſumeretur, quodcumque enim inſtrumentum poſſe in virtute principalis agentis attingere effectum vltimatum.

Reſponſio ad primam inſtantiam. *Actio præuia nō eſt neceſſaria in naturalibus.*

Reſpondetur ex dictis in hac quæſtione ſecunda Philoſophica, in ſecunda difficultate, vbi ſatis oſtendimus, hanc actionem præuiam non eſſe neceſſariam in naturalibus, niſi quando expellenda eſſet forma contraria, & diſponendum eſſet ſubiectum, vt in exemplo allato de calore. At verò in phantaſmate, E quod tamquam inſtrumentum agentis concurrit ad productionem ſpeciei, nulla datur præuia actio. Quod verò hæc actio præuia, neque requiratur in inſtrumento ſupernaturali, præſertim ſi ſit ſecundùm potentiā obedientialem, vt eſt in igne, probauimus in Corollario 1. huius ſecundæ quæſt. at multò minus hoc argumentum militat in igne, quia habet proportionem cum vſtione, quam non habent alia elemētā.

Multa alia argumenta fieri poſſent contra hanc potentiam obedientialem ignis concurrentis ad effectum vſtionis: ſed illa omitto, quia ſatis ſoluta ſunt in primo

Digitized by Google

primo Corollario citato.nulla igitur poteſt eſſe difficultas quantum eſt ex parte inſtrumenti, ſed tota difficultas eſt, An vſtio poſſit fieri ab ipſo Deo.

10. 2. Inſtãtia. Vaſquez.

Circa autem hanc difficultatem ſtatim occurrit inſtantia, & ratio dubitandi tam veterum, quàm recentiorum Scholaſticorum, poſita initio quæſtionis, & eſt ſecunda in ordine, quam valde vrget Vaſq. 1. p. diſp. 243. c. 4. Spiritus (inquit) vel habet pro obiecto triſtitiæ ipſum ignem, vel qualitatem deriuatam ab igne: neutrum autem dici poteſt, quia tunc non haberet idem obiectum triſtitiæ, quod habet anima coniuncta ex combuſtione corporis. anima enim coniuncta habet pro obiecto qualitatem corpoream doloriferam, quæ reſultat ex ſectione continui, vel intemperie qualitatum naturalium; hanc autem non poteſt habere pro obiecto ſpiritus, quia hæc qualitas eſt realiter inhærens in tactu, quo caret ſpiritus.

Reſpõſio ad 2. inſtantiã.

Reſpondetur primò, hoc idem argumentum poteſt retorqueri contra Vaſquez, vt dictum eſt, qui tenet animam poſſe vri ab igne: nam eadem eſt ratio cùm in illo ſtatu careat tactu, ac eſt in dæmone qui non poteſt habere tactum.

Impugnatur ſecunda reſponſio ad eamdem inſtantiam. *Viſus habens ſpeciem albi, poteſt videri album albo nõ exiſtente.*

Secundò reſpondent alij, & ſupponunt primò, quòd ſicut viſus habens ſpeciem albi poteſt videre album, etiam albo non exiſtente: ita tactus habens ſpeciem illius qualitatis doloriferæ; ſine calefactione poteſt dolere, & tunc appetitus ſenſitiuus habebit eumdem dolorem, & etiam appetitus rationalis. Sicut igitur, inquiunt, poteſt eſſe ſenſatio intuitiua, & experimentalis in tactu ſine tali obiecto, à quo cauſatur triſtitia in appetitu: ita poteſt eſſe huiuſmodi apprehenſio, quaſi intuitiua, & experimentalis in intellectu Dæmonis ſine tali obiecto; ex qua apprehenſione reſultat triſtitia in appetitu. Sed hæc reſponſio videtur inuoluere repugnantiã: nam quamuis in tactu non ſit qualitas illa dolorifera, tamquam obiectum, verè eſt ſpecies repræſentatiua illius, cuius eſt capax tactus, & ideò poteſt eſſe in tactu apprehenſio alicuius nociui, ex qua reali apprehenſione reſultat fuga, ſeu diſplicentia in appetitu ſenſitiuo, & per ſympathiam in appetitu rationali. At verò cùm ſpiritus non poſſit ſupponere hanc apprehenſionem in tactu, non poteſt in illo eſſe diſplicentia, quia diſplicentia eſt de qualitate dolorifera corporea, apprehenſa à tactu, vt ſibi nociua; & hæc eſt ratio formalis triſtitiæ, vnde ſi anima coniuncta haberet pro obiecto qualitatem doloriferam, & non vt nociuam tactui, non triſtaretur.

Tertia & verior reſponſio ad ſecũdam inſtantiam.

Tertiò igitur reſpondeo, quòd ſpiritus triſtatur ex apprehenſione rei impoſſibilis. quòd autem apprehenſio cauſare poſſit dolorem, probatur, quia poteſt quis gaudere apprehendendo ſe eſſe Deum; ſiue iudicet ſe eſſe Deum, ſiue præſcindat à iudicio.

Tertia inſtantia Suarij ſuper 3 p in diſp. de purgatorio.

Sed contra hanc reſponſionem, & ſententiam noſtram inſtatur tertiò; Vel Dæmon, ſeu anima ſeparata iudicat illam qualitatem doloriferam, tamquam ſibi impoſſibilem, vel non: ſi primum, non poteſt ex illa apprehenſione cauſari triſtitia, ſicut nec poteſt cauſari gaudium in eo, qui apprehenderet ſe eſſe Deum, & ſimul iudicaret hoc eſſe impoſſibile: ſi ſecundum, replicat tripliciter. Primò non decet diuinam veritatem concurrere, imò prædeterminare ad apprehenſionem falſi. Secundò non decet diuinam poteſtatem vti his fictionibus ad affligendos ſpiritus, quia non indiget illis. Tertiò hoc eſt (inquit) contra Auguſt. lib. 21. de ciuit. cap. 10. aſſerentem Deum veris, miris tamen modis affligere ſpiritus: at in hac opinione ſequeretur non veris, ſed fictis modis Deum affligere ſpiritus.

Auguſt.

11. Reſpondetur, poſſe fortè concedi primum; poſſe A ſcilicet iudicare Dæmonem, vel animam ſeparatam, illam qualitatem doloriferam eſſe ſibi impoſſibilem pro illo ſtatu, negatur tamen non poſſe cauſari triſtitiam; nam vt multi Theologi tenent, Dæmon appetebat ipſam deitatem, quam quamuis iudicaret eſſe ſibi impoſſibilem, tamen ſimplici complacentia delectabatur in illo deſiderio: ſic etiam poteſt quis triſtari ſimplici diſplicentia de obiecto impoſſibili per quamdam nolleitatem ipſius obiecti.

Prima reſponſio ad tertiam inſtantiam.

Secundò reſpondeo meliùs, concedendo ſecundum, quòd Dæmon, & anima ſeparata apprehendant illam qualitatem doloriferam, vt nociuam, non iudicando de impoſſibilitate.

Secunda reſponſio ad eamdem ſecundam inſtantiam.

Et ad primam replicam contra hanc reſponſionem reſpondetur negando Deum concurrere ad falſum. nam ſolùm concurrit ad apprehenſionem, & ſubtrahit concurſum à iudicio, quod iudicium feciſſet ſpiritus: neque hoc dedecet diuinam veritatem, poteſt enim Deus in pœnam peccati ſubtrahere concurſum, ne cognoſcatur aliqua veritas, dummodo poſitiuè non concurrat prædeterminando ad falſum. Ad ſecundam replicam reſpondetur non dedecere diuinam poteſtatem, quia non vtitur his fictionibus ad affligendos ſpiritus, quaſi illis indigeat, ſed propter iuſtam pœnam peccati, vt colligitur ex D. Bonauentura loco citato, vt trepident (inquit) damnati timore, vbi non eſt timor, quia noluerunt trepidare timore, vbi erat verus timor. 12.

Deus poteſt ſubtrahere cõcurſum, ne cognoſcatur aliqua veritas.

13. Bonauent.

Ad tertiam replicam ex S. Auguſtino reſpondetur, quòd Deus veris modis affligit ſpiritus. nam quamuis ſit fictio in obiecto, quia non apprehenditur vt eſt, non tamen eſt fictio in actu, quia verè cruciantur, & de veritate in actu loquitur S. Auguſtinus. 14.

Quartò idem auctor inſtat principaliter: Scholaſtici, inquit, & Patres dicunt pœnam ignis eſſe maiorem quacumque pœna in hac vita. Ita S. Bonauentura, Richardus, Paludanus locis à nobis ſæpè citatis. Auguſtinus multis in locis, præſertim lib. de cura pro mortuis cap. 18. vbi loquens de igne Purgatorij, dicit excedere omnes pœnas, quas aliquis in hac vita paſſus eſt. Idem dicit Gregorius de eodem igne Purgatorij exponens verba Pſalmi 37. *Domine ne in furore tuo*, &c. & Beda ibidem, & lib. 3. hiſtoriæ Anglicanæ cap. 19. Bernardus de obitu Huberti. Anſelmus in priore ad Cor. 3. & al. j. Sed ſi ignis torqueret hoc modo; non excederet pœnas huius vitæ, ergo, inquit, hinc colligi poteſt repugnare hunc modum cruciandi. 15.

Quarta inſtantia. Bonau. Rich. Palud. Auguſt.

Greg. *Ignis Purgatorij excedit omnes pœnas quas aliquis in hac vita eſt paſſus.* Beda. Anſel.

Reſponſio ad quartam inſtantiam.

Reſpondetur primò, non videtur iſte Auctor rectè colligere repugnantiam, ſed potiùs quòd de facto non cruciet hoc modo. Sed neque hoc colligi poteſt, tum quia ignis præter hunc modum vrendi determinat, vt infrà dicemus in hac aſſertione intellectum damnati, ad conſiderandum neceſſariò priuationem beatitudinis: hæc autem eſt maior pœna omnibus pœnis huius vitæ, & de hac fortè locuti ſunt Patres citati: tum quia etiam in hoc modo cruciandi per vſtionem, de quo etiam loquuntur Patres citati ſuprà pro noſtra ſententia, poteſt dici, quòd cùm hæc pœna conſiſtat in apprehenſione obiecti impoſſibilis apprehenſi, vt nociui, poteſt hæc apprehenſio, quæ immittitur ab ipſo igne, tamquam inſtrumento Dei, intendi magis ac magis in infinitum, & per illam apprehendit obiectum magis, & magis nociuum: ac proinde poteſt pœna creſcere in infinitum, & ſuperare omnes pœnas, quas aliquis paſſus eſt in hac vita.

* * *

SECVN

Digitized by Google

SECVNDA DVBITATIO.

De modis, quibus de facto agit ignis in ſpiritus.

16. HActenus diſputatum eſt de modis poſſibilibus, quibus agere poteſt ignis, tamquam inſtrumẽtum Dei in ſpiritus: nunc agendum eſt breuiter de modis, quibus de facto agit in ſpiritus.

Ignis de facto torquet Dæmones phyſicè, vt inſtrumentũ Dei.

Scot. Richard. Gabr. Sot. Ocham. Ægid. Orig. Auguſt. Greg. Lucæ 16. Apoc. 20. Hæc regula Aug. habetur in 3. Coroll. huius principij Philoſophici. Greg.

Dico primò de facto ignis nõ ſolùm torquet Dæmones, & animas damnatorum per detentionem, & alligationem tamquam carcer; ſed etiam concurrit actiuè phyſicè, vt inſtrumentum Dei ad torquendum ipſos dæmones, & animas. Hæc concluſio eſt communis Scholaſticorum in 4. Scoti, Richardi, Gabrielis, Soti, Ocham, Ægidij locis ſuprà citatis, & aliorum B præter paucos: eſt etiam communis Patrum, Origenes lib. 2. periarch. cap. 11. Auguſtino 21. de Ciuit. Dei cap. 10. Gregorij 4. lib. dialog. cap. 29. & lib. 9. Moralium cap. 38. Probatur ex ſcripturis Lucæ 16. *crucior in hac flamma.* Apoc. 20. *ibunt in ſtagnum ignis, &c. vbi cruciabuntur die, ac nocte.* Verba autem Scripturæ ex regula Auguſt. ſæpius tradita, ſecundùm proprietatem ſunt intelligenda, ſi aliunde non repugnent, at non repugnent; at non repugnare oſtenſum eſt: ſecundùm autem proprietatem verba Scripturæ allata indicant efficientiam, vnde Gregorius in 4. dialogorum cap. 29. ex illo loco Lucæ 16. colligit animam pati ab igne non ſolùm videndo, ſed etiam experiendo.

Aug. de ciu. 21. c. 10.

C Ignis autem ille concurrit actiuè, vt inſtrumentum Dei ſecundùm varios modos explicatos ſuprà, iuxta illud Auguſtini, quòd ignis inferni cruciat damnatos veris, miris tamen modis. Probatur, quia ibi oſtenſum eſt non repugnare; at Scriptura indicat (vt infrà videbimus) nonnullos modos: ergo ex regula Auguſtini ſæpius repetita, verba Scripturæ interpretanda ſunt ſecundùm proprietatem, quòd ſcilicet verè, & propriè ignis ille cruciet effectiuè ſpiritus, ſecundùm omnes illos modos, & probatur breuiter ſigillatim de ſingulis modis.

17. Dico ſecundò, cruciat primò prædeterminando intellectum damnati ad conſiderandum ſemper priuationem beatitudinis. Probatur Matth. 25. *Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo,* &c. quo in loco Chriſtus ignem opponit regno Beatorum: *Venite* D *benedicti, accipite regnum.* Regnum autem eſt viſio beatifica: ergo triſtitia de carentia huius viſionis tribuitur ipſi igni, cùm dicitur. *Ite in ignem,* &c.

Matth. 25. *Regnũ Beatorum opponitur igni damnatorũ.*

18. Dico tertiò, cruciat ſecundò quatenus neceſſitat ſpiritus ad apprehendendum illum ignem tamquam carcerem, & quamuis noua ſpecies, ſeu nouus modus ſpeciei non videatur neceſſarius (habet enim Dæmõ ſpeciem ignis ipſum detinentis) tamen danda eſt noua ſpecies, vel ſaltem modus modificans ſpeciem Dæmonis ad hoc, vt determinetur neceſſariò ad ſemper apprehendendum illum ignem, & quamuis hoc fieri poſſit à Deo immediatè, conuenientius tamen eſt, vt fiat ab igne. Ita tenet Scotus, Gabriel, & Ocham locis ſuprà citatis, quia, inquiunt iſti E doctores, Dæmon non ſolùm pati debet ſecundùm potentiam motiuam, quatenus detinetur ab igne, ſed etiam multò magis ſecundùm potentiam intellectiuam ad ſemper apprehendendum illum ignem contra voluntatem ipſius Dæmonis, volentis auertere cogitationem. Probatur Apoc. 20. *in ſtagnum ignis, &c. vbi cruciabuntur die, ac nocte.* in quo loco indicatur ignem cruciare dæmones, & animas neceſſitando ad apprehendendum die, ac nocte illum ignem tam quam carcerem.

Vide in prima opinione.

A Dico quartò, cruciat ille ignis tertiò per viſionem, quod de animabus habetur Lucæ 16. *crucior in hac flamma,* ex quo colligitur ſecundùm Gregorium ſuprà citatum, quòd anima ipſius damnati experiebatur flammam ignis, ac ſi combureretur in corpore. & confirmatur, quia petebat aquam tamquam oppoſitam combuſtioni. Quòd autem modus hic non repugnet, ſuprà probatum eſt in hac eadem quæſtione fusè. 19.

Quintò dico, ignis ad omnes iſtos modos de facto concurrit ſecundùm potentiam obedientialem, & non ſecundùm qualitatem ſupernaturalem in ipſo igne inhærentem, quia verba Scripturæ ex regula Auguſtini intelligenda ſunt ſecũdùm proprietatem, ſi non repugnet, & loca allegata indicant hanc effi- B cientiam in ipſo igne, quam efficientiam non repugnare ſuprà oſtendimus in primo Corollario. Sí verò daretur qualitas intrinſecè ſupernaturalis, hæc ſe ſola efficeret, vt patet ex tertio Corollario, & ignis tantùm concurreret, non efficienter, ſed materialiter, & ſubiectiuè. 20.

Ignis de facto concurrit ad has omnes pœnas ſecundùm potentiam obedientialem.

Adde, quòd hic modus ſecundùm potentiam obedientialem eſt facilior, & expeditior; at verò qualitas illa intrinſecè ſupernaturalis multas inuoluit difficultates, vt dictum eſt in ſecundo Corollario. Sunt alij modi, quos ſuprà attulimus in hac quæſtione, ſed iſti ſunt præcipui.

C

QVÆSTIO QVINTA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia quinti Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, ſupernaturalitas in ordine ad operationem phyſicam, ſiue immanenté, qualis eſt viſio beatifica, ſiue tranſeuntem, qualis eſt creatio, ſumitur formaliter ex puritate actus diuini, ab infinitate autem materialiter tantùm.

D

IN HAC QVÆSTIONE SVNT duæ dubitationes.

I. *Vnde ſumatur ratio ſupernaturalitatis in operatione immanenti: qualis eſt viſio beatifica.*

II. *Vnde ſumatur ratio ſupernaturalitatis in operatione tranſeunti, qualis eſt creatio.*

QVANTVM ad primam dubitationem notandum eſt primò, quòd reſolutio huius dubitationis pendet ex his, quę diximus ſuprà in primo principio Philo- E ſophico quæſt. 3. Theologica de tribus generibus perfectionum, quæ ſunt in Deo; quæ hîc breuitatis cauſa omitto. 1.

Secundò, Notandum eſt, quòd ſupernaturalitas Dei non poteſt communicari creaturæ ſecundùm eſſe, quod eſt in Deo, quia hoc eſt eſſe imparticipatum; poteſt tamen communicari creaturæ in ordine ad operationem, ſecundùm eſſe inſtrumentale, quia operatio inſtrumenti poteſt excedere modum ſuum eſſendi, agit enim in virtute principalis agentis. Eſt autem hæc ſupernaturalitas in creatura, tamquam 2.

Supernaturalitas Dei non poteſt communicari creaturæ.

inſtru

Digitized by Google

mento, in aliqua intrinſecè, in aliqua extrinſecè, intrinſecè, in qualitate ſupernaturali, de qua egimus ſuprà Corollario ſecundo: extrinſecè, vt cùm eleuatur creatura per imperium Dei ſecundùm potentiam ſuam obedientialem actiuam, intrinſecam, vt dictum eſt in primo Corollario huius quæſtionis. Cùm autem inſtrumẽtum Dei poſſit dupliciter conſiderari, primò quatenus eſt inſtrumentum Dei, vt Deus eſt purus actus præciſa infinitate; quia vt ſic excedit totum ordinem naturæ immerſum potentialitati; ſecundò, vt eſt inſtrumentum Dei, quatenus Deus eſt infinitus. Quæritur hìc vndenam ſumatur ratio ſupernaturalis in operatione ſupernaturali phyſica, an ex puritate actus, an ex infinitate.

Et dicimus primò, quoad operationem immanentem, qualis eſt viſio beatifica, deſumi formaliter præcisè ex puritate actus.

Probatur ſẽtentia Corollarij ex primo principio Philoſophico.

Deus quatenus purus actus excedit modũ eſſendi creaturarũ.

Probatur ex principio Philoſophico: Deus quatenus eſt actus purus, præcisè habet modum eſſendi excedentem modum eſſendi totius ordinis naturalis creaturarum; ergo non poteſt attingi immediatè, vt eſt in ſe à potentia naturali creaturæ, tamquam à principali agente. Si igitur attingitur, eſt tamquam ab inſtrumento ſupernaturali Dei, quatenus eſt actus purus præcisè. Antecedẽs eſt manifeſtum, quia actus purus non includit potentialitatem: at verò creatura etiam conſtituta in ſupremo ordine naturali, adhuc neceſſariò, & eſſentialiter eſt immerſa potentialitati, quia conſtat ex actu, & potentia, ex ente, & eſſentia. Prima conſequentia eſt manifeſta ex principio Philoſophico, ſcilicet, ex improportione exceſſus obiecti ſupra potentiam. Vltima conſequentia probatur, quia ſecluſa infinitate, adhuc neceſſariò deberet aſſumi creatura, vt inſtrumentum ſupernaturale ad videndum Deum actum purum.

Primum argumentum in oppoſitũ.

Sed contrà arguunt aliqui dupliciter. Primò, illa eleuatio, quæ eſt ſufficiens ad videndum Deum vt actum purum, ſecluſa infinitate, non eſt ſufficiens ad videndum actum purum infinitum, quod patet, ſi calculetur exceſſus obiecti ſupra potentiam. Nam ad videndum actum purum, vt quatuor, requiritur maior virtus, quàm ad videndum actum purum, vt duo: ad videndum igitur actum purum infinitum requiritur, vel eleuatio infinita, vel eleuatio finita in quodam ordine ſupernaturali altiori, quàm ſit eleuatio ſufficiens ad videndum Deum actum purum ſecluſa infinitate; quare cùm de facto videatur Deus actus purus infinitus per virtutem eleuatam finitam; fit vt hæc virtus ſit in altiori quodam ordine, quatenus eſt inſtrumentum Dei, vt Deus eſt actus purus infinitus quàm eſſet alia virtus, per quam videtur Deus, vt actus purus præcisè.

2. Argum.

Secundò arguunt, ſi per impoſſibile Deus eſſet infinitus, & non eſſet purus actus, non poſſet cognoſci ab intellectu creato finito connaturaliter, ſed tantùm per eleuationem; ergo infinitas eſt ratio ſupernaturalitatis. Antecedens ſupponitur vt manifeſtum, finiti enim ad infinitum nulla poteſt dari proportio. Conſequentia probatur. Nam ad hoc, vt in tali caſu attingatur Deus infinitus, qui ex ſuppoſitione non eſſet actus purus, requiritur eleuatio, per quam intellectus creatus eleuetur ſupra ordinem naturæ, & non alia ratione, niſi ratione infinitatis: ergo infinitas eſt ratio ſupernaturalitatis.

Reſp. ad argum.

Modus eſſendi duplex eſt, genericus & ſpecificus.

Ad argumenta reſpondetur, & pro reſponſione breuiter recolendũ eſt, quod diximus ſuprà in quæſtione prima Philoſophica, quòd modus eſſendi duplex eſt, genericus, & ſpecificus: genericus ſumitur ſecundùm abſtractionem à materia; ſpecificus ſecundùm maiorem, vel minorem elongationem à potentialitate, verbi gratia in Angelo modus eſſendi genericus eſt modus eſſendi immaterialis, qui explicatur negatiuè per abſtractionem, ſcilicet à materia: ſpecificus verò eſt, quòd ſit magis, vel minus immaterialis, quod negatiuè explicatur ſecundùm maiorem, vel minorem elongationem à potentialitate; in Deo autem modus eſſendi ſumitur ab actus puritate, qui explicatur negatiuè per omnimodam abſtractionem non ſolùm à materia, ſed etiam à potentialitate; modus verò eſſendi quaſi ſpecificus ſumitur ab ipſa infinitate actus. Ad hunc duplicem modum eſſendi, genericum, & ſpecificum, conſequitur duplex modus cognoſcendi; genericus, qui conſequitur modum eſſendi genericum, & illi proportionatur, & eſt modus cognoſcendi obiectum immediatè in ſe, qui modus cognoſcendi dicitur intuitiuus: ſpecificus verò conſequitur modum eſſendi ſpecificum, & eſt modus cognoſcendi magis, vel minus penetrando obiectum, verbi gratia, Angelus inferior cognoſcens, & Angelus ſuperior cognitus, quia conueniunt in modo eſſendi generico; ſcilicet, ſecundùm elongationem à materia, fit vt Angelus inferior cognoſcat Angelum ſuperiorem immediatè, & ſic totum attingat per intuitionem; quia verò Angelus cognitus excedit Angelum inferiorem cognoſcentem ſecundùm modum eſſendi ſpecificum, ideò Angelus inferior non intuebitur totaliter Angelum ſuperiorem, ſed illum penetrabit, ſiue ex parte luminis, ſiue ex parte obiecti, ſecundùm tantam perfectionem, quanta eſt in ipſo Angelo inferiori.

Modus eſſendi in Deo qualis ſit.

Duplex item modus eſt cognoſcendi.

Quomodo penetret vide in 1. q. phil. Cor. 4.

Reſp. ad 1. argum.

His poſitis, ad primum argumentum reſpondetur, quòd intellectus humanus eleuatus per lumen gloriæ, & Deus, conueniunt quaſi genericè, ſcilicet, in actus puritate, quatenus, ſcilicet, intellectus eſt inſtrumentum actus puri, vnde fit, vt talis intellectus habeat modum cognoſcendi proportionatum genericè ipſi obiecto, & conſequenter intueatur totum Deum, vt eſt in ſe immediatè. Sed quia eſt improportio in modo eſſendi ſpecifico (Deus enim vt obiectum cognitum habet modum eſſendi infinitum) ideò non totaliter comprehendit ipſum Deum, ſed magis & minùs, prout magis & minùs eſt eleuatus: de modo autem cognoſcendi ſpecifico valet calculatio facta in primo argumento.

Beatus intuetur totum Deum, ſed non totaliter.

Reſp. ad argum.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd in tali caſu, Deus videretur ab intellectu creato ex viribus naturæ, quia Deus tamquam obiectum, & intellectus creatus, qualis eſt angelicus, tamquam potentia cognoſcens, haberent proportionem in modo eſſendi generico, quia ſuppoſito tali caſu, & Deus, & Angelus eſſent abſtracti à materia, & immerſi potentialitati, & conſequenter haberet Angelus cognoſcens modum cognoſcendi genericum proportionatum modo eſſendi generico obiecti. Videret igitur in tali caſu Angelus Deum totum infinitum immediatè in ſe, non autem comprehenderet, quia modus eſſendi ſpecificus obiecti, cùm præſupponatur infinitus, excederet modum eſſendi ſpecificum Angeli cognoſcentis; penetrabit igitur Angelus cognoſcẽs Deum ſecundùm eam perfectionem, quam Angelus cognoſcens habeat in ſe.

SECVNDA DVBITATIO.

Vnde ſumatur ſupernaturalitas in operatione tranſeunti, qualis eſt creatio.

QVantum verò ad operationem tranſeuntem, qualis eſt creatio, dico ſupernaturalitatem in inſtru-

A inſtrumento, quod aſſumitur ad creandum, ſumi ex puritate actus diuini, & non ex infinitate: poſſe autem dari inſtrumentum ad creandum fusè probauimus ſuprà in 1. Corollario huius quæſtionis, difficultate quinta, de creatione, in qua probauimus, tantùm requiri in agente principali puritatem in actu, & non infinitatem formaliter: ergo cùm inſtrumentaliter communicatur creaturæ, ſufficit, vt illi communicetur, tamquam inſtrumento actus puri. Ad hoc probandum ampliùs non immoror; tota enim difficultas conſiſtit in antecedenti, an ſcilicet ad creandum requiratur infinitas, vel ſufficiat puritas in actu, ſufficere autem tantùm puritatem in actu, ſatis fusè probatum eſt in quæſtione prima Philoſophica in Coroll. 17. contra Sotum & Durandum: quòd nec ex B diſtantia terminorum entis, & nihili argui poteſt infinitas, quia nihil diſtat ab ente per ipſam entitatem entis, quæ ſupponitur finita, nec argui poteſt infinitas ex calculatione diminutionis materiæ, vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, contra Caietanum, quia ex ea tantùm arguitur virtus, quæ, vt ibidem probauimus, eſt actus purus, quamuis per impoſſibile non eſſet infinitus, vt ibidem diximus cum D. Thoma, & Ægidio.

QVÆSTIO SEXTA THEOLOGICA.

C Vtrùm ſententia ſexti Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, potentia induta lumine gloriæ, vel alio habitu ſupernaturali, vel ipſe habitus ſupernaturalis, concurrat tamquam cauſa inſtrumentalis ad eliciendum actum ſupernaturalem.

HIC TANGVNTTR DVÆ DIFFICVLTATES.

I. *Vtrùm ipſe habitus ſupernaturalis concurrat vt inſtrumentum, vel vt cauſa principalis ad productionem actus ſupernaturalis.*

D II. *Vtrùm ipſa potentia eleuata per habitum ſupernaturalem, concurrat, vt inſtrumentum, vel vt cauſa principalis, ad eumdem actum ſupernaturalem.*

1. Prima difficultas. Suar. 3. part. diſp. 31. ſect. 6. ad 4. Arg. *Actus & habitus ſunt ad inuicem proportionati.*

QVANTVM ad primam difficultatem tenent aliqui recentiores, habitum naturalem concurrere vt cauſam principalem ad actum ſupernaturalem fundamentum eſt, quia actus, & habitus ſunt ad inuicem proportionati; nam vterque eſt eiuſdem ordinis ſupernaturalis, & immerſus potentialitati. Et confirmatur, quia ideò communiter potentia dicitur concurrere vt inſtrumentum, quia ſecundùm ſua intrinſeca eſt ordinis naturalis, ac propterea debet per aliquod extrinſecum ſuperadditum E eleuari ad ordinem ſupernaturalem: at habitus ab intrinſeco ſine alia ſuperaddita eleuatione eſt ſupernaturalis; ergo concurrit ad actum ſupernaturalem ſibi proportionatum, vt cauſa principalis.

2. Capreolus. Sed oppoſitum mihi videtur dicendum, vt colligitur ex Capreolo, & nonnullis aliis in 3. diſtinct. 28. Et ratio eſt quia actus poteſt conſiderari vt quòd, &

vt quò. Si conſideretur vt quòd, certum eſt habere omnimodam proportioné cum habitu, quia vtrumque eſt eiuſdem ordinis ſupernaturalis, & immerſum potentialitati: ſi verò conſideretur vt quò, quatenus eſt ratio tendendi tali modo ad obiectum, tunc actus excedit habitum: nam habitus ſiue vt quòd, ſiue vt quò, quatenus eſt ratio producendi actum, eſt immerſus potentialitati: at verò actus, vt quò, non eſt huiuſmodi: Exempli gratia. In actu fidei, quamuis hic actus, vt quòd, ſit immerſus potentialitati, imò etiam ſubiecto: tamen, vt quò, eſt ratio, per quam intellectus firmiùs, & certiùs adhæret obiecto, quàm ſi obiectum proponeretur, per quodcumque aliud medium euidentiſſimum immerſum potentialitati. *Actus conſideratus vt quò excedit habitum.*

Eſt aliud exemplum clarius in viſione beatifica, quæ quamuis, vt quòd, ſit immerſa potentialitati: tamen vt quò, eſt ratio, per quam videtur Deus actus purus in ſe ipſo tamquam in actu puro, & non per aliquod medium immerſum potentialitati, & ideò huiuſmodi actus, vt quò, excedunt ipſum habitum, qui quidem habitus ſiue conſideretur vt quòd, ſiue vt quò, quatenus, ſcilicet, eſt ratio producendi actum, eſt immerſus potentialitati. Concurrit igitur habitus ad productionem actus tamquam inſtrumentum ipſius Dei, qui eſt actus purus. Et per hæc patet ad fundamentum oppoſitæ ſententiæ.

3. Secũda difficultas. Circa ſecundam difficultatem, vtrùm, ſcilicet, potentia induta habitu ſupernaturali, concurrat vt inſtrumentum ad actum ſupernaturalem. Eſt prima opinio Capreoli in 3. diſt. 28. q. 1. & aliorum recentiorum aſſerentium: Potentiam, ſiue vt eleuatam extrinſecè per imperium diuinum, ſiue vt indutam habitu ſupernaturali, concurrere tamquam inſtrumentum ad actum ſupernaturalem. Capreolus. Suar. 3. part. diſp. 31. vbi ſuprà.

4. Secunda opinio aſſerentium potentiam huiuſmodi concurrere tamquam cauſam principalem. Fundamentum eſt, quia actus eſt vitalis, & aliquando liber: vitalitas autem & libertas ſunt tantùm proportionatæ ipſi cauſæ ſecundæ: ergo illa potentia eſt cauſa principalis. Et confirmatur, quia illa potentia concurrit proportionatæ ſaltem ad producendum rationem genericam actus, quæ eſt connaturalis illi potentiæ, & ſub ratione generica attingit rationem ſpecificam; ergo potentia induta habitu ſupernaturali concurrit ad actum ſupernaturalem, vt cauſa principalis.

5. *Potentia eleuata ſupernaturaliter, concurrit inſtrumentaliter ad actum ſupernaturalem.* Dico primò: Potentia, ſiue eleuata extrinſecè per imperium diuinum, ſiue per habitum inhærentem, concurrit inſtrumentaliter, quantum ad influxum, & exequutionem actus ſupernaturalis. Ratio eſt quia ſecundùm ſua intrinſeca eſt improportionata ad productionem actus: nam actus entitatiuè eſt ordinis ſupernaturalis. Oportet igitur, vt eleuetur per aliquod extrinſecum ſuperadditum, ſiue illud ſit habitus intrinſecè inhærens, ſiue imperium diuinum extrinſecè ordinans, ſiue gratia excitans; ergo ad productioné illius actus concurrit vt inſtrumétum ſupra naturam ſuam. Nec obſtat, quòd vitalitas, & libertas, quæ ſunt in actu, ſint proportionatæ ipſi potentiæ, tum quia libertas in actu eſt denominatio quædam extrinſeca, quatenus eſt à principio libero, ſic etiã vitalitas, quatenus eſt à principio ſeipſum mouente, tum quia etiã ſi ſint aliquæ rationes reales in ipſo actu, ſunt identificatæ cum actu, qui eſt vna entitas ſimplex ſupernaturalis. Ad influxum igitur, & executionem huius entitatis ſimplicis actus potentia concurrit, vt eleuata; ergo concurrit ſecundùm potentiam obedientialem; ergo vt inſtrumentum. Vltima conſequẽtia probatur, quia concurrit vt mota, ſeu vt ſubordinata principali agenti in eodem genere cauſæ.

R Dico

6\. *Potentia eleuata vel induta habitu ſupernaturali poteſt eſſe obedientialis.*

Dico ſecundo, quòd aliquando potentia ſiue eleuata extrinſecè, ſiue vt induta habitu ſupernaturali poteſt eſſe potentia obedientialis, & non inſtrumentum; & hoc quidem negant aliqui recentiores. Sed probatur, quia eſt impoſſibile in aliquibus caſibus, vt Deus concurrat in eodem genere cauſæ, in quo concurrit potentia, & tunc in his caſibus potentia concurrit, vt potentia obedientialis, non autem vt inſtrumentum, quia in illo genere potentia eſt ſola cauſa; ergo principalis in illo genere. Et confirmatur, quia potentia non deſeruit, vt medium vniens effectum cum cauſa ſuperiori, quod eſt proprium munus inſtrumenti; non enim poteſt effectus in illo genere tribui cauſæ ſuperiori: Exemplificatur autem hæc ſecunda aſſertio in aliquibus generibus cauſarum; primò in genere cauſæ formalis, exempli gratia; Intellectus eleuatus per habitum fidei, aſſentitur certitudine diuina articulus fidei, vel eleuatus per lumen gloriæ videt Deum intuitiuè, in iſto caſu attingentia formalis circa obiectum, ita vt ſolius potentiæ in genere cauſæ formalis, vt non ſit ipſius Dei: non enim eſt Deus qui formaliter attingit obiectum, ſiue aſſentiendo, ſiue videndo: non poteſt autem potentia attingere niſi eleuata. Quare in hoc caſu erit potentia obedientialis, & non inſtrumentum.

7\. *Potentia vitalis eſt principium ſeipſum mouēs.*

Præterea ſecundò exemplificatur in genere cauſæ quaſi formalis, ſeu ſpecificatiuæ: vitalitas enim ipſius actus eſt ſpecificatiuè à potentia vitali, quatenus potentia eſt principium ſeipſum mouens; non enim eſſet vitalis, ſi non eſſet à potentia vitali. Ad ſpecificationem igitur vitalitatis concurrit potentia vitalis, tamquam cauſa principalis in genere cauſæ
A formalis, quamuis quantum ad influxum concurrat vt inſtrumentum: non concurreret autem ad vitalitatem niſi eſſet eleuata à Deo ad producendum illum actum: loquimur enim de vitalitate actus producti, & non de vitalitate actus ſecundùm eſſentiam, qui ſpecificatur à principio eſſentiali vitali: actus autem vitalis in actu poſitus, ſpecificatur à concurſu vitali in actu poſito.

Præterea tertiò exemplificatur in genere cauſæ materialis: nam in receptione, & ſuſtentatione potentia concurrit, vt cauſa principalis, & ſimul vt potentia obedientialis; non enim eſt Deus, qui recipit, aut ſuſtentat actum ſupernaturalem, ſed ſola potentia: non ſuſtentaret autem, nec reciperet, niſi eſſet eleuata à Deo: nam ex ſuis intrinſecis naturalibus
B potentia receptiua non habet proportionem cum forma ſupernaturali recepta. 8.

9\. *Reſpondetur ad obiectiones ante factas.*

Ad argumenta aliarum opinionum reſpondetur, & primò dicitur quòd fundamentum primæ opinionis probat primam aſſertionem noſtram: fundamentum verò ſecundæ opinionis ſiquid probat, probat ſecundam aſſertionem.

Ad confirmationem reſpondetur, quòd ratio generica non attingitur vt præciſa à ſupernaturalitate, ſed attingitur, vt eſt à parte rei contracta ad rationem ſpecificam ſupernaturalem, præter quam quod ſecundùm multos Philoſophos, iſti gradus non ſunt diſtincti à parte rei. Quare cùm actus ſit vna ſimplex entitas, tota, & indiuiſibiliter attingitur.

C Quæ autem ſint munera habitus ſupernaturalis, præſertim luminis gloriæ, vide ſuprà in primo principio Philoſophico, Corollario primo, dub. 3. ad 2.

TERTIVM

Digitized by Google

TERTIVM PRINCIPIVM PHILOSOPHICVM.

Concluſio ſequitur debiliorem partem antecedentis.

Materiam huius quæſtionis tractant Philoſophi primo priorum cap.8.9.10.& ſecundo priorum cap.2.Theologi in 3.diſtinct.24.D.Thomas 1.part.quæſt.1.artic.5.& 8.Caietanus artic.5.Inter recentiores Canus lib.6.de locis Theolog. cap.vlt.dub.10. & lib.10.cap.2.circa finem. & cap.7.circa finem.Vega 6.ſuper Concilium Tridentinum, cap.39. Valentia ſecunda ſecundæ quæſt.1.diſput.1.punct.2. Vaſquez part.1.quæſt.1.artic.5.dub.1. Zumel ibidem quæſt.vnica ad ſeptimum, & alij. Sed omnes iſti Doctores Theologi breuiter attingunt hanc quæſtionem,quantum facit ad propoſitum concluſionis Theologicæ.

QVÆSTIO TERTIA PHILOSOPHICA.
Vtrùm hoc principium ſit verum.

Sunt in hac quæſtione quinque Dubitationes.

I. *An ex vna præmiſſa euidenti, & altera probabili, ſeu minùs euidenti, concluſio ſequatur debiliorem partem.*
II. *Vtrùm ex mixtione vnius præmiſſæ, de neceſſario, cum alia de ineſſe, vt nunc, concluſio ſequatur debiliorem partem.*
III. *Vtrùm ex mixtione vnius præmiſſæ vera cum alia falſa concluſio ſequatur debiliorem partem, ſcilicet,falſitatem alterius præmiſſæ.*
IV. *An ex poſsibili ſequatur neceſſarium.*
V. *An ex poſsibili concludi poſsit impoſsibile.*

PRIMA DVBITATIO.

An ex vna præmiſſa euidenti, & altera probabili, ſeu minùs euidenti, concluſio ſequatur debiliorem partem.

CIRCA hanc quæſtionem Logici breuiter ſe expediunt, aſſerentes Concluſionem ſequi debiliorem partem, quia eſt effectus antecedentis:effectus autem ſequitur deteriorem partem ſuæ cauſæ.

Quomodo inter ſe propoſitiones miſceantur.

Sed hæc quæſtio multas,& arduas habet difficultates iuxta variam mixtionem vnius partis,ſeu præmiſſæ cum alia; aliquando enim miſcetur euidens cum probabili,ſeu minùs euidenti,aliquando vna de neceſſario cum alia de contingenti, ſeu de ineſſe, vt nunc;aliquando vera cum falſa;aliquando verò vna neceſſaria cum alia de impoſſibili.quare vt diſtinctè circa reſolutionem huius quæſtionis procedamus, illam diuidimus in aliquot dubia iuxta varietatem mixtionum. omitto autem aliquas alias mixtiones, tum quia non habent tantã difficultatem,tũ quia nõ A deſeruiũt ad deducendas Cõcluſiones Theologicas.

Quod autem in hac tota quæſtione intendimus probare,hoc eſt,concluſionem ſcilicet ſemper ſequi debiliorem partem ſui antecedentis,& hoc eſt principium Philoſophicum, quod propoſuimus probandum in hac quæſtione.

Ratio dubitandi pro parte negatiua, quod ſcilicet concluſio non ſequatur debiliorem partem,hæc eſt: definitio eſt concluſio demonſtrationis quia;nã definitio, verbi gratia hominis non alia via inueſtigatur,quàm ex ipſa ſenſatione,& ex ipſa ratiocinatione tamquam duobus effectibus,ex quibus arguitur animalitas, & rationalitas,quæ ſunt duo principia illorum effectuum, ex quibus conſtat hominis quidditas,& definitio;& tamen ipſa definitio ex Ariſtot.aſ- B ſumitur vt medium demonſtrationis propter quid: ergo habet maiorem euidentiam, & certitudinem, quã ipſa demõſtratio quia, ex qua infertur definitio.

Digitized by Google

2\. Ariſtoph. Theophr. Eudem. Alexand. Philop. S.Thom.

Communis tamen opinio Philoſophorum, primo priorum, cap. 8. 9. & 10. Theophraſti, Eudemij, Alexandri apud Philoponum, & Auerrois, D.Thomæ, & aliorum Latinorum aſſerit, concluſionem ex mixtione vnius partis, ſeu præmiſſæ certæ, & euidentis, cum alia parte probabili, ſeu minus euidenti, & minus certa ſequi ſemper debiliorem partem. Ratio eſt, quia quando vna præmiſſa eſt euidens, & certa, euidentia & certitudo formalis, quæ ſe tenet ex parte intellectus, non cadit ſuper ſubiectum materiale, ſed formale tantùm. Atque adeò ſubiectum concluſionis materiale contentum ſub ſubiecto materiali Maioris non recipit, niſi eam euidentiam, quam habet ex coniunctione medij termini in Minori: & quia ſupponitur illa probabilis, etiam concluſio eſt probabilis. quod autem euidentia non ſe extendat ad obiectum materiale, ſed formale tantùm, probatur tripliciter.

Prima ratio.

Primò probatur ex vſu formali loquentium, qui cùm vtuntur in actu ſignato verbis ſignificantibus actum animæ, vt Scio, Sum certus, &c. ſolent accipere pro ſignificato formali, verbi gratia, cùm dicitur, Ego ſcio animal eſſe ſenſitiuum, id eſt animal, vt animal, etiam ſi ponatur ſignum diſtributiuum, Omne animal, quia ſupponit abſolutè, non deſcendendo ad hominem, & ita actus animæ non ſe extendit ad ſubiectum materiale concluſionis, & eodem modo dicendum eſt quando euidentia, & certitudo non explicatur in actu ſignato, ſed dicitur tantùm in actu exercito, quia quomodocumque ponatur, ſemper ſe tenet ex parte intellectus.

Secunda ratio.

Secundò probatur, quia ſi euidentia ſe extenderet ad obiectum materiale, ſequeretur, quòd concluſio ſciretur formaliter in præmiſſa, vt patet manifeſtè: & præterea, quòd Minor neceſſariò eſſet euidens, & non poſſet eſſe probabilis.

Tertia ratio. Ariſt. *Cõcluſionem partim ſcimus, partim ignoramus.* Themiſt.

Tertiò probari poteſt ex Ariſtotele primo poſteriorum, cap. 1. vbi docet, quòd concluſionem, antequam ſit deducta, partim ſcimus, & partim ignoramus; ſcimus virtualiter, ignoramus formaliter, vt explicat Themiſtius ibi, & alij; & ſoluit duos cauillos, alterum Memnonis apud Platonem, alterum Sophiſtarum.

Cauillus autem Sophiſtarum, ex quo apparebit mens Ariſtot. erat ad probandum, quòd concluſio ſciretur, antequam deduceretur, hac ratione ſophiſtica: Tu ſcis omnem dualitatem eſſe parem, ergo ſcis hanc, quæ eſt in manu mea eſſe parem, & ita concluſionem ſcis formaliter in præmiſſa.

Reſpondebant aliqui ad hoc ſophiſma, quod in Maiori neſcitur, omnem dualitatem eſſe parem, ſed omnem eam, quæ ſcitur eſſe dualitas.

Contra hos arguit Ariſtoteles. Nam demonſtratio fit abſque illa limitatione, quòd, ſcilicet, omnis dualitas ſit par, quia præmiſſæ, quibus demonſtratur omnem dualitatem eſſe parem, non limitantur ad has, vel illas dualitates, ſed ad omnes in communi formaliter; particulariter autem, & diſtinctè ſcimus hanc dualitatem eſſe parem, quoniam ſcimus illam eſſe dualitatem. Ex quo colligitur, quòd cùm ſciamus hanc eſſe dualitatem in Minori, eam certitudinem habebit in concluſione hæc dualitas ſumpta materialiter, quòd ſit par, quam habebat in Minori, quia certitudo in Maiori non ſe extendebat ad ſubiectum materiale, ſeu ad particularia ſubiecta, ſed ad ſubiectum formaliter, & in communi, quod ex eo bene probat Ariſtoteles, quia demonſtratio, qua demonſtratur Maior, extendit ſe ad omnem dualitatem formaliter ſumptam, & non limitatur ad hanc vel illam dualitatem in particulari, quam ſcimus eſſe dua-

A litatem, & ita ad hanc limitationem excludendam apponitur ſignum vniuerſale diſtributiuum, non autem apponitur vt faciat ſubiectum materiale ſupponere perſonaliter, & ita remanet ſubiectum materiale ſupponens abſolutè tantùm cum ſigno diſtributiuo excludente limitationem ſupradictam. Si verò maior propoſitio eſt probabilis, tunc probabilitas cadit ſuper obiectum formale: vnde in minori propoſitione licèt ſubiectum materiale, quod eſt minor extremitas, coniungatur euidenter cum obiecto formali, quod eſt medius terminus, non poteſt coniungi cum maiori extremitate in concluſione, niſi probabiliter, quia coniungitur mediante medio termino tamquam formali obiecto, cum quo coniungebatur maior extremitas probabiliter in Maiori. Minor autem euidens tantum euidenter ponit materiale ſub-
B iectum ſub formali.

Ad rationem dubitandi, Reſpondetur, quòd definitio dupliciter poteſt conſiderari, vel tamquam concluſio deducta ex illa demonſtratione Quia, & hoc modo non poteſt excedere certitudinem, & euidentiam illius demonſtrationis, quæ ſe habet vt ratio formalis reſpectu definitionis concluſæ per illum ſyllogiſmum. 3. *Definitio poteſt dupliciter conſiderari.*

Secundò poteſt conſiderari, vt explicata, & hoc modo illi duo diſcurſus à poſteriori, per quos colligitur definitio hominis, alter, per quem inueſtigatur animalitas ex ſenſatione, alter, per quem inueſtigatur rationalitas, ſe habent tamquam rationes, ſeu conditiones applicantes intellectui ipſos terminos
C animalitatis, & rationalitatis exiſtentes in homine, quibus applicatis intellectus vi ſua per primam operationem intimiùs penetrat connexionem illorum terminorum, & intuetur hos terminos applicatos integrare per ſe quidditatem, quia videt vnum terminum contrahentem, ſcilicet rationalitatem, quæ eſt principium diſcurrendi per phantaſma, eſſe intra latitudinem cognoſcitiui in communi per phantaſma, quam rationem cognoſcitiui dicit animalitas, & hoc modo definitio, vt eſt concluſio explicata, eſt medium demonſtrationis Propter quid. Notandum autem quòd non omnes concluſiones naturales deductæ, poſſunt eſſe explicatæ: ſed tunc aliqua concluſio poteſt eſſe, vt explicata, quando ex vi luminis intellectus intimiùs penetrari poteſt connexio terminorum illius concluſionis, ſicut contingit in definitione, & in propoſitione euidenti ex terminis, verbi gratia, hoc totum eſt maius ſua parte: quam concluſionem ſolet præcedere
D diſcurſus ferè imperceptibilis in explicatione terminorum, Totius ſcilicet, & Partis.

DVBITATIO SECVNDA.

Vtrùm ex mixtione vnius præmiſſæ de neceſſario cum alia de ineſſe vt nunc, concluſio ſequatur debiliorem partem.

Ratio dubitandi eſt, quia Ariſtoteles primo priorum, cap. 8. 9. & 10. probat aliquando concluſionem ſequi de neceſſario, atque adeo ſequi partem fortiorem. In prima quidem figura quando Maior
E eſt de neceſſario, verbi gratia, omne currens de neceſſario mouetur, omnis homo eſt currens, quæ quidem eſt de ineſſe, vt nunc; ergo omnis homo de neceſſario mouetur. In ſecunda autem figura quando negatiua eſt vniuerſalis, & de neceſſario, ſequitur Concluſio de neceſſario, v.g. in Cæſare, Nullũ currẽs eſt quieſcens, de neceſſario, omnis homo eſt quieſcẽs de 1. *Concluſio quandoque ſequitur partem fortiorẽ.*

Digitized by Google

de ineſſe, ergo nullus homo eſt currens de neceſſario. In tertia verò figura ex Maiori vniuerſale affirmatiua de neceſſario, & Minori de ineſſe ſequitur cóclusio de neceſſario, verbi gratia in Darapti, Omne currés mouetur de neceſſario, omne currés eſt homo, de ineſſe, ergo aliquis homo de neceſſario mouetur.

2. *Primũ not. Propoſitio de ineſſe duplex.* Pro explicatione huius dubij, quod quidem arduum eſt, & valde cõtrouerſum apud Peripateticos, notandum primò, quod propoſitio de ineſſe duplex eſt, primò de ineſſe ſimpliciter, ſecundò de ineſſe vt nunc, ſeu in contrarium, vt vocant Prioriſtæ, propoſitio de ineſſe ſimpliciter eſt propoſitio neceſſaria ſaltem naturaliter, vt Sol lucet, quia prædicatũ immobiliter, & neceſſariò ineſt ſubiecto, quamuis in ea nõ ponatur modus neceſſitatis. Propoſitio de ineſſe vt nunc, ſeu in contrarium, eſt propoſitio de prædicato contingẽti, quod aliquando ineſt, aliquando nõ ineſt, & ideo dicitur in contrarium, ſed ſupponitur nunc ineſſe ſubiecto, & ideo dicitur de ineſſe vt nunc, exẽpli gratia, Sol lucet ſuper hemiſphærium noſtrũ, vel omnis homo currit. Propoſitio autem de neceſſario eſt, quando ponitur modus in propoſitione, verbi gratia, omne currens de neceſſario mouetur, & ampliatur ad poſſibile, id eſt, omne quod currit, vel poteſt currere.

3. *Secundum not. Propoſitio modalis de neceſſario eſt duplex.* Notandum ſecundò, quòd modalis de neceſſario eſt duplex, quædam de dicto, & compoſita, vt dicunt Logici, & tunc eſt quando totum dictum ſubiicitur, & modus prædicatur, ita quod modus denotetur ineſſe ipſi dicto, verbi gratia, cùm dicitur omne currẽs moueri eſt neceſſarium, eſt enim ſenſus (hoc dictum, ſeu hæc propoſitio, omne currens mouetur, eſt neceſſaria) & talis propoſitio ſemper eſt ſingularis eo, quòd totum ſubiectum accipitur pro vnico dicto. Alia eſt propoſitio modalis, quæ dicitur à Logicis de re, & diuiſa. & tunc eſt, quando vna pars dicti ſubiicitur, & alia prædicatur, ita quòd denotetur vna pars dicti ineſſe alteri, ſub qualitate modi poſiti circa copulam, ita vt modus non prædicetur, & totum dictum ſubiiciatur, ſed pars dicti, vt ſtat ſub qualitate modi prædicetur de alia parte, verbi gratia, cùm dicitur, currens de neceſſario mouetur, id eſt, res quæ eſt currens, habet neceſſitatem, vt moueatur. Hîc accipitur propoſitio de neceſſario ſecundo modo, id eſt, de re, ſeu diuiſa. Nam quę eſt de dicto, ſeu cõpoſita eſt ſingularis, quare nõ poteſt eſſe præmiſſa in aliquo modo vniuerſali, ſed propoſitio de re, & diuiſa, poteſt habere quantitatem ſicut illa de ineſſe, quia modus nõ prædicatur de toto dicto, quod accipitur tamquam ſingulare ſubiectum, ſed pars dicti, vt ſtat ſub modo, quæ poteſt prædicari vniuerſaliter de alia parte dicti, hæc autem prædicatio vniuerſalis requiritur, vt verificentur regulæ Ariſtotelis, vt infrà patebit.

4. *Tertiũ not. Eſſe neceſſarium ſtat dupliciter.* Notandum tertiò, quòd eſſe neceſſarium ſtat dupliciter. primò in ſenſu diuiſo, ſeu ſimpliciter, quando, ſcilicet, prædicatum cõuenit ſubiecto ſine aliqua ſuppoſitione formæ accidentalis in ſubiecto, & ideo dicitur neceſſarium ſimpliciter, & quia eſt ſenſus abſolutus, ſine ſuppoſitione dicitur in ſẽſu diuiſo. Aliud eſt neceſſarium in ſenſu compoſito, per compoſitionem ſcilicet, vel coniunctionem alicuius formæ cum ſubiecto, quia ſtante illa compoſitione prædicatum neceſſariò ineſt ſubiecto: at verò in ſenſu diuiſo prædicatum non ineſt neceſſariò, id eſt, ſi fiat diuiſio illius formæ à ſubiecto, prædicatum non ineſt neceſſariò, verbi gratia, poſito curſu in homine, neceſſariò homo mouetur: ſed ſi ſeparetur hic modus, ſeu forma curſus à ſubiecto, tunc moueri non erit neceſſariò homini, & ita in ſenſu compoſito, homo neceſſariò mouetur, ſi currat, non autem in ſenſu diuiſo,

A quia ſenſus diuiſus eſt abſolutus ſine ſuppoſitione, & ita motus dicitur de curſu formaliter ſumpto de neceſſario ſimpliciter; de homine verò, vt ſtat ſub modo curſus, dicitur de neceſſario in ſenſu compoſito, ſeu ex ſuppoſitione.

Notandum quartò, quòd neceſſarium in ſenſu compoſito eſt adhuc duplex, quoddam eſt neceſſarium ex compoſitione, ſeu ſuppoſitione antecedenti, quod aliis vocabulis dici ſolet neceſſariũ ſecundùm cauſam, vel neceſſarium conſequentis; & tunc eſt, quando ponitur forma accidentalis in ſubiecto, ex vi cuius ſequitur neceſſarium in ſubiecto, verbi gratia, poſito curſu in homine; ſequitur neceſſariò, quòd homo mouetur, & adhuc vt ſit neceſſarium propriè ex ſuppoſitione antecedenti, debet illa forma accidentalis contingenter poni in ſubiecto, & ita non dicitur propriè ex ſuppoſitione riſibilitatem ineſſe neceſſariò in homine, quia licèt ponatur ad poſitionem admiratiui, tamen admiratiuũ competit homini non contingenter, ſed neceſſariò per rationalitatem, quæ eſt forma eſſentialis in homine. Neceſſarium verò ex ſuppoſitione conſequenti tunc eſt, quando forma nõ antecedit, ſed potiùs ſubſequitur, ſed quia eſt cõiunctio illius prædicati cum forma, dicitur eſſe neceſſarium in ſenſu compoſito compoſitione, ſeu ſuppoſitione conſequenti, ſeu ſecundùm effectum, ſeu neceſſitate conſequentiæ, verbi gratia, dum video Franciſcum ſedentem, neceſſariò ſedet, non tamen ſedet ex vi viſionis meæ, imò viſio ſubſequitur, quia ideo video ſedentem, quia ſedet, ſed ſtante hac compoſitione, ſeu coniunctione viſionis meæ cum ſeſſione Franciſci, neceſſariò Franciſcus ſedet, ſuppoſitione conſequenti, & neceſſitate conſequentiæ, quia valet, video ſedentẽ, ergo ſedet neceſſariò neceſſitate conſequentiæ, ſeu conſequenter, non conſequentis, quia ſedere in Franciſco non eſt neceſſarium, neque ſimpliciter, neque ex ſuppoſitione antecedenti. Ita etiam cùm dicitur, Franciſcus dũ mouetur, neceſſariò mouetur: quia poſito quòd moueatur, non poteſt non moueri, quia dum effectus eſt, non poteſt non eſſe; non autem quòd effectus procedat ex vi alicuius cauſæ antecedentis, & ideo non eſt neceſſarium ſecundùm cauſam, ſed potiùs ſecundùm effectum.

5. *Neceſſarium in ſenſu compoſito eſt ite duplex.*

B

Neceſſarium ex ſuppoſitione quid ſit.

C

Notãdum quintò, quòd quando Ariſtot. in ſuppoſitis regulis ex mixtione de neceſſario, & de ineſſe vt nunc, dicit concluſionem ſequi de neceſſario, intelligit de neceſſario ex ſuppoſitione antecedenti, ita vt neceſſitas ſit neceſſitas conſequentis, & ſecundùm cauſam, nam ex vi ſyllogiſtica omnis concluſio eſt neceſſaria neceſſitate conſequentiæ. Exemplum primi, omne currens neceſſariò mouetur, omnis homo eſt currens de ineſſe, ergo omnis homo neceſſariò mouetur. In hoc exemplo motus ineſt ſubiecto materiali, ſcilicet homini neceſſariò in ſenſu compoſito ex ſuppoſitione, & compoſitione antecedenti, quia ineſt curſus, quæ eſt forma accidentalis contingens, ex vi cuius neceſſariò ineſt motus, qui motus de currente formaliter dicitur, de neceſſario ſimpliciter, de homine verò vt eſt ſubiectum materiale ſubſtratum formæ curſui, dicitur neceſſariò, ex ſuppoſitione antecedenti. Exemplum ſecundi, omne animal mouetur, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo mouetur; in hoc exemplo ſequitur concluſio de neceſſitate conſequentiæ, quia ſuppoſito quòd omne animal moueatur, ſequitur neceſſariò, quòd homo etiã moueatur, quia ſtat ſub animali, non tamen eſt neceſſitas conſequentis, neque ſecundùm cauſam, neque ſuppoſitione antecedenti. nam motus ineſt homini ratione animalis, cui motus competebat in maiori de contingenti, ſeu ineſſe: ſic ergo, & homini, qui

Punctũ difficultatis in hoc ſecundo dubio.

D

E

erat ſub animali. non enim aſſignatur forma aliqua A antecedens,cui neceſſariò competat motus,ex vi cuius formæ antecedentis competat ſubiecto materiali,vt erat in primo exemplo.

7. *Sextũ not. Suppoſitio antecedens qua dicatur.* Notandum ſextò,quòd in hac materia noſtra ſuppoſitio antecedens etiam dicitur illa,quando in propoſitione,putà maiori, etiam ſi ſit neceſſitas ex ſuppoſitione conſequenti, vel ſecundùm effectum, tamen illa ſuppoſitio conſequens ponitur in prædicato, ſeu vt prædicatum, quia tunc Minor, quæ debet eſſe de neceſſario ſit de ineſſe: & Maior de neceſſario, & concluſio ſequitur de neceſſario ex ſuppoſitione antecedenti, ſecus autem, ſi non ponatur ſuppoſitio illa conſequens, vt prædicatum, quia tunc Maior eſt de ineſſe,& Minor eſt de neceſſario: quare ſequitur concluſio de ineſſe ſecundùm conſequẽs, B licet de neceſſario ſecundùm conſequentiam, vt dictum eſt.Exemplo fiet manifeſtum.Sit Maior,omne animal, quod mouetur, neceſſariò mouetur, eſt neceſſaria ex ſuppoſitione conſequenti; tamen quia moueri neceſſariò eſt loco prædicati in propoſitione,fit,vt ſe habeat ad neceſſarium ſimpliciter,ſeu ex ſuppoſitione antecedenti reſpectu ſubiecti,quod eſt totum illud,(omne animal quod mouetur)quod quidem ex eo patet, quia iſta Maior ampliatur ad id, quod eſt,vel poteſt eſſe,ſcilicet, omne animal quod mouetur, neceſſariò mouetur, id eſt, omne animal, quod mouetur,quod eſt,vel poteſt eſſe.At verò,cùm dicitur,omne animal mouetur,animal ſupponit conſtantiam,id eſt,exiſtentiam ſubiecti.Sit igitur Maior (omne animal quod mouetur, de neceſſario mouetur) & ſit Minor(omnis homo eſt animal quod mouetur) quæ quidem eſt de ineſſe per additionem illius partis prædicati ſcilicet,quod mouetur:ſequitur concluſio de neceſſario ex ſuppoſitione quaſi antecedenti;ergo omnis homo neceſſariò mouetur:quod quidem prædicatum ineſt homini tamquam ſubiecto materiali mediante toto illo termino,ſcilicet animal,quod mouetur,cui toti termino ineſt de neceſſario ipſum moueri. Quod patet clariùs ex diuerſa concluſione,quæ ſequitur,quando in maiori non ponitur ſuppoſitio conſequens, vt prædicatum, quia tunc Maior eſt de ineſſe, Minor de neceſſario, & Concluſio de ineſſe,vt patet hoc ſyllogiſmo, Omne animal mouetur,omnis homo eſt animal,ergo omnis homo mouetur.Ad tollendum autem æquiuocationem, recolendum eſt id, quod diximus in ſecundo notabili,quod cùm dicitur, omne animal quod mouetur,neceſſariò mouetur, eſt propoſitio modalis de re,ſeu diuiſa,non autem de dicto,ſeu compoſita,cuiuſmodi eſſet hæc alia propoſitio, Omne animal, quod dum mouetur,neceſſariò mouetur, eſt propoſitio de neceſſario, quia tunc tota hæc propoſitio, omne quod dum mouetur, neceſſariò mouetur, eſt loco ſubiecti, & eſt ſingularis:loco autem prædicati ponitur, eſt propoſitio neceſſaria.

8. *Opiniones circa hanc ſecundã dubitationẽ.* His poſitis circa hoc dubium variæ ſunt expoſitorum opiniones.

Theophr. Eud. Alex. Auerr. Albert. Prima opinio eſt Peripateticorum, Theophraſti, Eudemi, & Alexandri apud Philoponum, & Auerroëm,Alberti, & aliorum exiſtimantium concluſionem in hac mixtione vnius propoſitionis de neceſſario cum alia de ineſſe,ſemper ſequi debiliorem partem, ſcilicet de ineſſe, vt nunc. Ad rationem autem dubitandi ſuprà poſitam, fundatam in auctoritate Ariſtotelis,variè reſpondetur ab iſtis Doctoribus.

Alexand. Primus modus reſpondendi eſt Alexandri aſſerentis Ariſtotelem intelligendum eſſe in ſenſu formali tantùm. Sed contrà, quia concluſio iam eſſet ſcita in Maiori, quare fruſtrà ad illam ſciendam adhiberetur diſcurſus ſyllogiſticus: adhibetur autem, vt etiam verificetur de materiali, quatenus Minor ponit materiale ſub illo formali,vnde per diſcurſum ſyllogiſticum ſcitur in concluſione, quod maius extremum coniungitur de neceſſario cum minori extremo materialiter ſumpto, quod quidem non ſciebatur in maiori propoſitione.

Secundus modus reſpondendi eſt Alberti,qui dicit regulas Ariſtotelis intelligendas eſſe,quando præmiſſa eſt de ineſſe ſimpliciter;ſed contrà,quia expreſsè Ariſtot. regulas intelligit, quando præmiſſa eſt de ineſſe vt nunc, & hoc probant exempla adducta ſuprà pro ratione dubitandi; per quid autem diſtinguantur præmiſſa de ineſſe ſimpliciter, & de ineſſe vt nunc, habetur in primo notabili. *Albert.* *Ariſtot.*

Tertius modus reſpondendi eſt Theophraſti, & Eudemi,qui dicunt Ariſtotelem erraſſe;cùm ſua opinio ſit contra illud commune axioma,quòd, ſcilicet, concluſio ſemper ſequitur debiliorem partem. *Theophr. Eud.*

Sed contrà,quia regulæ aſſignatæ ſuprà in ratione dubitandi, probant ſententiam Ariſtotelis eſſe veram, quòd ſcilicet ſequatur aliquando concluſio de neceſſario, etiam ſi vna præmiſſa ſit de ineſſe vt nũc, neque hoc eſſe contra illud commune axioma, vt oſtendemus in opinione noſtra.

Secunda opinio aliquorum recentiorum Theologorum exiſtimantium illud commune axioma,concluſionem ſcilicet ſequi debiliorem partem,habet locum in mixtione vnius præmiſſæ euidentis, ſeu certæ,cum alia probabili;non autem in mixtione vnius C de neceſſario cum alia de ineſſe vt nunc,propter rationem dubitandi ſuprà poſitam.Sed hæc opinio facilè impugnatur, quia, vt infrà oſtendemus, in hac mixtione concluſio ſequitur ſimpliciter de ineſſe, atque adeò ſequitur debiliorem partem. 9.

Sententia Auctoris.

IN hac igitur difficultate mea ſententia eſt media, pro cuius explicatione tria ſunt probanda. Primũ, quòd concluſio ſequatur aliquando de neceſſario ſecundùm quid. Secundum,quòd concluſio ſimpliciter ſequatur de ineſſe,ita tamen,vt nec habeat eamdem omnimodam debilitatem,quam habet præmiſſa de ineſſe,nec eamdem omnimodam neceſſitatem, D quam habet præmiſſa de neceſſario, quia concluſio licèt ſit de ineſſe ſimpliciter, eſt tamen de neceſſario ſecundùm quid, quam neceſſitatem non habet præmiſſa de ineſſe. 10. *Verior opinio.*

Tertium, aſſignanda eſt ratio diuerſitatis, quare ex mixtione vnius præmiſſæ euidentis,ſeu certæ cum alia probabili, concluſio ſemper ſequatur probabilis ſimpliciter, & numquam certa, ſeu euidens ſecundùm quid; & tamen in mixtione vnius de neceſſario, cum alia de ineſſe, ſequatur aliquando concluſio de ineſſe ſimpliciter, & de neceſſario ſecundùm quid. Pro probatione autem horum trium ponemus tres aſſertiones. E

PRIMA ASSERTIO.

QVantum ad primum quod propoſuimus probandum, ſit prima aſſertio. In mixtione vnius propoſitionis de neceſſario,cum alia de ineſſe vt nũc, concluſio in quibuſdam caſibus ſequitur aliquando de neceſſario ſecundùm quid,& eſt fundamentum in hac materia,in quo fundantur 14.regulæ Ariſtotelis. 11.

Probatur

Digitized by Google

Fundamentum vniuerſale omnium regularum circa mixtionem vnius præmiſſæ de neceſſario cum alia de ineſſe.

Probatur hæc prima aſſertio à priori, fundamentum autem hoc eſt. Quotieſcumque prædicatum concluſionis diſiungitur, vel coniungitur cum medio termino, de neceſſario vniuerſaliter in aliqua præmiſſa, ſequitur concluſio de neceſſario. Probatur primò, quia prædicatum, & ſubiectum coniunguntur in concluſione ratione medij termini; ſi ergo cum medio termino prædicatum coniungitur de neceſſario, ſequitur, quòd etiam coniungatur cum ſubiecto de neceſſario, ex ſuppoſitione antecedenti ratione medij termini, tamquam forma, cum qua coniungebatur de neceſſario. Quòd ſi prædicatum non coniungitur in præmiſſa cum medio termino de neceſſario, ſed de ineſſe vt nunc, ſequitur quòd prædicatum coniungi non poſſit cum ſubiecto de neceſſario ex vi formæ ſyllogiſticæ, ſcilicet ratione medij termini.

Secundò probatur, quia hoc fundamentum regulatur per Dictum de omni in modis affirmatiuis, & per Dictum de nullo in modis negatiuis, ſyllogizando ſic in Barbara ex maiori de neceſſario, & minori de ineſſe: Omne currens de neceſſitate mouetur: omnis homo eſt currens; ergo omnis homo de neceſſitate mouetur. Qui quidem ſyllogiſmus regulatur per Dici de omni: nam Maior ſignificat, quòd omne id, quod eſt, vel poteſt eſſe currens, de neceſſitate mouetur; & Minor ſignificat, quòd omnis homo eſt currens, & ita ſtat ſub diſtributo medio termino; ergo ſequitur quòd omnis homo de neceſſario mouetur per Dictum de omni. Secundò ſyllogizando in Cælarent: nullum currens eſt quieſcens de neceſſitate: omnis homo eſt currens; ergo nullus homo de neceſſitate eſt quieſcens. Syllogiſmus regulatur per Dici de nullo: nam Maior ſignificat, quòd nullum quod eſt, vel poteſt eſſe currens, eſt quieſcens: & in Minori ponitur ſub currenti homo, ita vt maior diſtribuatur ad hominem: ergo manifeſtè ſequitur per Dictum de nullo, quòd homo de neceſſitate non eſt quieſcens. Idem patet in modis concludentibus particulariter, etiam in ſecunda, & tertia figura, quæ eſto habeant diuerſa principia à principiis primæ, tamen omnes, vt probant Prioriſtæ, vltimatè regulantur per Dictum de omni, & Dictum de nullo, & ita omnes ſunt reducibiles ad primam figuram.

Probantur 14. regulæ Ariſtotelis ex fundamento poſito.

12. In hoc fundamento fundantur omnes regulæ Ariſt. primo priorum, cap. 8. 9. & 10.

Regulæ in prima figura ex aſſignato fundamento.

In prima figura eſt prima Regula, ex maiori de neceſſario, & minori de ineſſe, ſequitur concluſio de neceſſario, verbi gratia, Omne currens neceſſariò mouetur: omnis homo eſt currens; ergo omnis homo neceſſariò mouetur. Quia prædicatum concluſionis, id eſt (Moueri) coniungitur cum homine ratione medij termini, qui eſt currens, cum quo in maiori coniungebatur de neceſſario vniuerſaliter.

Secunda regula.

Secunda Regula eſt, quòd in prima figura maiore exiſtente de ineſſe, & minore de neceſſario, ſequitur concluſio de ineſſe, verbi gratia: Omne animal mouetur: omnis homo eſt animal; ergo omnis homo mouetur. Moueri, coniungitur cum homine ratione medij termini, qui eſt animal, cum quo in maiori Moueri coniungebatur de ineſſe.

13. Tertia regula. Regulæ in ſecunda figura ex eodem fundamento.

Tertia Regula in ſecunda figura, ſi maior negatiua fuerit de neceſſario, & vniuerſalis ſequitur concluſio de neceſſario, vt patet ſyllogizando in Cæſare: nullum currens eſt quieſcens de neceſſario:
A omnis homo eſt quieſcens de ineſſe; ergo nullus homo eſt currens de neceſſario. Currens, quod eſt prædicatum, diſiungitur ab homine in concluſione ratione medij termini, qui eſt quieſcens, à quo in maiori diſiungebatur de neceſſario.

14. Quarta.

Quarta Regula in ſecunda figura: Si Maior fuerit affirmatiua vniuerſalis de ineſſe, & Minor negatiua vniuerſalis de neceſſario; ſequitur concluſio de ineſſe, ſic ſyllogizando in Cameſtres: Omnis homo eſt quieſcens de ineſſe: nullum currens eſt quieſcens de neceſſario; ergo nullum currens eſt homo de ineſſe. Quia prædicatum concluſionis dicitur de ſubiecto mediante medio termino, inter quem, &
B inter ipſum prædicatum concluſionis non erat coniunctio de neceſſario in Maiori, ſed de ineſſe.

Obiectio contra hanc quartam regulam.

Sed contra hanc quartam Regulam obiicitur Ariſtoteles, qui aſſerit concluſionem ſequi de neceſſario: ſed ad Ariſtotelem reſpondet Marſilius, quòd Ariſtoteles intelligebat, quando in Cameſtres Maior eſt de ineſſe ſimpliciter, & non de ineſſe vt nunc.

Solutio.

Sed hæc reſponſio non placet, quia in illa regula æquiuocaſſet Ariſtoteles, nam in Cæſare intelligit de ineſſe vt nunc; ſic etiam in ſuperioribus regulis, vt ſuprà probatum eſt. Mihi videtur dicendum, quod Ariſtoteles, dum in hac quarta regula di-
C cit ſequi concluſionem de neceſſario, intelligat ſequi de neceſſario per conuerſionem, quia tunc prædicatum concluſionis diceretur de ſubiecto ratione medij termini, cum quo prædicatum in præmiſſa coniungebatur de neceſſario, verbi gratia in exemplo allato in Cameſtres concluſio eſſet, Nullus homo eſſet currens, in qua quidem concluſione Currens diſiungitur ab homine ratione medij termini, qui eſt quieſcens: inter autem hunc medium terminum, & prædicatum concluſionis in Minori eſt diſiunctio de neceſſario, atque adeò indirectè regulatur per Dictum de nullo, vt patet reducendo Cameſtres ad modum primæ figuræ.

15. Quinta regula.

Quinta Regula in eadem ſecunda figura: Si vniuerſalis affirmatiua fuerit de neceſſario, non ſequi-
D tur concluſio de neceſſario; & ita non valet ſyllogizando in Cæſare: Nullum currens eſt animal de ineſſe: omnis homo eſt animal de neceſſario; non ſequitur de neceſſario, ergo nullus homo eſt currens.

16. Sexta.

Sexta Regula in eadem ſecunda figura; Si particularis negatiua fuerit de neceſſario, non ſequitur concluſio de neceſſario, ſic ſyllogizando in Barocho: Omne currens eſt album de ineſſe, aliquis coruus non eſt albus de neceſſario; non ſequitur de neceſſario, ergo aliquis coruus non eſt currens.

17. Septima. Regulæ in tertia figura ex eodem fundamento.

Septima Regula in tertia figura: Ex Maiori vniuerſali affirmatiua de neceſſario, & Minori de ineſſe, ſequitur concluſio de neceſſario, ſic ſyllogizando
E in Darapti: Omne currens mouetur de neceſſario: omne currens eſt homo de ineſſe, ſequitur de neceſſario; ergo aliquis homo mouetur. Ex eodem fundamento, quia motus extremum coniungitur in concluſione cum minori extremo mediante medio termino, qui eſt (Currens) cum quo maius extremum coniungebatur de neceſſario.

18. Octaua.

Octaua Regula in eadem tertia in Darapti; Ex maiori de ineſſe, & minori de neceſſario, ſequitur concluſio de ineſſe, ſic ſyllogizando: Omne currens eſt homo de ineſſe: omne currens mouetur de neceſſario; ergo aliquod quod mouetur eſt homo. De ineſſe, quia maius extremum cum medio termino in præmiſſa coniungitur de ineſſe. Quòd ſi obiicias Ariſtotelem, qui dicit concluſionem ſequi de neceſſario.

Obiectio.

Solutio. ceſſario. Reſpondetur,vt diximus in quarta regula, Ariſtotelem intelligendum eſſe per conuerſionem concluſionis, vt patet reducendo Darapti ad Darij, quia tunc conuertens remanet in modo primæ figuræ, & ſic ſyllogiſmus regulabitur per Dictum de omni, directè concludendo; ita vt in Darapti Maior,quæ erat de ineſſe fiat Minor, & conuertatur in parte faciendo illam particularem,Minor fiat Maior,quæ eſt de neceſſario, quia vt dictum eſt ſuprà,Maior debet eſſe de neceſſario,& concluſio fiat illa, quæ erat per conuerſionem, quia tunc directè concluditur in Darij; patet ſyllogizando primò in Darapti: Omne currens eſt homo de ineſſe:omne currens mouetur de neceſſario; non ſequitur per principium aſſignatum;ergo aliquod quod mouetur eſt homo de neceſſario. Sed ſi conuertatur,ſequitur de neceſſario per principium aſſignatum; ergo aliquis homo mouetur. Qua concluſio, quæ eſt conuertens priorem, remanet directè concluſa reducendo ſyllogiſmum hunc ad Darij, ita vt minor fiat maior: Omne currens mouetur de neceſſario; maior fiat minor, & conuertatur in parte: aliquis homo eſt currens de ineſſe;ergo aliquis homo mouetur de neceſſario. Quòd ſi Maior in Darapti remaneat Maior in Darij, & minor conuertatur in parte; non ſequitur concluſio de neceſſario per ſecundam regulam, & per noſtrum principium aſſignatum ſuprà; immò tunc etiam variarentur termini. Nam ſi Minor conuerteretur in parte, aliter ſupponeret currens in conuertente, ac ſupponebat in conuerſa, quia in conuertente ſupponitur pro actu currente, & in conuerſa pro potente. quare ſi conuertatur ita, vt eodem modo ſupponant conuerſa,& conuertens,deberet ſic conuerti: Aliquod quod mouetur de neceſſario eſt potens currere, & ita medius terminus non maneret diſtributus, quia in maiori ſupponit pro actu currente: quare nec ſequeretur concluſio ſecundùm veritatem, vt ex dictis manifeſtè patet intuenti.

19. Nona regula. Nona regula in eadem tertia in modo negatiuo: ſi vniuerſalis negatiua fuerit de neceſſario,ſequitur concluſio de neceſſario, ſic ſyllogizando in Felapton:Nullum currens eſt quieſcens de neceſſario: omne currens eſt homo de ineſſe; ergo aliquis homo non eſt quieſcens de neceſſario. Sic etiam,vt infrà dicitur in Feriſon particularem faciendo minorem illam,quæ erat in Felapton.

20. Decima. Decima in eadem tertia in modo negatiuo:ſi affirmatiua fuerit de neceſſario, non ſequitur concluſio de neceſſario; ſic ſyllogizando in Felapton, & Feriſon: Nullum currens eſt homo de ineſſe: omne currens mouetur de neceſſario:& in Feriſon, Aliquod currens mouetur de neceſſario:non ſequitur de neceſſario,ergo aliquod quod mouetur, non eſt homo.

Vndecima. Vndecima in modis particularibus affirmatiuis: ſi vniuerſalis fuerit de neceſſario, ſequitur concluſio de neceſſario, quod intelligitur, ſi Maior fuerit vniuerſalis de neceſſario, ſic ſyllogizando in Datiſi: Omne currens mouetur de neceſſario:aliquod currens eſt homo de ineſſe;ergo aliquis homo mouetur de neceſſario.

Duodecima regula. Duodecima in modis particularibus in eadem:ſi particularis fuerit de neceſſario, non ſequitur concluſio de neceſſario,ſic ſyllogizando in Datiſi:omne currens eſt homo de ineſſe: aliquod currens mouetur de neceſſario; non ſequitur concluſio de neceſſario,ergo aliquod,quod mouetur,eſt homo.

21. Decimatertia regula. Decimatertia regula in eadem tertia figura, in negatiuis particularibus:Si vniuerſalis negatiua fue-

A rit de neceſſario, ſequitur concluſio de neceſſario, verbi gratia,in Feriſon:nullum, quieſcens de neceſſario, mouetur: aliquod quieſcens eſt homo; ergo aliquis homo non mouetur de neceſſario. quia Moueri negatur ab homine ratione medij termini, ſcilicet (Quieſcens)à quo medio termino ipſum Moueri negabatur vniuerſaliter.

Decimaquarta regula in eadem tertia: Quando maior particularis affirmatiua, aut negatiua eſt de neceſſario, vt in Diſamis, & Brocardo, concluſio non ſequitur, neque de neceſſario, neque ſecundùm veritatem. difficile eſt autem huius Regulæ aſſignare rationem; mihi autem videtur hæc aſſignanda ratio,quia in Diſamis, & Brocardo,quando maior, quæ eſt particularis, eſt de neceſſario, am- 22. Decimaquarta, & vltima regula difficilior. Difficultas in aſſignanda ratione huius 14. regulæ.
B pliatur ad potens, & ita ſit, vt prædicatum concluſionis, quod eſt maius extremum coniungatur cum ſubiecto concluſionis, quod eſt minus extremum, vel disiungatur ab eo ratione medij termini, cum quo prædicatum concluſionis non coniungebatur in Maiori, quia medius terminus ſupponebat pro potente,& non pro exiſtente in actu tali. Vnde ſequitur, quòd talis ſyllogiſmus non poſſit regulari per Dictum de omni, & per Dictum de nullo, quia medius terminus ſtante maiori particulari de neceſſario in nulla præmiſſa diſtribuitur, vt patet diligenter intuenti. nam in maiori ſupponit pro potenti, in minori autem pro exiſtenti: at verò ſi Maior eſſet vniuerſalis,& de neceſſario ſupponeret pro potenti & pro exiſtenti.Exemplis fiet manifeſtum,ſic ſyllo-
C gizando in Diſamis: Aliquod currens de neceſſario mouetur:omne currẽs eſt homo,ponatur ſic eſſe, nõ ſequitur, ergo aliquis homo de neceſſario mouetur. nam ad verificandam illam maiorem, ſatis eſt,ſi aliquod potens currere moueatur de neceſſario, & ſit,verbi gratia,Antichriſtus. Minor autem ſupponit pro omni currente exiſtente, quia eſt propoſitio de ineſſe. Quando igitur in concluſione concluditur,ergo aliquis homo de neceſſario mouetur; falsò concluditur per rationem ſuprà dictam, quia medius terminus in neutra præmiſſa diſtribuitur. Applicando autem hanc rationem noſtro principio,dicimus,quòd Moueri prædicatur de homine ratione currentis, cui currenti non inerat motus;nam motus inerat potenti currere, verbi gratia Antichriſto,
D atque adeò non poteſt verificari de homine in concluſione, quia homo currẽs non continetur ſub illo Currente de quo prædicabatur Moueri, neque hic ſyllogiſmus regulatur per principium tertiæ, quod principium tale eſt in modis affirmatiuis, ſcilicet quotieſcumque aliqua prædicantur de aliquo tertio, quæ ſecundùm partem ſui ſaltem conueniunt cum aliquo tertio;ſecundùm idem conuenient inter ſe particulariter. *Principium tertiæ figuræ in affirmatiuis & negatiuis quale ſit.*

In negatiuis verò principium tale eſt, quotieſcumque ita ſe habent, vt vnum eorum ſeparetur ab aliquo tertio, & alterum conueniat cum illo tertio; hoc quod vnitur cum tertio, erit ſeparatum ab illo, quod erat ſeparatum ab illo tertio.Sed ſi illo modo ſyllogizaretur in Diſamis,& Brocardo,tunc non erit
E idem tertium, ſed diuerſum,quia in Diſamis. verbi gratia. Currens,in Minori ſupponebat pro exiſtente, & in Maiori pro ſui verificatione ſufficit,vt ſupponat pro potenti:ergo,&c.

Quòd ſi dicas, ſi ſyllogiſmus in Diſamis reducatur ad Darij,hoc modo, Minor fiat Maior:Omne currens eſt homo: Maior conuertatur ſimpliciter, & fiat Minor: aliquod, quod de neceſſario mouetur,eſt currens; ſequitur falsò ſecundùm veritatem, licèt non ſecundùm neceſſitatem: aliquod quod de 23.

neceſſario

Digitized by Google

neceſſario mouetur, eſt homo, quia verificatur per Dictum de omni.)

Reſpondetur variari terminos, & ideo verificari per Dictum de omni. nam quæ erat Maior in Diſamis, erat neceſſaria per prædicatum neceſſarium, & ita ampliabatur ad potens; at verò per reductionem ad Darij illa Maior fit Minor, & conuertitur ſimpliciter, per quam conuerſionem propoſitio fit de ineſſe, vt nunc, atque adeò Minor conuertens ſupponit pro exiſtenti, & ita medius terminus in Maiori eſt perfectè diſtributus ratione Minoris extremi, quod etiam ſupponit pro exiſtenti, atque adeò ſtat ſub illo medio termino diſtributo, quòd ſi Maior in Diſamis conuertatur ſine variatione terminorum, vt conuerti debet, tunc non poteſt ſyllogiſmus in Darij regulari per dictum de omni, quia conuertens maioris deberet eſſe (aliquod, quod de neceſſario mouetur, eſt in potentia exiſtens currere) atque adeò non continetur ſub medio termino, quod eſt (currens) qui quidem medius terminus, ſcilicet (currens) ſupponebat pro actu exiſtenti currenti tantùm; quod autem dictum eſt de Diſamis, idem etiam dicendum eſt de Datiſi, quando Maior vniuerſalis eſt de ineſſe, & Minor particularis de neceſſario, ſed cum hac differentia, quod in Datiſi concluſio, etiam ſi ſequi poſſit ſecundum veritatem, non tamen ſequetur de neceſſario per principium aſſignatum, quia maius extremum coniungitur in concluſione cum minori extremo per medium terminum, cum quo in præmiſſa maius extremum coniungebatur de ineſſe: at verò in Diſamis, ſi concluſio ſequi poſſet ſecundum veritatem, ſequeretur de neceſſario per illud idem principium, ſed quia non poteſt ſequi ſecundum veritatem, vt probatum eſt, ideo, nec ſequi poteſt ſecundum neceſſitatem, vt patet ex exemplis poſitis ſuprà.

24. Idem etiam patet in Brocardo, quod vt clariùs manifeſtetur ponam exemplum, in quo in Brocardo concluſio ſequitur falſa, non ſolùm ratione formæ, ſed etiam ratione materiæ hoc modo. (Aliquod lucens ſuper noſtrum Hemiſphærium, non eſt de neceſſario Luna) quæ Maior explicatur hoc modo, (quod poteſt eſſe lucens ſuper noſtrum Hemiſphærium, non eſt de neceſſario Luna.) Minor ſit hæc (omne lucens ſuper noſtrum Hemiſphærium, eſt infimus planeta) ponatur ſic eſſe nunc, non ſequitur, (ergo aliquis infimus planeta non eſt de neceſſario Luna) propter eamdem rationem.

25. Idem etiam patet in Feriſon, verbi gratia, Maior ſit iſta (nullum currens eſt homo de ineſſe) hæc maior verificatur de his, qui actu exiſtunt, & currunt. At minor ſit illa (aliquod quod eſt currens mouetur) iſta minor cùm ſit de neceſſario verificari poteſt etiam de potenti tali, putà de Antichriſto. Vnde fit, vt concluſio non ſequatur nec de neceſſario, nec ſecundum veritatem: concluſio enim hæc eſt (ergo aliquod, quod mouetur, non eſt de neceſſario homo) quæ concluſio falſa eſt. Nam Antichriſtus mouetur potentialiter, & de moueri potentialiter verificabatur in minori, vt viſum eſt, & tamen falſum eſt, quod Antichriſtus non ſit homo; nam hæc propoſitio (Antichriſtus eſt homo) eſt propoſitio æternæ veritatis, & ita verificari poteſt de exiſtenti, & de non exiſtenti.

26. Obiectio. Sed contra Regulas aliquas ex aſſignatis, videtur poſſe obiici ipſemet Ariſtoteles, qui ſibi videtur in eodem contextu contrarius, nam aſſerit ad ſyllogizandum concluſionem de ineſſe, oportere vtramque præmiſſam eſſe de ineſſe, & tamen in multis regulis ſuprà aſſignatis diximus, quod etiam ſi aliquando vna præmiſſa ſit de neceſſario, ſequitur concluſio de ineſſe ſimpliciter, nec vllo modo neceſſaria ſecundum quid. Reſpondetur, quòd in tali caſu illa præmiſſa, quæ eſt de neceſſario, æquiualet propoſitioni de ineſſe, quia non influit ſuam neceſſitatem in concluſione per rationem aſſignatam in fundamento, & hæc quantum ad primum, quod probandum erat in noſtra ſententia. Solutio.

SECVNDA ASSERTIO.

27. Secunda aſſertio, in qua oſtenditur concluſionē in hac mixtione ſequi debiliorem partem.

QVantum ad ſecundum, quod propoſuimus probandum ſit ſecunda Aſſertio. In hac mixtione vnius præmiſſæ de neceſſario cum alia de ineſſe, quamuis ſequatur aliquando iuxta regulas traditas concluſio de neceſſario ſecundùm quid, tamen ſimpliciter ipſa concluſio eſt de ineſſe.

Probatur in prima figura, vnde regulantur reliquæ, maius extremum, quod eſt prædicatum concluſionis coniungitur cum minori extremo, quod eſt ſubiectum concluſionis ratione medij termini; ſed medius terminus coniungebatur cum minori extremo de ineſſe, vt nunc, ergo maius extremum coniungitur cum minori extremo de ineſſe, vt nunc; quia ſicut contingenter medius terminus tamquam forma poteſt ineſſe, & non ineſſe in minori extremo, quod eſt ſubiectum concluſionis: ita maius extremum, quod eſt prædicatum concluſionis, quia ſequitur ad poſitionem formæ, quæ eſt medius terminus: qua re ea forma poſita ponitur, & ea ablata aufertur, atque adeò ex hac parte ſemper concluſio ſequitur ſimpliciter de ineſſe: Sequitur verò concluſio ex alia parte de neceſſario ex ſuppoſitione antecedenti, quia maius extremum quod eſt prædicatum concluſionis, coniungitur cum minori extremo materialiter ſumpto, quatenus illi minori extremo materialiter ſumpto ſupponitur ineſſe formæ, quæ eſt medius terminus, vnde oritur neceſſitas ſecundum quid, quia maius extremum coniungitur de neceſſario cum medio termino.

Concluſio ſequitur ſimpliciter de ineſſe.

Hinc igitur patet manifeſtè, & quòd concluſio ſit de ineſſe, vt nunc abſolutè, & ſimpliciter, & ſit neceſſaria ſecundum quid, ex ſuppoſitione, atque adeò neque ſequatur neceſſitatē maioris formaliter ſumptæ omnimodam, neque omnimodam debilitatem minoris, quia ex ſuppoſitione ſaltem eſt neceſſaria ſecundum quid.

28. Prima obiectio. Sed obiicies primò, quia videtur ſequi omnimodam neceſſitatem maioris, nam ſicut maior eſt neceſſaria ſimpliciter formaliter ſumpta, & neceſſaria ex ſuppoſitione antecedenti ſumpta materialiter; ita & concluſio formaliter ſumpta, eſt neceſſaria ſimpliciter; ſumpta verò materialitèr, eſt neceſſaria ex ſuppoſitione; paritas explicatur hoc exemplo (omne currens neceſſariò mouetur, omnis homo eſt currens; ergo omnis homo neceſſariò mouetur. Illa Maior ſumpta formaliter, id eſt, pro currenti formaliter ſumpto includit prædicatum, ſcilicet (mouetur) neceſſitate ſimpliciter ſequens ad curſum, vel coniunctum cum curſu formaliter ſumpto. Illa verò maior ſumpta materialiter, quatenus includit prædicatum, quod eſt (mouetur) vt prædicatur de ſubſtrato curſui, tunc eſt neceſſaria ex ſuppoſitione, quia moueri prædicatur de illo ſubſtrato neceſſariò ratione curſus, ita etiam eſt concluſio ſumpta formaliter, & ſumpta materialiter, vt patet applicando, quod dictum eſt de maiori.

Solutio. Reſpondetur, quòd in maiori ſubſtratum, ſeu ſub-

iectum

iectum materiale ampliatur ad poſſibile ratione prædicati de neceſſario, vt dictum eſt, ita vt ſupponat, & pro ſubſtrato potente currere, & pro actu currente: quia prædicatum eſt neceſſarium ſaltem ex ſuppoſitione. At verò in concluſione ſubſtratum, quod eſt homo, ſupponit pro actu currente, quia currens in minori prædicabatur de homine de ineſſe, & ſupponebat conſtantiam ſubiecti ex regula logicali. Vnde fit, quòd licèt prædicatum prædicetur de ſubſtrato in maiori, & in concluſione de neceſſario ex ſuppoſitione; tamen ſubſtratum concluſionis non retinet eamdem omnimodam firmitatem, quia ſupponit conſtantiam ſui, quam tamen in maiori non ſupponebat, & ita deficit ab eadem omnimoda firmitate, quia non ampliatur ad poſſibile, ſed coarctatur ad exiſtens tale: hic autem defectus omnimodæ firmitatis reſultat in ſubſtrato concluſionis ex coniunctione de ineſſe, vt nunc medij termini cum minori extremo, quod eſt ſubſtratum concluſionis, vt patet in exemplo allato; licèt igitur prædicatum concluſionis ſit neceſſarium ex ſuppoſitione, & ita quantum ad hoc, debuiſſet ampliari ad ſubſtratũ potens, tamen quia ſubſtratum in minori eſt coarctatum ad exiſtens ratione prædicati de ineſſe, vt nunc, retinet neceſſariò hanc debilitatem in concluſione, quòd ſi minor eſſet de contingenti, quia ampliaretur etiam ad poſſibile, concluſio non haberet hanc debilitatem, vt ſcilicet ſupponat conſtantiam ſubiecti; nam hæc propoſitio (contingit hominem currere) ampliatur ad hominem etiam non exiſtentem, vt patet ex Ariſtotele, primo priorum cap. 11. tamen concluſio in hoc caſu ex alio capite ſequeretur debilior, quia ſequeretur ſimpliciter contingens. *Ariſtot.*

29. *2. Obiectio.* Obiicitur ſecundò, datur concluſio in regulis aſſignatis, quæ ſequitur neceſſariò neceſſitate ſimpliciter, ergo falſum eſt, quòd ſequitur debiliorem partem, conſequentia eſt manifeſta, antecedens probatur ſic ſyllogizando (omne admirans eſt rationale de neceſſario, omnis homo eſt admirans de ineſſe; ergo omnis homo eſt rationalis de neceſſario ſimpliciter) quia rationale coniungitur cum homine neceſſitate ſimpliciter.

Solutio. Reſpondetur. Concluſio dupliciter poteſt conſiderari in hoc caſu, vel vt concluſio formaliter quatenus, ſcilicet, ſequitur ex vi præmiſſarum, vel materialiter, ſecundùm quod eſt in ſe, ſi ſecundo modo eſt neceſſaria ſimpliciter, ſi primo modo, tunc per rationem allatam eſt abſolutè de ineſſe, vt nunc, & neceſſaria ex ſuppoſitione antecedentis; ita tamen, vt ſupponatur conſtantia ſubiecti: noſtra autem diſputatio eſt de concluſione ſumpta formaliter.

TERTIA ASSERTIO.

30. TErtium, quod in ſententia noſtra propoſuimus probandum erat, quænam ſit ratio diuerſitatis, quòd ex mixtione vnius præmiſſæ euidentis, ſeu certæ, cum alia probabili, concluſio ſemper ſequatur probabilis ſimpliciter, & numquam certa, ſeu euidens ſecundùm quid, & tamen in mixtione vnius de neceſſario cum alia de ineſſe, ſequatur concluſio de ineſſe ſimpliciter, & aliquando de neceſſario ſecundùm quid.

Aſſignatur ratio diuerſitatis quare ex vna euidẽti, & alia probabili, Reſpondetur, & ſit tertia aſſertio. ratio diuerſitatis hæc aſſignari poteſt, quod in mixtione vnius de neceſſario cum alia de ineſſe, quia neceſſitas eſt à parte rei abſque dependentia à noſtro intellectu, ideo ſubiicit ſubiectum materiale de neceſſario in

A maiori ex ſuppoſitione antecedenti. Et quia ſubiectum materiale concluſionis continetur ſub illo ſubiecto materiali vniuerſali maioris, ſit vt à parte rei prædicatum concluſionis coniungatur, cum illo ſubiecto materiali neceſſario ex ſuppoſitione antecedenti, vt ſuprà explicatum eſt. At verò quando maior eſt euidens, & certa, hæc euidentia, & certitudo formalis, quæ eſt in maiori, non cadit ſuper ſubiectum materiale, ſed formale tantùm, atque adeo ſubiectum concluſionis materiale contentum ſub ſubiecto materiali maioris, non recipit, niſi eam euidentiam, quam habet ex coniunctione medij termini in Minori, & quia ſupponitur illa probabilis, etiã concluſio eſt probabilis, quòd autem euidentia non ſe extendat ad obiectum materiale, ſed formale tantùm, iam ſuprà in primo dubio ſatis probatum eſt. *cõcluſio ſequatur ſemper probabilis, & nũquam euidens ſecundùm quid: ſecus autem in cõcluſione quæ ſequitur ex mixtione vnius neceſſariæ cum alia de ineſſe. Vide in primo dubio.*

B

DVBITATIO TERTIA.

Vtrùm ex mixtione vnius præmiſſæ veræ, cùm alia falſa concluſio ſequatur debiliorem partem, ſcilicet, falſitatem alterius præmiſſæ.

RAtio dubitandi pro parte negatiua, quòd, ſcilicet, concluſio non ſequatur aliquando debiliorem partem, ſumitur ex multis exemplis, in quibus concluſio ſequitur vera ex aliqua præmiſſa falſa, exempli gratia (omnis lapis eſt corpus, omnis homo C eſt lapis, ergo omnis homo eſt corpus) quæ quidem concluſio eſt vera à parte rei ſtante præmiſſa Minori falſa: immò aliquando ex ambabus falſis ſequitur concluſio vera, exempli gratia, omnis lapis eſt animal, omnis homo eſt lapis; ergo omnis homo eſt animal. 1.

Duæ difficultates ſunt examinandæ in hac tertia dubitatione. Prima difficultas eſt, quomodo ex vi diſpoſitionis terminorum ſequatur diſpoſitio vera ex antecedenti falſo.

Secunda difficultas, an concluſio ſequatur vera ex ſuppoſitione à parte rei ex antecedenti falſo.

Prima difficultas.

D

PRo explicatione primæ difficultatis. 2.

Notandum eſt primò, quòd præmiſſæ dupliciter poſſunt ſe habere ad concluſionem. Primò, vt ſint cauſæ veritatis ipſius concluſionis, ſiue à priori, ſiue à poſteriori. Secundò, vt ſint cauſæ illationis concluſionis. Primo modo dici ſolet à logicis propter quid. Secundo modo, quia, & ratio eſt, quoniam in ſecundo modo, ſequitur concluſio ex eo, quòd eſt illatio bona, & formali conſequentia. Nam antecedens non concurrit, vt cauſa à priori, vel tamquam ſignum à poſteriori rei concluſæ, ſed tantùm ſequitur concluſio vera ex tali diſpoſitione terminorum, vt videbimus, ſed in primo modo antecedens, ſeu veritas præmiſſarum concurrit ad veritatem rei con-E cluſæ, vel quia præmiſſæ continent cauſam rei concluſæ, vel ſaltem ſunt ſignum, & quamuis concluſio à ſigno, ſeu à poſteriori dici ſoleat (quia quatenus comparatur concluſioni à cauſa, quæ dicitur) à priori (& propter quid) tamen vtraque concluſio, vt comparatur concluſioni, quæ tantùm infertur vera ex tali diſpoſitione terminorum, dicitur propter quid à logicis. *Præmiſſæ dupliciter ſe habere poſſunt ad concluſionem.*

Notandum ſecundò, quòd datur propoſitio in toto falſa, & propoſitio in parte falſa. Propoſitio in toto 3. *Secundum not.*

falſa

Digitized by Google

Propoſitio quædam eſt in toto falſa, quædam in parte.

falſa dicitur illa, quando prædicatū dicitur ineſſe omni contento ſub ſubiecto, & tamen nulli ineſt, vel è contra.

Propoſitio in parte falſa dicitur illa, in qua prædicatum dicitur falsò vniuerſaliter, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè de omnibus contentis ſub ſubiecto, cùm tamen à parte rei ſolùm aliquibus contentis ſub ſubiecto inſit, aliquibus verò non inſit.

PRIMA ASSERTIO.

5. Prima aſſertio. *Concluſio nō poteſt ſequi vera ex antecedēti falſo.*

HIs notatis dico primò, quod numquam concluſio poteſt ſequi vera ex antecedenti falſo concurrente tamquam cauſa veritatis ipſius concluſionis, quia hinc ſequerentur tria abſurda. Primum, quòd ex vno oppoſitorum ſequeretur aliud oppoſitum, vero enim opponitur falſum. Secundò, ex non ente ſequeretur ens, falſum enim eſt non ens. Tertium ex cauſa priuatiua, ſeu negatiua, ſequeretur effectus poſitiuus; nam falſum habet rationem priuationis, ſeu negationis.

SECVNDA ASSERTIO.

4. Secunda aſſertio. *Ex ambabus præmiſſis falſis in toto, vel in parte, ſequi poteſt cōcluſio vera.*

DIco ſecundò, quòd ex ambabus præmiſſis in toto falſis, ſiue in parte falſis, ſequi poteſt aliquando concluſio vera, quatenus antecedens falſum eſt cauſa non veritatis ipſius Concluſionis, quia vt ſic ſemper concluſio eſt falſa, ſed vt eſt cauſa illationis concluſionis, propter diſpoſitionem terminorum: ad hoc autem vt concluſio inferatur vera, ſeruandæ ſunt quatuor regulæ circa diſpoſitionem terminorum,

5. Prima regula.

Prima regula in prima figura, in modo quidem affirmatiuo, quando pro maiori extremitate ſumitur terminus, verbi gratia *animal*, qui terminus à parte rei vniuerſaliter ineſt minori extremitati, ſcilicet (homini) & pro medio termino ſumatur, verbi gratia, *lapis*, cum quo à parte rei neque coniungitur maius extremum, neque minus extremum, tunc ſemper ſequitur concluſio vera ex antecedenti falſo, exempli gratia. Omnis lapis eſt animal: omnis homo eſt lapis; ergo omnis homo eſt animal; ſic etiam quando præmiſſæ ſunt in parte falſæ. Quòd ſi termini hoc modo non diſponantur ex duabus præmiſſis falſis, non ſequetur concluſio vera in prima figura, verbi gratia, ſi ſumantur termini, quorum maior extremitas non inſit à parte rei, nec in toto, nec in parte minori extremitati; tunc ſequeretur concluſio falſa, verbi gratia ſumantur *Animal, lapis, Aqua*, & ſyllogizetur ſic: Omnis lapis eſt animal: omnis aqua eſt lapis; ergo omnis aqua eſt animal: eſt falſa concluſio, quia ſumitur maius extremum, quod eſt animal, quod non ineſt minori extremo, quod eſt aqua.

6. Secunda regula.

Secunda Regula ſimilis priori in modis negatiuis, quando ita diſponuntur termini, vt maior extremitas nulli ſuppoſito minoris extremi inſit, tunc ſequitur concluſio vera, verbi gratia: ſint termini *animal, homo, lapis*, & ſyllogizetur ſic: nullus homo eſt animal: omnis lapis eſt homo; ergo nullus lapis eſt animal: Concluſio vera, quia ſumitur *animal*, quod eſt maius extremum, quod nulli lapidi ineſt à parte rei; ſic etiam quando præmiſſæ ſunt in parte falſæ. Idem etiam dicendum eſt in modis particularibus affirmatiuis, vel negatiuis, applicando regulam prædictam, quod ſcilicet ita diſponantur termini, vt ſumatur maior extremitas, quæ ſaltem inſit minori extremitati ſecundùm partem, id eſt, alicui ſuppoſito in modo affirmatiuo, vel negetur ſecundùm partem à minori extremitate, ita vt non inſit alicui ſuppoſito minoris extremitatis in modo negatiuo.

Obiectio contra primam & ſecundam regulam. *Syllogiſmus in quo repeiuntur præmiſſæ quibus omni, & quibus nulli, non valet.*

Sed contra hanc primam, & ſecundam regulam inſurgit obiectio, quæ deſumitur ex communi axiomate Logicorum, quod ſyllogiſmus, in quo reperiuntur præmiſſæ, quibus omni, & quibus nulli, non valet, ſed in his duabus regulis allatis ſecundùm variam diſpoſitionem terminorum, quandoque concluſio ſtat vera de omni, & quandoque falſa de omni, & vera de nullo; nam in hac diſpoſitione terminorum, *Animal, lapis, homo*, ſequitur concluſio vera, quod (omnis homo eſt animal) & tamen ſtante alia diſpoſitione in eodem modo, ſcilicet *animal, lapis, aqua*, concluſio vera ſequeretur de nullo, ſcilicet, quòd nulla aqua eſt animal, & falſa de omni, ſcilicet omnis aqua eſt animal, idem etiam ſequitur in modis negatiuis, vt patet in exemplis allatis in ſecunda regula.

Reſponſio.

Reſpondetur, quòd Ariſtoteles intelligitur ſtantibus præmiſſis veris, non poſſe ſequi ex vi diſpoſitionis præmiſſarum concluſionem de omni, & concluſionem de nullo, quia tunc ſyllogiſmus non eſſet bonus, non autem intelligitur, quando præmiſſæ ſunt falſæ, & ratio diuerſitatis eſt, quia concluſio, quæ ſequitur vera ex diſpoſitione præmiſſarum verarum, ſequitur ex illis tamquam ex cauſa inferente rem concluſam, ſeu veritatem concluſionis; & ideo impoſſibile eſt, vt ſtante eadem diſpoſitione præmiſſarum, concluſio non ſequatur vera in quacumque materia; at verò quando concluſio infertur vera non ex vi veritatis præmiſſarum, ſed ex tali diſpoſitione terminorum, vt eſt in caſu noſtro, tunc ſtante eadem diſpoſitione præmiſſarum ex variata diſpoſitione terminorum, ſequi poteſt concluſio vera de omni, & vera de nullo, vt patet in exemplis allatis, & ratio eſt, quia variatur diſpoſitio terminorum ex vi cuius ſola, quando eſt talis diſpoſitio, infertur concluſio vera, vt dictum eſt, & patebit etiam ex ſequentibus.

7. Tertia regula. *In prima figura quando maior eſt falſa, minor vera, concluſio eſt falſa.*

Tertia Regula in prima figura, quando maior eſt in toto falſa, non poteſt ſequi concluſio vera, exiſtente minore vera. Ratio fundamentalis eſt, quia quando maior extremitas falsò dicitur de medio diſtributo, vel falsò remouetur à medio diſtributo, neceſſe eſt, vt falsò etiam dicatur de quolibet ſumpto ſub medio, vel falsò remoueatur à quolibet ſumpto ſub medio: quare neceſſariò ſequitur, quòd falsò dicatur de minori extremo in concluſione, in modo affirmatiuo, vel falsò remoueatur à minori extremo in concluſione in modo negatiuo. Probatur ſecundò à Marſilio ſecundo Priorum cap. 2. quæſt. 4. ex impoſſibili, quia alioquin ſequeretur, quòd duæ propoſitiones contrariæ eſſent ſimul veræ: quod ſic probatur fiat ſyllogiſmus in Barbara, Omne animal eſt lapis, omnis homo eſt animal; ergo omnis homo eſt lapis. Maior eſt in toto falſa; ergo contraria eſt ſimpliciter vera. Nullum animal eſt lapis: fiat ergo ſyllogiſmus in Cælarent, nullum animal eſt lapis: omnis homo eſt animal; ergo nullus homo eſt lapis: concluſio eſt vera; & eſt contraria concluſioni in Barbara. vel ergo duæ contrariæ ſunt ſimul veræ: quod eſt impoſſibile, vel concluſio in Barbara erit falſa, quod eſt intentum. Sed ex noſtra ratione fundamentali clariùs patet, & à priori. nam *lapis*, quæ eſt maior extremitas falsò dicitur de medio diſtributo, ſcilicet *animali*: quare falsò dicetur de homine contento ſub animali, vnde etiam ſequitur neceſſariò, quod falsò etiam

Digitized by Google

etiam dicatur de maiori extremo in concluſione, quod eſt homo: Secus autem eſt, quando maior non eſt in toto falſa, quia tunc ſequitur concluſio vera, nam tunc ceſſat ratio aſſignata, v. g. Omne animal eſt brutum, omnis equus eſt animal, ergo omnis equus eſt brutum. Vel quando in prima figura, maior eſt vera vniuerſaliter, & minor falſa, v. g. Omnis lapis eſt corpus: omnis homo eſt lapis; ergo omnis homo eſt corpus.

8. Quarta regula. Quarta Regula, quomodo in ſecunda, & tertia figura ex præmiſſis falſis qualitercumque, variatis penes falſitatem, vel altera falſa, quæcumque fuerit illa, ſiue maior, ſiue minor, ſiue falſa in toto, ſiue in parte, ſequitur concluſio vera exemplariter probat Philoſophus ſecundo Priorum cap. 2. neque hoc vllam habet difficultatem.

Reſp. ad rationem dubitandi poſitam initio huius tertij dubij. Ex dictis patet concluſionem ſemper ſequi debilitatem ſui antecedentis, quando antecedens concurrit vt cauſa veritatis ipſius concluſionis, vt dictum eſt in prima aſſertione, quòd ſi aliquando ex antecedenti falſo ſequatur concluſio vera, tunc antecedens illud non concurrit vt cauſa veritatis concluſionis, ſed tantùm vt cauſa illationis, propter diſpoſitionem terminorum, vt exemplificatum eſt in ſecunda aſſertione per quatuor regulas allatas; & per hæc patet ad rationem dubitandi in oppoſitum adductam initio huius dubij.

Secunda difficultas eiuſdem tertij dubij, An concluſio ex antecedenti falſo ſequatur vera à parte rei ex ſuppoſitione medij termini.

9. RAtio dubitandi eſt, quia aliquando concludimus verum ex ſuppoſitione medij termini, vt illatum ex falſo, aliquando verò non. Exemplum primi omne animal eſt ſenſitiuum, omnis lapis eſt animal; ergo omnis lapis eſt ſenſitiuus. Concluſio eſt falſa à parte rei, & tamen ex ſuppoſitione eſt vera, quia ſi per impoſſibile lapis eſſet animal, ſequeretur, quod eſſet ſenſitiuus. Exemplum ſecundi, omne animal eſt lapis, omnis homo eſt animal; ergo omnis homo eſt lapis, concluſio non poteſt eſſe vera ex ſuppoſitione, quia quòd homo ſit animal, verum eſt; & tamen ex vi huius medij termini, quod eſt animal, non ſequitur ex ſuppoſitione, quòd ſit lapis; ſicut in primo exemplo ſequebatur, quòd lapis ſit ſenſitiuus, ſuppoſito quòd ſit animal; ſequebatur autem à parte rei ſecundùm veritatem ex vi medij termini, qui eſt *Animal*, cum quo ſecundùm veritatem, & non ex aliqua ſuppoſitione impoſſibili coniungebatur ſenſitiuum.

PRIMA ASSERTIO.

10. Prima aſſertio. PRimò dico, quotieſcumque prædicatum concluſionis coniungitur cum ſubiecto concluſionis, quod erat minus extremum mediante medio termino, cum quo prædicatum concluſionis, quod erat maius extremum coniungebatur vniuerſaliter ſecundùm veritatem in aliqua præmiſſa, vel diſiungebatur, etiam in concluſione illud coniungetur, vel diſiungetur à ſubiecto ex ſuppoſitione antecedenti. Vnde fit, vt eædem regulæ explicatæ in ſecundo dubio, vbi agebamus de mixtione vnius propoſitionis neceſſariæ, cum alia de ineſſe applicari poſſint mixtioni de vero cum falſo, quia innituntur eidem principio, quas regulas modò in particulari applicare, eſſet ſuperfluum, quia patent ibi; ponam autem vnam regulam tantùm ex illis ob maiorem claritatem, & eſt hæc. Quando in prima figura maior vniuerſalis eſt vera, & minor falſa, concluſio ſequitur vera ex ſuppoſitione; quando verò maior eſt falſa, & minor vera, concluſio non ſequitur vera ex ſuppoſitione, vt patet in exemplis allatis ſuprà in ratione dubitandi, & multò magis ſequi non poteſt vera ex ſuppoſitione, ſi vtraque præmiſſa ſit falſa, vt dicemus in ſecundo dicto.

Sed duplex differentia eſt notanda. Prima, quòd in mixtione de neceſſario, & de ineſſe, ſequitur concluſio de neceſſario ex ſuppoſitione abſoluta; at verò in mixtione de vero cum falſo, ſequitur concluſio vera à parte rei ex ſuppoſitione non abſoluta, ſed conditionali, v. g. in exemplo allato concluſio eſt, omnis lapis eſt ſenſitiuus, eſt vera ex ſuppoſitione conditionali, ſi lapis à parte rei verè eſſet animal. 11. Duplex differentia notanda.

Secunda differentia, licèt per eamdem rationem non ſequatur concluſio vera à parte rei ex ſuppoſitione, quando Maior eſt particularis vera in Diſamis, & Brocardo, quia, ſcilicet, medius terminus in neutra præmiſſa diſtribuitur; tamen hæc ratio alio modo explicatur in mixtione vnius de neceſſario, cum alia de ineſſe, & alio modo in mixtione veri cum falſo; nam in mixtione neceſſarij, & de ineſſe, ratio propter quam medius terminus non diſtribuebatur, erat quia in maiori, quæ debebat eſſe de neceſſario, ſupponebat pro potenti, ſed in minori pro exiſtenti: at verò in mixtione falſi, & veri, exiſtente maiori particulari vera etiam de ineſſe, & minori vniuerſali falſa, medius terminus in neutra diſtribuitur à parte rei ſecundùm veritatem, non quidem ea ratione, quia maior ſupponit pro potenti, & minor pro exiſtenti, quia maior in hac mixtione veri cum falſo ponitur, quòd ſit de ineſſe, atque adeò ſupponit pro exiſtenti, ſicut minor, ſed ratio eſt, quia in Maiori eſt particularis, & in Minori, licèt medius terminus vniuerſaliter diſtribuatur, diſtribuitur tamen falsò, & ita concluſio, vt illata, non poteſt ſequi vera ex ſuppoſitione ſecundùm veritatem, quæ eſt à parte rei; quare ſi Maior illa fieret vniuerſalis, etiam Minori exiſtente falſa, concluſio ſequeretur vera à parte rei ex ſuppoſitione, & ita ſyllogiſmus eſſet in Darapti. Quòd ſi Maior particularis non fiat de ineſſe, ſed fiat de neceſſario, tunc ex duplici capite non ſequitur concluſio vera; primò quidem, (& in hoc conuenit cum mixtione de neceſſario, & de ineſſe,) quia etiam exiſtente Minori vera concluſio non ſequitur vera, quia medius terminus in nulla diſtribuitur, nam in Maiori, ſupponit pro potenti, in Minori pro exiſtenti. Secundò, quia Minori exiſtente falſa, medius terminus in nulla diſtribuitur ſecundùm veritatem à parte rei, quia in Maiori eſt particularis, & in Minori falsò diſtribuitur vniuerſaliter. Vnde non poteſt ſequi concluſio vera à parte rei ex ſuppoſitione, & ratio fundamentalis eſt illa, quæ à nobis ſuprà allata eſt, quia prædicatum concluſionis prædicatur de ſubiecto concluſionis, vel ſeiungitur ab eo in Brocardo mediante medio termino, cum quo prædicatum concluſionis, quod eſt maius extremum in Maiori, non coniungebatur, vel non diſiungebatur ſecundùm veritatem, quia ſtante Minori falſa ſatis erat ad verificationem Maioris, vt medius terminus, qui erat minus extremum, in Maiori ſupponeret pro aliquo alio à ſubiecto concluſionis, vt patet ſyllogizando in Diſamis, aliquod quod mouetur eſt currens (eſt vera) omne quod mouetur eſt homo (eſt falſa)

Digitized by Google

falſa) ergo aliquis homo eſt currens, hæc concluſio non poteſt eſſe vera ex ſuppoſitione ob rationem paulò antè allatam. Sic etiam in Brocardo applicando ea, quæ dicta ſunt.

12. *A particulari ad particulare aliquando valet conſequentia.*

Obiicies; à particulari ad particulare aliquando valet conſequentia, exempli gratia; aliquis homo currit; ergo aliquod animal currit: ergo eodem modo poſſet valere in Diſamis tertio nullibi diſtributo.

Obiectio. Solutio.

Reſpondetur valere conſequentiam ab inferiori ad ſuperius in caſu dato. Quòd ſi hoc modo argueretur in Diſamis, tunc minor ſemper eſſet vera, & vniuerſalis, quia ſuperiùs fieret minus extremum in Minori, quòd vniuerſaliter, & verè prædicaretur de medio termino ſic ſyllogizando. Aliquod animal mouetur, omne animal eſt ſubſtantia, ergo aliqua ſubſtantia mouetur.

SECVNDA ASSERTIO.

13. *Ex duabus falſis numquam ſequitur concluſio vera.*

Dico ſecundò, quòd ex duabus falſis numquam ſequitur concluſio vera à parte rei ex ſuppoſitione, ſicut poteſt ſequi, quando altera præmiſſarum eſt vera, vt ſuprà explicatum eſt in primo dicto, & ratio eſt manifeſta, quia vt ſequatur vera ex ſuppoſitione, deberet medius terminus, ratione cuius ex ſuppoſitione ſequeretur concluſio vera, coniungi verè in aliqua præmiſſa per principium aſſignatum, verbi gratia, omne animal eſt lapis, omnis Angelus eſt animal, ergo omnis Angelus eſt lapis: concluſio non eſt vera ex ſuppoſitione, nam etiamſi daretur, quòd Angelus eſſet animal ex ſuppoſitione falſi minoris, non ſequitur, quòd Angelus eſt lapis, quia in maiori falsò coniungitur lapis cum animali, quod eſt medius terminus.

QVARTA DVBITATIO.

An ex impoſſibili ſequatur neceſſarium.

1. *Ratio dubitandi pro parte negatiua.*

Ratio dubitandi pro parte negatiua: Videtur nō poſſe ex impoſſibili ſequi neceſſarium, quia eſt contra commune axioma Logicorum, concluſionem, ſcilicet, ſequi debiliorem partem. Secundò, quia dato impoſſibili deſtruitur res, non poteſt ergo verificari aliquod prædicatum de illa re, verbi gratia, ſi ponatur per impoſſibile, quòd homo nō eſſet animal, & eſſet rationalis, non ſequitur, quòd eſſet diſtinctus ab equo, quia iam homo intelligeretur corruptus, quoad eſſentiam corrupto animali.

2. *Alia ratio dubitandi pro parte negatiua.*

Pro alia parte affirmatiua, ex impoſſibili videtur ſequi neceſſarium, nam data hypotheſi, quòd homo non eſſet animal, & eſſet rationalis, verè homo diſtingueretur ab equo, nam ratio diſtinctionis præciſè infertur formaliter, & ex terminis ex ipſo rationali, præterea ex hac hypotheſi impoſſibili, concluditur quòd ratio diſtinctiua hominis ab equo, ſit rationalitas, & non animalitas, & hoc modo argumentandi vtitur ſæpe Ariſt. præſertim in 4. phyſ. vbi probat quòd dato vacuo tamquam hypotheſi impoſſibili, & quòd reſiſtentia per impoſſibile, non ſit ex alio capite, quàm ex reſiſtentia ſpacij pleni, concludit tamquam neceſſarium, motum fieri in inſtanti.

Hanc materiam tractant Logici primo priorum, & Philoſophi primo de Cœlo 12. & 9. Meth. quarto. Theologi prima ſent. d. 11. vbi præcipuè Scotus q. 2. Greg. Arim. q. 1. art. 2. & Gabriel q. 2. Goffredus quodl. 7. q. 4. apud Scotum, vbi ſuprà, Zumel, & aliqui recentiores in 1. p. q. 36. art. 2. ſed breuiter omnes ſe expediunt ab illa, ſed nos fuſiùs eam tractabimus, quia ſæpius incidit in diſputationibus.

3. *Prima opin. Gabrielis.*

Circa hoc quartum dubiū prima opinio eſt Goffredi, & Gabrielis, & communis ferè Logicorum aſſerentium, quod ex poſitione impoſſibili, ſequatur quodlibet, id eſt, vtraque pars contradictionis, quia antecedens includit contradictoria, & ita ex hypotheſi includente contradictoria ſequuntur contradictoria, & ideo diſputatio fundata in impoſſibili, inutilis eſt, & nulla. Quod probatur dupliciter, primò, quia ſuſtinens poſſet redargui, quod eſt vltimum inconueniens in diſputatione, ad quod poteſt reduci ſuſtinens. Probatur exemplo, ſi quis poneret hanc hypotheſin impoſſibilem, quòd homo non eſt animal, tunc redargui poſſet ſuſtinens, tamquam tenens duo contradictoria, quòd, ſcilicet homo eſſet, & non eſſet, quòd eſſet, quia per ſuſtinentem ponitur eſſe, quòd non eſſet, quæ eſt altera pars contradictionis, quia deſtructo animali, quod eſt de eſſentia hominis, deſtruitur homo. Secundò ex hac hypotheſi impoſſibili, quòd homo non eſt animal ſuſtinens debere ſuſtinere, & ſequens ex ſua poſitione, & repugnans ſuæ poſitioni, quod eſt contra regulam diſputationis: nam ex ea poſitione, quòd homo non eſt animal, ſequitur quòd homo ſit, & ita diſtinctus ab equo, & ſequitur repugnans poſitioni, quòd non diſtingueretur ab equo, quoniam homo non eſſet, deſtructo animali, diſtinctio autem ſupponit eſſe; Citatur pro hac opinione Gregorius Ariminenſis, ſed verè Gregorius ſi bene legatur in primo, & ſecundo articulo quæſtionis allegatæ, idē ferè dicit, quod Scotus.

4. *Secunda opinio Scoti.*

Secunda opinio eſt Scoti, qui duo dicit. Primum, quòd aliud eſt ponere poſitionem impoſſibilem abſolutè, verbi gratia, homo non eſt animal, aliud eſt ponere conditionaliter, vt inquiratur aliqua veritas. Primo modo poni non poteſt, quia in ea includitur redargutio, quòd ſcilicet homo eſt quia per ſuſtinentem eſt non animal, ergo homo eſt, & vlteriùs homo non eſt animal, ergo homo non eſt, à negatione ſuperioris ad negationem inferioris; & ita ſuſtinens concederet hominem eſſe, & non eſſe, & ſic eſſet redargutus. Secundo modo poteſt poni, quia ponitur poſitio impoſſibilis, vt inquiratur aliqua veritas, verbi gratia, ſi homo non eſt animal, an diſtinguatur ab equo, quia ſit hæc poſitio, vt inquiratur quod ſit principium diſtinctiuum hominis ab equo, Nam ſi eſt rationale etiam circumſcripto animali remanebit ratio diſtinguendi, & idē eſt, ac ſi quæreretur, An ratio diſtinguendi hominem ab equo ſit ipſa animalitas, an ipſa rationalitas.

Secundūm dictum Scoti in poſitione abſoluta, quando ponit illa poſitio duo incompoſſibilia ex intellectu formali, & quidditatiuo, & formali conſequentia, tunc non debet admitti, nec poteſt ſuſtineri, quia in ea ſtatim includitur redargutio. Intelligit autem per formalem conſequentiam, quando extrema ſic ſe habent, quòd vnum eſt de eſſentia alterius: non autem ea, quæ communiter accipitur apud Logicos, quæ in omni materia valet, vt eſt ab inferiori ad ſuperius. Quando verò poſitio impoſſibilis ponit duo impoſſibilia per conſequentiam accidentalem, vel locum extrinſecum, poteſt admitti, & ſuſtineri, quia tunc poteſt concedi ſequens conſequentia eſſentiali, & negari repugnans conſequentia accidentali. Si autem, inquit Scotus, inferretur aliud repugnans, ſequens per locum extrinſecum, vel conſequentia accidentali, negandum eſt illud ſequi, quia propoſitio illa per quam talis conſequentia teneretur, deſtrueretur ex poſitione. Vtrumque manifeſtatur exemplo: v. g. exemplum primi, non debet admitti, nec ſuſtineri hæc poſitio impoſſibilis (homo non eſt animal) quia formali conſequentia prædicatum eſſentiale ſimul verificaretur de alio, & negaretur:

tetur:nam valet(homo eſt,ergo animal eſt,)& ſuſtinens dicit,quod eſt non animal ; ergo eſt animal, & non animal. Prætereà, quia remoueretur aliquid, quod eſt de eſſentia hominis, purà *animal* ſequeretur,quod homo eſt,& quod homo non eſt.Nam per poſitionem homo eſt, quia ponitur eſſe non animal, & ex alia parte non eſſet,quia remouetur animal à homine,quod eſt de eſſentia hominis:exemplum ſecundi hæc eſt poſitio impoſſibilis(homo eſt non riſibilis,)ſed ex hac ſequerentur conſequentia accidentali duo incompoſſibilia,quòd homo eſt, quia ſuſtinetur,quòd homo eſt non riſibilis, & quòd homo non eſt,quia remoto riſibili,quod identificatur cum homine deſtruitur homo,tamē non ſtatim includitur redargutio,quia ex intellectu formali,& formali cōſequentia, non infertur contradictorium: nā ponitur quod homo eſt,& poteſt negari repugnans ex intellectu formali,& formali conſequentia,ſcilicet homo non eſt, Quòd ſi inferatur conſequentia accidentali hominem non eſſe per remotionem riſibilis, poteſt ſuſtinens negare illud ſequi,ſed hæc quæ dicit Scotus examinabimus in noſtra opinione.

5. Eamdem opinionē Scoti tenet Greg. Ariminēſis, & quantum ad primum dictum,& quantum ad ſecundum dictum, quamuis non diſputet de conſequentia formali, & accidentali poſitionis abſolutæ, quòd verò Gregorius ſit eiuſdem opinionis cum Scoto, quantum ad vtrumque dictum, licèt ab aliquibus falsò allegetur pro opinione Goffredi probatur;nam in primo articulo ponit quæſtionem, An ſi Spiritus ſanctus non procederet à Filio,diſtingueretur ab illo. & reſpondet eſſe idem ac ſi quæreretur, an ratio diſtinctionis ſit præcisè per ſpirationem, & admittit hunc modum poſitionis impoſſibilis.In ſecundo articulo ponit poſitionem abſolutam, quòd ſtante opinione Græcorum, quòd Spiritus ſanctus non procederet à Filio, ſequerentur duo contradictoria,& quòd Spiritus ſanctus ſit per poſitionem,& quòd non ſit,quia non eſſet donum,nec nexus, &c.

Et hac igitur opinione Scoti, & Gregorij ſic applicata patet opinionem Goffredi non eſſe bonam, & reſpondetur ad argumentum factum, præſertim per ea quæ dicta ſunt in primo dicto Scoti, & melius patebit per ea,quæ dicemus in opinione noſtra.

6. Nota autem, quòd doctores ſupra citati non reſpondent ita directè rationi dubitandi propoſitæ, quomodo ſcilicet, ex impoſſibili non ſequatur concluſio neceſſaria, quia concluſio non poteſt eſſe fortior ſuo antecedenti.Vt igitur rem explicemus à ſuis fundamentis, & ſimul oſtendamus, in quo ſenſu ſit vera opinio Scoti, diſtinguendum eſt, vt ſuprà,cum ipſo Scoto,quòd alia eſt ſuppoſitio impoſſibilis conditionalis,alia ſuppoſitio abſoluta impoſſibilis, conditionalis eſt quando ponitur hypotheſis impoſſibilis vt inquiratur aliqua veritas; ſuppoſitio autem, ſeu hypotheſis abſoluta eſt, quando abſolutè quæritur, An ex hoc ſequeretur hoc,ſine ordine ad inquirendum aliquam veritatem.his poſitis reſpondeo ad dubitationem.

Suppoſitio alia eſt impoſſibilis conditionalis, alia abſoluta.

PRIMA ASSERTIO.

Prima aſſertio.

Prima Aſſertio contra Goffredum.Ex ſuppoſitione impoſſibili conditionali, ad inquirendum veritatem aliquam, poteſt ſequi aliquod neceſſarium.

Scoti. Arim.

Hæc aſſertio eſt Scoti,& Ariminenſis contra Goffredum,& Gabrielem, quos ſuprà citauimus.

7. Ad explicationem autem huius aſſertionis ſciendum eſt, quòd ſuppoſitio impoſſibilis conditionalis tripliciter poteſt ſe habere,primò,vt ſit tamquam ratio cognoſcendi aliquod primum,ex quo formaliter

Notandum. ſuppoſitio impoſſibilis conditionalis tripliciter ſe habere poteſt.

A inferatur prædicatum,quod inquiritur, v.g. ſi quæratur, An homo diſtinguatur ab equo per rationale, vel per animal, ſit ſuppoſitio impoſſibilis (ſi homo non eſſet animal,& eſſet rationalis,adhuc diſtingueretur ab equo,ex hoc impoſſibili ſequitur) ergo ratio præcisè diſtinctiua eſt rationale. In hac ſuppoſitione impoſſibili illud antecedens impoſſibile,ſi homo non eſſet animal,&c. non ſe habet,vt ex quo infertur conſequentia neceſſaria (ergo ratio diſtinctiua,eſt rationale) ſed potiùs ſe habet,vt ratio cognoſcendi principium diſtinctiuum, quod eſt rationale, vnde oritur diſtinctio formaliter,etiam ſi aliunde repugnaret poſſe dari rationale ſine animali, ſufficit enim ad illationem formaliter, vt illatum, ſcilicet, (ergo ratio diſtinctiua,&c.)non repugnet ex termi-
B nis cum proprio, & formali conſtitutiuo hominis, quod eſt rationale. Et hanc illationem formaliter alij vocare ſolent per locum intrinſecum. Secundò poteſt ſe habere impoſſibile, vt eſt, ex quo formaliter ſequitur illatum, quod eſt prædicatum contentum formaliter in illo impoſſibili,v.g.in exemplo allato,ſi homo non eſſet animal,non eſſet ratio conuenientiæ hominis cum equo. In hoc caſu illatum, ſcilicet ratio non conuenientiæ, infertur formaliter ex impoſſibili, vt ex quo, quia formaliter continetur in illo impoſſibili.Ita etiam ſi diceretur, ſi homo eſſet equus, eſſet hinnibilis, &c. Et ad hoc impoſſibile ſequitur quodlibet contentum in ipſo impoſſibili,non autem diſparatum, v. g. ſi homo eſſet equus,non ſequitur eſſet leo, &c.de hoc impoſſibili
C interpretari poſſunt Gabr.& Goffredus ſupra citati. Tertiò poteſt impoſſibile ſe habere, vt ex quo, quaſi materialiter,& tunc ex impoſſibili, vt ex quo materialiter infertur altera pars contradictionis, ſed materialiter, & non ex terminis formaliter, verbi gratia, in illa ſuppoſitione facta impoſſibili (ſi homo non eſſet animal, & eſſet rationalis, diſtingueretur ab equo.) Ratio diſtinctionis præcisè infertur formaliter, & ex terminis ex rationali poſito, & quantùm ad hoc illatum formaliter, vt dictum eſt, impoſſibile non ſe habet, vt ex quo, ſed vt ratio cognoſcendi principium formale ex quo, ſed impoſſibile illud poteſt in hac ſuppoſitione ſe habere materialiter, & tunc inferretur altera pars contradictionis, quaſi materialiter, & mediatè ex
D illo impoſſibili, vt ex quo, quia ſcilicet non diſtingueretur ab equo. Nam, ſi homo non eſſet animal, deſtrueretur rationale propter connexionem neceſſariam, quam habet rationale cum animali;& conſequenter deſtrueretur ratio diſtinctiua, atque adeò non remaneret diſtinctio inter hominem,& equum, quia vtrumque diſtinctorum oportet eſſe ens:nam idem & diſtinctum ſunt paſſiones entis,vt patet 10.Metaphyſ. de hac enim diſtinctione poſitiua loquimur, non de diſtinctione negatiua: ſequitur autem ex illo impoſſibili quaſi materialiter, & mediatè, quia formaliter, & ex terminis ſequeretur ratio diſtinctionis;ſed quia rationale habet neceſſariam connexionem cum animali,ſublato ani-
E mali, aufertur rationalitas, ſublata rationalitate aufertur ratio diſtinctionis, & ita in hoc ſenſu quaſi materialiter, & mediatè ſequitur hominem non diſtingui ab equo diſtinctione fundata in ente,de qua loquimur.Hoc autem oritur formaliter ex ſublatione, ſeu negatione rationalitatis, & materialiter ex ſublatione animalitatis, qua ſublata aufertur rationalitas per neceſſariam connexionem.

Reducitur ad bonum ſenſum Gabriel & Goffredus

Idem & diſtinctum ſunt paſſiones entis.

Et hanc illationem materialem alij vocare ſolent per locum extrinſecum, ſed locum extrinſecum hîc accipiunt,non eo modo,quo accepit Scotus in ſecundo dicto

Digitized by Google

ſecundò dicto ſuæ opinionis. Nam hæc conſequentia, quam nos dicimus materialem, ipſe vocat formalem in ſenſu ſuo, quia ſequitur conſequentia per remotionem prædicati eſſentialem, & hanc vocat formalem, vt ibi explicauimus, quod volui aduertere, ad tollendam æquiuocationem.

SECVNDA ASSERTIO.

8. *Ex impoſſibili non ſequitur concluſio fortior ſuo antecedenti.*

SEcundò dico, quòd ex impoſſibili non ſequitur concluſio fortior ſuo antecedenti, probatur diſcurrendo per omnes illos tres modos poſitos in prima aſſertione; nam impoſſibile primo modo ſumptũ non concurrit, vt ex quo, & ita illatio, ſeu conſequẽtia illa, quòd ſcilicet (diſtingueretur homo ab equo) quæ eſt ex illo antecedenti impoſſibili, quod (ſi homo non eſſet animal, & eſſet rationalis) non eſt formaliter ex illa parte impoſſibili antecedentis (ſi homo non eſt animal,) ſed ex alia parte, ſcilicet, (& eſſet rationalis) quia ex terminis diſtinctio ab equo non repugnat, cum rationali, & ita illatio non excedit fortitudinem ſui principij, ex quo infertur, & eſt idem, ac ſi dicatur (tota ratio præciſè diſtinctiua hominis ab equo eſt rationalitas.) Impoſſibilis autem ſuppoſitio, ſcilicet ſi homo non eſſet animal ſe habet, vt ratio cognoſcendi principium ex quo. Impoſſibile verò ſecundo modo ſumptum, eſt quidem vt ex quo formaliter, ſed ex eo non ſequatur, niſi impoſſibile formaliter contentum in ipſo impoſſibili antecedenti, atque adeo ſequitur debilitatem ſui principij, v.g. in exemplo allato (ſi homo nõ eſſet animal, & eſſet rationalis) ſequeretur, ergo non haberet conuenientiam cum equo, vel ſi equus eſſet Angelus, ſequeretur, ergo eſſet ſpiritualis.

Si verò impoſſibile eſſet tertio modo, quia tunc impoſſibile ſe habet, vt ex quo materialiter. Sequitur etiam concluſio impoſſibilis materialiter, & ita ſequitur debilitatem ſui principij, v.g. ſi homo non eſſet animal, & eſſet rationalis, ſequitur ex illo impoſſibili tamquam ex quo materialiter, & mediatè, quod homo non diſtingueretur ab equo, quia ſublata animalitate auferetur rationalitas, quæ eſt ratio diſtinctionis, & ita non diſtinctio ab equo formaliter eſt à negatione rationalitatis, ſicut diſtinctio formaliter eſt à poſitione rationalitatis, vt dictum eſt in primo modo, ſed non diſtinctio ab equo materialiter eſt à ſublatione animalitatis, quia, vt ſæpius dictum eſt, ſublata animalitate auferetur rationalitas, quæ eſt formalis ratio diſtinctiua, aufertur autem propter neceſſariam connexionem, quam habet rationalitas cũ animalitate, & ita mediatè, & materialiter ſequitur ex impoſſibili aliud impoſſibile; formaliter verò, & immediatè ſequitur ex hac eadem ſuppoſitione impoſſibili hominem diſtingui ab equo ſed non tanquam vt ex quo, ex illa ſuppoſitione impoſſibili vt ſic, vt explicatum eſt in primo modo.

Si verò loquamur de ſuppoſitione impoſſibili abſoluta, tunc dupliciter poſſumus illam conſiderare, vel primò in ordine ad redargutionem, vel ſecundò in ordine ad concluſionem, quæ concluſio ſequeretur, ſi admittatur vt vera ab Aduerſario illa ſuppoſitio impoſſibilis abſoluta; ſi primo modo in ordine ad redargutionem ſit.

TERTIA ASSERTIO.

9. DIco tertiò contra Scotum: quòd conſequentia formali eo modo, quo formalem conſequentiam intelligit Scotus ſuprà explicatam, cùm extrema, ſcilicet ſic ſe habent, quòd vnum eſt eſſentia alterius ex ſuppoſitione impoſſibili ſequitur ſtatim redargutio, vt ibi bene probat Scotus, exempli gratia, ſi

A ponatur hæc ſuppoſitio impoſſibilis (homo non eſt animal) quia ſtatim ſuſtinens redargueretur, quòd homo eſſet, & homo non eſſet, eſſet, per ſuppoſitionẽ poſitam, non eſſet, quia deſtructo animali quod eſt prædicatum eſſentiale hominis, deſtruitur homo. Sed negatur Scoto. quòd conſequentia accidẽtali, etiam ſi conſequentia accidentalis eſſet de proprio quarto modo admitti poſſit, & ſuſtineri ſuppoſitio impoſſibilis, quia poſſet, inquit Scotus, negari repugnans, quod ſequitur per conſequẽtiam accidentalem. Sed contrà, quia ſi ponatur hæc ſuppoſitio impoſſibilis, homo eſt non riſibilis, ex hac ſuppoſitione ſuſtinens deberet ſuſtinere, quòd homo eſt, ſtatim redargui-
B tur ſuſtinens, quòd homo non eſt, quia remota riſibilitate, quatenus eſt propria paſſio, non poteſt ſuſtinens ſuſtinere repugnans conſequentia accidentali, quia ſuſtineret repugnans conſequentia eſſentiali. Nam cùm riſibilitas tollitur vt propria paſſio, deſtruitur ſubiectum. Hæc enim eſt differentia inter accidens inſeparabile, & proprium quarto modo, quod accidens inſeparabile, quatenus eſt tale, ſaltem per intellectum, poteſt remoueri à ſubiecto: remanente ſubiecto: ſed proprium, vt proprium non poteſt remoueri à ſubiecto remanente eſſentia ſubiecti, cuius eſt proprium, quia fluit à ſubiecto, quãdo igitur tollitur vt proprium tunc negatio, vel oppoſita paſſio poſitiua, vt hinnibilitas, debet poni, vt fluens à ſubiecto, & ſic deſtrueretur rationalitas, quod eſt principium eſſentiale hominis, quia ab eodem principio non poteſt fluere oppoſita paſſio, ſiue negatiuè, ſiue poſitiuè. At verò ſi nigredo tollatur à coruo
C per intellectum, & ponatur negatio nigredinis, vel albedo, quod eſt accidens commune, vt erat nigredo, non tollitur eſſentia corui. Ex quibus patet contra Scotum, quòd illa ſuppoſitio impoſſibilis (homo eſt non riſibilis) non poteſt ſuſtineri, quia ſuſtinens ſtatim ſaltem mediatè redargueretur, & ita non poteſt negari, vt volebat Scotus repugnans conſequentia accidentali, quia negaret repugnans conſequentia formali. Nam ex remotione riſibilitatis, vt eſt propria paſſio, remoueretur prædicatum eſſentiale, ſcilicet rationale, & ita ſequerentur duo impoſſibilia ex conceptu formali. Et (homo eſt) quia ita ſupponitur, dum ſuſtinetur quòd homo eſt non riſibilis, & ſequeretur quòd (homo non eſt) quia
D per remotionem riſibilitatis modo explicato remouetur rationale, quod eſt prædicatum eſſentiale, ad cuius remotionem ſequitur conſequentia formali, vt ipſe loquitur, quòd (homo non eſt) & ita ſuſtinens remaneret redargutus. Quòd ſi quis pro Scoto reſponderet, quòd non ſtatim, id eſt, immediatè remaneret redargutus, ſed mediatè; contra hanc reſponſionem arguitur; tum quia ipſe non explicat hanc immediatam, vel mediatam redargutionem, tum quia expreſsè dicit, quòd poteſt negari, quod ſequitur conſequentia accidentali, quia non ſequitur repugnans conſequentia eſſentiali, ſed iam probatum eſt contra Scotum, quod ex tali ſuppoſitione ſequitur hominem eſſe, quia ſic ſuſtineretur, & ſequitur hominem non eſſe, conſequentia eſſentiali,
E vt viſum eſt, ſcilicet per remotionem eſſentialis prædicati.

Differentia inter accidēs, inſeparabile, & proprium quarto modo.

Si verò ſuppoſitio impoſſibilis intelligatur in ordine ad concluſionem; tunc eodem modo philoſophandum eſt, ac in mixtione propoſitionis veræ cum falſa, quòd ſcilicet ex vna vera, & altera impoſsibili, vel ex duabus impoſsibilibus, poteſt aliquando ſequi concluſio vera, non quidem, quod propoſitio impoſsibilis concurrat, vt cauſa rei concluſæ, ſed ex vi illationis ſtante tali diſpoſitione ter- 10.

S 2 mino

minorum, ſicut ſatis probatum eſt in ſecunda difficultate tertij dubij, verbi gratia, data hypotheſi impoſſibili, quod omnis lapis eſt ſenſitiuus, & quod omnis homo eſt lapis, ſequitur concluſio vera à parte rei, quòd homo eſt ſenſitiuus, vide quæ in citata difficultate diximus.

Reſpõſio ad rationem dubitãdi poſitam initio ibij.

Ad rationem dubitandi initio poſitam patet reſponſio ex ſecunda aſſertione.

QVINTA DVBITATIO.

An ex poßibili concludi poßit impoßibile.

Rationes dubitandi pro vtraque parte.

SVprà viſum eſt, an ex impoſſibili ſequi poſſit poſſibile, ſeu neceſſarium, nunc videndum eſt, an ex poſſibili ſequi poſſit impoſſibile.

1. Ratio dubitandi pro parte negatiua.

In hac difficultate ratio dubitandi pro parte negatiua eſt, quia tantam oppoſitionem habent poſſibile, & impoſſibile, quantam habent verum, & falſum, at ex communi Logicorum, 2. priorum, cap. 2. ex vero numquam concluditur falſum, ſed ſemper verum, ergo ex poſſibili numquam concluditur impoſſibile.

2. Ratio dubitandi pro parte affirmatiua.

Ratio verò dubitandi pro parte affirmatiua, quòd, ſcilicet, ex poſſibili aliquando ſequitur impoſſibile, eſt duplex, primò arguendo ſic (omne currens eſt homo de poſſibili, omnis equus eſt currens, etiam eſt de poſſibili; ergo omnis equus eſt homo) quod eſt impoſſibile.

Secundò, poſſibili poſito in eſſe ſequitur aliquando impoſſibile, nam hæc eſt poſſibilis, & vera, omne ſignum Zodiaci poteſt eſſe ſupra noſtrum Horizontem; & tamen ſi ponatur in eſſe ſequitur impoſſibile, quia numquam totus Zodiacus poteſt eſſe ſupra noſtrum Horizontem. nam ſtante Ariete ſupra noſtrum Horizontem, neceſſariò Libra eſt ſubtus, & aliæ ſimiles, verbi gratia, (album poteſt eſſe non album) eſt vera poſſibiliter, & tamen poſita in eſſe ſequitur impoſſibile (album non eſt album,) ſimiliter hæc (homo currens poteſt non currere,) & tamen poſito in eſſe eſt falſa (homo currens non currit.)

Rurſus probatur alio ſecundo exemplo, quòd habet peculiarem difficultatem. Hæc eſt poſſibilis (omnis propoſitio eſt particularis,) & tamen ſi ponatur in eſſe ſequitur impoſſibile, quia ſequitur, quòd nulla propoſitio ſit vniuerſalis, & tamen hæc eſt vniuerſalis (omnis propoſitio eſt particularis,) quare ſi illa propoſitio ponatur in eſſe, deſtrueret ſe ipſam, quod eſt impoſſibile, quia non eſſet verum illud, quod poſitum erat in eſſe, vt ſupponebatur. Quòd ſi eſt verum, ſequitur quòd etiam eſt verum, quod omnis propoſitio eſt particularis, & rurſus hoc eſt falſum, quia hæc eſt aliqua propoſitio, & tamen eſt vniuerſalis.

Reſolutio dubij.

3. Ariſt. *Ex poßibili non ſequitur impoßibile.*

REſpondetur tamen cum Ariſtot. cap. 11. lib. 1. Prior. & communi expoſitorum, quòd ex poſſibili non ſequitur impoſſibile, ſi propoſitio de poſſibili ponatur in eſſe debitè, accipit enim verificationem, ſecundum quod poteſt in eſſe debitè, vt notat

Scotus.

Scotus 2. diſtin. 4 quæſt. 5. vbi deducit, quòd hæc eſt falſa. Panis poteſt eſſe corpus Chriſti, quia illa de

A ineſſe, correſpondens huic de poſſibili eſt impoſſibilis: ſed quia propoſitio de poſſibili ampliatur, ideo non opus eſt, vt verificetur de tota copulatiua ſimul in eſſe poſita. Et hinc ſequitur, quòd propoſitio de poſſibili vniuerſalis, & vera, vt verificetur, ſufficit, quòd quælibet pars ſingularis per ſe ſumpta poſſit eſſe vera, verbi gratia, (omne ſignum Zodiaci poteſt eſſe ſupra noſtrum Horizontem) debet ſic poni in eſſe debitè. Hoc ſignum Zodiaci, quod eſt Aries, eſt ſupra noſtrum Horizontem, & non eſt neceſſarium, vt ſignum Libræ ſimul copulatiuè in eodem tempore ſit ſupra noſtrum Horizontem, ſed ſufficit, vt pro alia differentia temporis diuiſim ſignum Libræ ſit ſupra noſtrum Horizontem: ſimiliter hæc alia propoſitio, ſcilicet (album poteſt eſſe non album)

B eſt vera de poſſibili, ſed non debet poni in eſſe copulatiuè, quia non poſſunt iſti termini oppoſiti, album, & non album de eodem ſimul verificari, ſed debent poni in eſſe debitè diuiſim pro alia differentia temporis hoc modo quod fuit album, eſt non album, ſimiliter hæc, ſcilicet (homo currens poteſt non currere) debet poni in eſſe in ſenſu diuiſo, & non in ſenſu compoſito.

Omitto multas regulas expoſitorum, quia fundantur in hac fundamentali ratione aſſignata.

4. Prima reſponſio Marſilij ad primum argumentum rationis dubitandi pro parte affirmatiua.

Ad duplicem rationem dubitandi pro parte affirmatiua reſpondetur, & ad primam rationem reſpondet Marſilius 2. Prior. cap. 2. art. 3. in 8. concluſione, quòd quælibet pars illius antecedentis eſt poſſibilis, ſed totum antecedens copulatum eſt im-

C poſſibile. Sed hæc reſponſio non placet, quia totum Antecedens de poſſibili etiam ſumptum, copulatim eſt verum, & poſſibile; nam ad ſui verificationem ſufficit, vt ponatur in eſſe debitè, ita vt quando maior propoſitio de poſſibili, eſt poſita in eſſe (omne currens eſt homo) ſit impoſſibile, vt tunc equus ſit currens) atque adeo impoſſibile vt verificetur minor pro eadem differentia temporis; ſimiliter, cùm minor ponitur in eſſe debitè, eſt impoſſibile, vt ſimul verificetur maior poſita in eſſe, cùm tamen vtraque ſimul de poſſibili ſit vera:

Reſp. Auctoris.

Quare meliùs mihi videtur reſpondendum iuxta rationem ſuprà aſſignatam; quòd ad hoc, vt concluſio non ſequatur impoſſibilis, debent illæ duæ præmiſſæ de poſſibili diuiſim poni in eſſe debitè pro diuerſis differentiis tempo-

D ris, quod ſi hoc modo ponantur, non ſequitur concluſio illa; nam cùm dicitur (omne currens eſt homo de poſſibili) verificatur, vt poſita in eſſe ſecundum differentiam temporis A. At verò, cùm in minori dicitur (omnis equus eſt currens de poſſibili) ſi copulatim ſumatur cum maiori, non poteſt verificari, vt poſita in eſſe in differentia temporis A, quia opponitur maiori, & ideo verificatur diuiſim pro differentia temporis B, atque adeò non ſequitur concluſio, quia minus extremum, quod eſt *equus*, non continetur ſub medio termino diſtributo, quod eſt *currens*; ex his igitur habetur, quòd ex duabus veris de ineſſe numquam ſequatur Concluſio falſa, quia ex duabus veris numquam conſtitueretur vna copulatiua falſa modo explicato.

5. Reſponſio ad ſecundũ argumentũ rationis dubitandi pro parte affirmatiua.

E Ad ſecundam rationem pro eadem parte affirmatiua reſpondetur. Ad primum exemplum, & ſimilia, quæ ibi dicuntur, patet ex dictis.

Ad ſecundum exemplum eſt fallacia, nam illa propoſitio, & ſimiles, ad hoc vt ſint veræ, non debent ſupponere pro ſeipſis.

COROL

Digitized by Google

CÓROLLARIA THEOLOGICA, EX TERTIO PRINCIPIO PHILOSOPHICO.

I. *Concluſio Theologica, vt deducta, ſiue ex ambabus de fide, ſiue ex vna de fide, & altera naturali non eſt de fide; eſt tamen certior, quàm concluſio naturalis, quæ deduceretur per eumdem ſyllogiſmum, ſi illa propoſitio, quæ eſt de fide, eſſet naturalis.*

II. *Concluſio Theologica, vt deducta, ex maiori propoſitione vniuerſali affirmatiua modali de re; ſeu diuiſa neceſſaria neceſſitate fidei, & minori non neceſſaria neceſſitate fidei, ſequitur neceſſaria neceſſitate fidei ex parte obiecti, (quod) ex ſuppoſitione, ſcilicet, antecedenti tam in prima, quàm in tertia figura: ſi autem Maior fuerit negatiua vniuerſalis modalis de neceſſitate fidei, ſequitur concluſio neceſſaria neceſſitate fidei, ex ſuppoſitione antecedenti in omnibus figuris.*

III. *Concluſio Theologica, vt explicata per præmiſſam naturalem, eſt certa de fide diuina.*

IV. *Aſſenſus fidei diuinæ non reſoluitur in diſcurſum, ſed fit per ſimplicem adhæſionem ad propoſitionem, vt immediatè reuelatam à prima veritate tamquam per rationem formalem aſſentiendi.*

V. *Actus fidei diuinæ eſt ſupernaturalis, ſiue ſit actus ſpeculatiuus aſſentiendi, ſiue practicus, ſiue ſit actus voluntatis.*

VI. *Nullus iuſtus ad quemcumque gradum perfectionis peruenerit, poteſt aſſentiri certitudine fidei diuinæ, huic propoſitioni, ſcilicet, (ego ſum in gratia) tamquam concluſioni Theologicæ, vt explicatæ.*

Singula autem Corollaria ſingulis quæſtionibus Philoſophicis examinabimus.

QVÆSTIO PRIMA THEOLOGICA,

In qua examinatur primum Corollarium de certitudine formali concluſionis Theologicæ, vt deductæ.

HABET HOC COROLLARIVM SEX PARTES.

I. *Concluſio Theologica, vt deducta, ex vna de fide diuina, non ſequitur certa certitudine fidei diuinæ ex parte actus, quæ certitudo ex parte actus, dici ſolet certitudo formalis, quatenus diſtinguitur à certitudine obiectiua.*

II. *Concluſio Theologica ex ambabus de fide diuina per conſequentiam naturalem non ſequitur certa certitudine fidei diuinæ ex parte actus.*

III. *Concluſio Theologica ex ambabus de fide, per conſequentiam de fide, non ſequitur certa de fide, ſcilicet certitudine diuina ex parte actus, vt deducta, ſed erit de fide, ſi aliunde eſt immediatè reuelata.*

IV. *Concluſio Theologica ex parte ſubiecti, eſt minùs certa quàm præmiſſa naturalis, vel conſequentia naturalis.*

V. *Concluſio Theologica eſt certior concluſione naturali, quæ elici poſſit per eumdem ſyllogiſmum ſi propoſitio illa, quæ eſt de fide diuina, eſſet naturalis.*

VI. *Concluſio Theologica eſt certior præmiſſa naturali.*

PRO EXPLICATIONE HARVM PARTIVM Corollarij pono ſex Dubitationes.

Materiam huius Corollarij tractat D. Thomas, licèt non ita clarè prima parte quæſtione 1. artic. 5. & artic. 8. & de Veritate quæſtione 14. art. 9. & ſecunda ſecundæ quæſt. 1. artic. 5. & in tertio diſtinct. 24. quæſtione 1. artic. 2. quæſtiuncula 3. Scholaſtici præcipuè Scotus, non tamen exactè in 3. diſtinct. 24. Capreolus quæſt. 1. prologi, Caietanus prima parte, quæſtione 1. art. 5. Inter recentiores Canus multis in locis lib. 6. de locis Theologicis cap. vlt. dub. 10. & lib. 12. cap. 2. circa finem, & c. 7. circa finem, Vega lib. 9. ſuper Tridentinum cap. 39. Molina prima parte quæſtione 1. articulo 2. diſput. 2. Valentia 2. 2. quæſt. 1. diſp. 1. punct. 2. Vaſquez 1. parte quæſtione 1. artic. 5. dub. 1. Zumel 1. parte quæſtione 1. artic. 5. quæſtionè vnica, præſertim ad ſeptimum.

PRIMA DVBITATIO.

Vtrùm prima pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, concluſio Theologica, vt deducta, ex vna de fide diuina, non ſequatur certa certitudine fidei diuinæ ex parte actus, ſeu certitudine formali.

1. Primũ not. *Concluſio Theologica duplex eſt, vt explicata, & deducta.*

PRo explicatione notandum Primò, quòd Cõcluſio Theologica poteſt conſiderari dupliciter, & vt explicata, & deducta, concluſio Theologica, vt explicata, de qua dicetur in tertio Corollario, eſt illa, quę ſupponit diſcurſũ Theologicum, vt conditionem, immediatè autem innititur reuelationi diuinæ; deducta verò, quæ innititur diſcurſui Theologico tamquam ratione formali, de concluſione autem, vt deducta, eſt præſens Corollarium.

Concluſio Theologica deducta diuiditur.

B Concluſio autem Theologica, vt deducta poteſt tripliciter deduci, vel ex vna de fide diuina, & altera naturali per conſequentiam naturalem, vel ſecundo ex ambabus de fide diuina per conſequentiam naturalem, vel tertio ex ambabus de fide diuina per conſequentiam de fide diuina, Corollarium autem intelligitur de hac tertia concluſione.

2. Secundum not. *Certitudo eſt triplex.*

Notandum ſecundò, quòd certitudo eſt triplex, Prima ex parte obiecti, Secunda ex parte actus, quæ dicitur formalis, Tertia ex parte ſubiecti. Certitudo ex parte obiecti, eſt neceſſitas, ſeu immutabilitas ex parte obiecti, ſiue ſit immutabilitas, quæ dicit negationem potentiæ ad mutationem, quæ oritur ex principiis intrinſecis ipſius obiecti, verbi gratia, quòd C Deus ſit trinus, & vnus; ſiue ſit immutabilitas, quæ fundatur in diuina præſcientia reuelante, in qua eſt negatio deceptionis, & fallaciæ, ex qua oritur negatio mutationis actualis in re, verbi gratia, quòd homo ſit à Chriſto redemptus.

Certitudo formalis quæ ſit.

Secunda certitudo, quæ dicitur formalis, eſt in actu, & hæc eſt firma adhæſio intellectus ad vnam partem ſine dubitatione, & hoc modo Deus non habet certiorem ſcientiam de ſe, quàm de rebus crea- A tis, & certitudo hoc ſecundo modo ſumpta non ſolùm dicit priuationem dubitationis, ſed etiam poſitiuam perfectionem firmæ adhæſionis, quæ poteſt eſſe maior, & minor, ſicut eſſe immateriale in Angelo, non ſolùm dicit priuationem materiæ, ſed etiam poſitiuam perfectionem quæ poſſet eſſe maior, & minor, & ita Angelus perfectior eſt immaterialior, quia eſt actualior, & eleuatior à potentialitate; hæc autem maior, & minor certitudo non conſiſtit in maiori, ſeu minori intenſione, quæ fit per conatum, quia hæc eſt materialis, ſed formaliter nititur rationi formali certiori aſſentiendi, ex qua oritur firmior adhæſio.

B Tertia certitudo, quæ eſt ex parte ſubiecti, eſt certitudo in actu ſecundùm aliquas circumſtantias, quæ ſumuntur ex maiori perfectione, quam habet cum ſubiecto. Exemplo fiet hoc manifeſtum, ſi comparetur fides cum ſcientia, fides ſecundùm communiorem eſt certior certitudine accepta non ſolùm primo modo, ſed etiam ſecundo, quatenus nititur auctoritati diuinæ immediatè reuelanti, quæ firmiorem adhæſionem cauſat, quàm cauſet euidentia in ſcientia, ſicut coniunctio voluntatum libera poteſt eſſe maior, quàm illa, quæ eſt à natura, quòd probatur ſecunda: Petri primo *habemus*, inquit, *firmiorem propheticum ſermonem*, vbi comparat propheticum ſer- C monem cum viſione oculorum, & ex Auguſtino ſecundo confeſſ. 10. vbi ait, faciliùs dubitarem viuere me, quàm non eſſe veritatem, quam audiui, & Paulus *ſi angelus de cælo*, & eſt communior Patrum, vt ſupponitur in materia de fide: At verò ex parte ſubiecti actus ſcientiæ ſuperat actum fidei; nam ratione euidentiæ, ex qua oritur certitudo in ſcientia naturali, excluditur omnis motus dubitationis etiam indeliberatæ, & infertur neceſſitas intellectui ad aſſentiendũ: quæ duo non reperiuntur in certitudine fidei.

Fides quomodo ſit certior ſcientia.

2. Pet. 1.

Auguſt.

Paul. Gal. 1.

3. Punctus difficultatis.

Corollarium autem noſtrum intelligitur non de certitudine ex parte obiecti, de quo diſputandum eſt in ſequenti Corollario, ſed de certitudine ſecundo modo, prout dicit firmam adhæſionem intellectus, ſeu aſſenſum determinatum vnius partis ſine dubitatione, quatenus nititur rationi formali aſſentiendi, quod eſt lumen ſupernaturale applicatum per naturale, de certitudine autem ex parte ſubiecti dicimus in quarta parte Corollarij.

4. Prima pars Corollarij deducitur ex q. Philoſophica, dubio primo.

His notatis probatur hæc prima pars Corollarij ex illo principio Philoſophico, quod explicuimus in quæſtione Philoſophica, dubio primo, quòd ſcilicet concluſio ſequitur debiliorem partem, quantum ad certitudinem formalem in mixtione vnius propoſitionis certæ cum alia probabili. Et ratio eſt, quia vt ibidem dicitur, cùm certitudo formalis, de qua loquimur, ſe teneat ex parte intellectus, & non ex parte rei, cadit ſuper ſubiectum formaliter ſumptum, & non limitatur ad ſubiectum ſumptum materialiter, ad hoc ſcilicet, vel illud ſubiectum in particulari. Vnde ſubiectum illud etiam ſi ſit notatum ſigno vniuerſali diſtributiuo, non ſupponit perſonaliter, ſed ſupponit pro ſignificato formali; apponitur autem ſignum diſtributiuum vniuerſale ad excludendum limitationem ad hoc, vel illud ſubiectum in particulari: ad oſtndendum, ſcilicet, quòd non ſupponat pro his, vel illis ſubiectis materialibus, quæ dicuntur eſſe talia, ſed pro ſubiecto formali, vt probauimus ibi ex Ariſtotele primo poſt. cap. 1. vbi adducit exemplum de propoſitione, in qua actus animæ cadit in actu ſignato ſuper triangulum tamquam ſubiectum, verbi gratia cùm dicitur; ſcio omnem triangulum habere tres, &c. in quo exemplo triangulus ſupponit formaliter; ponitur autem ſignum diſtributiuum ad oſtendendum, quòd non ſupponat à parte rei pro hoc, vel illo triangulo, quem ſcio eſſe triangulum, quia demonſtratio eſt de omni triangulo, atque adeo ſignum diſtributiuum apponitur ad ſupponendum terminum formaliter. Idem etiam dicendum eſt, cùm cadit actus animæ non in actu ſignato, ſed in actu exercito, quia eſt par ratio, exempli gratia cùm dicitur; omnis triangulus habet tres angulos, &c. quamuis enim à parte rei ſupponat pro omni materiali, tamen certitudo formalis, quam habet intellectus, cadit tantùm ſuper formale, ſuper materiale autem cadit ea certitudo, ſecundùm quam per minorem ponitur materiale ſub formali, verbi gratia quòd hic ſit triangulus. hoc igitur ſuppoſito principio ex quæſt. Philoſophica dub. 1. dicimus, quòd quando maior vniuerſalis eſt de fide, & minor eſt naturalis verbi gratia, omnis homo eſt à Chriſto redemptus, Petrus eſt homo: illa Maior, quæ eſt certa certitudine fidei diuinæ, quamuis à parte rei ſupponat pro omnibus ſubiectis materialibus, & ad omnia illa ſe extendat, tamen quantum ad certitudinem formalem, quæ ſe tenet ex parte intellectus cognoſcentis, cadit tantùm ſuper ſubiectum formale, id eſt, ſuper hominem ſecundùm ſuum ſignificatum formale, & ita extenditur ad omnem hominem formaliter ſumptum; non autem ad hunc, vel illum in particulari, quę ſunt materialia ſubiecta. quod probo primò ex eodem principio Philoſophico, quia ſi ad illa extenderetur illa maior, iam minor non poſſet eſſe naturalis, ſed de fide; Secundò probatur, quia alioquin ſequeretur, quòd concluſio Theologica in hoc ſyllogiſmo, vel ſimili, quæ eſt, (ergo Petrus eſt redemptus à Chriſto) formaliter ſciretur in præmiſſa. vnde fit, vt concluſio licèt in ſenſu formali ſit certa certitudine diuina formali, tamen in ſenſu materiali, quatenus verificatur de Petro, vt ſubiectum

Vide dubio primo quæ. Philoſoph.

A materiale eſt, non poſſit habere certitudinem fidei: quia minor, quæ ponit hoc ſubiectum materiale ſub formali, id eſt, Petrum ſub homine, ponit naturali certitudine formali, & non diuina.

Ex parte autem obiecti formalis vt quod, ſequitur neceſſaria de fide ex ſuppoſitione antecedenti, vt dicetur ſecundo Corollario, quia cùm hæc neceſſitas ſit à parte rei, extenditur ad materialia obiecta ex ſuppoſitione, quam rationem diuerſitatis fusè infrà examinabimus in ſecundo Corollario.

Sed aduertendum eſt, quòd quamuis certitudo formalis, quæ eſt in intellectu, non cadat niſi ſuper ſignificatum formale, & de materiali ea certitudo habeatur, qualis per præmiſſam naturalem explicatur ponens ſubiectum materiale ſub formali, vt probatum eſt, tamen à parte rei extenditur ad ſingula B ſubiecta materialia diſtributiuè.

5. Hæc prima pars Corollarij eſt S. Thomæ. Caiet. Capr.

Hæc prima pars Corollarij eſt D. Thomæ aſſerentis per fidem nos aſſentiri reuelatis immediatè per veritatem primam, & non mediante diſcurſu. hoc oſtendit Caietanus ſecunda ſecundæ quæſt. 1. art. 1. & Capreolus in 3. diſt. 24. quæſt. vnica art. 3. in reſponſione ad tertium contra ſecundam concluſionem, vbi ad probandam mentem D. Thomæ adducit multa loca eiuſdem in 3. diſtinct. 23. quæſt. 2. artic. 2. quæſt. 2. & quæſtiuncula 2. & quæſt. 3. art. 2. & in ſolutione ſecundi, & ſecunda ſecundæ quæſt. 2. art. 2. & quæſt. 6. art. 1. ad primum, quod probabitur etiam infrà. ſed Theologia per S. Thomã eſt diſcurſiua, & argumentatiua ex prima parte quæſt. 1. art. 2. C & art. 4. ergo ſequitur in doctrina D. Thomæ, quod concluſiones Theologicæ non ſunt de fide, cùm aſſenſus illarum eliciantur mediante diſcurſu.

Theologia eſt diſcurſiua, & argumentatiua.

6. Sed contra hoc videtur eſſe idem D. Thomas 1. p. quæſt. 1. art. 8. vbi aſſerit ſcientiam Theologicam ex aliis articulis concludere alios articulos, ſicut Apoſtolus 1. Corinth. 15. inquit, ex reſurrectione Chriſti argumentatur ad reſurrectionem communem probandam, ergo Theologica ſcientia concludit de fide.

Ex vno articulo fidei concluditur alius materialiter.

Reſpondetur, quòd ex articulo fidei concluditur alius articulus materialiter, non formaliter, quia ille articulus, vt concluſus per argumentationem Theologicam eſt formaliter concluſio Theologica per reuelationem mediatam, & non immediatam, & vt ſic D nititur lumini ſupernaturali applicato per lumen naturale, ſiue præmiſſę, ſiue conſequentię, vt probatum eſt ſuprà.

Vide infrà p. 6. in fine.

Vnde non poteſt eſſe ita certus aſſenſus, ſicut eſt aſſenſus fidei; An autem poſſit excedere certitudinem luminis naturalis, infrà probabitur; materialiter verò eſt fides; nam articulus ille reſurrectionis hominum eſt etiam immediatè reuelatus. Vnde fit, vt circa illum articulum poſſint eſſe duo aſſenſus, vnus aſſenſus fidei, quatenus nititur immediatè diuinæ reuelationi, & vt ſic eſt formaliter articulus fidei, quatenus verò nititur diuinæ reuelationi mediatè vt ſic, eſt formaliter concluſio Theologica, & materialiter articulus fidei: ſic etiam aliæ concluſiones E Theologicæ deductæ, quæ vt explicatæ, poſſunt eſſe de fide, vt probabitur in tertio Corollario.

Circa vnum fidei articulum poſſunt eſſe duo aſſenſus.

7. Opiniones & arg. contra hanc 1. p. Corollarij. Quid ſenſerit Canus. Vaſq.

Contra hanc primam partem Corollarij tenet Canus ſuprà allegatus, qui aſſerit concluſionem Theologicam ex vna de fide, & alia naturali eſſe de fide. ſed Vaſquez in prima parte, quæſt. 1. defendit Canum, quòd intelligat de concluſione Theologica, non vt deducta, ſed vt explicata. & adducit ad hoc probandũ locum ex Cano lib. 6. de locis Theologicis capite vltimo. dub. 10. verſicul. Sed id poſtremò.

Et quidem Vaſquez optimè ex hoc vno tantùm loco, quem adducit ex Cano, explicat illum de concluſione Theologica, vt explicata. Sed eſt alius locus apud Canum libro 12. de locis Theologicis cap. 12. circa finem, vbi ait, fidem, licèt non immediatè, verſari tamen circa eas concluſiones, quæ per euidentem, & neceſſariam conſequentiam, ex articulis fidei colliguntur: & loquitur de concluſione Theologica, vt deducta, vt patet ex ſuperioribus verbis. & quia ſi intelligeret de explicata, non negaret fidem verſari circa illam immediatè, & concludit hæreticum eſſe eum qui negaret talem concluſionem, niſi ita eſſet ſtultus, vt negaret præmiſſam naturalem, vel conſequentiam naturalem, quia in tali caſu ſolùm præſumeretur hæreticus in foro exteriori. A

Sed obiicies eumdem Canum ibidem, vbi expreſsè ponit diſtinctionem circa fidem, & Theologicam concluſionem, quòd ſcilicet fides proximè, & immediatè nitatur auctoritati diuinæ. Theologia verò proximè, & immediatè nitatur reuelationi; nam habent ſe (inquit) fides, & Theologia non aliter quàm habitus principiorum, & ſcientia concluſionum. B

Reſpondetur, Canum in dicto loco negare concluſionem Theologicam eſſe illam fidem, quæ immediatè nititur auctoritate diuina; non autem illam, quæ nititur mediatè, vt patet ex eodem loco iam allegato: non tamen propterea ibi negat concluſionem Theologicam habere certitudinem fidei; imò ibi aſſerit, vt dictum eſt, non ſolùm præſumi, ſed verè eſſe hæreticum illum, qui talem concluſionem negaret,

Quid ſenſerit Vega.

hanc opinionem Cani falsò aliqui tribuunt Vegæ lib 9. ſuper Trident. cap. 39. nam in reſponſione ſecunda loquitur de explicata, & in reſponſione prima poſt quartum argumentum, quamuis loquatur de deducta, ibidem tamen ſe explicat, quòd in latitudine certitudinis fidei datur aliqua maior, aliqua minor, atque adeo concluſio Theologica ex vna de fide, & alia naturali, erit quidem de fide, ſed certitudine non excedente præmiſſæ naturalis certitudinem, à qua dependet. quare Vega in nomine tantùm conuenit cum Cano. C

Quid ſenſerit Scotus.

Pater differt realiter à filio, qualis ſit hæc concluſio.

Scotus autem videtur eſſe huius opinionis Cani; nam vt refert Vega, vbi ſuprà tenet hanc propoſitionem eſſe de fide: Pater differt realiter à filio, quia infertur ex vna de fide, & alia naturali euidenti, ſcilicet omnis generans realiter differt à genito; ſed de fide eſt, quòd Pater eſt generans, & filius genitus, ergo de fide etiam ſequitur, quòd Pater realiter differat à filio. Colligi etiã poteſt huius opinionis fuiſſe Scotus ex tertio, diſt. 35. quæſt. vnica, vbi habet eumdem eſſe habitum cognoſcendi principia, ſeu articulos, & deducta ex articulis. & ratio eius fundamentalis eſt, quia eſt idem obiectum ſub eadem ratione formali reſpectu primorum articulorum, & reſpectu aliorum, quæ ex illis deducuntur. Ratio autem formalis eſt auctoritas diuina reuelantis. Et obiicit ibidem ſibi Scotus, quòd in cognitione acquiſita alius eſt habitus concluſionis, qui dicitur ſcientia, & alius habitus principiorum: igitur à ſimili in cognitione infuſa, alius eſt habitus cognoſcendi articulos, & alius cognoſcendi conſequentias: & reſpondet aſſignando diſparitatem, quia in acquiſitis aſſentimur propoſitioni veræ complexæ propter euidentiam ex ſuis terminis: Concluſioni autem propter euidentiam, quam habemus per medium, & ſic per euidentiam cauſatum à principio, quare euidentia principij erit alterius rationis ab euidentia concluſionis, & ideo poteſt eſſe alius habitus reſpectu huius. & reſpectu illius: ſed in creditis non aſſentimur propter euidentiam crediti, ſed propter veritatem re- D E

Non aſſentimur creditis propter euidentiam eorum, ſed propter reuelãtis veritatē.

uelantis, cui credimus, & illa eſt eadem reſpectu primorum articulorum, & aliorum expoſitorũ ex illis, & ideo non eſt alius habitus vnius, & alterius, quia eſt idem obiectum ſub eadem ratione formali: hæc Scotus. Et quidem Scotus, vt patet ex toto diſcurſu, loquitur de concluſione, vt formaliter deducta, non autem vt explicata.

Argumenta autem contra hanc primam partem Corollarij hæc ſunt. 8.

Argumenta contra hanc primã partē Coroll.

Primò affertur Ariſt. primo priorũ citatus in quæſtione Philoſophica dicens, quòd concluſio debet eſſe ſimilis alteri præmiſſæ, vel ergo concluſio Theologica debet eſſe euidens, & certa, ſicut præmiſſa naturalis, vel ſi eſt ineuidens debet eſſe certa, ſicut præmiſſa de fide: ſed primum eſt euidenter falſum, ergo ſecundum erit verum. 1. Argum. Dubio 2.

Secundò, qui negat propoſitionem Theologicam, habetur vt hæreticus, vt probat Canus ſuprà citatus. 2. Argum.

Tertiò arguit Vega ſuprà citatus; multæ ſunt propoſitiones de fide, quæ non aliter poſſunt probari eſſe de fide, niſi quia ſequuntur euidenter ex creditis, cum aliqua ſaltem propoſitione euidenti ſecundùm lumen naturale, & oſtendit ex multis propoſitionibus, quæ ab omnibus fidelibus hac ratione recipiuntur certæ, & oppoſitæ cenſentur hæreticæ, vt patet de iſtis, Deus eſt incorporeus; Deus eſt immaterialis, Deus eſt infinitæ virtutis, (Chriſtus ſecundùm corpus, & animam, & omnia in eis contenta eſt ſub vtraque ſpecie Euchariſtiæ) (Chriſtus ſine ſubſtantia panis, & vini eſt ſub ſpeciebus panis, & vini,) & ſimiles, huiuſmodi enim, inquit, propoſitiones non ſunt expreſsè in Scripturis, ſed ex contentis in eis euidenter deducuntur, ſaltem cum vna euidenti ſecundùm lumen naturale, quod quidem argumentum etiam ab ipſo confirmatur, quoniam omnes propoſitiones, quæ dependent à definitione Conciliorum, vel Papæ, ſupponunt vnam propoſitionem non reuelatam, ſed euidenter humanitus credibilem. Hoc ſcilicet concilium eſſe legitimè congregatum hunc Papam eſſe canonicè electum. 3. Argum.

Propoſitiones in Scripturis non contentæ quæ tamen ſunt de fide.

Cõfirmatur 3. arg.

Ad argumenta reſpondetur, ad primum. Ariſtoteles ibi loquitur, vt dictum eſt in quæſtione Philoſophica de mixtione neceſſarij, & de ineſſe, & dicit, quòd concluſio debet eſſe ſimilis alteri præmiſſæ, ſcilicet de neceſſario, vel de ineſſe, quod dictum Ariſt. ſi velimus etiam extendere ad certitudinem, quæ ſe tenet ex parte actus, quòd ſcilicet, ſi vna præmiſſa ſit certa de fide, & alia certa, & euidens naturaliter, concluſio debet eſſe ſimilis, vel præmiſſæ de fide, vel præmiſſæ naturali, dicere poſſumus, quòd eſt quædam paritas in vtraque mixtione, nam ſicut in mixtione neceſſarij, & de ineſſe concluſio non accipit omnimodam neceſſitatem, quam habet præmiſſa neceſſaria; neque omnimodam contingentiam, quam habet præmiſſa de ineſſe, vt nunc, ſicut ibidem probatum eſt, ita etiam concluſio Theologica neque habet omnimodam certitudinem de fide ex parte actus, ſicut præmiſſa de fide, neque certitudinem omnimodam præmiſſæ naturalis, quia ex parte ſubiecti præmiſſa naturalis ratione euidentiæ eſt certior, vt dicetur infrà puncto quinto, ſed habet quamdam certitudinem mediam inter certitudinem de fide, & certitudinem præmiſſæ naturalis in hoc ſenſu, vt concluſio ſit certior, quàm ſi concluſio deduceretur ex vtraque naturali, vt dicetur infrà in hac eadem quæſtione. 9.

Reſp. ad 1. Vide dubiũ ſecundum.

Sed verè argumentum ductum ab auctoritate Ariſtotelis probat tantùm de certitudine obiectiua, quæ eſt neceſſitas infallibilitatis, ſeu immutabilitatis; quòd,

Digitized by Google

quòd, ſcilicet, concluſio Theologica ex parte obiecti, vt quòd, ex mixtione propoſitionis neceſſariæ de fide, cùm naturali ſequatur ſimilis alteri præmiſſæ, ſcilicet, neceſſaria neceſſitate fidei ex ſuppoſitione iuxta regulas, quas trademus in ſecundo Corollario, vbi ex profeſſo tractabimus hanc materiam.

Reſpōſio ad ſecundum. Ad ſecundum reſpondetur, quòd qui negat concluſionem Theologicam, præſumitur hæreticus quia præſumitur non negare naturalem euidentem ex ſtultitia, & inſania, ſed negare illam de fide ex temeritate, quod etiam conceſſit idem Canus loco allegato.

Ad tertium. Ad tertium: totum illud argumentum Vegæ probat concluſionem Theologicam vt explicatam formaliter eſſe de fide, non autem concluſionem Theologicam vt deductam formaliter, vt probatum eſt. Et quia hæc materia de concluſione Theologica, vt explicata, habet ſuas peculiares difficultates, ideò ad maiorem claritatem reiicimus illam tractandam in tertio Corollario.

SECVNDA DVBITATIO.

An ſecunda pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, concluſio Theologica ex ambabus de fide diuina per conſequentiam naturalem deducta, non ſequatur certa certitudine formali fidei diuina.

10. HÆc ſecunda pars Corollarij deducitur per idem principium philoſophicum, quòd, ſcilicet concluſio ſequitur debiliorem partem in mixtione vnius præmiſſæ certæ cum alia probabili, ſeu minus certa. Sed difficultas eſt, an conſequentia habeat rationem partis in diſcurſu, quia potiùs videtur cōditio, ſicut eſt approximatio reſpectu calefactionis. Dicendum tamen eſt, quòd conſequentia, vel eſt pars diſcurſus, vel ſaltem eſt conditio intrinſeca integrās vnam rationem formalem cum præmiſſis, ita vt ſimul cùm illis concurrat intrinſecè ad aſſenſum, & non extrinſecè: ſicut ſe habet approximatio reſpectu calefactionis, quod probatur primò, quia experimur, quod intellectus ex vi diſpoſitionis extremorum cum medio termino, in qua diſpoſitione cōſiſtit ratio conſequentiæ, neceſſitatur ad inferendum iudicium; quod ſcilicet vnum extremum eſt cōiunctum cum alio extremo in concluſione. Secundò probatur, quia effectus à conditione, quando illa eſt extrinſeca, nullum recipit modum, ſicut calefactio ab approximatione, ſed tantùm requiritur ex imperfectione agentis, at verò effectus à conditione, quando illa eſt intrinſeca, recipit modum aliquem intrinſecum, verbi gratia, in artificialibus ſectio artificioſa recipit modum aliquem ex tali motu artificis impreſſo ſecuri, quare ſecuris eſt ratio formalis ſectionis, vt ſtat ſub tali motu: in naturalibus etiam compoſitum ex materia, & forma intrinſecè dependet ab illa vnione, à qua habet rationem entis per ſe, ſic etiā diſcurſus, quatenus diſtinctus ſpecie à quocunque alio aſſenſu requirit neceſſariò, & eſſentialiter, vt dependeat ab illa diſpoſitione extremorum cū medio termino: erit igitur ratio conſequentiæ, quæ cōſiſtit in illa diſpoſitione, vel pars diſcurſus, vel ſaltem conditio intrinſeca integrans vnam rationem formalem cum præmiſſis, ex vi cuius rationis formalis intellectus aſſentitur concluſioni.

S.Thom. Hæc ſecunda pars Corollarij colligitur ex D. Thom. 1. part. quæſt. 1. art. 2. & art. 4. & in 3. diſt. 23. quæſt. 2. art. 2. quæſtiuncula ſecunda, & quæſt. 3. art. 2. colligitur etiam ex Caietano 2. ſecundæ quæſt. 1. artic. 1. & Capreolo in 3. diſt. 24. quæſt. vnica, art. 3. in reſponſione ad tertium contra ſecundam concluſionem. Caiet. Capr.

TERTIA DVBITATIO.

Vtrùm tertia pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet concluſio Theologica ex ambabus de fide per conſequentiam de fide non ſequatur de fide.

HÆc tertia dubitatio habet maiorem difficultatem; ratio autem maioris difficultatis eſt, quia videtur, quòd concluſio, vt formaliter deducta, ſit de fide, quia tota ratio aſſentiendi eſt auctoritas diuina, ſed oppoſitum eſt dicendum, & ratio eſt, quia cùm reuelatur veritas conſequentiæ, dupliciter poteſt reuelari; Primò, quòd bona ſit illatio: Secundò, cùm reuelatur veritas in iudicio illatiuo in ordine ad illatum, ſeu conſequens. Diſtinguitur autem prior modus à poſteriori, quia poteſt contingere, quòd illatio iudicetur bona, ſcilicet, bene inferre, & tamen iudicetur, quòd ſit illarum falſum, quando ſcilicet concluſio infertur ex præmiſſis falſis in bona conſequentia; aliquando poteſt contingere, quòd illatum iudicetur verum, & tamen quòd conſequentia non ſit bona. Si primo modo reueletur veritas conſequentiæ, non erit concluſio, vt deducta de fide, quia conſequens adhuc non eſt immediatè reuelatum, poteſt enim ſtare aliquando, quòd conſequens ſit falſum ſtante conſequentia bona. Requiritur igitur alius diſcurſus ad inferendum conſequens verum, ſcilicet quotieſcunque præmiſſæ ſunt veræ; & conſequentia etiam vera, ſequitur quòd conſequens etiam ſit verum, qui quidem diſcurſus eſt naturalis. Quòd ſi per reuelationem habeatur, quòd conſequens, ſeu illatum etiam ſit verum, tunc concluſio eſt de fide, ſed non vt formaliter deducta, ſed materialiter, quia reuelatio immediatè caderet ſuper conſequentiam, & ſuper conſequens: nunquam igitur concluſio vt formaliter deducta eſt de fide, ita vt ratio deductionis ſit ratio formalis aſſentiendi. 11.

Dupliciter poteſt reuelari veritas conſequentiæ.

Conſequens eſt verum quando præmiſſæ ſunt veræ.

Conſequens quando ſit de fide.

QVARTA DVBITATIO.

Vtrùm quarta pars Corollarij ſit vera, quòd ſcilicet concluſio Theologica ex parte ſubiecti ſit minùs certa, quàm præmiſſa naturalis, vel conſequentia naturalis.

PRobatur hæc quarta pars Corollarij ex dictis; Quia præmiſſa naturalis eſt euidens. Vnde fit, vt neceſſitet intellectum ad aſſenſum, & excludat omnem motum dubitationis, etiam indeliberatum. At verò concluſio Theologica eſt ineuidens, & ita non neceſſitat intellectum, nec excludit motum dubitationis, vt ſaltem non poſſit inſurgere, & ratio eſt, quia vt patet ex principio philoſophico, concluſio ſequitur debiliorem partem, atque adeo accipit ineuidentiam à præmiſſa de fide, deficiendo ab euidentia præmiſſæ naturalis: quod probatur. Nam vel Maior verbi gratia in prima figura eſt de fide, 12.

Concluſio Theologica non eſt euidens, nec neceſſitat intellectum.

Digitized by Google

de fide,& conſequenter obſcura, & Minor naturalis euidens,vel Maior naturalis,& Minor de fide. Si primo modo ineuidentia, ſeu obſcuritas extenditur ad obiectum formale, ratione cuius coniungitur in concluſione prædicatum cum ſubiecto materiali in concluſione: quare etiam ſi Minor ponat euidenter ſubiectum materiale ſub formali, non poteſt adhuc prædicatum coniungi cum ſubiecto materiali in cõcluſione euidentiùs, quàm coniungebatur cum formali,ratione cuius,vt dictum eſt, prædicatum coniungitur cum materiali. Si verò ſit ſecundo modo; tunc euidentia maioris extẽditur ad ſubiectum formale,vt dictum eſt in quæſtione philoſophica, & in hoc Corollario,ergo non poterit prædicatum in cõcluſione cõiungi cum ſubiecto materiali; niſi ſecundum eam euidentiam,ſecundum quam ponitur materiale ſub formali: ſed materiale per minorem ponitur ſub formali obſcurè, ergo erit etiam coniunctio obſcura prædicati cum ſubiecto materiali in concluſione.

Vide in qu. philoſoph. dub. 1.

13. Replica.

Quòd ſi obiicias, obſcuritas in præpoſitione de fide,negat euidentiam ſupernaturalem,& non naturalem: ergo poteſt ſtare cum euidentia naturali.

Solutio. *Quomodo poſſit ſtare obſcuritas fidei cum euidentia naturali.*

Reſpondetur, obſcuritatem fidei poſſe ſtare cum euidentia naturali,intelligi poſſe dupliciter, vel primò per incluſionem, vel ſecundò per coniunctionem. Per incluſionem intelligitur intrinſecè, quòd ſcilicet ipſa obſcuritas ſit formaliter euidentia naturalis,per cõiunctionem intelligitur extrinſecè,quòd poſſit eſſe coniuncta ſimul cum actu ſcientiæ naturalis. Si primo modo, negatur,vt patet euidenter, & ita concluſio Theologica non poteſt eſſe obſcura per negationem euidentiæ ſupernaturalis, & euidẽs euidentia naturali. Si ſecundo modo,non eſt hîc locus proprius diſputandi,an poſſint eſſe ſimul illi duo actus. Sed eſtò poſſint eſſe ſimul per rationem aſſignatam in argumento, tunc eſſent duæ concluſiones diſtinctæ ex diuerſis motiuis. Sed quicquid ſit de hoc, cùm in caſu noſtro præmiſſa illa naturalis euidens non influat ſuam euidentiam naturalem concluſioni Theologicæ per rationem aſſignatam, fit vt concluſio Theologica remaneat nudata,& euidentia ſupernaturali formaliter intrinſecè, & euidentia naturali formaliter extrinſecè: quatenus, ſcilicet, præmiſſa naturalis non influit ſuam euidentiam in concluſionem. At verò, ſi de concluſione illa Theologica materialiter ſumpta,haberetur alius aſſenſus ſcientificus,tunc eſſent, vt dictum eſt, duæ concluſiones, & quia ille aſſenſus ſcientificus non influeret euidentiam naturalem in concluſionem Theologicam, vt Theologica eſt,ideo illa concluſio Theologica, vt ſic,formaliter ſemper eſſet obſcura, ſed materialiter haberetur euidentia per aliud motiuum euidens, atque adeo eſſet diſtincta formaliter à concluſione Theologica,vt Theologica eſt per diuerſam rationem formalem aſſentiendi.

14. S. Thom. *Hæc concluſio eſt S. Thomæ.*

Hæc quarta pars Corollarij eſt expreſsè D.Thomæ 2.2.quæſt.4.artic.8.vbi dicit,quòd virtus intellectualis,ſcilicet ſapientia,ſcientia, & intellectus,eſt certior fide ex parte ſubiecti,quia in fide poteſt contingere motus dubitationis, qui non poteſt contingere in virtute intellectiua, ſed ex parte cauſæ, ait quòd fides eſt certior, quia fides innititur veritate diuina, virtus autem intellectualis ratione humana.

QVINTA DVBITATIO.

Vtrum quinta pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, concluſio Theologica ſit certior concluſione naturali, quæ elici poſſet per eumdem ſyllogiſmum,ſi propoſitio illa,quæ eſt de fide diuina, eſſet naturalis.

Probatur hæc quinta pars, quia ratio aſſentiendi Concluſioni Theologicæ eſt fortior, & ideo cauſat maiorem certitudinem in concluſione: quod facilè oſtenditur,ſi fiat vnus ſyllogiſmus Theologicus,& alter naturalis,hoc modo ſyllogizando ſyllogiſmo Theologico: Omnis homo eſt riſiuus: Chriſtus eſt homo de fide;ergo Chriſtus eſt riſiuus. Naturaliter verò ſic ſyllogizando, Omnis homo eſt riſiuus,Petrus eſt homo,vel Chriſtus eſt homo,ſi ponatur,quòd non ſciatur de fide,ſed naturaliter;ergo Petrus eſt riſiuus. In quibus ſyllogiſmis,ſi intellectus reflectat, iudicabit ſe eſſe certiorem, quòd Chriſtus ſit riſiuus, quàm quòd Petrus ſit riſiuus, quia cùm riſiuum ſit ratione hominis formaliter ſũpti,de illo ſubiecto materiali erit certior intellectus, quòd verificetur prædicatum concluſionis, de quo certior erit,quòd ponatur ſub illo formali: ſed certius eſt, quòd Chriſtus ponatur ſub homine, quàm quòd Petrus;ergo certius formabit iudicium, quòd Chriſtus ſit riſiuus,quàm quòd Petrus. Simili etiam ratione,ſi maior erit de fide,& minor naturalis, quia certior erit intellectus,quòd prædicatum coniungitur cum medio termino formaliter certitudine diuina, quàm ſi coniungeretur euidentia naturali, & quia in concluſione prædicatum coniungitur cum ſubiecto materiali ratione medij termini formaliter ſumpti, ideo certius formabit iudicium intellectus in concluſione,quòd cum ſubiecto materiali in ſyllogiſmo Theologico cõiungatur prædicatum,quàm in ſyllogiſmo naturali, quia in ſyllogiſmo naturali non eſt ita certus intellectus, quòd prædicatum cõiungatur cum medio termino,ratione cuius coniungitur cum ſubiecto materiali in concluſione; ſicut erat certus in ſyllogiſmo Theologico, in quo erat certus certitudine diuina, quòd prædicatum coniungebatur cum medio termino,verbi gratia ſic ſyllogizando;Omnis homo eſt de fide à Chriſto redẽptus; Petrus eſt homo:ergo Petrus eſt à Chriſto redemptus,intellectus certior eſt, quòd eſſe redemptũ coniungitur cum Petro, quia eſt homo,cum quo eſſe redemptum coniungebatur de fide, quàm ſi eſſe redemptum coniungeretur cum homine certitudine naturali. 15.

Concluſio deducta ex præmiſſis de fide, eſt certior alia,quæ ex præmiſſa naturale deducta.

16. Obiectio.

Obiicies, intellectus in ſyllogiſmo naturali, eſt certior de ſuo actu, quàm ſit de actu fidei: ergo de concluſione naturali eſt certior,quàm de concluſione Theologica, quæ deducitur ex præmiſſa de fide. Conſequentia eſt manifeſta, antecedens probatur, quia intellectus in ſyllogiſmo naturali, non ſolùm eſt certus de obiecto cõcluſo, ſed etiam de ſuo actu, quòd ſcil.ſit ſciẽtificus. At verò intellectus,licèt de obiecto fidei ſit certus certitudine diuina,tamen de ſuo actu nõ habet certitudinẽ diuinam,quòd ſcilicet ſit actus fidei diuinæ, ſed tantùm habet certitudinẽ humanã. Reſpondetur primò,quòd fidelis poteſt ſecundùm aliquos aliquando habere certitudinẽ diuinam de ſuo actu,quãdo ſcilicet adeſt certitudo moralis,excludens omnem metum, vt dicetur in tertio Corollario;quantùm igitur eſt ex ſe, non repugnat

Solutio. *Fidelis quando de ſuo actu certitudinem diuinam habere poteſt.*

ex

Digitized by Google

ex hoc capite, quòd actus fidei ſit certior, quàm A actus ſcientiæ.

Secundò reſpōdetur vniuerſaliùs,& veriùs,quòd illa certitudo de proprio actu tenet ſe potiùs ex parte ſubiecti, quàm ex parte obiecti, ex parte autem ſubiecti, non obſtat, quòd actus ſcientiæ ſit certior, quàm actus fidei diuinæ, vt ſuprà probatum eſt.

17. Capreolus.

Hanc ſecundam partem Corollarij colligit Capreolus quæſtione prima prologi,concluſione quarta ex Diuo Thoma in tertia diſtinctione, vigeſimaſecunda quæſtione ſecunda,articulo ſecundo, quæſtiuncula tertia, vbi habet, quòd quantò eſt fortius, quod determinationem cauſat, tantò eſt maior certitudo.& idem aſſerit de veritate quæſtione decimaquarta, articulo primo ad ſeptimum, ex quo infert Diuus Thomas,quòd certitudo fidei eſt maior,quàm B certitudo intellectus,& ſcientiæ,quia prima veritas, quæ cauſat aſſenſum fidei, eſt fortior, quàm lumen rationis, ex quo vlterius infert Capreolus,tamquam virtualiter poſitum à Diuo Thoma, quòd ſcientia Theologica, cuius principia ſunt articuli fidei, ſit certior quæcumque ſcientia inuenta humanitus, cuius principia ſunt nota habitu, qui dicitur intellectus: ſicut enim ſe habet principium ad principium quoad certitudinem,vel euidentiam cognitionis: ita concluſio ad concluſionem,& ſcientia ad ſcientiam. Et licèt Capreolus videatur loqui de ſcientia Theologica; cuius ambæ præmiſſæ ſunt de fide, tamen quia tenet hanc concluſionem eſſe certiorem qualibet ſcientia euidenti, & conſequenter ipſa ſcientia conſequentiæ, quæ eſt naturalis, per quam infertur C concluſio Theologica, idem etiam diceret, ſi aliqua præmiſſa eſſet naturalis, quòd concluſio eſſet certior, quàm ſi vtraque præmiſſa eſſet naturalis, quia fortius eſt lumen Theologicum diuinum mixtum cum naturali, quod cauſat concluſionem Theologicam,quàm ſi lumen eſſet tantùm naturale.

D.Thom. Certitudo fidei eſt maior certitudine ſcientiæ. Capr.

Fortius eſt diuinum lumen quàm naturale.

SEXTA DVBITATIO.

An concluſio Theologica ſit certior præmiſſa naturali.

18.

HOc dubium mouetur ob maiorem explicatio- D nem eorum,quæ ſuprà dicta ſunt.

Prima opinio Vegæ.

Prima opinio eſt Vegæ libro nono in Tridentin. capite trigeſimonono,reſponſione prima,poſt quartum argumentum aſſerentis concluſionem Theologicam non habere maiorem certitudinem, quàm habeat præmiſſa naturalis. Probat ex noſtro principio Philoſophico, quia concluſio ſequitur debiliorem partem, quæ ratio ex his quæ diximus in quæſtione philoſophica, dubio primo, ſic explicatur, & confirmatur. Non poteſt eſſe maior certitudo in intellectu circa coniunctionem maioris extremitatis cum minori extremitate, vel diſiunctionem ab ea in cōcluſione,quàm ſit certitudo in intellectu circa coniunctionem extremitatis cum medio termino, vel diſiunctionem ab eo. Et ratio eſt,quia E maior extremitas coniungitur cum minori extremitate mediante medio termino. Sed in ſyllogiſmo Theologico eſt aliqua præmiſſa naturalis,in qua,vel eſt coniunctio minoris extremitatis cum medio termino, vel coniunctio maioris extremitatis cum medio termino;& idem dicendum eſt de diſiunctione, ergo ſequitur neceſſariò, quòd coniunctio maioris extremitatis cum minori extremitate in concluſione,vel diſiunctio non poſſit excedere in formali certitudine ex parte actus certitudinem præmiſſæ naturalis. Exemplis fiet manifeſtum, verbi gratia, in prima figura; ad quam omnes aliæ figuræ ſunt reducibiles, vel maior eſt de fide, & minor naturalis, vel maior naturalis,& minor de fide.

Fundamentum pro hac opinione.

Si primo modo tunc ex dictis in quæſtione philoſophica, dubitatione prima, & in hoc Corollario certitudo maioris non ſe extendit ad materialia ſubiecta, ſed tantùm ad formale, vnde fit, vt ſequatur concluſio de fide in ſenſu formali, quæ erat formaliter explicita in maiori,atque adeo nihil nouum ſequitur, quod non erat ſcitum in maiori. at verò in ſenſu materiali, concluſio implicitè, & virtualiter contenta in maiori cuius veritas quæritur, & inueſtigatur per diſcurſum, non poteſt habere maiorem certitudinem, quàm ſit certitudo minoris, quæ ponit ſubiectum materiale ſub ſubiecto formali maioris,ſic ſyllogizando: Omnis homo eſt à Chriſto redemptus: eſt certa de fide, cuius certitudo ex parte actus intellectus cadit ſuper hominem formaliter, & non ſuper hunc, vel illum:minor eſt hæc, Petrus eſt homo, quæ certitudine ſua naturali ponit Petrum ſub homine:ergo hæc concluſio,Petrus eſt,redemptus à Chriſto, non poteſt excedere certitudinem præmiſſæ naturalis,per quam ponebatur Petrus ſub homine.loquimur autem de certitudine ex parte actus;nam ex parte obiecti erit certa ex ſuppoſitione antecedenti certitudine fidei, vt in ſequenti Corollario dicetur,& etiam à parte rei illa maior de fide extenditur ad omnia obiecta materialia.

Quando maior eſt de fide minor naturalis, non ſequitur concluſio de fide.

Si verò ſecundo modo, quando eſt maior certa naturaliter,& minor de fide,non poteſt habere concluſio maiorem certitudinem,quàm ſit maior; quia tota certitudo conſiſtit in coniunctione prædicati cum medio termino formaliter ſumpto, quare etiā ſi minor ponat de fide ſubiectum materiale ſub ſuo formali, non poterit prædicatum coniungi maiori certitudine cum tali ſubiecto, quàm coniungitur cum medio termino formaliter ſumpto in maiori,ſic ſyllogizando:Omnis homo eſt riſiuus:Chriſtus eſt homo de fide:ergo Chriſtus eſt riſiuus,quod exemplo etiam probari poteſt duorum lignorum, quorum vnum extremum, ſi coniungatur cum medio ligno fortius, & aliud extremum debilius; tunc illa duo ligna inter ſe debiliter coniungentur, vt in quæſtione philoſophica diximus, ita etiam exemplificandum in reliquis modis proportionaliter.

Si maior ſit naturalis, & minor de fide, concluſio eſt naturalis.

19. Secūda opinio Valentiæ, & Zumelo.

Secunda opinio eſt aliquorum recentiorum, Valentiæ ſecunda ſecundæ,diſputatione prima, puncto ſecundo, in fine, & Zumel prima parte, quæſtione prima,articulo quinto,quæſtione ſua vnica. Iſti exiſtimant,quòd aſſenſus Theologicus ſit perfectior in certitudine, quàm ſit aſſenſus præmiſſæ euidentis naturaliter. neque, inquiunt, eſt contra rationem diſcurſus,ſecundum quem concluſio debet eſſe debilior ſuo principio; nam ſufficit, inquiunt,vt concluſio non ſit perfectior ſua cauſa totali,& adæquata,quæ eſt præmiſſa de fide,& naturalis ſimul.

Primum argumentum pro hac ſecunda opinione.

Primò hanc opinionem probat Zumel loco citato, ſicut ſol, & facula accenſa magis illuminant, quàm ſolùm vnum iſtorum, ita certitudo vtriuſque præmiſſæ maiorem certitudinem cauſabit,& transfundet in concluſionem, quàm ſit certitudo præmiſſæ naturalis.

Secundò probat Valentia vbi ſuprà, aſſenſus Theologicus procedit ex efficacia, & perfectione diuinæ reuelationis; ergo eſt certior ſaltem præmiſſa euidenti naturaliter. Antecedens probatur, quia ratio aſſentiendi eſt perfectior, quia eſt lumen ſupernaturale mixtum cum lumine naturali ergo.

ergo cauſat maiorem certitudinem. Conſequentia A ſupponitur, & probari poteſt ex D.Thoma, in 3.diſt. 23.q.1.art.2.quæſtiunc.8. & de veritate q.14. art.1. ad 7.in quibus locis habet, quantò eſt fortius, quod determinationem cauſat, tantò eſt maior certitudo. Ex quo principio Diui Thomæ infert Capreolus q.1. prologi, concl.4. ſcientiam Theologicam, cuius principia ſunt articuli fidei, eſſe certiorem quacumque ſcientia inuenta humanitus, vt dictum eſt ſuprà: ergo & ex eodem principio Diui Thomæ colligi poteſt quòd concluſio Theologica ſit certior præmiſſa naturali, quia ex Diuo Thoma, quò fortius eſt lumē, tantò eſt maior certitudo: ſed lumen diuinum mixtum naturali, eſt fortius quàm naturale ſolùm; ergo concluſio Theologica, quæ nititur hoc lumine mixto, erit certior, quàm concluſio naturalis, quæ nititur B ſolo lumine naturali.

Quantò eſt fortius quod determinationem cauſat, tantò eſt maior certitudo.

Tertium argumentum pro ſecunda opinione.

Tertiò, ſi concluſio Theologica non excederet certitudinem præmiſſæ naturalis, eſſet intra ordinem naturalem, ſed hoc eſt falſum; ergo & antecedens. Probatur Minor, quia ratio formalis aſſentiendi, vnde ſpecificatur concluſio, non eſt merè naturalis, quia eſt lumen diuinum mixtum naturali, ergo neque ipſa concluſio erit merè naturalis. Sequela maioris eſt manifeſta.

Sententia Auctoris.

20. Prima aſſertio. *Concluſio Theologica eſt certior præmiſſa naturali.*

In hoc dubio dico primò, concluſionem Theologicam ex ratione ſua obiectiua habere certitudinem diuerſæ, & altioris rationis, quàm ſit præmiſſa C naturalis, quia ratio aſſentiendi concluſioni Theologicæ eſt lumen ſupernaturale mixtum cum lumine naturali, vnde ſequitur, quòd concluſio Theologica non poteſt dici ſimpliciter naturalis, ſicut eſt præmiſſa naturalis. nec poteſt dici habere ſimpliciter eamdem certitudinem, quam habet præmiſſa naturalis, quia certitudo concluſionis Theologicæ, vt eſt probatum, eſt diuerſæ, & altioris ſpeciei. & hoc eſt quod voluit S.Thomas in 3.diſt 23.quæſt.2.artic.2. quæſtiunc.3.& de veritate, quæſt.14.art.1.cùm dixit, quòd quātò eſt fortius quod determinationem cauſat, tantò eſt maior certitudo, quod quidem ſaltem verum eſt de certitudine altioris ſpeciei, quæ deſumitur ex altiori ratione aſſentiendi.

S.Thom.

21. Secunda aſſertio. Probatur primò ex argumento facto in prima opinione. Secunda probatio.

Secundò dico, concluſionem Theologicam ſequi D aliquo modo, & ſecundùm quid, debilitatem ſuæ præmiſſæ naturalis, & hanc debilitatem tantùm ſecundùm quid, probat argumentum factum pro prima opinione ex noſtro principio Philoſophico, & confirmatur, & explicatur magis in eo caſu, quando ſyllogiſmus Theologicus conſtat ex vna de fide & alia probabili. nam in tali caſu impoſſibile eſt, vt concluſio Theologica ſequatur omnino certa, ſed aſſenſus illius concluſionis erit cum aliquo metu, exempli gratia, ſi fiat hic ſyllogiſmus: Omnis homo habet potentias realiter diſtinctas: Chriſtus eſt homo; ergo Chriſtus habet potentias realiter diſtinctas: quia maior eſt probabilis in Philoſophia, ideo non poteſt Theologus infallibili certitudine aſſentiri huic concluſioni, quòd ſcilicet Chriſtus habeat potentias realiter diſtinctas ex vi deductionis. E

22. Tertia aſſertio. *Concluſio Theologica eſt certior quàm præmiſſa naturalis euidens.*

Tertiò dico, quòd etiamſi concluſio Theologica ſequatur hanc debilitatem ſecundum quid præmiſſæ naturalis, adhuc concedi debet, quòd ex pio affectu concluſio Theologica ſit certior, quàm præmiſſa naturalis euidens; nam cùm intellectus non neceſſitetur ad aſſentiendum, quia præmiſſa de fide liberè creditur, fieri poteſt, vt ex affectu quodam pio, quem arguens habet ad propoſitionem de fide, moueatur magis ad aſſentiendum concluſioni Theologicæ. pius autem affectus in hoc conſiſtit, quoniam aduertit intellectus, quòd ex falſitate concluſionis Theologicæ periclitaretur aliquo modo veritas principij fidei, quia ſi negaretur concluſio Theologica, negaretur etiam principium fidei, verbi gratia, fiat ſyllogiſmus Theologicus: Omnis homo eſt riſiuus: Chriſtus eſt homo de fide; ergo Chriſtus eſt riſiuus, ſi negetur Concluſio Theologica, tunc aduerſarius poſſet inſtare, ſic contra principium fidei, quod erat minor propoſitio: Omnis homo eſt riſiuus, quæ eſt euidens naturaliter: Chriſtus non eſt riſiuus per te; ergo Chriſtus non eſt homo, quare concluſio illa Theologica pertinet aliquo modo indirectè ad fidem.

23. Reſponſio ad argumētum primæ opinionis, quod eſt cōtra primam aſſertionem noſtram.

Ad Argumentum primæ opinionis reſpondetur, argumentum non probat concluſionem habere eandem certitudinem naturalem ſimpliciter, quam habet præmiſſa naturalis, vt in noſtra prima Aſſertione oſtendimus, ſed tantùm probat concluſionem Theologicam ſequi aliquo modo ſecundùm quid debilitatem præmiſſæ naturalis, vt explicatum eſt in ſecunda, & tertia Aſſertione.

24. Reſponſio ad argumētum primū ſecundæ opinionis, quod eſt cōtra ſecundam aſſertionem noſtram.

Ad Argumenta verò ſecundæ opinionis, reſpondetur ad primum, quatenus hoc argumentum primum videtur probare, quòd concluſio Theologica non ſequatur aliquo modo, & ſecundum quid debilitatem præmiſſæ naturalis contra ſecundam aſſertionem noſtram, quam ſuprà probauimus, cùm præſertim aliqua præmiſſa eſt probabilis: Reſpondetur, inquam, quod eſt diuerſa ratio in duobus illis luminibus, & in concurſu præmiſſarum; nam illa duo lumina æquè concurrunt ad illuminationem: at verò præmiſſæ non ita æquè concurrunt ad certitudinem concluſionis; nam præmiſſa de fide concurrit, vt applicata per præmiſſam naturalem, atque adeo concluſio ſequitur aliquo modo ſecundum quid debilitatem præmiſſæ naturalis; nam vel maior eſt naturalis; & minor de fide, v.g. omnis homo eſt riſiuus, Chriſtus eſt homo, & in hoc caſu, quia minor ponit tantùm de fide Chriſtum ſub homine, ideo concluſio, verbi gratia, quòd Chriſtus ſit riſiuus, participat aliquo modo certitudinem, quæ habetur in maiori de homine formaliter ſumpto, quòd ſit riſiuus. Si verò maior eſt de fide, & minor naturalis, verbi gratia: Omnis homo eſt à Chriſto redemptus: Petrus eſt homo, tunc in hoc caſu, maior non poteſt influere totam ſuam certitudinem in concluſionem, quòd ſcilicet Petrus ſit redemptus, quia concurrit etiam certitudo, quæ habetur in minori de Petro, quòd ſit homo, non enim explicitè reuelatur, quòd Petrus ſit redemptus, ſed implicitè quatenus per aliam præmiſſam explicatur quòd ſit homo, vt probatum eſt ſuprà: explicatur autem per præmiſſam naturalem, ergo certitudo præmiſſa de fide non influit, niſi mixtam certitudinem quatenus per naturalem applicatur concluſioni. Sic etiam dicendum, quando vtraque præmiſſa eſt de fide, & conſequentia naturalis, quia vtraque præmiſſa de fide applicatur concluſioni mediatè per ipſam conſequentiam.

25. Reſpōſio ad ſecundū argumentum ſecundæ opinionis.

Ad ſecundum reſpondetur. Argumentum probat primam Aſſertionem noſtram, quòd, ſcilicet, concluſio Theologica ſit ſimpliciter certior, quàm præmiſſa naturalis. habet enim concluſio Theologica, vt ibi probatum eſt, certitudinem diuerſæ rationis, & quaſi mediam inter certitudinem fidei, & certitudinem naturalem, propter rationem aſſentiendi, quod eſt lumē ſupernaturale mixtum cum naturali.

Ad

Digitized by Google

16. Reſponſio ad tertium eiuſdem ſecundæ opinionis.

Ad tertium reſpondetur, quòd concluſio Theologica in ratione aſſentiendi eſt mixta, ita vt aſſenſus ille concluſionis etiamſi ſit ſimplex entitatiuè; ſit tamen mixtus obiectiuè, quatenus dicit ordinem ad rationem aſſentiendi mixtam, ſcilicet ad lumen ſupernaturale applicatum per naturale, vnde habet certitudinem diuerſæ rationis, quia nititur diuerſæ rationi formali aſſentiendi, & eſt media inter certitudinem ſupernaturalem, quæ eſt de fide, & naturalem, vt probatum eſt.

QVÆSTIO SECVNDA THEOLOGICA.

In qua examinatur ſecundum Corollarium, quomodo, ſcilicet, ſequatur concluſio Theologica, vt deducta neceſſaria neceſſitate fidei ex parte obiecti ſeu ex ſuppoſitione antecedenti.

HABET HOC COROLLArium quinque partes.

PRIMA Pars Corollarij. Concluſio Theologica, vt deducta ex propoſitione maiori, vniuerſali affirmatiua, modali, de rè, ſeu diuiſa, neceſſaria neceſſitate fidei, quæ eſt neceſſitas immutabilitatis in obiecto, & minori propoſitione non neceſſaria neceſſitate fidei, ſiue ſit neceſſaria ſecundum ſuas cauſas, ſiue ſit contingens, ſequitur neceſſaria de neceſſitate fidei ex ſuppoſitione antecedenti tam in prima figura, quàm in tertia; non autem in ſecunda.

Secunda pars, concluſio Theologica, vt deducta ex maiori vniuerſali, affirmatiua, non neceſſaria neceſſitate fidei, & minori modali de re, & diuiſa neceſſaria, neceſſitate fidei, nullo modo ſequitur neceſſaria de neceſſitate fidei, nec in prima, nec in ſecunda, nec in tertia figura.

Tertia pars, concluſio Theologica, vt deducta ex maiori vniuerſali, negatiua, modali, de re, ſeu diuiſa neceſſaria de neceſſitate fidei, & minori, ſiue neceſſaria ſecundum ſuas cauſas, ſiue contingenti, ſequitur neceſſaria de neceſſitate fidei ex ſuppoſitione antecedenti in omnibus tribus figuris.

Quarta pars, concluſio Theologica, vt deducta, in Difamis modo tertiæ figuræ, ex maiori propoſitione de prædicato contingenti, ſed neceſſaria modali de re, ſeu diuiſa neceſſitate fidei, & minor de ineſſe, vt nunc ſequitur vera, & neceſſaria neceſſitate fidei ex ſuppoſitione antecedenti.

Quinta pars, concluſio Theologica, vt deducta in modis tertiæ figuræ, ex maiori modali de re diuiſa neceſſaria, ex neceſſitate fidei, & neceſſitate ex ſuis cauſis, & minori neceſſaria ex ſuis cauſis, ſequitur & neceſſaria neceſſitate fidei ex ſuppoſitione antecedenti, & neceſſaria neceſſitate ex ſuis cauſis ſimpliciter, nulla ſcilicet ſuppoſita conſtantia ſubiecti; quod quidem in ſecunda, & prima figura contingere non poteſt, quia ſemper concluſio ſequitur neceſſaria neceſſitate fidei ex ſuppoſitione antecedenti, & etiam neceſſaria ex ſuis cauſis ex ſuppoſitione antecedenti, ſimpliciter autem contingens.

Pro explicatione harum partium Corollarij pono quinque dubitationes.

Materiam huius Corollarij expreſsè non tractant doctores: nam illi potiùs loquuntur de certitudine formali, quæ dici ſolet certitudo in actu, ex illis tamen colligi poſſunt aliqua, quæ tractantur in 3. diſtin. 34. præſertim ex Scoto, Capreolo in 1. quæſt. 1. prologi concluſione 4. D. Thom. cum Caietano 1. part. quæſt. 1. artic. 5. inter recentiores Caietanus, lib. 12. de locis Theologicis circa medium, Molina 1. part. quæſt. 1. art. 1. diſp. 2. ad 4. Valentia 2. 2. diſput. 1. quæſt. 1. punct. 2. Vaſquez 1. part. quæſt. 1. artic. 5. quia autem materia huius Corollarij multum facit ad intelligendam materiam tertij Corollarij de concluſione Theologica, vt explicata, ideò quamuis à Doctoribus expreſsè non tractetur, conabimur illam iuxta regulas Ariſtot. poſitas in quæſtione philoſophica exactè examinare.

PRIMA DVBITATIO.

Vtrùm prima pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, concluſio Theologica, vt deducta ex maiori vniuerſali, affirmatiua, de neceſſitate fidei, & minori naturali ſequatur ex ſuppoſitione neceſſaria de neceſſitate fidei; tam in prima figura, quàm in tertia; non autem in ſecunda.

NOtanda priùs ſunt aliqua, quæ deſeruiunt tam pro explicatione huius dubitationis, quàm ſequentis. Notandum primò, obiecta huiuſmodi, quæ ſunt de fide, poſſe eſſe in duplici differentia, quædam quæ ſecundum ſe, & non relata ad Dei præſcientiam, ſunt neceſſaria, vt Deum eſſe trinum, & vnum, quædam, quæ ex ſuis cauſis, vel in ſe conſiderata ſunt libera, & contingentia, ſed quatenus cadunt ſub diuinam ſcientiam, & reuelationem habent quandam neceſſitatem infallibilitatis, vt dicit Boëtius ſecundo de conſolatione, proſa ſexta, quam neceſſitatem vocat immutabilitatis Capreolus in 1. diſtinct. 40. quæſt. 1. artic. 3. ad primum contra ſecundam concluſionem, quatenus ſcilicet ſubditur certitudini diuini intellectus, ex qua oritur negatio mutationis in re, & talis negatio dicitur propriè immutabilitas, negatio autem potentiæ ad immutabilitatem non ita propriè dicitur immutabilitas, ſed eſt differentia inter has duas negationes, quòd ſecunda excludit libertatem, & contingentiam, non autem prima, vt modò ſupponitur, quia hic non eſt proprius locus. Alij hanc neceſſitatem vocant certitudinem obiectiuam ad diſtinctionem certitudinis formalis, quæ eſt in actu, quæ eſt firma adhæſio intellectus ad rem, de qua diximus in primo Corollario. Exempla autem neceſſitatis, ſeu certitudinis obiectiuæ, de qua eſt præſens Corollarium, ponit D. Thomas in quæſt. diſputatis q. 14. art. 11. ad 14. & 2. 2. quæſt. 1. art. 3. ad ſecundum, in quæſtione quidem 14. ponit exemplum 1.

Primũ not. Quæ ſunt fidei, ſunt in duplici differentia, & quales illa ſit.

Boëtius.

Immutabilitas eſt negatio mutationis in re.

Digitized by Google

Chriſti paſſio in ſe conſiderata fuit contingens, ſed poſito diuino decreto fuit neceſſaria.

exẽplum de Chriſti paſſione, quæ quamuis, inquit, in ſe conſiderata ſit contingens; tamen ſecundum quod diuinæ ſcientiæ ſubeſt, poteſt de ea eſſe fides, & prophetia, quia habet immobilem veritatem. Aliud exemplum ponit in 2. 2. de Incarnatione Verbi, quæ ſecundum ſe conſiderata fuit poſſibilis, etiam poſt tempus Abrahæ, ſed ſecundum quod cadit ſub diuinam præſcientiam habet quamdam neceſſitatem infallibilitatis, & hoc modo, inquit, cadit ſub fidem. Corollarium noſtrum intelligitur de neceſſitate fundata in præſcientia diuina reuelante, ſiue obiectum ſit neceſſarium ſecundum ſe, ſiue contingens, quod autem obiectum ſit neceſſarium ſecundum ſe, impertinens eſt ad neceſſitatem fidei, de qua hîc loquimur, quæ neceſſitas ſe tenet ex parte diuinæ ſcientiæ, & reuelationis, vt explicatum eſt.

De qua neceſſitate intelligatur quæſtio.

2.

Modalis neceſſitas duplex eſt, quædam de dicto, quædam de re.

Secundò notandum, quòd neceſſitas hæc, de qua loquimur, eſt neceſſitas modalis; modalis autem neceſſitas, vt patet ex quæſtione philoſophica eſt duplex, quædam de dicto, & quædam de re. De dicto eſt, quãdo totum dictum, ſeu propoſitio eſt loco ſubiecti, & modus neceſſitatis eſt loco prædicati, & ideo dicitur à Logicis modalis compoſita, quia totum complexum ſumitur pro ſubiecto, vnde ſequitur quòd talis propoſitio ſemper ſit ſingularis. Verbi gratia, exemplificando in materia noſtra, ſi dicatur hæc propoſitio; Omnis homo eſt à Chriſto redemptus, eſt neceſſaria, tunc eſſe neceſſarium tanquam prædicatum iudicatur ineſſe huic propoſitioni; Omnis homo eſt à Chriſto redemptus: alia eſt propoſitio modalis, quæ dicitur de re, quando ſcilicet vna pars dicti, ſeu propoſitionis ſubiicitur, & alia prædicatur, vt ſtat ſub qualitate modi de neceſſario, & ideo dici ſolet modalis diuiſa, verbi gratia, exemplificando in materia noſtra, ſi dicatur; Omnis homo eſt neceſſariò de fide à Chriſto redẽptus, id eſt, eſſe redemptum, vt ſtat ſub modo de neceſſario fidei, prædicatur vniuerſaliter de homine. Nos in hoc Corollario ſumimus propoſitionem de neceſſario ſecundo modo, ſecundo rem, & diuiſam: nam primo modo non poſſunt verificari regulæ Ariſtotelis, quia ſemper propoſitio eſt ſingularis.

De qua propoſitione modali intelligatur quæſtio.

Pũctus difficultatis.

Quod ergo in Corollario dicitur, eſt, quòd concluſio Theologica, vt deducta ex vna præmiſſa de neceſſario fidei iuxta primum notabile, & de neceſſitate modali de re, & diuiſa iuxta ſecundum notabile, & ex alia naturali, aliquando ſequatur de neceſſario fidei neceſſitate ſecundo modo, id eſt, de re; & diuiſa, aliquando verò non.

Eſſet hîc explicandum, quæ ſit neceſſitas ex ſuppoſitione antecedente, ſed de hoc ſatis diximus in quæſtione philoſophica, breuiter hic ſolùm recolendum eſt, quod diximus in eadem quæſtione, in notabili ſexto, quod facit ad propoſitum noſtræ quæſtionis, vbi habetur quòd quando ſuppoſitio conſequens ponitur ex parte prædicati, vt pars prædicati in præmiſſa, v.g. in maiori; tunc habetur, vt neceſſaria ſimpliciter reſpectu concluſionis, quæ ſequitur neceſſaria ex ſuppoſitione antecedenti, exempli gratia: Omne animal, quod mouetur, neceſſariò mouetur, illa maior eſt neceſſaria neceſſitate conſequenti, ita tamen ſe habet in ſyllogizando, ac ſi eſſet neceſſaria neceſſitate antecedenti; nam ponitur compoſitio conſequens in propoſitione, vnde fit primò, vt illa maior amplietur ad poſſibile: ſecundò fit, vt minor in tali ſyllogiſmo ſit hæc, homo eſt animal quod mouetur; quæ quidem minor eſt de ineſſe. quòd ſi in maiori non fuiſſet poſita compoſitio conſequens,

A minor deberet eſſe hæc, homo eſt animal, & ſic minor eſſet neceſſaria. & ex his ſequitur concluſio neceſſaria ſecundum quid: Omnis homo neceſſariò mouetur, quia non moueri coniungitur cum homine ratione medij termini, ſcilicet animal, quod mouetur, cum quo coniungebatur moueri de neceſſario, dum dicebatur, omne animal, quod mouetur neceſſariò mouetur. Sic etiam dicendum eſt in præmiſſa Theologica neceſſaria neceſſitate fidei diuinæ: nam hæc propoſitio: Omnis homo eſt de neceſſitate fidei diuinæ à Chriſto redẽptus: explicatur ſic, omnis homo ſtãs ſub actuali reuelatione Dei, quòd ſit redẽptus à Chriſto, eſt de neceſſitate fidei diuinæ, quòd

B ſit redẽptus à Chriſto, quæ quidẽ neceſſitas, quæ ſe tenet ex parte prædicati, oritur in prædicato ex illa reuelatione diuina, quæ ſe tenebat ex parte ſubiecti.

3. **Tertiũ notandum.**

Tertiò notandum, & recolendum eſt illud principium examinatũ in quæſtione Philoſophica, dub. 2. iuxta 12. Regulas Ariſtotelis. In quo principio fundantur omnes partes huius Corollarij.

Explicatur principium Philoſophicum, in quo fundantur omnes partes Corollarij.

Principium autem hoc eſt quotieſcumque prædicatum concluſionis coniungitur cum medio termino, vel diſiungitur ab illo de neceſſario, & vniuerſaliter in aliqua præmiſſa. Concluſio ſequitur de neceſſitate, ſaltem ex ſuppoſitione antecedenti. Nam cùm prædicatum, & ſubiectum ſimul coniungantur

C in concluſione ratione medij termini, ſi cum medio termino prædicatum coniungitur neceſſariò; ergo coniungitur cum ſubiecto de neceſſario ex ſuppoſitione antecedenti ratione medij termini, tanquam formæ, cui coniungebatur de neceſſario. quod quidem principium fundatur in dicto de omni in modis affirmatiuis, & in dicto de nullo in modis negatiuis, verbi gratia, in Barbara: Omne currens de neceſſitate mouetur: omnis homo eſt currens; ſequitur concluſio, quòd omnis homo de neceſſario mouetur; ex ſuppoſitione antecedenti, quatenus ſcilicet eſt currens. Idem etiam in Cælarent: Nullum currẽs eſt quieſcens de neceſſario: omnis homo eſt currẽs; ſequitur quòd nullus homo eſt quieſcens de neceſſitate ex ſuppoſitione antecedenti, quatenus ſcilicet

D eſt currens, & idem proportionaliter dicendum eſt in modis particularibus, quòd ſi prædicatum non coniungatur in præmiſſa cum medio termino de neceſſario, ſed de ineſſe, neque in concluſione prędicatum coniungi poterit cum ſubiecto ex vi formæ ſyllogiſticæ, verbi gratia: Omne animal eſt currens de ineſſe, omnis homo eſt animal de neceſſario, non ſequitur concluſio, quòd homo ſit currẽs de neceſſario ex ſuppoſitione antecedenti: nam ex eo infertur, quòd homo ſit currens, quia eſt animal: at cum animali curſus non coniungebatur de neceſſario, ſed de ineſſe, & idem proportionaliter dicendum eſt in aliis modis.

Deducitur prima pars Corollarij.

E His notatis probatur prima pars Corollarij: Quotieſcumque in prima, & in tertia figura maior affirmatiua eſt vniuerſalis, modalis, de re, & diuiſa, neceſſaria neceſſitate fidei, tunc in concluſione prædicatũ concluſionis, quod eſt maius extremum, coniungitur cum ſubiecto concluſionis, quod eſt minus extremũ mediante medio termino, cum quo maius extremum in maiori coniungebatur de neceſſario fidei, ergo & cum ſubiecto concluſionis coniungetur de neceſſario fidei ex ſuppoſitione antecedenti, ſcilicet, ratione formæ, quæ eſt medius terminus. Secundo probatur idem per dictum de omni, quia maius extremum dicitur vniuerſaliter de neceſſario fidei de medio termino, & conſequenter de omni contento ſub medio termino, ſub quo continebatur minus

Digitized by Google

minus extremum, quod eſt ſubiectum concluſionis, A quòd quidem dictum de omni applicari etiam poteſt tertiæ figuræ per reductionem ad primam. Quæ quidem deductio fiet manifeſta, ſi formentur ſyllogiſmi in modis affirmatiuis primæ, & tertiæ figuræ applicando illis principium aſſignatum; in Barbara, ſic ſyllogizando: Omnis homo eſt de neceſſitate fidei à Chriſto redemptus: omne rationale eſt homo; ergo omne rationale eſt de neceſſitate fidei à Chriſto redéptum; in Darij ſic: Omnis homo eſt de neceſſitate fidei à Chriſto redemptus: ego ſum homo; igitur ego ſum de neceſſitate fidei à Chriſto redemptus; in tertia figura in Darapti ſic ſyllogizando: Omnis homo eſt de neceſſitate fidei à Chriſto redemptus: omnis homo eſt animal; ergo aliquod animal eſt de neceſſitate fidei à Chriſto redemptum: in Datiſi B ſic: Omnis homo eſt de neceſſitate fidei à Chriſto redemptus: aliquis homo eſt animal; ergo aliquod animal eſt de neceſſitate fidei à Chriſto redemptum.

Quare non ſequatur ſimilis concluſio in ſecūda figura. Quare autem in ſecunda figura non ſequatur, vt in Cameſtres, & Barocco, ex eodem principio facilè deducitur, quia maius extremum diſiungitur à minori extremo in concluſione medio termino, cùm tamen inter medium, & minus extremum in præmiſſa ſit diſiunctio de non neceſſario fidei, & ita regulari non poterat per dictum de nullo, vt patet ſyllogizando in Cameſtres: Omnis homo eſt de neceſſitate fidei à Chriſto redemptus: nullus Angelus eſt à Chriſto redemptus; ergo nullus Angelus eſt homo. Quæ concluſio non ſequitur ex vi præmiſſarum de neceſſitate fidei: quicquid ſit, an ipſa ſit de fide. In Barocco autem ſic ſyllogizando: Omnis homo eſt de neceſſitate fidei à Chriſto redemptus: aliquis Angelus non eſt à Chriſto redemptus: ergo aliquis Angelus non eſt homo.

5. Obiectio. Quòd ſi obiiciatur Ariſtoteles primo priorum, loco allegato, vbi aſſerit, quòd in ſecunda figura ex maiori vniuerſali affirmatiua de neceſſario, & minori vniuerſali negatiua de ineſſe vt nunc, vt in Cameſtres, ſequitur concluſio de neceſſario: ergo pari ratione in ſyllogiſmo Theologico ex maiori vniuerſali affirmatiua de neceſſario fidei in ſecunda figura, & minori vniuerſali negatiua non neceſſaria neceſſitate fidei, ſequitur concluſio de neceſſario neceſſitate fidei. Solutio. Reſpondetur per ea, quæ dicta ſunt in quæſt. Philoſophica, dub. 2. quod Ariſtoteles intelligi debet per conuerſionem, quòd ſcilicet, conuertens concluſionis ſequatur de neceſſario fidei, quia tunc applicari poteſt principium aſſignatum, verbi gratia, in ſyllogiſmo facto in Cameſtres fiat conuertens concluſionis, nullus homo eſt Angelus, ſequitur de neceſſitate fidei ex ſuppoſitione antecedenti, quia per reductionem ad Celarent modum primæ figuræ concluſio illa conuertens, quæ remanet directè in illo modo primæ, regulari poteſt per principium aſſignatum, puncto ſecundo, & per dictum de nullo, ibidem; vt patet intuenti.

SECVNDA DVBITATIO.

Vtrum ſecunda pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, concluſio Theologica deducta ex Maiori vniuerſali affirmatiua, naturali, & Minori de neceſſitate fidei, in nulla figura ſequatur neceſſaria de neceſſitate fidei.

6. PRobatur hæc ſecunda pars ex eodem principio aſſignato. Nam in concluſione maius extremum coniungitur, vel diſiungitur à minori extremo medio termino; cùm tamen inter maius extremum, & medium terminum non ſit coniunctio, vel diſiunctio in præmiſſa de neceſſitate fidei, atque adeo ex dictis, neque regulari poteſt per dictum de nullo, quo ad conſequentiam de neceſſario fidei. Exemplo fiet manifeſtum in prima figura ſic ſyllogizando. Omnis homo eſt animal: omnis redemptus à Chriſto de neceſſitate fidei eſt homo; non ſequitur de neceſſitate fidei ex vi ſyllogiſtica, omne redemptum à Chriſto eſt animal, quia animal coniungitur cum redemptus medio termino, qui eſt homo, cum quo animal coniungebatur, non de neceſſario fidei in maiori, & ita per dictum de omni animal prædicabatur de homine, non de neceſſitate fidei, & eodem modo de omni contento ſub homine, quod eſt omnis redemptus. Ita etiam patet in Darij faciendo minorem particularem. Patet etiam in ſecunda figura in Cameſtres: Omnis homo eſt animal: nullus Angelus de neceſſitate fidei diuinæ eſt animal; ergo nullus Angelus eſt homo. concluſio non ſequitur ex vi ſyllogiſtica neceſſaria neceſſitate fidei ex ſuppoſitione antecedenti, quia homo prædicatur de Angelo ratione medij termini, qui eſt animal, qui medius terminus in maiori coniungebatur cum homine naturaliter, & non de neceſſitate fidei; ſed per conuerſionem concluſionis ſequitur concluſio de neceſſitate fidei diuinæ ex ſuppoſitione antecedenti, quia tunc verificatur principium aſſignatum, vt patet intuenti. Sic etiam patet in tertia figura in Darapti: Omnis homo eſt animal: C omnis homo eſt de neceſſitate fidei à Chriſto redemptus; ergo aliquod à Chriſto redemptum eſt animal. & probatur eadē ratione, quia animal, quod eſt maius extremum, coniungitur cum eſſe redemptum per medium terminum, qui eſt homo, cum quo maius extremum coniungebatur de ineſſe, ſeu naturaliter: per conuerſionem autem concluſionis ſequitur conuertens de neceſſitate fidei ex parte obiecti, quia tunc maius extremum coniungitur, cum minori extremo per medium terminum, cum quo in præmiſſa maius extremum coniungebatur de neceſſitate fidei, vt probatum eſt in quæſt. hac tertia Philoſophica, dubio ſecundo.

D TERTIA DVBITATIO.

Vtrum tertia pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, concluſio Theologica deducta, ex vna negatiua de neceſſitate fidei, & Minori naturali, ſequatur neceſſaria de neceſſitate fidei in omni figura.

PRobatur hæc tertia pars Corollarij ex eodem principio; quod fiet manifeſtum ſyllogizando, & ſyllogiſmo applicando principium, vnde apparebit, quòd maius extremum ſeiungetur à minori extremo in concluſione medio termino inter quem, & maius extremum in præmiſſa erat diſiunctio de neceſſario fidei, atque adeo ſyllogiſmus regulabitur per dictum de nullo quo ad conſequentiam de neceſſario fidei ex ſuppoſitione antecedenti, ſic ſyllogizando in Cælarent, & Ferio modis primæ: Nullus Angelus eſt de neceſſitate fidei redemptus à Chriſto: diabolus eſt Angelus, ergo diabolus non eſt redemptus à Chriſto. ſic etiam patet intuenti in aliis modis. 7. *Principium aſſignatum eſt ſuprà.*

E

Digitized by Google

QVARTA DVBITATIO.

Vtrùm quarta pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet: concluſio Theologica deducta in Diſamis ex maiori de prædicatò contingenti: ſed neceſſaria neceſſitate fidei, & ex minori de ineſſe ſequatur vera, & neceſſaria de neceſſitate fidei.

8. **Ratio difficultatis.** DEductio, ſeu probatio huius quartæ partis Corollarij magnam habet difficultatem; nam dictum eſt ex Ariſtotele in hac tertia quæſt. philoſophica, dubio ſecundo, quòd in Diſamis maiori exiſtente de neceſſario, & minori vniuerſali de ineſſe, vt nunc, concluſio nec ſequatur de neceſſario, nec ſecundum veritatem, vt ibi diffusè probatum eſt. quare ex illa regula potiùs deduci deberet, quòd concluſio Theologica deducta in Diſamis modo tertiæ ex maiori particulari de neceſſario fidei, & minori de ineſſe vt nunc, nec ſequatur de neceſſario fidei, nec ſecundum veritatem, & tamen oppoſitum dicitur in hac quarta parte Corollarij. **Solutio.** Sed reſpondetur, quòd diuerſa eſt ratio de maiori neceſſaria ex ſuis cauſis, & de maiori contingenti ex ſuis cauſis, ſed neceſſaria neceſſitate fidei, quæ diuerſitas rationis facit, vt concluſio Theologica in Diſamis ex maiori contingenti ex ſuis cauſis, ſed neceſſaria neceſſitate fidei, regulari poſſit per principium aſſignatum in quæſtione Philoſophica: & ita ſequatur vera, & neceſſaria neceſſitate fidei ex ſuppoſitione antecedenti: & etiam facit, quòd concluſio naturalis in Diſamis, deducta ex maiori de neceſſario neceſſitate naturali, & minori contingenti, regulari non poſſit per illud principium, nec ſecundum veritatem, nec conſequenter ſequi poſſit ſecundum neceſſitatem.

9. Ratio autem diuerſitatis in hoc conſiſtit; quando in Diſamis in ſyllogiſmo ſcientifico naturali maior eſt de neceſſario, de neceſſitate naturali, quod eſt neceſſarium ex ſuis cauſis, & minor vniuerſalis de ineſſe vt nunc, maior illa neceſſaria ampliatur ad potens eſſe tale, & ideo ad verificationem ſui, ſufficit vt ſignum particulare ſupponat pro potenti, licèt non ſupponat pro exiſtenti, ſeu actu eſſe tali: at verò minor ſupponit pro exiſtenti tantùm, atque adeo concluſio, nec ſequitur neceſſaria, nec vera, quia minus extremum aliter ſupponit, ac ſupponebat in præmiſſa, verbi gratia, ſyllogizando in Diſamis: Aliquod currens, intelligendo pro materiali ſubiecto, hominem, de neceſſario mouetur: omne currens eſt homo; ſupponatur ſic eſſe, non ſequitur neque de neceſſario, neque ſecundum veritatem, ergo aliquis homo mouetur. nam cùm dicebatur in maiori (aliquod currens de neceſſario mouetur) ſupponit pro formali, & pro materiali ſufficiebat ſupponere ad ſui verificationem pro homine potenti exiſtere, verbi gratia, pro Antichriſto, minor autem ſupponebat pro homine exiſtenti, qui non eſt Antichriſtus, quare licet ſit verum, quòd omnis homo exiſtens ſit currens, non ſequitur, quòd moueatur ex vi ſyllogiſtica; nam illa maior, aliquod currens neceſſariò mouetur, ad ſui verificationem ſatis eſt, vt verificetur de potenti exiſtere, putà de Antichriſto, & non de actu exiſtenti; minor autem, ſcilicet, omne currens eſt homo, ſupponit pro actu exiſtenti tali, atque adeo concluſio ſupponit pro homine exiſtente, qui non eſt Antichriſtus, pro quo verificari poterat maior. At verò, quando maior eſt A de prædicato contingenti, ſed neceſſario neceſſitate fidei, vt ſubeſt, ſcilicet diuinæ reuelationi, non ampliatur ad potens, ſed ſupponit pro exiſtenti; non enim præſcientia tollit contingentiam ſecundum ſe, quam habet res præſcita, vt ſupponitur; & ideo etiam ſi minor ſit de ineſſe vt nunc, ſequitur concluſio, & vera, & neceſſaria neceſſitate fidei ex ſuppoſitione antecedenti, verbi gratia, ſit hoc exemplum. Aliquis ritè baptizatus eſt in gratia de neceſſitate fidei: omnis ritè baptizatus eſt album, ſupponatur hoc ita eſſe, ſequitur; ergo aliquod album eſt in gratia, & ſecundum veritatem, & ſecundum neceſſitatem fidei ex ſuppoſitione antecedenti per principium aſſignatum. Nam maius extremum in concluſione, quod eſt eſſe in gratia, coniungitur B cum minori extremo, quod eſt eſſe album medio termino, quod eſt, eſſe ritè baptizatum, cum quo maius extremum in minori coniungebatur de neceſſitate fidei: nec eſt variatio ſuppoſitionis, quia aliquod album, vt ſtat ſub medio termino, quod eſt eſſe ritè baptizatum, ſupponit pro eodem exiſtenti, pro quo ſupponebat maior; quare regulari poteſt per dictum de omni, quod fiet manifeſtum ſi ſyllogiſmus iſte priùs fiat in Datiſi modo tertiæ, & poſtea reducatur ad Darij modum primæ.

Præſcientia nō tollit contingentiam.

Quod præſcientia non tollat contingentiam, vide in qu. 4. Philoſophica, Corol. 1.

Vide ſuprà.

QVINTA DVBITATIO.

C *Vtrùm quinta pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, concluſio Theologica deducta in tertia tantùm figura ex maiori neceſſaria, tam de neceſſitate fidei, quàm de neceſſitate ex ſuis cauſis, ſequatur neceſſaria ex ſuppoſitione antecedenti ſecundum neceſſitatem fieri, & neceſſaria ſimpliciter ſecundum neceſſitatem ex ſuis cauſis.*

HÆc quinta pars Corollarij habet etiam peculiarem ſuam difficultatem, quia ſolùm verificatur in tertia figura, & non in prima, & ſecunda. 10.
In aſſignanda autem ratione huius diuerſitatis eſt difficultas. Pro ſolutione autem difficultatis faciemus tria. D Primùm aſſignabimus rationem quare valeat in tertia figura. Secundùm, quare non valeat in prima, & ſecunda. Tertiùm, quòd illa ratio, quæ militat in prima, & ſecunda non militat in tertia.

Cur in tertia figura concluſio hæc locum habere poſſit. Quantùm ad primum, ratio eſt quia quando maior, verbi gratia in Diſamis, vel in Darapti, modis tertiæ fuerit neceſſaria, & neceſſitate fidei diuinæ, quatenus, ſcilicet, ſubeſt diuinæ reuelationi, & etiam neceſſaria ex ſuis cauſis, tunc maior illa extenditur ad potens, & ſufficit ad ſui verificationem, vt ſupponat pro potenti; minor autem vniuerſalis, quia etiam eſt neceſſaria ex ſuis cauſis, ſupponit pro potenti, & exiſtenti, & ita ſequitur concluſio, tum vera, tum neceſſaria neceſſitate fidei ex ſuppoſitione antecedenti, E tum neceſſaria ſimpliciter neceſſitate ex ſuis cauſis, nulla ſuppoſita conſtantia ſubiecti. Quòd autem ſequitur concluſio vera, probatur, quia eſt ſuppoſitio pro eodem. Quòd autem ſecundò ſequatur concluſio neceſſaria neceſſitate fidei diuinæ ex ſuppoſitione antecedenti, probatur quia de medio termino, quod eſt obiectum formale, prædicatur maior extremitas de neceſſitate fidei diuinæ; ergo in concluſione prædicabitur de minori extremitate, quæ eſt ſubiectū materiale in cōcluſione neceſſitate fidei diuinæ ex ſuppoſitione antecedēti, quatenus ſcilicet,

Digitized by Google

ſcilicet, ſubeſt obiecto formali, vt patet ex dictis ſuprà; Quod autem tertiò ſequatur concluſio neceſſaria neceſſitate ex ſuis cauſis nulla ſuppoſita conſtantia ſubiecti, probatur, quia tam maior, quàm minor ſupponitur neceſſaria ex ſuis cauſis, quod non eſt ſic, quando maior eſt neceſſaria ex ſuis cauſis, & minor eſt de ineſſe, quia vt dictum eſt, maior ſupponit pro potenti. Explicatur exemplo, fiat ſyllogiſmus in Diſamis: Aliquod rationale eſt, tum de neceſſitate fidei diuinæ, tum de neceſſitate ex ſuis cauſis homo, ſequitur quòd aliquis homo ſit, tum de neceſſitate fidei diuinæ, ex ſuppoſitione antecedenti beatificabile, tum ſimpliciter de neceſſitate ex ſuis cauſis, quia vtraque præmiſſa eſt neceſſaria, ex ſuis cauſis. Fiat verò ſyllogiſmus in Diſamis ex maiori vniuerſali de ineſſe, clarè patebit, quòd nec ſecundum veritatem ſequatur concluſio; ſic ſyllogizando. Aliquod currens de neceſſario ex ſuis cauſis mouetur: omne currens eſt homo, ponatur ſic eſſe non ſequitur, ergo aliquis homo mouetur, neque de neceſſario, neque ſecundum veritatem. nam maior ad ſui verificationem ſufficit, vt ſupponat pro potenti, verbi gratia pro Antichriſto: at verò minor ſupponit pro exiſtenti, qui non eſt Antichriſtus, & ideo falſo concluditur, aliquis homo mouetur, vt dictum eſt ſuprà. At verò in exemplo ſuperiori maior ſupponebat quidem pro potenti, ſed minor quia erat neceſſaria, ſcilicet, omne rationale de neceſſario neceſſitate ex ſuis cauſis eſt homo, ſupponebat pro potenti, & exiſtenti.

Quare non valeat hæc concluſio in prima, & ſecũda figura.

Quantùm ad ſecundum, quare non valeat in prima, & ſecunda figura, verbi gratia, quare in Barbara ex præmiſſa de neceſſitate fidei diuinæ, ac neceſſitate ex ſuis cauſis, & minori, quæ videtur neceſſaria neceſſitate naturali ex ſuis cauſis, non ſequatur concluſio neceſſaria ſimpliciter, ſed ſimpliciter contingens ex ſuis cauſis, neceſſaria autem ex ſuppoſitione antecedenti, ratio hæc eſt, quia minor licet videatur neceſſaria ex ſuis cauſis, ſemper tamen eſt de ineſſe vt nunc. nam medius terminus prædicatur de minori extremitate in minori eo modo, quo accipiebatur in maiori, qui vt ſic acceptus prædicatur contingenter, ſeu de ineſſe vt nunc. Sed hoc, quod dictum eſt, indiget maiori explicatione, pro quo recolendum eſt, quod diximus in hac tertia quæſtione Philoſophica, quod applicando ad hanc materiam noſtram Theologicam, dicimus, quòd hæc propoſitio, *Omne rationale eſt beatificabile*, eſt neceſſaria ex ſuis cauſis, ſeu ex ſe, quia rationali non repugnat eſſe beatificabile, ſed eſt radix ſaltem remota beatitudinis: vt autem ſit neceſſaria neceſſitate fidei diuinæ, de qua modò loquimur, opus eſt, vt conceptus diuinus, qui eſt de beatificabilitate ſtet ſub actuali reuelatione, atque adeò, vt hæc propoſitio, Omne rationale eſt beatificabile, ſit neceſſaria modaliter de neceſſitate fidei diuinæ, ſic debet explicari: Omne rationale, quod ſtat ſub reuelatione diuina, quòd ſit beatificabile (& hoc totum eſt loco ſubiecti) eſt de neceſſitate fidei diuinæ, & etiam ex ſuis cauſis beatificabile. Vnde oritur, quòd minor etiam ſi videatur neceſſaria ex ſuis cauſis ſit de ineſſe. Nam cùm ſubſumitur hæc minor in illa propoſitione maiori, omnis homo eſt rationalis, eſt propoſitio de ineſſe, vt nunc. nam rationale, quod eſt medius terminus, debet prædicari de homine eo modo, quo erat acceptum in maiori, ſcilicet rationale, quod ſtat ſub actuali reuelatione diuina, quòd ſit beatificabile: hoc autem totum prædicatum, vt ſic ineſt homini, vt nunc, quia contingit homini, vt ſit rationalis vt ſtans ſub

Rationale eſt radix beatitudinis.

A actuali reuelatione diuina, ſicut hæc propoſitio eſt contingens, ſeu de ineſſe vt nunc, omne rationale eſt homo ridens; contingit enim rationali, quòd ſit homo, qui actu rideat, atque adeo concluſio eſt de ineſſe vt nunc, ſcilicet omnis homo eſt beatificabilis ex vi medij termini ſyllogiſtici, quatenus, ſcilicet, eſt rationalis, vt ſtans ſub actuali reuelatione, quod eſt beatificalis: ex ſuppoſitione tamen antecedenti eſt neceſſaria neceſſitate fidei diuinæ; nam homo quatenus rationalis, qui ſtat ſub diuina reuelatione, quod eſt beatificabilis, eſt de neceſſitate fidei diuinæ beatificabilis, & etiam eſt neceſſaria ex ſuis cauſis. Nam quòd homo ſit beatificabilis, habet ex eo, quia eſſentialiter eſt rationalis: quod autem concluſio B ſupponat conſtantiam ſubiecti, patet, quia ſupponit pro illo homine, qui erat acceptus in minori: at homo acceptus in minori ſupponebat pro exiſtenti, vt probatum eſt; ergo etiam in concluſione ſupponit pro exiſtenti, ſicut & in hoc ſyllogiſmo, Omne ridens eſt rationale: Petrus eſt ridens; ergo Petrus eſt rationalis, in quo ſyllogiſmo concluſio ſupponit conſtantiam ſubiecti, non quidem ſecundum ſe, ſed ex vi ſyllogiſtica, ex vi cuius concluditur quòd Petrus, quatenus eſt exiſtens ridens, eſt rationalis.

Prima obiectio.

Sed contra hæc obiiciuntur duo. Primum videtur, quòd concluſio ſequatur neceſſaria ex ſuis cauſis, nulla ſuppoſita conſtantia ſubiecti, quia homo C ex ſuo intrinſeco principio habet, vt non repugnet illi eſſe beatificabile. Reſpondetur ideò addidi, quòd ex vi medij termini ſyllogiſtici, vt dictum eſt, ſupponitur conſtantia ſubiecti; cùm tamen ex natura ſua, & à parte rei nullam ſupponat: tantùm igitur ſupponit conſtantiam ſubiecti ex vi medij termini ſyllogiſtici, ſicut & in hoc alio exemplo: Omne currens eſt animal: omnis homo eſt currens, ergo omnis homo eſt animal à parte rei; concluſio eſt neceſſaria, & nullam ſupponit cõſtãtiam ſubiecti, tamen ex vi medij ſyllogiſtici illam ſupponit, quia contingit de facto omnem hominem eſſe currentem, & multò clariùs pateret ſi maior eſſet de ineſſe; omne album eſt animal, omnis homo eſt albus, &c.

Solutio.

Obiectio.

Secundò obiicitur, in ſyllogiſmo Theologico facto, medius terminus ingreditur concluſionem; nam in minori dicebatur, omnis homo eſt rationalis, qui ſtat ſub actuali reuelatione, quòd eſt beatificabilis, & D in concluſione dicitur, quòd rationale eſt de neceſſitate fidei diuinæ beatificabile. Reſpondetur alio modo ſe habere beatificabile in minori, & in concluſione; nam in minori dicit cauſam, vnde oritur neceſſitas fidei in obiecto. ex eo enim, quia reuelatum eſt obiectum, oritur quædam neceſſitas in re ipſa, ſcilicet in obiecto, in propoſitione autem modali iſta neceſſitas ſe tenet ex parte prædicati: & ideo in concluſione totum hoc eſt prædicatum (de neceſſitate fidei beatificabile) at verò in minori beatificabile cõiungebatur cum actuali reuelatione, quæ erat cauſa neceſſitatis fidei, quæ quidem duo in maiori propoſitione benè explicabantur, cùm dicebatur, omne rationale, quod ſtat ſub actuali reuelatione E diuina, quòd ſit beatificabile (& hoc totum erat loco ſubiecti) eſt de neceſſitate fidei diuinæ beatificabile. & hoc totum eſt prædicatum.

Quantùm ad tertium, licet ex dictis facile colligi poſſit diuerſitas rationis, tamen ad maiorem claritatem oſtendemus, quòd in tertia figura non militat cadẽ ratio, quæ fuit aſſignata in prima, & ſecunda ratio; autem diuerſitatis eſt iſta, quia in tertia figura, ſiue maior ſit vniuerſalis, vt in Datapti, ſiue particularis, vt in Diſamis, medius terminus ſubiicitur,

Cur in tertia figura valeat iſta cõcluſio.

atque adeo etiam ſi in minori accipiatur eo modo, vt eſt acceptus in maiori, numquam variabitur, verbi gratia, fiat ſyllogiſmus in Darapti, Omne rationale eſt homo, ſequitur, quòd aliquod beatificabile eſt homo de neceſſario ex ſuppoſitione antecedenti neceſſitate fidei diuinæ, & neceſſaria ſimpliciter neceſſitate ex ſuis cauſis nullam ſupponens conſtantiam ſubiecti. Nam etiam minor in illo ſyllogiſmo eſt neceſſaria ex ſuis cauſis ſimpliciter nullam ſupponens conſtantiam ſubiecti: ſic enim clariùs reſoluitur ſyllogiſmus; Omne rationale, quod ſtat ſub actuali reuelatione quòd ſit beatificabile, eſt de neceſſario neceſſitate ex ſuis cauſis, & etiam de neceſſario neceſſitate fidei diuinæ beatificabile: ſed omne B rationale, quod ſtat ſub actuali reuelatione, quòd ſit beatificabile, eſt homo: ergo, &c. Iam patet quòd minor eſt neceſſaria, quia ex ſuis principiis homo prædicatur neceſſariò de rationali etiam, vt ſubſtat diuinæ reuelationi. quòd ſi Darapti conuertatur ad Darij, ita vt totum illud quod erat ſubiectum in minori per conuerſionem fiat prædicatum, iam minor erit de ineſſe vt nunc, verbi gratia, omne rationale, quod ſtat ſub actuali reuelatione diuina, quòd eſt beatificabile, eſt de neceſſitate fidei diuinæ beatificabile, minor conuertatur hoc modo; aliquis homo, eſt rationale, quod ſtat ſub actuali reuelatione diuina, quòd eſt beatificabile; ergo aliquis homo eſt beati- C ficabilis. Minor ſupponit conſtantiam ſubiecti, quia contingit de facto, quòd aliquis homo, ſit rationale, quod ſtat ſub actuali reuelatione, quòd ſit beatificabile (quod totum eſt loco prædicati;) at verò in tertia figura hoc totum, quod in prima eſt prædicatum, in ipſa tertia erat ſubiectum, & ideò minor in tertia erat neceſſaria, idem etiam patet exemplificando in ſecunda figura, propter eamdem rationem, quia in ſecunda figura medius terminus eſt prædicatum, atque adeo ſupponit conſtantiam ſubiecti in materia contingenti.

QVÆSTIO TERTIA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia tertij Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet concluſio Theologica, vt explicata, per præmiſſam naturalem ſit certa de fide diuina.

Hanc materiam tangunt Scholaſtici citati ſuprà in ſecundo Corollario, & inter recentiores Vega lib. 9. in Trident. cap. 39. Valentia prima ſecundæ diſp. 8. quæſt. 4. punct. 4. & ſecunda ſecundæ diſp. 5. quæſt. 1. punct. 2. Cardinalis Bellarm. ſatis benè vt ſolet tom. 3. controuerſ. 3. lib. 3.

HANC QVÆSTIONEM, VT diſtinctius procedamus, diuidimus in quatuor dubitationes.

I. *An aliqua concluſio Theologica, vt explicata, ſit de fide, & an hoc ſit contra noſtrum tertium principium philoſophicum.*

II. *Qualiſnam debeat eſſe præmiſſa naturalis ad* A *hoc, vt ſufficienter explicet concluſionem de fide.*

III. *An omnes concluſiones Theologicæ, vt explicatæ per præmiſſam naturalem euidenter certam, ſint de fide.*

IV. *In quo differat concluſio Theologica, vt explicata ab alijs propoſitionibus de fide.*

PRIMA DVBITATIO.

An aliqua concluſio Theologica, vt explicata, ſit de fide, &c.

CIRCA primam dubitationem inſurgit ſtatim ratio dubitandi, quia videtur ſententia Corollarij, quòd, ſcilicet, concluſio Theologica, vt explicata ſit de fide diuina, eſſe contra hoc tertium noſtrum principium philoſophicum. nam cùm ad aſſenſum concluſionis Theologicæ, vt explicatæ, requiratur diſcurſus Theologicus, qui eſt naturalis, & aliquando altera præmiſſarum etiam eſt naturalis, non poteſt certitudo concluſionis excedere certitudinem diſcurſus, ſeu præmiſſæ naturalis, quia ex principio aſſignato concluſio ſequitur debiliorem partem, ſicut à pari in primo Corollario huius tertij principij probauimus, quòd concluſio Theologica deducta non eſt de fide, quia ad illam requiritur diſcurſus, qui eſt naturalis. 1.

Propter hanc rationem dubitandi aliqui Scholaſtici exiſtimarunt concluſionem Theologicam, vt explicatam non eſſe de fide. 2. Prima opinio.

Sed hac ratione dubitandi non obſtante, dico cũ Vega lib. 9. in Tridentin. cap. 39. & cum Cardinali Bellarmino, & communiori Scholaſticorum eſſe de fide. 3. Verior ſententia Vegæ & Cardinalis Bellarm. grauiſſimi Doctoris.

Pro cuius explicatione notanda eſt priùs differẽtia inter concluſionem Theologicam, vt deductam, & vt explicatam; hæc autem eſt, quòd concluſio Theologica, vt explicata, quamuis ſit eadem materialiter cum deducta, formaliter tamen, quatenus explicata differt à deducta, quia deducta innititur diſcurſui naturali tanquam rationi formali aſſentiendi. At verò concluſio Theologica, vt explicata, non innititur diſcurſui tanquam rationi formali, ſed tantùm illum prærequirit tanquam conditionem explicantem illam concluſionem, quæ erat deducta, eſſe à Deo immediatè reuelatam in aliqua præmiſſa de fide, in qua implicitè continebatur, quare non oportet concluſionem Theologicam, vt explicatam, ſequi debiliorem partem illius diſcurſus, ſicut etiam in naturalibus, vt in primo dubio quæſtionis philoſophicæ probatum eſt, concluſio naturalis, vt explicata, maiorem habet certitudinem, & euidentiam, quàm vt deducta ex diſcurſu, exempli gratia, vt ibidem exemplificauimus, quidditas rei certiùs, & euidentiùs habetur per definitionem, quæ eſt prima operatio, quàm per diſcurſum à poſteriori. Notandum. *Differentia inter concluſionem explicatam, & deductam.*

Confirmatur hæc noſtra ſententia, quia quando proponitur aliquid ſufficienti propoſitione, vt à Deo dictum, eſt credendum fide diuina, ſed cùm reuelatur aliqua propoſitio de fide, reuelatur ſecundùm naturam ſuam, quæ quidem ex natura rei reuelatæ ſufficienter proponitur, & explicatur per præmiſſam naturalem euidentem, & certam certitudine naturali, cui non poteſt ſubeſſe falſum: ergo illi aſſentiendum eſt de fide. Maior eſt ſatis nota in materia de fide 2. 2. quæſt. 1. ideo enim myſteria noſtræ fidei ſunt à nobis credenda, quia ſufficienter ſunt propoſita *Fide diuina credendum quicquid reuelatum eſt à Deo ſcitur*

ſita per miracula,& alia ſigna.ſi ergo datur præmiſſa naturalis euidens, & certa,quæ ſufficienter etiam applicat,& explicat propoſitionem de fide, tenetur quilibet aſſentiri illi propoſitioni explicatæ tamquã propoſitioni de fide ſi habeat cognitionem illius præmiſſæ naturalis. Minor probatur, quòd ſcilicet, præmiſſa naturalis euidens,& certa applicet, & explicet propoſitionem vt credendam de fide, quia vt dictum eſt,cùm aliquid reuelatur, reuelatur ſecundùm naturam ſuam,quæ natura explicatur per præmiſſam naturalem:quia alioquin poſſet aliquis dicere,quòd Chriſtus non ſit homo. Nam licèt ſit de fide,quòd Chriſtus eſt homo,poſſet tamen aliquis dicere; quòd eſt homo,& non eſt homo, quia non eſt de fide; quòd duo contradictoria non poſſint eſſe ſimul vera, quod tamen eſt abſurdum, & ratio non eſt alia, niſi quia cùm reuelatur, quòd Chriſtus eſt homo,reuelatur ſecundùm naturam ſuam, quæ natura explicatur per lumen naturale, quòd ſcilicet, non poſſit eſſe homo,& non homo. Aliqui conantur eludere argumentum,dicentes, hoc primum principium,ſcilicet, duo contradictoria non poſſe eſſe ſimul vera, habere omnem certitudinem imaginabilem; & cùm illis obiicitur,fidem eſſe certiorẽ omni principio naturali,reſpondent excipiendo hoc principium, quia ab illo pendet omnis certitudo, etiam veritas fidei, quoniam ſi principium illud non eſſet verum, etiam nulla propoſitio de fide eſſet vera, ita videtur tenere Zumel 1.p.q.1.art.5. quæſtione ſua vnica, ſecundo notabili. Sed contrà arguitur,primò quia hoc eſt contra communem Scholaſticorum, & præcipuè D.Thom.in 3.diſt.23. vbi habet certitudinem fidei excedere omnem certitudinem naturalem. Secundò arguitur, quia veritas prima reuelans eſt ratio formalis aſſentiendi propoſitioni de fide; ſed illa eſt in infinitum excedens quamlibet certitudinem naturalem,quia eſt ſuperioris ordinis,ſcilicet diuini, ergo, &c. Tertiò arguitur, quia quilibet fidelis eſt paratus potiùs dubitare de quacumque re euidenti, quàm de fide, ſecundum Auguſtinum ſuprà citatum, qui fatebatur potiùs dubitare ſe videre, quàm non eſſe id, quod credebat. Ad rationem dubitandi patet ex dictis.

Duo contradictoria non poſſunt eſſe ſimul vera, quo modo hoc ſit verũ.

Zumel.

D. Thom. *Certitudo fidei excedit omnem certitudinẽ naturalem.*

Auguſt.

SECVNDA DVBITATIO.

Qualiſnam debeat eſſe præmiſſa naturalis, ad hoc, vt ſufficienter explicet concluſionem de fide.

4. *Prima opinio Vegæ,& Valentiæ.*

PRima opinio Vegæ lib.9. in Tridentin. cap.9. & Valentiæ 1. 2. diſp.8. quæſt.4. punct.4. aſſerentium præmiſſam naturalem explicantem debere eſſe ita certam, & euidentem, vt impoſſibile ſit illi ſubeſſe falſum.

5. *Primum argumentum pro prima opinione.*

Probatur primò, quia propoſitio de fide debet debitè applicari, non autem applicatur debitè, ſi illi poteſt ſubeſſe falſum. ſicut enim, ſi nulla eſſet applicatio, non daretur illa propoſitio de fide; ita etiam pariter,quando talis daretur applicatio,quæ non certificaret intellectum de ipſa debita applicatione, ſed relinqueret cum timore de oppoſito.

Secundò probatur, quia alioquin aliquis vir ſanctiſſimus poſſet eſſe certus de fide diuina ſe eſſe in gratia: ſed hoc eſt contra ſcripturas, & determinationem Tridentini; ergo,&c. Sequela maioris probatur,quia datur maior de fide,verbi gratia: Omnis contritus eſt in gratia: minor certa moraliter, cui tamen poteſt ſubeſſe falſum, ſcilicet, ego ſum contritus, quam certitudinem habuerunt multi ſanctiſſimi viri: ergo ſequeretur, quòd concluſio, ſcilicet, ego ſum in gratia, eſſet de fide, quatenus eſt explicata per minorem certam moraliter explicantem maiorem de fide, & ponentem hanc concluſionem ſub illa maiori reuelata.

Secunda opinio Medinæ 1.2.q.112. art.5.concl. 3. & videtur Bellarmini tom. 3. Controuer. lib. 2. cap. 8. aſſerentium ſufficere, ſi præmiſſa naturalis ſit certa moraliter, quod quidem probari poteſt ex eo, quia ſola certitudo moralis applicat Concilium Tridentinum eſſe legitimè congregatum, & hunc ſummum Pontificem Clementem Octauum definientem propoſitionẽ de fide eſſe legitimè electum.

6. *Sententia auctoris. Prima aſſertio. Concluſio Theologica, vt explicata per rationem naturalẽ eſt de fide.*

Dico primò, concluſio Theologica, vt explicata per præmiſſam naturalem, euidenter certam, cui non poteſt ſubeſſe falſum, eſt de fide diuina,ratio eſt, quia ſufficienter proponitur, vt à Deo dicta. hæc prima aſſertio eſt communis, & ſatis patet ex probationibus factis in prima opinione.

7. *Secunda aſſertio.*

Dico ſecundò, ad credendum de fide diuina aliquam propoſitionem, ſufficit aliquando, vt illa applicetur,& proponatur per ſigna aliqua,quæ faciant certitudinem moralem excludentem moraliter omnem metum, licet tali certitudini naturaliter poſſet ſubeſſe falſum. Hæc ſecunda aſſertio, antequam ad illam probandam afferamus rationem fundamentalem,in duobus caſibus verificari poteſt. Primus caſus eſt, cùm in teſtimonium propoſitionis,quæ proponitur vt credenda de fide diuina,adducitur à proponente aliquod miraculum.nam in hoc caſu ſecundum communem Theologorum, teneretur homo credere fide diuina obiectum propoſitum,quia alioquin iniuriam faceret Deo ſufficienter proponenti, & tamen manifeſtum eſt, quòd miraculo,quantùm eſt ex natura ſua,poteſt ſubeſſe falſum,quatenus homini poteſt apparere miraculum, & tamen reuera non eſſe miraculum, vt patet in reſurrectione mortui, quia poſſet Dæmon aſſiſtens illi corpori, facere illas operationes.Sed hoc non obſtante, tenetur homo credere, quod proponitur moraliter ſufficienter per miraculum,quia ſecundum communem Theologorum,facta tali ſufficienti propoſitione, tenetur Deus concurrere ad veritatem miraculi.

Primus caſus in quo ſufficit certitudo moralis ad applicandum propoſitionem de fide.

8. *Quid ſentiat Durandus circa primũ caſum.*

Solus Durandus quæſt. 2. Prologi contra communem Theologorum tenet, quòd etiam tali ſufficienti propoſitioni per miraculũm poteſt ſubeſſe falſum,non ſolùm ex natura ſua;quod eſt manifeſtum, ſed quia Deus non tenetur concurrere ad veritatem ipſius miraculi, quod quidem probat primò: Quia,ſi Deus reuelaret tale miraculum alicui,quod facturus eſſet tali die, & hora, tunc ſi ille, cui facta eſt reuelatio, proponeret populo ad credendum ad confirmationem ſuæ doctrinæ falſæ, quòd facturus eſſet tali die & hora illud miraculum,profecto ſufficienter(inquit)proponeret; & tamen non propterea Deus teneretur non concurrere ad miraculum reuelatum, quia non propterea concurreret ad falſum; ſicut à pari, ſi aliquis ſacerdos vteretur poteſtate tranſſubſtantiandi corpus Chriſti in maleficium perpetrandum, non diceretur Deus concurrere ad malum. Probat ſecundò, quia, ſi Deus daret gratiam ſanitatum alicui, & ille abuteretur in malum, non diceretur Deus concurrere ad malum:eodem etiam modo Deus non concurreret ad teſtificandum falſum, cùm concurreret ad faciendum miraculum reuelatum,quia non faceret Deus propter illum finem, propter quem alius faceret ad decipiendum hominem,quamuis permitteret homines decipi.Sed in hac ſua opinione Durandus non benè perſpexit naturam

Impugnatur Durandus.

Digitized by Google

naturam ſufficientis propoſitionis; non enim intel- A ligitur ſufficiens propoſitio per miraculũ, niſi quando non apparet, quòd poteſtas faciendi miracula, ſeu vſus eius ſint data ad alium finem, quàm ad teſtificandum veritatem, vt à Deo dictam, præſertim ſi adſit ſanctitas proponentis, & ſanctitas doctrinæ propoſitæ, & rectitudo cordis, cui proponitur, & euidentia miraculi, quia tunc euidens eſt moraliter, & certò credendum, quòd Deus non permitteret per tale miraculum decipi homines, quia alioquin tolleretur à Deo ſumma auctoritas reuelandi hominibus modo conuenienti pro hac via. Nam alius modus, quòd ſcilicet videatur Deus, vt dicens illam propoſitionem immittendo ſpeciem illius obiecti repræſentatiuam in intellectu hominis, & videatur etiam Deus, quòd mentiri non poſſit, & quòd moueat ad aſſenſum talis veritatis dictæ, non eſt communiter congruus homini in ſtatu viæ: pertinet igitur ad diuinam prouidentiam, vt dicit Chryſoſtomus homil. de Diuina prouidentia, & Richardus de ſancto Victore, vt Deus non permittat, vt illi propoſitioni ſufficienter propoſitæ per euidentiam moralem ſubſit falſum.

Chryſoſt. Richard.

9\. Soluuntur argumenta Durandi cõtra hũc primũ caſum. *Deus non tenetur poteſtates datas ad bonũ impedire ne quis ad malum vtatur.*

Ad argumenta Durandi contra hunc primum caſum facilè reſpondetur ex dictis, huiuſmodi poteſtates apparere eſſe datas ad alios vſus; & ideò non tenetur Deus impedire, ne aliqui vtantur ad ſuum malum finem, & vt ſic non videtur ſufficienter applicatum miraculum ad teſtificationem propoſitionis, ideo non tenetur Deus non concurrere ad miracula ratione primæ veritatis, nec etiam ratione infinitæ bonitatis, quia ad malum vſum operantis Deus non concurrit mouendo operantem.

10\. Secũdus caſus in quo ſufficit certitudo moralis ad applicandum propoſitionẽ de fide. *Clemẽs VIII. vel vt nunc eſt Paulus V. eſt verus & legitimus Põtifex & Cõcilium Tridentinum legitimũ. quomodo ſit de fide diuina.*

Secundus caſus eſt, ad verificationem huius ſecundæ aſſertionis, quòd hic Clemens Octauus ſit verus ſummus Pontifex, ritè, & Canonicè electus, eſt de fide diuina, præſertim cùm aliquid proponit credendum; præterea quòd Concilium Tridentinum ſit legitimè congregatum; & tamen illa Canonica electio Pontificis, & legitima congregatio Concilij Tridentini non habetur niſi per fidem humanam præcedentem, cui poteſt ſubeſſe falſum ex natura ſua: pertinet autem ad diuinam prouidentiam non permittere, vt ſubſit falſum, ſed peculiari quodam auxilio concurrere, vt fides humana de Canonica electione, & de ſufficienti propoſitione non fallat Eccleſiam, quia alioquin etiam poſſemus dubitare de articulis fidei, propoſitis ab ipſo Pontifice, cui tamen fidei humanæ in electione alterius poteſtatis temporalis poſſet ſubeſſe falſum, non ſolùm ex natura ſua, ſed quia Deus non teneretur concurrere, ne talis fides humana falleret.

11\. Et quidem in his duobus caſibus, ſeu exemplis exiſtimo, nec à prima opinione negari, quòd certitudo, ſcilicet moralis excludens moraliter omnem metum, ſit ſufficiens ad applicandum propoſitionem tamquam de fide credendam, ſed prima opinio negat fortè in aliis caſibus.

Ratio fundamentalis pro primo caſu allato, cum ſcilicet proponitur aliquod credendum per miracula.

Ratio autem à priori, quare in his duobus caſibus certitudo moralis ſit ſufficiens: in primo quidem caſu de certitudine morali, quæ habetur per miraculum, hæc eſt, quia propoſitio de fide explicitè, & immediatè reuelatur à Deo, & tantùm requiritur certitudo moralis ad applicandum, quod Deus dixit: applicat autem hoc Deus per miraculum, quod fit à proponente, cuius poteſtas, & vſus ad facienda miracula non apparet datus ad alium vſum, quàm ad teſtificandam veritatem, vt à Deo dictam, & ideo clarum eſt pertinere ad diuinam prouidentiam, non permittere decipi hominem per tale miraculum, vt explicatum eſt in primo caſu; hæc autem ratio non militat in concluſionibus Theologicis, vt explicatis, quæ non immediatè per miracula ſufficientia proponuntur à Deo vt credenda, ſed mediatè, & implicitè continentur in aliqua propoſitione reuelata, & explicitè deducuntur per ſyllogiſmum Theologicum. In ſecundo verò caſu difficilius eſt aſſignare rationem, quia propoſitio illa particularis de obiecto contingenti, quòd, ſcilicet, hic Clemens Octauus ſit verus Summus Pontifex, & quòd hoc Concilium Tridentinum ſit legitimè congregatum, non immediatè reuelatur à Deo per miracula ſufficientia. ſed videtur implicitè reuelatum in illa propoſitione vniuerſali, quòd omnis electus legitimè in Pontificem ſit verus Pontifex, & quòd omne B Concilium legitimè congregatum ſit verum Concilium, cui aſſiſtat ſpiritus ſanctus; fides autem humana applicat propoſitionem particularem contingentem, quòd ſcilicet, hic ſit legitimè electus in Pontificem, aut quòd Concilium legitimè congregatum, ſicut applicat in aliquo alio electo in Principem temporalem ſiſtendo in fide humana præcisè.

Hæc ratio non militat in cõcluſione Theologica vt explicata. 12.

Ratio cur hic Pontifex ſit verus & legitimus, & Cõcilium eſt quomodo fide diuina habeatur.

Ratio fundamentalis pro ſecundo caſu allato, quòd ſcilicet, hic Pontifex ſit verus Põtifex.

Exiſtimo tamen hanc rationem poſſe aſſignari, quòd illa maior vniuerſalis, quæ explicitè eſt reuelata, ſcilicet, quòd omnis electus legitimè in Pontificem, ſit verus Pontifex, cui aſſiſtat Spiritus ſanctus, intendatur reuelata primariò propter hanc particularem contingentem, quod patet manifeſtè, quia non videtur habere alium finem, niſi hunc, vt credatur, quod hic, vel alius in ſingulari ſit ſummus Pontifex, C & quòd hoc Concilium, vel aliud in ſingulari ſit legitimè congregatum. nam tenetur homo credere de fide diuina determinationes factas ab hoc Pontifice, & ab hoc Concilio.

13\. *Deus tenetur aſſiſtere peculiari concurſu, ne falſum ſubſit veri Pontificis electioni.*

Hinc ſequuntur duo. Primùm, quòd certitudo illa moralis, quæ requiritur ad hanc particularem applicandam, intelligitur reuelata in illa maiori, vt ſufficiens, atque adeò tenetur Deus peculiari concurſu aſſiſtere, ne tali certitudini ſubſit falſum, hoc autem peculiari concurſu non concurrit ad certitudinem moralem, quæ habetur de electione alicuius Principis temporalis, atque adeò poteſt huic ſubeſſe falſum, & non illi. Secundò ſequitur, quòd talis propoſitio particularis contingens ſit credenda, vt immediatè propoſita ab Eccleſia omnibus fidelibus, D verbi gratia, quòd hoc Concilium ſit legitimè congregatum, proponitur ab ipſo Pontifice, quòd verò hic ſit ſummus Pontifex, proponitur ab Eccleſia, atque etiam ab ipſomet Pontifice, qui eſt caput, qui etiam ſe ipſum proponit tãquam verum Pontificem, præſertim cùm aliquid definit de fide.

Hæc ratio allata pro ſecundo caſu non militat in cõcluſione Theologica, vt explicata.

Hæc autem ratio ſic explicata non videtur habere locum in aliis concluſionibus Theologicis, quæ explicantur, per aliquam præmiſſam certam tantùm moraliter, quia huiuſmodi concluſiones Theologicæ non apparent, quòd primariò intendantur reuelatæ in propoſitione de fide expreſsè reuelata, verbi gratia, cùm reuelatur, quòd omnis contritus eſt in gratia, non videtur primariò intendi à Deo, quòd ego credam me eſſe contritum, vt dicemus in ſexto E Corollario: ſed illa maior reuelata habet ſuum finem, qui primariò intenditur, vt ſcilicet credatur, quòd contritus, vt contritus, ſit in gratia, & ſic de aliis; vnde ſequitur, quòd non videtur Deus teneri ad aſſiſtendum certitudini morali, quæ haberi poteſt de propoſitione contingenti particulari, quæ continetur ſub illa maiori vniuerſali, nec talis propoſitio particularis contingens proponitur ab ipſa Eccleſia.

14\. Tertia aſſertio.

Tertiò dico, non eſſe improbabilem opinionem aliquorum recentiorum exiſtimantium non ſolùm in illis

Digitized by Google

in illis duobus caſibus poſitis in ſecundo dicto, ſed etiam in aliis concluſionibus Theologicis, vt explicatis, ſufficere, dummodò præmiſſa naturalis explicans præmiſſam de fide, ſit certa moraliter excludens omnem metum.

Conditiones requiſita, vt fides humana faciat diuinam.

Addo tamen huic opinioni, quòd talis concluſio Theologica debet habere duas conditiones. Primam ſcilicet, vt ſit de obiecto particulari contingenti; quia, cùm de illo non poſſit haberi alia certitudo naturaliter, quàm moralis, hæc videtur ſufficiens ad explicandum præmiſſam de fide. Secundam, quòd aliunde non conſtet Deum nolle includere implicitè in præmiſſa de fide reuelata concluſionem Theologicam, & per has duas conditiones patet reſponſio ad duo argumenta primæ opinionis quæ militant cōtra hoc tertium dictum.

Ad primum enim poſſent illi recētiores reſpondere per primam conditionem. negari enim poteſt certitudinem moralem non ſufficienter explicare propoſitionem de fide, quando non poteſt haberi alia certitudo naturaliter de obiecto, ſicut eſt in caſu noſtro de particulari contingenti.

Ad ſecundum reſpondere poſſent per ſecundam conditionem: cùm enim Deus reuelat hanc propoſitionem, *Omnis contritus eſt in gratia*, iam aliunde conſtat ex Scripturis, & Patribus, quòd non vult reuelare implicitè hanc propoſitionem particularem contingentem: Ergo ſum in gratia; & conſequenter non tenetur Deus particulariter aſſiſtere, ne certitudo moralis, quæ habetur de propria gratia, ſit fallibilis, vt fusè oſtendemus infrà in Corollario ſexto de hac materia.

TERTIA DVBITATIO.

Vtrum omnes concluſiones Theologicæ, vt explicatæ, per præmiſſam naturalem euidentem, & certam ſint de fide.

15\. *Valentia opinio nō eſſe de fide, concluſionẽ Theologicas quæ habentur ex præmiſſa naturali vera.*

EST opinio Valentię 2.2. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 2. qui exiſtimat, nō omnes concluſiones Theologicas, per præmiſſam naturalem certam, etiam cui non poſſit ſubeſſe falſum, eſſe de fide; quando ſcilicet præmiſſa de fide eſt particularis; & præmiſſa naturalis, etiam ſi ſit euidens, & certa, eſt vniuerſalis, quia tunc concluſio Theologica, vt explicata, non eſt de fide; verbi gratia, hæc concluſio Theologica, Chriſtus eſt riſiuus, non eſt de fide, quia maior, quæ eſt vniuerſalis eſt naturaliter certa; ſcilicet, omnis homo eſt riſiuus: minor autem, quæ eſt de fide, eſt particularis: ſcilicet *Chriſtus eſt homo*, cuius ratio eſt, quia concluſio includitur in maiori vniuerſali, quæ eſt certa naturaliter; eſt enim Chriſtus riſiuus quatenus homo, de homine autem prædicatur riſiuum naturaliter: concluſio igitur illa Theologica neque explicitè in ſe formaliter, neque implicitè virtualiter in præmiſſa naturali eſt reuelata: igitur non poteſt eſſe de fide.

16\. *Sententia autoris. Prima Aſſertio.*

DICO primò; quando concluſio Theologica, vt deducta, habet certitudinem obiectiuam de fide, ex parte ſcilicet, obiecti formalis vt quod, tunc certum eſt, quod concluſio Theologica vt explicata, habet certitudinem formalem de fide; ratio eſt, quia illa concluſio includitur implicitè in maiori reuelata, quæ expreſsè eſt reuelata in ſenſu formali, minor autem naturalis explicat, quòd obiectum materiale includitur ſub illo formali reuelato; verbi gratia, cùm reuelatur, quòd omnis homo eſt à Chriſto redemptus, tunc in ſenſu formali expreſsè reuelatur,

A quòd homo, vt homo, eſt à Chriſto redemptus; in ſenſu autem materiali, quòd hic, & hic ſit redemptus implicitè reuelatur. Cùm igitur aſſumitur minor explicans, quòd *Ego ſum homo*, iam ſequitur concluſio de fide ex parte obiecti, quòd ſcilicet, quatenus homo, ſum à Chriſto redemptus; vnde fit, vt iſta concluſio ſic explicata, ſit de fide, quia iam ſufficienter per præmiſſam naturalem obiectum materiale ponitur ſub formali; quæ autem concluſiones Theologicæ, vt deductæ, ſint de fide ex parte obiecti formalis vt quòd: ſatis explicatum eſt in quæſtione philoſophica, & ſuprà in Corollario de hac materia; Breuiter ſit.

Prima regula in prima, & tertia figura tunc eſt, quando maior affirmatiua vniuerſalis eſt de fide.

B Secunda regula, in omni figura, quando vniuerſalis negatiua eſt de fide. *Regula in hac materia notanda.*

Tertia regula, de qua eſt maior difficultas in tertia figura in Diſamis, quando maior particularis eſt de fide de prædicato contingenti, & minor vniuerſalis eſt naturalis de prædicato de ineſſe; verbi gratia. Aliquis ritè baptizatus de fide eſt, quòd ſit in gratia: omnis ritè baptizatus eſt Chriſtianus, ſequitur concluſio de fide ex parte obiecti; quòd ergo aliquis Chriſtianus eſt in gratia, neque eſt contra Ariſtotelem aſſerentem, quòd in Diſamis maiori exiſtenti de neceſſario, concluſio nec ſequatur de neceſſario, nec ſecundum veritatem, quia maior ampliatur ad eſſe potens tale. Nam eſt de prædicato C neceſſario: at verò in caſu noſtro maior eſt de prædicato contingenti ſimpliciter, quia, quamuis poſitio de fide dicat neceſſitatem immutabilitatis reſpectu intellectus diuini, tamen cùm neceſſitas ſit extrinſeca, & conſequens non facit ſupponere pro potenti eſſe tale, ſed pro exiſtenti, ſicut ſupponit minor: quare non eſt variatio in ly *Aliquis* in maiori: & in concluſione, quia in concluſione ly *Aliquis* vt ſtat ſub medio termino, ſupponit pro eodem, pro quo ſupponebat in maiori, quod non eſt ſimile, quando maior eſt neceſſaria neceſſitate ex ſuppoſitione antecedenti; vt fuſiùs viſum eſt in ſecundo Corollario.

Verùm, quando concluſio Theologica, vt deducta, non eſt de fide ex ſuppoſitione ex parte obiecti 17.
D formalis, vt quòd, An vt explicata habeat certitudinem formalem de fide, maiorẽ habet difficultatem, ratio autem maioris difficultatis eſt, quia talis concluſio Theologica includitur implicitè naturaliter in propoſitione vniuerſali naturali, non ergo videtur reuelata virtualiter; v.g in exemplo allato à prima opinione, quòd Chriſtus ſit riſiuus, includitur in illa maiori vniuerſali naturali, ſcilicet omnis homo eſt riſiuus, eſt igitur Chriſtus riſiuus, quatenus homo; de homine autem dicitur riſiuus certitudine naturali. non ergo hæc concluſio Chriſtus eſt riſiuus, ita clarè apparet, quòd ſit de fide, ſicut apparet illa concluſio, Ego ſum redemptus à Chriſto, ex illo antecedenti de fide, quòd omnis homo eſt redemptus à Chriſto: nam talis concluſio includitur E in illa maiori vniuerſali, quæ eſt de fide; ſcilicet omnis homo eſt redemptus à Chriſto; ego autem ſum redemptus, quatenus homo, de homine autem dicitur, eſſe redemptum, de fide.

Quæ autem ſint huiuſmodi concluſiones, quæ vt deductæ non ſunt de fide, ex parte obiecti formalis, vt quòd, ſatis diffusè diximus in ſecundo Corollario, breuiter applicando noſtro propoſito ſit hæc prima regula. In omni figura quando maior vniuerſalis affirmatiua eſt naturalis, tunc concluſio non ſequitur de fide ex ſuppoſitione ex parte obiecti *Regulæ applicantur inſtituto.*

Digitized by Google

formalis , vt quod ; & ratio eſt, quia prædicatum concluſionis non coniungitur cum medio termino, vel diſiungitur ab illo de fide vniuerſaliter in aliqua præmiſſa:quare neque in concluſione prædicatum concluſionis coniungetur cum ſubiecto de fide ex ſuppoſitione, ſeu ex parte obiecti formalis , vt quòd,quia cũ medio termino,quod eſt obiectũ formale,vt quòd,mediante quo in cõcluſione coniũgitur cũ ſubiecto,non cõiungitur cum aliqua præmiſſa vniuerſaliter de fide, vel diſiungitur ab illa,vt ſatis eſt explicatum in Corollario ſecundo. Hac tamen ratione dubitandi non obſtante,dico ſecundò,quòd talis concluſio , quamuis vt deducta non ſit de fide ex ſuppoſitione ex parte obiecti formalis, vt quòd, habet tamen vt explicata certitudinem formalem de fide.

Secunda aſſertio.

18. Probatur hæc ſecunda aſſertio.

Probatur , quia ſufficienter proponitur vt dicta à Deo ; ergo eſt credenda de fide. Conſequentia patet ex dictis in ſuperiori dubio. Antecedens probatur,quia cùm reuelatur propoſitio de fide,v.g.quòd Chriſtus eſt homo , reuelatur ſecundum naturam ſuam , ſcilicet ſecundum omnia ea , quæ integrant naturam hominis,ſed per maiorem naturalem, ſcilicet,omnis homo eſt riſiuus,explicatur, quòd ad naturam hominis tamquam propria paſſio ſpectat eſſe riſiuum, ergo ſufficienter proponitur per præmiſſam naturalem, cui nõ poteſt ſubeſſe falſum,quòd Chriſtus ſit riſiuus.

Duo contradictoria non poſſunt de eodẽ verificari.

Secundò probatur,quia de fide eſt expreſsè reuelatum, quòd Chriſtus eſt homo , & tamen contra eandem fidem eſt aſſerere Chriſtum non eſſe hominem ,' quia non poteſt eſſe homo , & non homo, hoc autem fundatur in illo principio naturali , quòd duo contradictoria non poſſunt de eodem verificari ; ſupponitur autem non eſſe reuelatum,quòd falſum ſit aliquem poſſe eſſe ſimul hominem , & non hominem,& tamen concedunt eſſe contra fidem dicere,quòd Chriſtus non ſit homo. Præterea de fide eſt quòd Chriſtus eſt animal rationale,& tamen habetur ex eo , quia continetur in illa reuelata , quod ſcilicet, Chriſtus eſt homo,& explicatur per illã naturalẽ, omnis homo eſt animal rationale ; & tamen hæc concluſio, Chriſtus eſt animal rationale, vt deducta , non eſt de fide ex parte obiecti formalis , vt quòd, neque in ſenſu formali, quia ſupponitur non eſſe reuelatum,quòd omnis homo eſt animal rationale. Nec obſtat,quòd cùm reuelatur,quòd Chriſtus eſt homo,immediatè reuelatur,quòd habet veram naturam humanam. Nam natura humana tamquam conceptus obiectiuus immediatè reuelatur, quòd autem talis natura humana ſit animal rationale,hoc habetur per præmiſſam naturalem.

19. Reſp.ad arg. paulò antè allatum.

Ad rationem verò dubitandi ſuprà paulò antè allatam,& ad argumentum primæ opinionis,reſpondetur,quòd concluſio , ſcilicet, Chriſtus eſt riſiuus, implicitè reuelatur in illa minori , ſcilicet Chriſtus eſt homo , per maiorem autem naturalem explicatur , quòd riſibilitas pertineat ad naturam hominis. Pro cuius rei maiori explicatione , notandum eſt, quòd concluſio Theologica quatuor modis poteſt explicari per præmiſſam naturalem. Primò,quando præmiſſa naturalis explicat diſtinctè per definitionem ſubiecti, quod continebatur confusè in propoſitione de fide,v.g.eſt propoſitio de fide,quòd Chriſtus eſt homo, accedit præmiſſa naturalis , quæ eſt, homo eſt animal rationale : Iam iſta naturalis præmiſſa explicat diſtinctè , ſcilicet animal rationale, quod confusè continebatur in propoſitione de fide, quæ erat,Chriſtus eſt homo,& ad hunc modum reduci poſſunt , quæ continentur terminatiuè, ſaltem quando terminus eſt inimpedibilis per potentiam diuinam, v.g. ſit propoſitio de fide, quòd Petrus ſit Pater,accedat præmiſſa naturalis,quòd pater terminatur ad filium , ſaltem vt ad terminum abſolutum, iam ratio filij diſtinctè explicatur per naturalem propoſitionem , quæ confusè continebatur in reuelata , quæ quidem ſecundum terminum abſolutum per præteritam ſaltem exiſtentiam , vel ad ſummum poſſibilem, eſt inimpedibilis à Deo. Secundus modus eſt,quando præmiſſa naturalis,explicat materiale, quod continebatur in termino vniuerſali, & formali propoſitionis de fide , v.g. eſt propoſitio de fide. Omnis homo eſt redemptus à Chriſto : accedit præmiſſa naturalis euidens,Ego ſum homo,quæ explicat ſubiectum materiale, quod eſt,ego, contineri ſub illo termino vniuerſali,& formali propoſitionis de fide,quod eſt, omnis homo, &c. Tertius modus eſt , quando præmiſſa naturalis explicat formaliter, quod continetur virtualiter in propoſitione de fide, ita vt præmiſſa naturalis addat aliquid ſupra medium terminum , tamquam effectum ſupra ſuam cauſam,quod poteſt contingere dupliciter. Primò ſi addat neceſſariò,& inimpedibiliter,ita vt oppoſitum implicet contradictionem, v.g.cùm reuelatur,quòd Chriſtus eſt ens , in hac reuelata propoſitione virtualiter continetur,quòd ſit vnum, quæ paſſio conſurgit neceſſariò,& inimpedibiliter , præſertim ſi ſit negatio,& non quid poſitiuum. Secundò , quandò præmiſſa naturalis explicat , quod virtualiter continebatur in præmiſſa de fide addendo effectum ſupra ſuam cauſam,ſed impedibiliter à potentia abſoluta Dei, v.g.cùm reuelatur, quòd Chriſtus eſt homo,præmiſſa naturalis explicat, quòd homo eſt riſiuus, quæ quidem paſſio neceſſariò ſequitur naturaliter,tamen formaliter ſumpta eſt impedibilis à Deo, ſuppoſito quod ſit quid poſitiuum reale, & non denominatio quædam extrinſeca.

Concluſio Theologica quatuor modis poteſt explicari per præmiſſam naturalem.

Secũdus modus quis ſit.

Tertius modus quis ſit.

Quartus modus quis ſit.

Quartus modus eſt , quando concluſio Theologica explicatur per conſequentiam naturalem,ſtante vtraque præmiſſa de fide ; explicat autem quatenus euidenter oſtendit concluſionem ſequi ex illis præmiſſis. In caſu igitur argumenti cõcluſio Theologica , ſcilicet, Chriſtus eſt riſiuus implicitè eſt reuelata in illa præmiſſa de fide explicitè reuelata, ſcilicet , Chriſtus eſt homo,quia in illa continetur tertio modo,ſcilicet virtualiter, & inimpedibiliter ſaltem naturaliter,multò autem magis intelligeretur reuelata,ſi paſſio eſſet inimpedibilis etiam per potentiam diuinam.

QVARTA DVBITATIO.

In quo differat concluſio Theologica , vt explicata, ab aliis propoſitionibus de fide.

Reſpondetur triplex genus eſſe propoſitionum de fide diuina,primum genus earum, quæ ſunt de fide Catholica ; ſecundum,earum quæ habentur per reuelationem priuilegiatam factam alicui perſonæ particulari : tertium , earum quæ habentur per diſcurſum, quales ſunt concluſiones Theologicæ , vt explicatæ. Hæc autem tria genera in aliquo conueniunt , in aliquo differunt. conueniunt quidem, quòd omnia hæc tria genera propoſitionum pertinent ad eamdem fidem diuinam , & infuſam, quia innituntur immediatè eidem auctoritati diuinæ. 20.

Propoſitionũ de fide tria ſunt genera.

Hæc genera in quo conueniant vel differant.

Differunt autem,& differentia ſumitur ex diuerſo modo reuelandi, ſeu ex diuerſo obiecto vt reuelato auctoritate diuina ; ſigillatim autem explicandæ,& 21.

Fides Catholica qua ſit.

dæ,& diſtinguendæ ſunt hæ omnes tres fides. Fides igitur Catholica definitur ab aliquibus eſſe illa,quę eſt eorum,quæ vel in Scripturis continentur,vel ab Eccleſia proponuntur. Hanc definitionem Catharinus in apologia contra Sotum attribuit ipſi Soto,ſed falsò,arguit tamen benè contra hanc definitionem ; quia ante Scripturas fides Catholica ferebatur in ea,quæ non erant ſcripta,neque ab Eccleſia approbata ; & tamen eiuſdem rationis erat fides Catholica tunc in Patriarchis illis , & Prophetis,& Apoſtolis, qui immediatè habuerunt reuelationem à Deo, & non per Eccleſiam, vel per Scripturam. Vera igitur definitio , quæ facilè ex ipſo Soto colligitur in Apologia contra Catharinum,

Alia definitio verior.

hæc eſt:Fides Catholica dicitur illa,quæ eſt vniuerſalis,& cuius obiectum vniuerſaliter proponitur ad credendum : qualia autem ſint huiuſmodi obiecta exemplificari poſſunt in his præcipuè , quæ vel in ſacra Scriptura continentur,vel ab Eccleſia proponuntur. Intelligitur autem obiectum vniuerſaliter proponi ad credendum, quando omnibus proponitur.

22. *Fides particularis qua ſit.*

Fides autem particularis, quæ dicitur priuilegiata,diſtinguitur à Catholica,quia reuelatio in hac fide fit particulari perſonæ de obiecto particulari, quòd ſcilicet nec eſt pertinens ad communem vtilitatem,neque proponitur,vt vniuerſaliter credendum. Quòd verò hæc fides particularis dari poſſit,facilè probatur,quia nulla videtur repugnantia; nam Prophetis Deus multa reuelauit ſine Eccleſiæ propoſitione. Quòd ſi dicas,illa obiecta ſunt reuelata , vt vniuerſaliter credenda. Reſpondetur hoc nihil obſtare, quia quòd proponatur obiectum , vt vniuerſaliter credendum,non eſt quid intrinſecum obiecto reuelato, vt reuelato, ſed tantùm denominatur ab extrinſeca propoſitione,& intentione proponentis. Nihil igitur obſtat, quin proponens poſſit proponere obiectum particulare,vt à particulari perſona credendum. Quod quidem probatur ſecundò,quia de facto multæ particulares reuelationes habentur factæ in Scripturis ; ſicut Abrahæ factæ ſunt multę promiſſiones particulares: ad Rom. 3. & paſſim habentur alij in Veteri , & Nouo Teſtamento.

23. *Diſcrimen inter fidem Catholicam & particularem.*

Ex hac autem diſtinctione inter fidem Catholicam,& fidem particularem,colligunt aliqui recentiores aliam differentiam,quòd, ſcilicet,qui diſcredit propoſitioni fidei Catholicæ , eſt infidelis : qui verò diſcredit propoſitioni fidei particularis , non eſt infidelis , ſed tardus ad credendum. nam , inquiunt , qui diſcredit propoſitioni particulari , nec diſcredit Deo formaliter, & directè, nec Eccleſiæ, quæ eſt inſtrumentum ipſius Dei, & regula infallibilis animata viſibilis : ſi verò per hanc fidem particularem credat Deo , actus ille erit actus fidei diuinæ , quia credit Deo formaliter , & directè , aſſentiendo primæ veritati dicenti tamquam rationi formali.

Sed oppoſitum mihi videtur dicendum. nam ſicut qui diſcredit propoſitioni Catholicæ , peccat contra fidem,licet enim non diſcredat Deo formaliter, & directè,quod eſt primus gradus infidelitatis, diſcredit tamen Eccleſiæ, quod eſt inſtrumentum Dei infallibiliter proponens , tenetur autem homo cognoſcere eſſe inſtrumentum Dei ex ſufficienti propoſitione : ita qui diſcredit Deo per particularem reuelationem ſufficiẽter proponenti rem vt ab ipſo dictam,eſt etiam infidelis : quia licet non diſcredat Deo formaliter , & directè , diſcredit tamen Deo indirectè , quia per particularem reuelationem ſufficienter proponitur res vt ab ipſo dicta, cui propoſitioni ſufficienti non poteſt ſubeſſe falſum ; & eſt ſecundus gradus infidelitatis.

24. *Concluſio Theologica, vt explicata, in quo ab alius differat.*

Concluſio autem Theologica,vt explicata,quam probatũ eſt eſſe de fide, diſtinguitur à reliquis propoſitionibus de fide diuina , ſcilicet Catholica , & priuilegiata,quia illa neceſſariò ſupponit diſcurſum Theologicum , in quo ſaltem ſit vna propoſitio de fide,& alia naturalis,vel ſaltem conſequentia naturalis. Hæ autem non ſupponunt diſcurſum Theologicum eodem modo.

25. Obiicies, quòd etiam fides Catholicá , & fides particularis priuilegiata ſupponunt diſcurſum. Nam fides Catholica tandem reſoluitur per diſcurſum Theologicum ad Deum dicentem, tamquam rationem formalem qua, & ſub qua , hoc modo ſyllogizando : Quod Deus dicit, eſt de fide diuina:ſed Deus dicit Chriſtum reſurrexiſſe ; ergo reſurrectio Chriſti eſt de fide diuina, hæc autem reſurrectio , vt dictum eſt, eſt articulus fidei Catholicæ , & rurſus quòd Deus ſit verax habetur per diſcurſum ſcientificum , & quòd dixerit habetur per fidem acquiſitam , qui quidem diſcurſus etiam intercedunt in fide particulari priuilegiata.

Fides Catholica & priuilegiata,& explicata diuerſis vtuntur diſcurſibus.

Reſpondetur quòd, & fides Catholica, & fides priuilegiata, & etiam concluſio Theologica, vt explicata , conueniunt in hoc, quod immediatè innituntur auctoritati diuinæ,& præſupponunt diſcurſus tamquam conditiones ſine quibus non ; cum hac tamen differentia,quòd fides Catholica,& priuilegiata ſupponunt diſcurſus reſoluentes proximè propoſitionem de fide ad veritatem primam dicentem : at verò concluſio Theologica , vt explicata, ſupponit diſcurſum reſoluentem ipſam concluſionem proximè ad articulum fidei, & remotè ad veritatem primam dicentem.

QVÆSTIO QVARTA
THEOLOGICA.

Vtrum ſententia quarti Corollarij ſit vera, quòd,ſcilicet, aſſenſus fidei diuinæ non reſoluitur in diſcurſum,ſed fit per ſimplicem adhæſionem ad propoſitionem, vt immediatè reuelatam à prima veritate , tamquam per rationem formalem aſſentiẽdi.

1. *Prima ratio dubitandi. Fidei cognitio eſt abſtractiua & obſcura.*

PRIMA ratio dubitandi. cognitio fidei eſt abſtractiua , & obſcura ; ergo tandem reſolui debet in aliquod euidens , cui innitatur.

Secũda ratio dubitandi.

Secunda ratio dubitandi eſt ; quia etiã ad ipſum obiectum fidei obſcurum peruenitur per diſcurſum reſolutiuum poſterioris crediti, ad priùs creditum. Si enim interrogatur fidelis,quare credat Deum eſſe trinum, & vnum : reſpondebit, quia Deus dicit. Quòd ſi rurſus interrogetur , quare credat Deum dicere ; reſpondebit, quia Scriptura dicit. Quòd ſi rurſus interrogetur , quare credat Scripturam dicere : reſpondebit, quia Eccleſia Spiritu ſancto regulata hanc approbat.

Tertia ratio dubitandi.

Tertia ratio dubitandi ; ſaltem propoſitioni deductæ ab Eccleſia per habitum Theologicum ; fidelis videtur aſſentiri per diſcurſum, quia talis pro-

poſitio non eſt eo modo articulus fidei, ac eſt propoſitio expreſsè reuelata in Scripturis, quare fit, vt fidelis tali propoſitioni aſſentiatur, vel per eumdem habitum Theologicum, per quem deducit Eccleſia, ſi fidelis eſt Theologus, vel ſi fidelis eſt ruſticus, aſſentitur per diſcurſum quemdam communẽ etiam ipſis Theologis, qui talis eſt: Eccleſia in ſuis definitionibus non poteſt errare: ſed hoc eſt definitum ab Eccleſia, ergo in hoc definito non poteſt eſſe error, & deceptio.

Opiniones.

1\. *Prima opin. Gabr. & Medinæ.* *Duo principia in quæ fidei Chriſtianæ veritas reſolui videtur.*

PRopter primam rationem dubitandi eſt prima opinio Gabrielis in 2.d.23.q.3. Medinæ li.5.de recta fide in Deum, qui videtur tenere veritatem fidei reſolui in duo principia, nota euidenter, primum, quòd Deus ſit verax in dicendo, quod quidem probatur lumine naturæ, quia enim Deus eſt ſummè ſapiens, & ſummè bonus, nec falli, nec fallere poteſt. Secundum principium eſt, quod Deus dixit, quod reſoluitur in fidem acquiſitam, in teſtimonia, ſcilicet humana euidenter credibilia. Citatur etiam Scotus in 3.diſt.23.q.vnica, ſed falsò. nam in dicta quæſtione Scotus hanc opinionem ponit, & impugnat, & tandem dubitariuè loquitur, nec reſoluit quæſtionem ſecũdum opinionem propriam.

Secũda opi. Dur. & Vaſquez. Propter ſecundam rationem dubitandi eſt ſecunda opinio Durandi in 3.diſt.24.q.1. qui videtur tenere, quòd ratio aſſentiendi eſt diſcurſus, per quem ordine quodam prioris, & poſterioris crediti, tandem fides reſoluitur ad vltimum creditum, quod eſt Eccleſia. & propter eamdem rationem dubitandi Vaſquez in 1.par.quæſt.1.art.2. diſput.5. ſecutus fortè Marſilium in 3. videtur aſſerere fidem diuinam generari per diſcurſum, quia articulus fidei innititur illis duobus principijs creditis, quòd Deus, ſcilicet, ſit verax in dicendo, & quòd Deus dixit. Et quia contra ipſum potuiſſet obijci, quòd ſtante hac opinione nulla eſſet differentia inter concluſionem Theologicam, quæ habetur per diſcurſum, & ipſum articulum fidei, qui habetur etiam per diſcurſum: Reſpondet, quòd diſcurſus fidei proximè deducitur ex teſtimonio Dei dicentis, Theologica autem concluſio deducitur proximè ex articulis fidei creditis.

Tertia opin. Molinæ. Propter tertiam rationem dubitandi eſt tertia opinio Molinæ in 1.par.quæſt.1.diſput.1. vbi videtur tenere, quòd ſaltem in propoſitionibus ab Eccleſia deductis aſſenſus fidei reſoluatur in diſcurſum.

Sentẽtia Corollarij tenenda aſſeritur. S. Thom. SED huiuſmodi rationibus dubitandi non obſtantibus tenenda eſt firmiſſimè ſententia Corollarij, quæ eſt communis Theologorum, præſertim D. Thomæ 2.2.q.2.art.2. vbi rationem formalem aſſentiendi dicit eſſe veritatem primam, eadem repetit 2.2.q.6.ar.1.ad 3.& addit, quòd licet præequiratur fides acquiſita, non tamen aſſenſus fidei diuinæ dependet ab illa tanquam à cauſa. Idem habet in 3 diſt.25.q.2.art. primo in corpore: idem tenent in Diuo Thoma Caietanus 2.2.q.1.& Capreolus in 3.diſt.24.qu.vnica, art.3.in reſponſione ad 3.contra ſecundam concluſionem, vbi adducit multa contra D. Thomam, & ſoluit.

2\. *Quomodo fides non poſſit reſolui in diſcurſum.* Corollarium autem ſic deducitur ex principio: Concluſio præſertim in certitudine ſemper ſequitur debiliorem partem: ſi ergo propoſitio de fide reſolueretur in diſcurſum, ſequeretur manifeſtè, quòd non excederet certitudinem, vel præmiſſæ naturalis, vel conſequentiæ. Quod quidem eſſe

A abſurdum ſatis patet ex Corollario primo, vbi ſatis oſtendimus certitudinem fidei, non ſolùm vt eſt in ſe, ſed etiam vt eſt in nobis, excedere omnem certitudinem euidentem naturalem, & iterum erit ſermo de hac materia in ſequenti Corollario.

Præterea arguitur ſigillatim contra ſingulas opiniones, & primò contra primam aſſerentem reduci fidem diuinam in fidem acquiſitam; arguit Scotus in 3.diſt.23.qu.vnica, quia tunc (inquit) ſequeretur, quòd fides dependeret, & ſi non in eſſendo, ſaltem in faciendo aſſentiri, fide acquiſita; atque adeo non haberetur maior certitudo, quàm ſit certitudo fidei acquiſitæ. 3. *Impugnãtur omnes opiniones ſuprà allatæ. Impugnatur prima Gab.*

Contra ſecundam opinionem Durandi, & Vaſquez, qui reſoluunt fidem in vltimum creditum, ſic arguit idem Scotus in 3.diſt.23. Ex hac opinione (inquit) ſequeretur, quòd fidelis habens fidem infuſam non poſſit aſſentiri firmiter huic articulo primo vt credito à Deo reuelato, puta quòd Deus eſt trinus, & vnus. Sequela probatur, quia non poteſt aſſentiri firmiter huic articulo tamquam primo credito, Deus eſt trinus, & vnus, vt à Deo reuelato, niſi aſſentiatur alteri ſecundo credito tamquam à Deo reuelato, quòd Deum eſſe trinum, & vnum eſt reuelatum à Deo: ruſus neque huic ſecundo credito poteſt aſſentiri; quia adhuc deberet aſſentiri tertio, quòd ſcilicet, ſit reuelatum à Deo, eſſe reuelatum à Deo, quòd Deus eſt trinus, & vnus, & ſic in infinitum, & per conſequens numquam firmiter crederetur aliquibus articulis: ſicut, ſi concluſio reſolueretur in principia, & alia principia in alia, & ſic in infinitum, numquam ſciretur, ſicut nec effectus dependere poteſt ex cauſis infinitis, vt ſupponitur in philoſophia. Et probat idem Scotus in 1.diſt.1.q.1. propter quod argumentum aliqui dixerunt, quòd ſecundo credito, ſcilicet Deũ eſſe trinum, & vnum, eſſe reuelatum à Deo aſſentitur fidelis fide acquiſita. Sed contra hanc reſponſionem facit ratio poſita contra primam opinionem. 4. *Impugnatur ſecund. Dur. & Vaſquez.* B C

Contra tertiam ſic arguitur, tum quia non excederet certitudinem diſcurſus, vt dictum eſt, tum quia aliquando Eccleſia deducit per vnam præmiſſam probabilem: ergo ſi Theologus per eumdem ſyllogiſmum, per quem deducit Eccleſia, crederet propoſitioni definitæ ab Eccleſia, tunc tantùm crederet probabiliter, quia talis concluſio, vt patet ex Corollario primo circa finem, non eſſet niſi probabilis. 5. *Impugnatur tertia Molinæ.* D

Quare dicendum eſt, quòd fidelis non aſſentitur propoſitioni reuelatæ à Deo per diſcurſum, tamquam per rationem formalem, ſed per ſimplicem quamdam adhæſionem ad illam: ſi qui autem diſcurſus intercedunt, ſe habent potiùs vt conditiones applicantes obiectum fidei, vt ex ſolutione ad rationem dubitandi, clariùs apparebit, & ſic fortè interpretari poſſunt auctores citati in oppoſitum. *Fidelis non aſſentitur propoſitioni à Deo reuelatæ per diſcurſũ ſed per ſimplicem adhæſionem.*

Ad tres rationes dubitandi initio poſitas reſpondetur, quòd reſolutio fidei vltimatè fit ad plures cauſas, ſecundum diuerſum genus cauſæ, ad veritatem quidem primam tanquam ad rationem formalem (qua) in aſſentiendo. Secundò ad Deitatem tamquam ad rationem formalem qua in eſſendo. Tertiò etiam vltimatè ad ipſam dictionem Dei obſcuram tamquam ad rationem formalem ſub qua in aſſentiendo, ſeu tamquam ad modum informatiuum ipſius rationis formalis qua. Quartò ad fidem acquiſitam tamquam ad conditionem applicantem obiectum fidei vt credendum fide diuina. Quintò ad Eccleſiam tamquam ad rationem formalem qua in proponendo, vt inſtrumẽtum primæ veritatis. Sextò ad ipſum 6. *Reſp. ad rationes dubitandi.* E

Digitized by Google

ad ipſum habitum, ſeu lumen fidei tamquam ad cauſam efficientem in eleuando intellectum ad ordinem ſupernaturalem.

Sed ſingula ſigillatim ad exactam & diſtinctam dicens diſputationis materiam examinanda ſunt in ſequentibus difficultatibus.

Prima difficultas: An, & quomodo concurrat diſcurſus ad reſolutionem fidei.

PRimus modus dicendi eſt aliquorum apud Scotum in 3.d.23.q.vnica, aſſerentium habitum fidei inclinare ad aſſenſum ſine vllo diſcurſu; nam obiecta fidei quæ ſunt complexa, ſtatim ac fiunt præſentia intellectui, habitus fidei infuſæ inclinat ad illa tamquam ad obiecta propria cognoſcibilia: hoc enim eſt de natura habitus, vt patet in reliquis habitibus. hæc autem obiecta fieri poſſunt præſentia dupliciter, vel in ſe, ſeu in ſpecie intelligibili, & tunc aſſenſus eſt euidens, ſicut eſt in patria, vbi videbimus Deum ſicuti eſt. Secundo modo fiunt præſentia per auditum, & hic modus eſt imperfectus, & eſt in hoc ſtatu viæ. Factis igitur præſentibus obiectis per auditum, ſtatim fides infuſa inclinat ad illa, tamquã ad propria cognoſcibilia; ſicut ſcientia, inquiũt, inclinat intellectum in ſua cognoſcibilia, & etiamſi cognoſcibilia non eſſent præſentia per ſuas ſpecies, ſuppoſito quòd ſpecies eſſent deletæ, adhuc ſtaret ſcientia inclinans ad illa obiecta, quia habitus, vt habitus non eſt repræſentatiuus obiecti, ſed inclinatiuus. Quare licet obiecta fidei non ſint præſentia per proprias ſpecies, tamen habitus fidei eſt inclinatiuus ad illa: cùm igitur fiunt præſentia per auditũ, & per diſcurſum, ſtatim fides infuſa inclinat ad illa tamquam ad propria obiecta cognoſcibilia ſine alio diſcurſu.

Obiecta fidei fiunt præſentia dupliciter per viſum & auditum.

7\. Impugnatur hic primus primò ex Scoto. August. *Homo non niſi volens credere poteſt.*

Sed contra hunc modum arguit ipſemet Scotus, quia ſequeretur, quòd firmiter, & neceſſariò fidelis habens talem fidem, aſſentiretur articulis fidei ante omnem actum voluntaris contra Auguſtinum ſupra Ioannem Tract. 26. Cætera (inquit) poteſt homo nolens, ſed credere non niſi volens. Quòd autem hoc ſequatur, probat, quia intellectus, habens talẽ fidem, ſimul cum fide eſt cauſa aſſenſus: ergo ſtatim propoſito obiecto fidei ante omnem actum voluntatis inclinatur ad illum tamquam ad proportionatũ obiectũ. Secũdò arguit, quia eſſet neceſſe ponere duas fides, vnam infuſam inclinatiuam, & aliam acquiſitam, vt propoſitiuam articulorum, & facientem articulos præſentes intellectui, ſed hoc ſecundum argumentum, & alia ſimilia, quæ proponit Scotus, quæ videri poſſunt apud ipſum; facilè concederent Aduerſarij. Tertiò arguo à priori contra hunc modum, quia adhuc præter habitum inclinatiuũ deberet aſſignari reſolutio ex parte obiecti, ſicut in auditu euidenti primorum principiorum per lumen naturale, præter ipſum lumen naturale intellectus inclinans, & illuſtrans obiectum, requiritur tãquam ratio formalis aſſentiendi ipſa cõnexio euidens terminorum ex parte obiecti. nam ex vi terminorum totius, & partis intellectus lumine naturali illuſtratus aſſentitur huic propoſitioni. Omne totum eſt maius ſua parte. Igitur præter habitum fidei inclinantem, & non illuſtrantem obiectum, multò magis requiritur ratio formalis ex parte obiecti, quæ non poteſt eſſe illa propoſitio per auditum, quia eſt obſcura; cùm per auditum ipſa credibilia, nec in ſe, nec in propriis ſpeciebus fiant præſentiã; debet igitur aſſignari ratio formalis, ex vi cuius præbeatur aſſenſus. Hæc autem erit veritas prima reuelans: ſed quia adhuc hæc veritas prima reuelans eſt obſcura, militat adhuc ratio dubitandi, quomodo fiat euidens.

Secundò ex eodem.

Tertiò à priori ex auctore.

8\. Secund. modus reſpondendi.

Secundus modus reſpondendi eſt aliorum, quòd prærequirantur quidem diſcurſus, reſoluẽtes fidem euidenter in ipſam veritatem primam dicentem, tamquam in rationem formalem; ſed dicunt, quòd ſufficit, ſi iſti diſcurſus virtualiter contineantur in aſſenſu fidei, etiamſi numquam formaliter habiti ſint in intellectu, atq; adeò aſſenſus fidei eſt formaliter per ſimplicem adhæſionem ad obiectum creditum. Probat autem hoc duplici exemplo. Et primò, exemplo viſus, qui per ſimplicem adhæſionẽ attingit coloratum per lumen. Secundò accommodatiori exemplo intellectus, quia ſuo lumine videt prima principia abſque diſcurſu formali; cõtinetur autem diſcurſus virtualiter in illo aſſenſu primi principij per ſimplicem adhæſionem. nam veritas infallibilis luminis intellectualis demonſtrari poteſt ex principio Metaphyſico, hoc modo: Quod eſt participatio diuini luminis fallere non poteſt; ſed lumen intellectuale eſt participatio diuini luminis, ergo fallere non poteſt. Ad quod igitur euidenter facit lumen intellectuale ſimpliciter adhęrere, circa illam adhęſionem non fallit intellectuale lumen, quod eſt diuini luminis participatio.

Aſſenſus fidei eſt formaliter per ſimplicem adhæſionem.

Impugnatur hic ſecundus modus reſpondendi.

Sed contra hunc modũ arguitur, quia aſſenſus fidei eſt abſtractiuus, & obſcurus; quare, ſi debet eſſe certus, notificari debet per aliquod notũ, quod non eſt ſimile in exemplis allatis: nam in primo exemplo viſio eſt intuitiua, & ipſummet lumen ſimul cum colorato videtur formaliter. In ſecundo exemplo ſupponitur euidens apprehẽſio terminorum, tãquam euidens ratio formalis, qua ſuppoſita lumen intellectuale ſe ipſo effectiuè manifeſtat principium: at verò in aſſenſu fidei eſt obſcuritas ex parte terminorũ propoſitionis, quæ credi debet. Quare ſequitur, quòd reſolutio fidei fieri debeat ad aliquod notum.

9\. Tertius modus reſpondẽdi verior.

Eſt igitur tertius modus reſpondendi verior, quòd aſſenſus fidei formaliter eſt quidem per ſimplicem adhæſionem ad obiectum, ſub immediata ratione formali veritatis primæ, dicentis, & Eccleſiæ tamquam inſtrumenti Dei proponentis, ſed prærequiruntur diſcurſus reſoluentes ipſum aſſenſum fidei euidenter, & in veritatem primam dicentem, tamquam rationem formalem qua, & ſub qua in aſſentiendo, & in ipſam Eccleſiam tamquam regulam infallibilem in proponendo. Huiuſmodi autem diſcurſus prærequiruntur non tamquam rationes formales in aſſentiendo, ſed tamquam rationes, ſeu conditiones applicantes ipſas rationes formales in aſſentiendo, & proponendo ſcilicet veritatem primam in aſſentiendo, & Eccleſiam in proponendo. Quod quidem tribus exemplis Philoſophicis fieri poteſt manifeſtum. Primum eſt, de approximatione, quæ requiritur tamquam conditio ad calefactionem. Secundum exemplum ad hoc, vt intellectus intueatur quidditatem rei, v.g. animal rationale in homine, prærequiruntur quidam diſcurſus. nam ex actu ſentiendi, quem experitur, ducitur in cognitionem principij ipſius ſenſitiui, id eſt, cognoſcitiui per phantaſma, & ex actu ratiocinandi, quem experitur, ducitur in cognitionem principij rationalis, id eſt, cognoſcitiui per phantaſma taliter ſcilicet diſcurrendo; quibus diſcurſibus poſitis tamquam rationibus applicantibus illa duo principia in homine, intellectus lumine ſuo per ſuam primam operationem intuetur rationale intra latitudinem animalis ſenſitiui, quod eſt cognoſcitiuum per phantaſma; tamquam fa-

Exempla quibus declaratur propoſita veritas.

Digitized by Google

ciens vnum per ſe. Quod quidem exemplum eſt in veriori opinione illorum Logicorum, qui dicũt, definitionem eſſe inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione. Quod quidem exemplum applicantes ad propoſitum noſtrum dicimus, quòd ſuppoſitis diſcurſibus applicantibus euidenter tamquam conditionibus, ſine quibus non illas duas rationes formales in aſſentiendo, & proponendo, vt explicatum eſt ſuprà, iam intellectus non quidem vi ſua, ſed adiutus lumine ſupernaturali certitudine diuina aſſentitur obiecto reuelato per ſimplicem adhæſionem ſub hac immediata ratione formali, quia veritas prima dixit, & quia Eccleſia tamquam regula animata infallibilis propoſuit, vt reuelatum, & hoc modo dici poteſt, quòd reſolutio fidei fiat in ipſum lumen tamquam ſcilicet in cauſam efficientem.

10. Tertium exemplum eſt Mathematicus habet demonſtrationem ſecundæ propoſitionis, & tamen cùm actu facit demonſtrationem, non actu reſoluit in principia, ſed tantùm recordatur ſe habuiſſe demonſtrationem primorum principiorum, & tamen recordatio non eſt niſi ratio, ſeu conditio applicans prima principia primæ demonſtrationis. Ratio autem formalis aſſentiendi in ſecunda demonſtratione ſunt prima principia primæ demonſtrationis, quatenus ſtant ſub recordatione, tamquam conditione ſine qua non. Sed hoc exemplum non militat in opinione illorum, qui exiſtimant ſecundam demonſtrationem non excedere certitudinem recordationis humanæ; ſed adhuc ſtante hac opinione poſſet dari diſparitas in aſſenſu fidei; nam in aſſenſu fidei ſuppoſitis diſcurſibus, tamquam rationibus ſine quibus non, iam intellectus adiuuatur lumine ſupernaturali ad adhærendum certitudine diuina obiecto applicato; non ſic autem intellectus Mathematicus in ſecunda demonſtratione: & ideò non eſt mirum, ſi non poteſt ſecundæ demonſtrationi adhærere maiori certitudine, quam ſit recordatio humana.

Secunda difficultas: An ad veritatem primam reſoluatur vltimatè fides tamquam ad rationem formalem qua.

11. CAietanus 2.2.q.1.art.1. aſſerit rationem formalem, qua, & eſſe Deitatem, ad quam omnia reſoluuntur, & eſſe etiam veritatem primam, ad quam etiam omnia reſoluuntur. Quam opinionem quidam recentiores, præſertim Valentia 2.2.diſp.1.q.1. dicunt inuoluere contradictionem, ſed quia hæc opinio Caietani magis explicat hanc reſolutionem fidei, quam hîc explicamus, ideò & explicanda, & liberanda eſt à contradictione. Dicit igitur primò Caietanus, quòd Deitas appropriata veritati primæ reuelanti, eſt obiectum formale fidei, vt quò: nam Deitas eſt communis ratio omnibus effectibus diuinis. Ad hoc igitur, vt approprietur fidei, debet appropriari veritati primæ, quia credimus Deo, quia verax eſt. Docet ſecundò Caietanus, quòd ad Deitatem omnia reſoluuntur, & omnia ad veritatem. Quod quidem dictum, ne videatur inuoluere contradictionem, explicandum eſt iuxta doctrinam eiuſdem Caietani in eodem articulo, quòd alia eſt cauſa in aſſentiendo, alia in eſſendo: ſi conſideretur cauſa, propter quam in aſſentiendo, & in quam vt ſic, omnia vltimatè reſoluuntur, eſt veritas prima. Ratio eſt, quia in ratione aſſentiendi

Primum dictum Caietani.

Deitas appropriata veritati primæ reuelanti eſt obiectu fidei.

Secū l. dictū Caietani.

Liberatur Caiet. à contradictione.

Veritas prima eſt ea in qua

A non vltrà quæritur, & hæc eſt, quæ immediatè informat materiam reuelatam, & facit illā credibilem certitudine ſupernaturali. nam ſi quæratur à fideli, Quare credis Deum Trinum, & vnum? reſpondebit, quia Deus dixit. Quòd ſi rurſus quæratur, quare credis Deo dicenti? reſpondebit, non quia æternus, ſed quia verax eſt in dicendo. Quòd ſi per impoſſibile tolleretur à Deo veritas, & remaneret Deitas cum cæteris attributis, Deo non crederemus. Et ſi per impoſſibile veritas prima poneretur in creatura, crederemus creaturæ dicenti, ſicut modò credimus Deo. Patet igitur verum eſſe dictum Caietani, quòd vltima reſolutio in ratione aſſentiendi eſt in veritatem primam, tamquam obiectum formale quò, vel rationem formalem, propter quam. Si verò

B conſideretur cauſa in eſſendo, eſt Deitas, quia Deitas eſt illa, in quam fit vltima reſolutio in ratione eſſendi. Nam ſi quæratur à fideli, quare credat Deum trinum, & vnum? Reſpondet, quia veritas prima dicit. Rurſus ſi quæratur quare Deus eſt verax? Reſpondet, quia Deus eſt ſummè bonus, & ſummè ſapiens, & conſequenter, nec fallere, nec falli poteſt. Exemplum aſſignari poteſt in Philoſophia in informatione materiæ. nam ſi calor vt octo in igne informet materiam, & faciat illam calidam vt octo, in hoc caſu vltimata reſolutio effectus formalis calidi vt octo, eſt in calorem vt octo, tamquam in rationem formalem, qua informandi, ſiue calor vt octo ſit ab igne, ſiue à quacunque alia forma nam à quacumque eſſet calor vt octo, ad-

C huc faceret materiam formaliter calidam vt octo. Si verò quæratur à Philoſopho vltima reſolutio in rationem eſſendi, tandem fiet reſolutio in formam ignis. Nam quòd ſi calor informans in tanto gradu eſt ab ipſa forma ignis tamquam à principio, à quo fluit calor vt octo. Ita veritas prima informat materiam reuelatam, & facit illam credibilem infallibiliter, atque adeo hic effectus formalis vltimatè reſoluitur in veritatem infallibilem, tamquam in rationem formalem, ita vt, ſi per impoſſibile non eſſet diuina, & eſſet infallibilis, faceret eumdem effectum formalem: ſed in ratione eſſendi vltimatè reſoluitur in Deitatem. quòd enim ſit veritas prima infallibilis, habet ex Deitate, ex ſapientia, ſcilicet, & bonitate infinita. Quare patet

D nullam eſſe in Caietano contradictionem, cùm in vno loco dicit rationem formalem eſſe Deitatem, ad quam omnia vltimatè reſoluuntur, & in alio loco eſſe veritatem primam, quia in priori loco intelligit de ratione in eſſendo, in poſteriori de ratione in aſſentiendo.

12. Sed obiiciet aliquis contra hanc Caietani opinionem; Veritas eſt ratio formalis in aſſentiendo, non qualiſcumque, ſed vt diuina, quia vt ſic reddit materiam credibilem certè, & infallibiliter: ergo vltima reſolutio in rationem aſſentiendi fit in eſſe diuinum. Reſpondetur, & pro ſolutione ſupponendum eſt, diuinum eſſe duo dicere ſecundum noſtrum modum concipiendi, primò naturam diuinam, vt eſt fundamentum, & radix omnium at-

E tributorum; ſecundò dicit eſſe increatum, eſſe ſcilicet à nullo tamquam à cauſa. Si concipiatur primo modo, non imbibitur in attributis ſecundum noſtrum modum concipiendi. Si verò ſumatur ſecundo modo imbibitur, ſicut eſſe creatum in qualibet differentia, v. g. in ipſa rationalitate, & forteitate, & ipſa rationalitas diſtinguitur ab ipſa hinnibilitate non per eſſe creatum, quod eſt commune vtrique, ſed quia illa eſt principium ratiocinandi, hæc hinniendi: ita vnum attributum in Deo

omnia reſoluuntur.

Reſolutio dubitationis.

Cauſa prima in eſſendo eſt Deitas.

Veritas prima informat materiam reuelatam.

Diuinū eſſe duo dicit.

Digitized by Google

Attributum vnum in Deo quomodo ab alio diſtinguatur.

Deo diſtinguitur per intellectum ab alio, per proprias rationes; & non per eſſe increatum imbibitum in vtroque attributo. Rurſus ex illo eſſe creato, imbibito, habet rationalitas, quòd ſit finita, ita vt illa finitudo dicat negationem vlterioris perfectionis, & poſitionem tantæ perfectionis finitæ, quæ intenſio perfectionis, vt ſupponitur ex Philoſophia, eſt veluti modus quidam intrinſecus ipſius rationalitatis, ratione cuius redditur rationalitas perfecta intra latitudinem rationalitatis. Ita quodlibet attributum Dei habet, vt ſit infinitum, ex ipſo eſſe increato; quæ infinitudo eſt modus intrinſecus cuiuslibet attributi, ratione cuius redditur illud attributum infinitè perfectum intra latitudinem ipſius attributi, v.g infinitudo in potentia actiua reddit potentiam in eſſe potentiæ perfectam ſine termino, & facit omnipotentiam, ita infinitudo addita veritati, facit veritatem infinitam in ſuo genere, atque adeo infallibilem, vt ſupponitur ex D.Thom.2.2.quæſt.1.art.13. hoc igitur ſuppoſito.

13. *Reſp. ad obiectionem.*

Ad obiectionem, reſpondetur fieri vltimam reſolutionem in veritatem infinitam, non autem in eſſe diuinum, vt eſt radix, & fundamentum omnium attributorum, adeo vt, ſi hæc veritas infinita per impoſſibile reperiretur in creatura, adhuc diceret illam infallibilitatem.

14. *Requiritur duplex diſcurſus ad credendum & quis ille ſit.*

Stante igitur hac duplici ratione formali neceſſaria ad credendum, altera in aſſentiendo, altera in eſſendo, duplex requiritur diſcurſus ad credendum. Alter, per quem fiat reſolutio veritatis creditæ ad veritatem primam, tamquam ad rationem formalem in aſſentiendo. Nam ſi quæratur, quare quis credat infallibiliter Deum eſſe trinum, & vnum: reſpondebit, quia veritas prima in dicendo nec falli, nec fallere poteſt. Alter verò diſcurſus requiritur per quem fiat reſolutio veritatis creditæ ad Deitatem, tamquam ad rationem formalem in eſſendo. nam ſi rurſus quæratur, vnde quis eſt certus, quòd veritas prima in dicendo fallere non poſſit, tandem fiet reſolutio in cauſam formalem in eſſendo, quia veritas prima eſt infinita. Et rurſus ſi quæratur, quare eſt infinita? reſpondebit, quia Diuina; ex Deitate enim tamquam ex radice omnium attributorum habetur, quòd Deus ſit ſummè ſapiens, & ſummè bonus, & conſequenter quòd ſit verax, qui nec falli, nec fallere poteſt. Notandum eſt autem ex his, quæ diximus in reſponſione ad primam rationem dubitandi, huiuſmodi diſcurſus requiri tamquam rationes applicantes, & vt conditiones, ſine quibus non; non autem tamquam cauſas formales, per quas generetur fides Diuina.

Tertia difficultas: An ad dictionem, ſeu reuelationem Dei obſcuram, tamquam ad rationem formalem fiat vltima reſolutio fidei.

15. *Examinatur prima difficultas.*

HÆC difficultas habet duas partes. Prima quomodo ad dictionem, ſeu reuelationem Dei fiat vltima reſolutio tamquam ad rationem formalem, ſub qua.

Secunda pars difficultatis, quomodo obſcuritas ipſius reuelationis poſſit etiam ingredi tamquam ratio formalis, vt qua.

Prima aſſertio. Dictio ſeu reuelatio concipitur procedere mediãte aliqua propoſitione.

Quantùm ad primam partem difficultatis; dico primò: Iſta dictio, ſeu reuelatio concipitur procedere à Deo mediante aliqua propoſitione, facta ab homine, quæ fit credibilis per euidentiam ſignorum, ſicut cùm Paulus loquitur mediante Petro, præter propoſitionem factam à Petro concipitur dictio immediatè procedens à Paulo ad Petrum. ita licet Deus proponat, vel mediante Apoſtolo per ſigna, vel mediante Eccleſia, intelligitur quædam dictio immediatè procedens à Deo, qui intelligitur loqui per os ſanctorum cum hac differentia, quòd Paulus non dat auctoritatem Petro, mediante quo loquitur, & ita dictum Pauli non poteſt habere maiorem fidem, quàm habet Petrus, à quo proponitur immediatè reſpectu audientium: ſed Deus dat infallibilitatem illi propoſitioni, quæ fit per hominem, per quem loquitur. Pertinet enim ad veritatem primam infinitam aſſiſtere, ne fallamur, vt diximus ſuprà in ſuperiori Corollario: quòd autem dictio Dei, quæ immediatè concipitur, procedens ab ipſo Deo, ſit alia à propoſitione, quæ fit per hominem, probatur.

Aliud eſt dictio Dei, aliud propoſitio, ſiue per ſigna, vel per alium modum.

Nam propoſitio, quæ fit per hominem, non eſt obſcura, ſed vel euidenter credibilis, ſi proponatur per ſigna, quæ faciunt, vel euidentiam credibilitatis, vel probabilitatem, quæ ſit ſufficiens propoſitio iudicio prudentis viri; & ex iſta propoſitione ducitur intellectus ad cognoſcendum Deum dicentem per talem propoſitionem: at dictio Dei concipitur vt obſcura, quia Deus hoc modo dicens, non videtur, ſed auditur: tunc autem diceretur dictio Dei euidens; quando videretur Deus intuitiuè, vt verax, & vt immittens in intellectum Beati ſpeciem repræſentantem hũc conceptum complexum, Deus eſt trinus, & vnus: quare obſcuritas eſt modus quidam modificans dictionem Dei, & ex hoc tali modo dicendi oritur negatio euidẽtiæ dictionis Dei.

Obſcuritas eſt modus quidã modificans actionem Dei.

16. *Secunda aſſertio. Dictio Dei ſe habet vt modus ſub quo veritas prima informat materiam credibilem.*

Dico ſecundò, hæc dictio, ſeu reuelatio reſpectu materiæ credibilis, quæ, vt dictum eſt, ſufficienter eſt diſpoſita per euidentiam ſignorum, vt informetur à veritate prima, ſe habet vt modus intrinſecus informatiuus, ſeu informans, qui ſe tenet ex parte formæ, ſcilicet veritatis primæ. Nam ſi veritas prima non ſtaret ſub hoc modo informandi per reuelationem, non poſſet informare materiam illam credibilem, & conſequenter non redderetur credibilis infallibiliter; ſicut, ſi calor eſſet in abſtracto, & non poneretur ſub ſuo modo concreto informandi, non faceret materiam calidam: qui quidem modus, vt ſe tenet ex parte formæ, eſt informans actiuè, ex qua informatione actiua reſultat in materia credibili modus quidam informatiuus paſſiuè, & fit illa materia paſſiuè credibilis infallibiliter per veritatem primam informantem, vt ſtat ſub illo modo dicendi, qui quidem modus modificans veritatem primam eſt denominatio quædam extrinſeca, quæ ſufficit in his rebus quæ attinguntur per aſſenſum per medium extrinſecum rei, cui fit aſſenſus: talis autem & veritas prima, quæ cùm ſit extrinſeca, poteſt eſſe vna ratio formalis qua in aſſentiendo omnium articulorum.

17. *Tertia aſſertio. Dictio Dei in ordine ad aſſenſum ſe habet vt ratio ſub qua.*

Dico tertiò, in ordine ad aſſenſum; reuelatio, ſeu dictio, quæ intelligitur immediatè, & obſcurè procedere ab ipſa veritate prima, ſe habet vt ratio ſub qua. Nam non aſſentiretur intellectus, propter veritatem primam infinitam, tamquam rationem formalem qua, quatenus ſcilicet fallere non poteſt, niſi iſta ratio formalis qua, quæ eſt veritas prima, ſtaret ſub dictione, ſeu reuelatione immediata; non poteſt autem hæc dictio eſſe ratio quæ, quia habitus realis obiecti realis, qualis eſt fides, debet reſpicere obiectum ſub ratione formali reali. At reuelatio, ſiue paſſiua, ſiue actiua, eſt relatio rationis, ſeu denominatio extrinſeca, ergo non poteſt eſſe ratio formalis qua fidei; ſequitur igitur, quòd ſit ratio

V 2 ſub qua,

ſub qua, quia veritas prima non poſſet eſſe ratio formalis qua complete, niſi ſtaret ſub dictione.

Ex hac doctrina deducitur ſolutio cuiuſdam argumenti Scoti.

Et ex hac doctrina ſoluitur quoddam argumentum Scoti, cõtra hanc opinionem noſtram in 3. diſt. 23. q. vnica, vbi conatur probare, non poſſe dictionem eſſe rationem formalem quæ, quia eſt denominatio extrinſeca; ſed argumentum ſuum probat tantùm reuelationem non eſſe rationem formalem qua, non autem ſub qua, quia etiam in phyſica abſtractio à materia ſighata eſt ratio ſub qua, & tamen eſt denominatio extrinſeca.

Secunda pars difficultatis, de obſcuritate dictionis.

18\. **Opinio Durandi.**

QVantùm ad ſecũdam partem difficultatis maior eſt dubitatio, & quidem Durandus in 3. diſt. 24. quæſt. 1. ſatis ſubtiliter conatur probare obſcurum, ſeu non viſum non poſſe ſe tenere ex parte rationis formalis obiecti, ſed obſcuritatem concomitari tamquam conditionem, ipſam fidem, quod quidem probat tripliciter. Primò, ratio formalis cuiuſcumque obiecti non poteſt eſſe priuatiua, ſeu negatiua, quia primum obiectum formale, in quod tendit habitus, non poteſt eſſe negatio, vel priuatio, quia priuationes non cognoſcuntur, niſi per ſuum poſitiuum, & negationes non cognoſcuntur; niſi per affirmationes; ergo formalis ratio obiecti habitus cognoſcitiui non poteſt eſſe negatiua, vel priuatiua, quia hæc cognoſcuntur conſequenter, ſed obſcuritas, ſeu non viſum eſt ratio negatiua, ergo non poteſt eſſe formalis aſſenſus fidei.

Primum argumentum pro opinione Durandi.

Priuationes nõ cognoſcuntur niſi per ſuũ poſitiuũ.

Secundum argumẽtum.

Secundò, ſi ratio formalis obiecti fidei eſſet eſſe non viſum, fortiori ratione ratio formalis obiecti viſionis eſſet eſſe viſum, ſed hoc eſt falſum, ergo, & illud. Probatur maior, quia oppoſiti habitus debent habere obiecta formalia oppoſitarum rationum; fides autem, & viſio ſunt habitus oppoſiti. Probatur minor, quia obiectum ſecundum ſuam rationem formalem eſt præuium actui: ſed eſſe viſum, non eſt præuium actui viſionis; imò ex hoc dicitur aliquid viſum, quia actus viſionis cadit ſupra ipſum; ergo eſſe viſum non eſt formalis ratio obiecti viſionis.

Tertiò finis cuiuſcumque habitus cognoſcitiui, eſt perfecta cognitio ſui obiecti ſecundum formalem eius rationem, & ſecundum ea, quæ ipſi attribuuntur: ſi ergo formalis ratio fidei eſſet non viſum, ſequeretur, quòd finis proximus, & intrinſecus fidei eſſet cognoſcere perfectè de Deo, qualiter ſit non viſus, & quæ ſint illa, quæ ipſi attribuũtur, quatenus eſt non viſus: hoc autem eſt falſum, quia per fidem cognoſcimus, quòd Deus ſit trinus, & vnus, quod non competit Deo, vt non viſo, ſed vt eſt in ſe; ergo.

Eſſe non viſũ eſt conditio concomitans obiectũ fidei.

Quare concludit Durandus, quòd eſſe non viſum eſt conditio concomitans obiectum fidei pro ſtatu viæ, & ſic exponit Authores ab ipſo adductos, aſſerentes fidem eſſe rerum non apparentium, & inferiùs diſt. 31. quæſt. 3. probat, quòd hæc conditio ab obiecto fidei poteſt ſeparari, ſicut eſt in Beato, qui habet habitum fidei inclinantem ad magis credendum Deo, cùm iam videat, quæ ipſe audiuerit. Quartò, & fortiùs poſſet probari pro Durando, quòd ſcilicet, obſcuritas non poſſit ſe tenere ex parte obiecti formalis hoc argumento; nam aſſenſus, quo quis aſſentitur veritati creditæ, non cadit ſuper obiectum formale fidei, quia ſcilicet, Deus dixit obſcurè, ſed quia Deus dixit, imò obſcuritas potiùs eſt conditio diminuens certitudinem aſſenſus, ſed his non obſtantibus.

19\. Quarta aſſertio.

Reſolutio fidei noſtræ fit in ipſã dictionẽ Dei, quatenus obſcura eſt.

Dico quartò cum communi Scholaſticorum, reſolutionem fidei noſtræ fieri in ipſam dictionem, ſeu reuelationem Dei, quatenus obſcura eſt, ita vt ipſum eſſe obſcurum ſit modificatio quędam ipſius Dictionis, ſeu reuelationis Dei, & ratio fundamentalis eſt, quia modus credendi noſtræ fidei non neceſſitat ad aſſenſum, nec quo ad exercitium, nec quo ad ſpecificationem: hoc autem oritur ex obſcuritate fidei noſtræ, nec enim habet euidentiam obiecti, ſicut eſt in Beatis, ratione cuius euidentiæ neceſſitantur ad actum, & quo ad exercitium, & quo ad

B ſpecificationem: nec habet euidentiam ex parte atteſtantis, qualem fortè habuerunt Angeli, quæ tantùm neceſſitat quo ad ſpecificationem, ſed tantùm habet euidentiam per quædam ſigna, & teſtimonia humana, quæ ad ſummum faciunt euidentiam credibilitatis humanæ; quare Deus per fidem noſtram potiùs dicitur audiri, quàm videri, ex quo ſequitur, quòd ſi fiat reſolutio talis modi credendi per auditum, & non neceſſitantis ad aſſenſum, neceſſariò reſolutio facienda eſt in dictionem Dei, quatenus obſcura eſt.

20\. Reſponſio ad primum Durandi argumẽtum.

Ad argumenta autem Durandi, quæ ſunt contra hoc quartum dictum noſtrum, reſpondetur ad pri-

C mum, quidquid ſit, An obſcuritas formaliter ſit priuatio, vel quid poſitiuum explicatum per negatiuum, tamen ſaltem eſt certum, quod radicaliter eſt quid poſitiuum, quod radicatur in illa propoſitione ſufficienti, vt dictum eſt. Dico præterea, quòd cùm obſcuritas non ſit ratio formalis, qua, nec quæ attingatur, poteſt eſſe ratio priuatiua. Argumentum autem, ſi quid probat, probat tantùm de ratione formali qua, vel quæ. Quòd ſi adhuc inſtetur, quomodo obſcuritas, cùm ſit negatio, poteſt eſſe de eſſentia habitus realis fidei. Reſpondetur reſpectum tranſcendentalem ad obiectum obſcurè dictum à Deo eſſe, de eſſentia habitus fidei, qui quidem reſpectus eſt realis ſicut ſcientia de ente rationis eſt realis, & tamen obiectum nõ eſt reale, ordo tamen

D tranſcendentalis ſcientiæ ad obiectum eſt realis.

21\. Reſponſio ad ſecũdum.

Ad ſecũdum, per quod probatur, quòd eſſe non viſum, ſeu obſcurum, ſit poſteriùs actu, reſpondetur, tranſeat maior, ſed fallitur meo iudicio Durandus in minori: nam non benè facit comparationem, primò, quia comparat actum viſionis cum habitu fidei. Secundò, in quo magis apparet falſitas comparationis, quia ſumit viſum pro denominatione extrinſeca reſultãte in obiecto per formam extrinſecam viſionis, ſed nõ viſum, vel ſumit eodem modo, & tunc eodem modo procedit comparatio, ſed non ſumus in caſu, vel ſumit pro præuio ad actum credendi, quod eſt modus attingendi obiectum, & tunc non bene comparat, ſed debebat comparare

E præuium ad viſionem, cum præuio ad credere, & ita aſſignare modum attingendi in vtroque, & ſic valuiſſet comparatio, & concederemus totum.

In viſione beatifica duo, ſcilicet lumen gloriæ & eſſentia diuina.

Explico verbi gratia, in viſione beatifica eſt lumen gloriæ, & eſſentia Diuina loco ſpeciei, in quo aggregato, tamquam præuio ad viſionem, in priori natura fundatur modus attingendi Deum euidenter, intuitiuè, & hic modus antecedit viſionem in priori quodam naturæ, & ſi hoc modo accipiatur eſſe viſum, ſeu viſibile, tunc eſt præuium viſioni: at verò viſum, quæ eſt denominatio extrinſeca reſultans ex forma extrinſeca viſionis, eſt quid poſterius ipſa viſione: ita in fide eſſe non viſum, ſeu eſſe obſcurum, ſi ſumatur pro modo attingẽdi obiectum, radicato in tali modo proponendi, tunc antecedit ipſum,

Digitized by Google

ipſum credere, ſeu aſſentiri obſcurè, quia ex tali modo proponendi Deus dicens non videtur, ſed auditur, & ita ipſa dictio Dei recipit quamdam denominationem extrinſecam obſcuritatis, intellectus autem attingit obiectum reuelatum ſub hac ratione dictionis obſcuræ, quæ quidem antecedit ipſum credere, vt probatum eſt.

Ad argumentum igitur Durandi reſpondetur, quòd ſi eſſe viſum, & eſſe obſcurum Durandus accipit eodem modo, neutrum eſt præuium actui, ſed vtrumque ſupponit actum; nam eſſe viſum eſt denominatio extrinſeca, quæ reſultat in obiecto ex actu. Si verò ſumit Durandus eſſe viſum, & eſſe obſcurum pro illo modo præuio attingenti obiectum, tunc vtrumque eſt præuium actui, & tūc conceſſa maiori, minor etiam conceditur in ſenſu aſſignato; ſed non eſt contra nos. Sed ſi Durandus accipit viſum pro denominatione extrinſeca reſultante in actu, tunc malè comparat cum eſſe obſcurum, quia obſcurum, vt à nobis accipitur, eſt præuium actui, & ſe tenet ex parte rationalis formalis; non autem ſumimus pro illa denominatione extrinſeca reſultante in obiecto ex actu, ſed pro modo illo attingendi obiectum ſuprà à nobis explicato, qui antecedit actum.

22. *Reſponſio ad tertium.* Ad tertium conceditur maior, quia procedit de ratione formali, quæ attingitur: ſed negatur quod aſſumit, ſcilicet quod eſſe non viſum ſit ratio formalis, quæ, quia potiùs eſſe non viſum eſt ratio ſub qua, ſeu modus modificans rationem ſub qua, quæ eſt dictio immediata Dei, & ſi quid probat argumentum, probat tantùm, quòd ratio formalis, quæ attingitur per fidem, attingatur ſub tali modo, ſeu ratione ſub qua dictionis obſcuræ, ex qua reſultat poſtea in ipſo aſſenſu obſcuritas quædam.

23. *Reſpōſio ad quartum.* Ad quartum reſpondetur, quòd licet ratio aſſentiendi certitudine Diuina, ſit à veritate prima tamquam ratione formali, qua, tamen talis modus aſſentiendi, ſeu attingendi obiectum, ſcilicet, quòd intellectus non neceſſitetur ad aſſenſum, nec impediatur ſaltem primus motus dubitationis, & quòd ante aſſenſum præcedere debeant motiua humana, vt conditio ſine qua non, vel euidentia, vel ſaltem excludentia moraliter metum actualem, iudicio prudentis viri, eſt ab ipſa dictione quatenus obſcura eſt, quia non videtur veritas prima dicens, ſed potiùs auditur, & notificatur nobis per ſigna, vt mox dicetur.

Veritas prima dicens non videtur, ſed auditur.

QVARTA DIFFICVLTAS.

An fiat vltima reſolutio fidei in fidem acquiſitam, quæ eſt per teſtimonia humana fide digna, tamquam in conditionem applicantem myſteria noſtræ fidei, vt credenda fide diuina.

24. *Prima aſſertio.* DIco primò cum communi, quòd ſic, quia cùm obiectum fidei obſcurè proponatur, & ex parte obiecti, & ex parte atteſtantis; neceſſariò proponenda ſunt aliqua teſtimonia fide digna, per quæ fiat prudens, & euidens, iudicium practicum de credendo fide diuina, quòd Deus, ſcilicet, ſit ille, qui tale myſterium reuelat, vt paulò infrà probabitur: talia autem teſtimonia, quæ faciunt fidem acquiſitam, ſe habent tantùm vt conditiones applicantes myſterium fidei, tamquam credendum fide diuina, & non vt ratio formalis, quia (vt infrà probabitur in ſequenti Corollario) aſſenſus fidei

Teſtimonia fide digna requiruntur, vt credatur aliquid fide diuina.

A diuinæ eſt ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam, & ſupra omnem certitudinem humanam; aſſenſus autem fidei acquiſitæ, eſt ſecundum ſubſtantiam naturalis. Fit autem hæc reſolutio fidei diuinæ in fidem acquiſitam tamquam conditionem applicantem tali diſcurſu. Quidquid proponitur credendum fide diuina per teſtimonia digna fide humana, excludentia omnem metum, eſt credendum fide diuina, ſed hic articulus proponitur credendus fide diuina per talia teſtimonia; ergo eſt credendus. Minor ſit manifeſta per experientiam, ſcilicet per miracula, quæ proponuntur, ita vt non appareat alius vſus illorum miraculorum, niſi ad hunc finem, vt diximus ſuprà Coroll. tertio contra Durandum, præ-

B ſertim ſi accedat ſanctitas doctrinæ, & ſanctitas proponentis. Maior probatur, quia alioquin tolleretur à Deo ſumma auctoritas reuelandi pro hoc ſtatu viæ, quia non datur alius modus pro hoc ſtatu.

Sed quæres circa hanc difficultatem, quam certitudinem moralem debeant habere illa teſtimonia humana, per quæ proponitur ille articulus credendus. 25. *Quæſitum. Quā certitudinem moralem debeant habere teſtimonia humana, vt ſufficienter applicēt propoſitionem de fide.*

Aliqui exiſtimant debere eſſe talia, quæ faciant euidentiam credibilitatis, atque adeo excludant omnem metum, etiam potentialem, & quaſi neceſſitent moraliter intellectum ad aſſenſum.

Alij verò exiſtimant ſufficere probabilitatem credibilitatis; dummodò non ſit cum probabilitate oppoſiti, vt patet in pueris, & ſimplicibus, qui non ſunt capaces euidentiæ credibilitatis. 26.

C Ego verò exiſtimo mediam viam eſſe tenendam, per quam conciliari poteſt vtraque opinio. Suppono autem priùs hanc diſtinctionem; Vel quod proponitur credendum fide diuina, eſt in prima ſui applicatione, vel poſt primam ſui applicationem. Hac poſita diſtinctione. *Diſtinctio credendorū.*

Dico ſecundò, quòd ad hoc, vt fidelis credat, debet habere euidens iudicium practicè practicum; nam hoc iudicium debet antecedere iudicium ſpeculatiuum fidei diuinæ; ſi autem hoc iudicium, non eſſet euidens, ſed admiſtum formidini, non eſſet debita ratio, ſeu conditio applicans obiectum fidei, quia non obligaret ad credendum, & poſſet facilè mutari, nec conduceret ad aſſenſum certum ſpecu-

27. *Aſſertio ſecunda.* *Quale iudicium habere quis debeat antequam credat.*

D latiuum fidei, qui ſecundum Paulum ad Galatas, ita debet eſſe certus, vt etiamſi Angelus de Cælo prædicaret aliud, non eſſet illi credendum. At verò aſſenſus certus ſpeculatiuus fidei diuinæ dependet tamquam à conditione applicante ab ipſo iudicio practicè practico; debet igitur illud iudicium practicè practicum eſſe certum; non poteſt autem eſſe certum, niſi ſit euidens, quia cùm non ſit fidei diuinæ, ſed humanæ, certitudinem moralem habet ab euidentia morali: debet igitur fundari in motiuo humano, quod poſſit parere tale iudicium practicè practicum euidens. Nam licet huius iudicij practicè practici ratio materialis, ſuper quam cadit, ſit eſſe credendum fide diuina aſſenſu ſpeculatiuo propoſi- *Ad Galat. 1.*

E tionem de fide diuina ſub ſua ratione formali, ſcilicet auctoritate diuina dicente, ratio tamen formalis huius iudicij practicè practici eſt motiuum humanum, quod debet excludere probabilitatem ab oppoſito; quia alioquin non poſſet eſſe ratio formalis iudicij practicè practici euidentis, & certi, ſed potiùs iudicij admiſti cum formidine; & hoc tantùm primum dictum intendit Diuus Thomas 2. 2. queſt. 1. artic. 4. cùm dixit; quòd non crederet fidelis, niſi videret eſſe credendum. *S. Thom.*

Tertiò dico, cùm proponitur fides noſtra, in prima ſui applicatione debet fundari in motiuis hu- 28. *Tertia aſſertio.*

 manis

An iſta neceſſitas tollat libertatẽ, vide infrà nu.29.

A manis, ita fide dignis, vt faciant euidentiam credibilitatis, & neceſſitent quodammodo moraliter intellectum ad aſſentiendum fide humana. Probatur primò; quia myſteria noſtræ fidei, quæ proponũtur vt credẽda auctoritate diuina, non diſtinguũtur in ratione applicationis, niſi præcipuè per hanc euidentiam credibilitatis. Nam aliæ ſectæ habent aliquod aliud motiuum fundatum in auctoritate ſuorum ſapientum: confirmari igitur debet teſtimoniis ſupernaturalibus, quæ non poſſunt fieri, niſi auctoritate diuina, verbi gratia per miracula, per prophetiam, per reuelationem ſecretorum cordis, &c. Hæc autem faciunt euidentiam credibilitatis, præſertim, quia iſta ſigna ſupernaturalia debent ita proponi, vt ſuprà dictum eſt, vt poteſtas, ſeu vſus ipſorum non appareat datus, niſi ad hunc finem. Probatur ſecundò, quia fides noſtra in prima ſui applicatione, quoniam clarè diſtingui debebat ab omni alia ſecta, de facto fundata eſt in teſtimoniis humanis ita fide dignis, vt facerent euidentiam credibilitatis, vt latè proſequuntur Theologi 2.2. hîc autem non eſt proprius locus.

Quæ faciunt euidentiam credibilitatis.

29. Obiectio.

Quòd ſi obiicias, ſi talis euidentia credibilitatis requireretur, ſequeretur, quòd tolleretur pia affectio ad credendum, & tolleretur etiam actus liber meritorius. Sequela probatur, quia talis euidentia neceſſitaret intellectum illius, qui haberet talem euidentiam ad aſſenſum.

Solutio. *Duplex intercedit aſſenſus in credendis,*

Reſpondetur, quòd duplex intercedit aſſenſus. Primus fide humana, qui aſſenſus, an requiratur formalis, vel ſaltem virtualis, non diſputo, quia hîc non eſt locus proprius. Alius aſſenſus, C qui eſt formalis fide diuina; aſſenſus fide humana tranſeat, quòd ſit neceſſarius, & conſequenter non meritorius, quamuis veriùs dicitur, quòd quia neceſſitat moraliter, non tollit meritum, quia illud moraliter eſt conditio diminuens; poteſt enim proteruus non aſſentiri, ſed etiamſi concedatur, neceſſitate moraliter, adhuc actus eſſet liber, & ad hũc eliciendum valde iuuat pia affectio. Ratio eſt, quia intellectus debet aſſentiri fide diuina ſupra certitudinem motiui humani; ſcilicet, propter veritatem primam dicentem tamquam rationem formalem: non igitur ad hunc aſſenſum poteſt neceſſitari intellectus à motiuis humanis.

Aſſenſus humanus etiãſi neceſſitet moraliter, non deſinit eſſe meritorius.

30. Quarta aſſertio. *Fides proponitur ſufficienter rudibus, & pueris ſub motiuo humano.*

Quartò dico, quòd poſt primam applicationem noſtræ fidei, tunc noſtra fides proponitur ſufficienter rudibus, & pueris, cùm proponitur ſub motiuo humano, auctoritate, ſcilicet, ſapientum, & maiorum, qui illam fidem tenent, &c. cùm tamen talis auctoritas prudentium non faciat euidentiam credibilitatis, ſed probabilitatẽ credibilitatis. Hoc quartum dictum probatur primò experientia, quia experimur, quòd rudes, & pueri, qui credunt fide diuina, non habent aliud motiuum humanum, niſi auctoritatem ſapientum; & alia huiuſmodi. Secundò probatur auctoritate Auguſt. lib. 1. ad Simplicianum quæſt. 2. vbi ait, quòd non omne motiuum noſtræ fidei mouet omnes, ſed aliud alios, verbi gratia Nathanaëlem mouit illud *vidi te ſub ficu*, latronem mouit Chriſtus pendens in Cruce, quo facto alij ſcandalizati ſunt.

Euſeb. *Fides noſtra fundatur in his rationibus quas ſapiẽtes reddere poſſunt.*

Hæc ſententia noſtra his dictis explicata, videtur expreſsè Euſebij, libro de præparat. Euang. 1. cap. 3. vbi habet, quòd fides noſtra debet fundari in talibus rationibus, vt poſſint ſaltem ſapientes reddere rationem expoſcenti, quam quidem euidentiam rationis non tenentur ſcire pueri, & ruſtici, ſed ſe remittere ad ſapientes. Sed notandum, quòd ſi quis dicat, quòd etiam eadem motiua moueant pueros hæreticorum, ſeu ruſticos hæreticos, & eadem etiam moueant pueros Catholicorum, ſeu ruſticos Catholicos: reſpondeo quod etiamſi hoc concedatur, aſſignari poteſt differentia. Nam pueri hæreticorum, & ruſtici, illo ſuppoſito excuſari poſſent à peccato, ſi in illis eſſet ignorantia inuincibilis, ſcilicet, ſi ponerẽt in hoc eã diligentiã, quam debent: tamen ſi ponerent maiorem, diiudicarent fidem ipſis propoſitam eſſe falſam; quia fides ipſis propoſita nõ poteſt peruenire ad euidẽtiam credibilitatis, vt dictum eſt, imò inuenirent multa falſa eſſe mixta; at verò in pueris Catholicorum, & ruſticis eſſet oppoſitum, quia quò intimius diiudicaretur propoſitio illis facta, eò maior videretur credibilitas vſque ad euidentiam credibilitatis incluſiuè, vt diximus in ſecundo dicto. Secunda differentia eſt, quia facta propoſitione pueri infidelium, & ruſtici non mouentur ſupernaturaliter ad credendum, quia fides illorum eſt fides acquiſita & humana: at verò pueri, & ruſtici fideles mouentur ſupernaturaliter, quia fides ipſorum eſt infuſa.

Pueri hæreticorum, & ruſtici quomodo excuſari poſſint, vel non quod parentibus, vel aliis aſſentiantur.

B

31. Argum. contra quartum dictum.

Sed contra noſtrum quartum dictum magna eſt difficultas: nam fides diuina dicit omnimodam infallibilitatem, & immutabilitatem; ergo non videtur poſſe fundari in aliquo, quod in ſe patitur fallibilitatem, quale eſt motiuum illud poſitum in tertio dicto, fundatum in auctoritate ſapientum, & maiorum. Conſequentia probatur: & pro maiori explicatione ponatur caſus, quòd viginti epiſcopi prædicent ruſtico articulum falſum; tamquam dictum à Deo, & ab Eccleſia, iſta propoſitio viginti Epiſcoporum eſt ita ſufficiens, vt prudenter ruſticus formet iudicium practicè practicum euidens, & certum moraliter ad credendum aſſenſu ſpeculatiuo, ob auctoritatem diuinam tamquam rationem formalem illum articulum propoſitum à viginti Epiſcopis; quo caſu ſtante ſequuntur multa abſurda.

Caſus in quo ruſticus aliquis excuſari poteſt credendo falſum.

1. Abſurdũ. Primùm in tali caſu ruſticus obligaretur ſub mortali ad credendum, quod dicunt illi viginti Epiſcopi, quod quidem eſt abſurdum; quia præceptum fidei obligaret ad credendum falſum.

2. Abſurd. Secundum, ille ruſticus eſſet in gratia Dei ſine fide. Quòd ſit in gratia Dei, probatur, quia in credendo nullum committit mortale; imò ſeruat præceptum de credendo. Quòd ſit ſine fide, probatur, quia credit falſum, & oppoſitum fidei; ergo amittit fidem. Probatur D conſequentia dupliciter. Primò, quia oppoſitum expellitur per aliud oppoſitum. Secundò, quia illa propoſitio eſt ſufficiens, ſi caderet ſuper articulum verum ad introducendam fidem; ergo eſt etiam ſufficiens cadens ſuper articulum falſum ad excludendam fidem.

3. Abſurd. Tertium abſurdum, quia ſequeretur, quòd Deus concurreret ad formandum illud iudicium practicè practicum euidens, & certum: nam ſupponitur in tertio dicto eſſe iudicium ſecundum prudentiam. Quòd verò ſequela contineat abſurdum, probatur, quia concurreret Deus ad decipiendum. Et confirmatur magis, quia videtur, quòd ille aſſenſus ſpeculatiuus circa falſum ſit fidei diuinæ. nam in reliquis virtutibus, vt ſi actus eliciE tus veræ virtutis ſecundum ſuam veram rationem formalem, ſufficit exiſtimatio prudens de obiecto materiali etiam falſo, verbi gratia, ſi daretur eleemoſyna Petro propter amorem Dei, quia prudenter exiſtimatur eſſe pauper, cùm tamen à parte rei ſit diues, eſt verus actus elicitus à caritate: eodem modo cùm creditur articulus propter veritatem primam dicentem, quia prudenter exiſtimatur eſſe dictus à Deo, erit actus elicitus à fide diuina, etiamſi à parte rei articulus propoſitus ſit falſus, vnde ſequitur, quòd Deus concurreret ad aſſenſum falſum,

An cùm creditur articulus falſus quatenus exiſtimatur dictus à Deo, ſit actus elicitus à fide diuina.

falſum, & vt ratio formalis tanquam veritas prima, & vt mouens, cùm talis actus eliciatur ab habitu fidei, vel ab auxilio ſpeciali æquipollenti.

32. Reſponſio ad argum. ſeu difficultatem propoſitam. Ad 1. Abſurdum. Ad 2. Abſurdum.

Sed ad hanc difficultatem reſpondeo negando conſequentiam, & primum abſurdum, reſpondeo, quòd præceptum fidei in tali caſu obligaret credere falſum non per ſe, ſed per accidens, ratione ignorantiæ inuincibilis.

Ad ſecundum abſurdum reſpondetur, perſeuerare ruſticum in gratia, & non amittere fidem. Et ad primam probationem conſequentiæ, reſpondetur non opponi formaliter: nam ratio formalis credendi miraculum falſum, eſt auctoritas diuina putata, quæ non opponitur formaliter auctoritati diuinæ veræ. Ratio autem formalis vera credendi illum articulum falſum, eſt motiuum humanum fundatum in auctoritate illorum viginti Epiſcoporum; B quare fides etiam eſt humana.

Ad ſecundam probationem reſpondetur, quòd eſt ſufficiens propoſitio illa ad introducēdam fidem diuinam, quia cùm ſufficienter applicet obiectum, ſuppoſita veritate obiecti, Deus concurrit auxilio ſuo ſpeciali ad formandum aſſenſum ſpeculatiuum fidei diuinæ; atque adeò introducit fidem diuinam. At verò ſuppoſita falſitate obiecti, Deus non concurrit. Ruſticus autem non format aſſenſum oppoſitum fidei diuinæ, imò potiùs putat ſe formare aſſenſum ſub eadem auctoritate diuina. Vnde patet ratio diuerſitatis; quia propoſito obiecto vero applicatur ratio formalis, ſcilicet, auctoritas diuina. At verò cùm proponitur obiectum falſum, C non applicatur ratio formalis, ſed per eamdem ſaltem, vt putatā, aſſentitur ruſticus. Dices, ergo ſequitur, quòd ſaltem caſu introducitur fides diuina; quia caſu accidit, vt proponatur obiectum verum. Reſpondetur, cùm proponitur falſum, fit à Deo permiſſiuè: cùm verò proponitur verum, fit à Deo per voluntatem electionis, & per concurſum quemdam ſpecialem. Sed quicquid ſit, An caſu proponatur obiectum, dico tamen, quòd ſemper fides diuina introducitur ex decreto diuino efficaci per auxilium Dei ſupernaturale ſpeciale.

33. Reſp. ad 3. Abſurdum. *Duplex iudicium practicum alterum naturale ſecūdum ſubſtantiam, alterum ſecundum ſubſtātiam ſupernaturale.*

Ad tertium reſpondetur, quòd duplex intercedit iudicium. Primum practicè practicum, & hoc eſt euidens, fundatum in motiuo humano tamquam in ratione formali: ratio autem materialis, vt dictum D eſt, eſt totum hoc ſcilicet, aſſenſus ſpeculatiuus fidei diuinæ ſub auctoritate diuina tamquam ratione formali. Secundum iudicium eſt ſupernaturale ſecundum ſubſtantiam, & obſcurum, & ad hoc ſequitur aſſenſus ſpeculatiuus ipſius fidei diuinæ, cuius aſſenſus ratio formalis eſt auctoritas diuina dicens: ratio autem materialis, eſt articulus ille, qui proponitur; conditio verò ſine qua non, eſt illud motiuum humanum, ſuper quod fundatur iudicium practicè practicum. Hac ſtante diſtinctione dico, quòd ad iudicium practicè practicum humanum quidam exiſtimant, quòd non concurrit Deus ſpeciali concurſu, quia illud iudicium ſecundum ſubſtantiam eſt naturale: nam fundatur in motiuo E humano, tamquam in ratione formali: licèt obiectum materiale ſit ſupernaturale. Sed probabilius eſt, quòd Deus ſpeciali concurſu concurrat ad hoc iudicium, quia cùm moueat ad aſſenſum ſupernaturalem, erit ſaltem ſupernaturale ſecundum modum: tamen quando hoc iudicium eſt ſuper materiam falſam, non concurrit Deus ſpeciali modo, quia ceſſat ratio: & multò magis non concurrit ad iudicium illud practicum ſupernaturale ſecundum ſubſtantiā, quia illud in tali caſu non daretur. Sed ſi teneamus

Deus concurrit ad iudicium practicè practicum ſpeciale concurſu. Vide infrà in ſeq. Cor.

A opinionem illam, quòd ad omne opus morale bonum, concurrat Deus ſpeciali modo; tunc dicēdum eſt, quòd etiam ad hoc iudicium practicè practicum humanum concurreret Deus ſpeciali modo, quia ex hypotheſi eſſet opus bonum morale, regulatum ſecundum rectam prudentiam. Sed negatur, quòd Deus concurreret ad decipiendum. Nam hoc iudicium practicè eſſet verum, licet materia, ſuper quam caderet, eſſet falſa. At verò in practicis ratio veritatis attenditur penes prudentiam, ſecus in ſpeculatiuis, in quibus veritas attenditur, vt eſt à parte rei. Dices, ſaltem Deus concurreret mediatè, quia mediante hoc iudicio practicè practico ruſticus elicit aſſenſum ſpeculatiuum falſum. Reſpondetur hoc eſſe per accidens, & ſufficit ad moralitatem, vt aſſenſus ille ſpeculatiuus ſit bonus moraliter. Circa verò aſſenſum ſpeculatiuum falſum; dico quod Deus non concurrit mouens intellectum ad aſſenſum rei falſæ. Aliqui tamen exiſtimant, quòd Deus poteſt concurrere ſpeciali concurſu ad aſſenſum falſum, præſertim quatenus eſt actus bonus moraliter regulatus, & imperatus à prudentia: nam tunc Deus concurrit ad bonum; quod autem à parte rei ſit falſum, non imputatur Deo, quia licet concurrat, non tamen per ſe ipſe teſtificatur falſum; atque adeò ratio illa concurſus non eſt contra veritatem primam.

In ſpeculatiuis veritas attenditur, vt eſt à parte rei ſecus in practicis. Deus non concurrit mouēs intellectū ad aſſēſum falſum.

Ad confirmationem reſpondetur, eſſe diſparem rationem in reliquis virtutibus, & in fide: nam cùm actus reliquarum virtutum ſint practici, pendent à prudentia, & ſecundum illam habent veritatem practicam, quam debent habere, & ideo non eſt deceptio in obiecto formali, ad quod ſufficit veritas practica. At verò aſſenſus fidei diuinæ eſt ſpeculatiuus, & ideò debet habere veritatem à parte rei, verbi gratia in ſimili non eſt verus actus ſcientiæ circa obiectum falſum; etiam ſi prudenter exiſtimetur verum, vnde non poteſt eſſe deceptio in aſſenſu ſpeculatiuo fidei diuinæ circa obiectum materiale, niſi ſit circa formale; & ratio eſt, quia veritas prima non poteſt teſtificari falſum, neque fortè mouere ad falſum; & ideo non poteſt eſſe veritas prima; tamquam ratio formalis in aſſentiendo, niſi etiam obiectum materiale, quod proponitur, ſit verum.

34. *Aſſenſu prudens ad art. falſum nō eſt actus elicitus à fide diuina, ſecus in alijs virtutibus moralibus.*

Veritas prima non poteſt teſtificari falſum.

Quinta difficultas, in qua examinatur, An vltima reſolutio ſit in Eccleſiam, tamquam rationem formalem (qua) in proponendo.

35. Prima Aſſertio. *Eccleſia eſt regula infallibilis, animata, rationalis.*

DICO primò, quòd præter veritatem primam reuelantem eſt in vniuerſo aliqua regula infallibilis, animata, rationalis, qualis eſt Eccleſia. Probatur primò, quia cùm inter homines poſſint eſſe dubia, & controuerſiæ de rebus fidei reuelatis; niſi eſſet aliqua regula ſenſibilis infallibilis, ad quam recurratur, requireretur noua reuelatio à Deo, & de hac etiam poſſet eſſe adhuc controuerſia inter homines, & ſic requireretur alia, & ita abiretur in infinitum, vel non poſſet ſciri aliquid de fide diuina, ſed fide humana. Probatur ſecundò, quia imprudens eſſet Legiſlator, qui leges traderet difficiles; & vellet omnes in eodem ſenſu illis legibus conſentire; & tamen vniuſcuiuſque iudicio committeret interpretationem, ſed deberet aliquem interpretem ſtatuere; & ſi poſſet infallibiliter, cuius eſſet de vero ſenſu legis interpretari: nam alioquin ſequerentur variæ opiniones, & incertitudines in intelligentia. Sed Deus dedit Scripturas, & Leges, in quibus, vt 2. Pet.

V 4 Petrus

Digitized by Google

Petrus loquitur de epiſt. Pauli, *ſunt multa difficilia intellectu, quæ homines deprauant ad ſui perniciem*, & tamen Deus vult eſſe vnam fidem, & vnum ſenſum; ergo pertinebat ad ſuam ſummam prouidentiam prouidere nobis de vna communi regula animata, & rationali, quæ non ſolùm eſſet fundata in auctoritate humana, quatenus eſt congregatio doctiſſimorum, & piiſſimorum hominum; ſed quatenus eſt inſtrumentum ipſius Dei, atque adeò vt regula infallibilis, quæ ſine deceptione ad firmandum vnum ſenſum, & vnam fidem determinaret dubia, & difficultates, quæ oriuntur ex Scripturis, & Legibus: omnes enim hæreſes, vt ſcribit Tertullianus de reſurrectione carnis, fundantur in malo intellectu Scripturarum; & Clemens Papa libro Recognitionum epiſtola 5. & 10. & Cyprianus epiſtola nona: *omnes*, inquit, *hæreſes ortæ ſunt, & oriuntur dum Epiſcopus, qui vnus eſt, & Eccleſiæ præeſt, ſuperba quadam præſumptione contemnitur*. Ita etiam Baſilius homilia ſecunda Hexameron, & Auguſtinus tra. 28. in Ioannem. Quòd autem hæc regula animata, rationalis, ſit Summus Pontifex Romanus, non eſt hic locus proprius probandi, ſed inter recentiores videndus eſt Valentia 2. 2. quæſt. 1. & Cardinalis Bellarminus. lib. 3. de verbo Dei cap. 3. 4. 5. & in lib. de ſummo Pontifi. & Medina de recta fide in Deum.

Tertull. Clem. Pap. Cypr. Hæreſes fundãtur in malo intellectu Scripturarũ. Baſil. Auguſt. Valentia. Bellarmin. Medin.

36 Dico ſecundò, ſtante hac regula rationali, infallibili, omnes articuli fidei vltimatè reſoluuntur in ipſam, tamquam in rationem formalem, quã, in proponendo. Reſoluuntur autem per talem diſcurſum ſecundùm Durandum in 3. diſt. 24. qu. 1. credimus Deum eſſe trinum, & vnum, quia Scriptura dicit, quam credimus à Deo inſpiratam, & reuelatam, & hoc eſt primum creditum. Rurſus credimus Scripturam eſſe à Deo inſpiratam, quia Eccleſia, quæ regitur à Spiritu ſancto, illam approbat, vt notat Auguſtinus contra fundamentum Manichæi: hi autem diſcurſus ſunt tantùm conditiones, vt dictum eſt.

Ad hanc regulam vltimatè reſoluuntur omnes fidei articuli.

Vltimò agendum hic eſſet, quo modo vltima reſolutio fidei fiat in ipſum habitum, ſeu lumen fidei, tanquam in cauſam efficientem, non quidem neceſſariò inclinantem, vt ſuprà in hoc eodem Corollario impugnauimus, ſed tamquam in auxilium eleuans intellectum ad credendum certitudine quadam ſupernaturali, excedente omnem certitudinem humanam, fundatam in motiuis humanis. Sed de hoc dicemus in Corollario ſequenti de ſupernaturalitate fidei.

QVÆSTIO QVINTA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia quinti Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, actus fidei Chriſtianæ ſit ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam.

Tria concurrunt ad actum fidei Chriſtianæ, quæ requiritur ad ſalutem. Primò intellectus practicus formando iudicium practicè practicum, & ſe habet vt applicans, & proponens. Secundò voluntas mouendo intellectum ſpeculatiuum, & ſe habet, vt mouens, & imperans. Tertiò ipſe intellectus ſpeculatiuus formando aſſenſum ſpeculatiuum.

Et circa hæc tria ponuntur tres partes Corollarij, & primò agendum eſt de aſſenſu ſpeculatiuo, quia licet ſit vltimus in exequutione, tamen eſt radix ſupernaturalitatis in reliquis duobus.

Aſſenſus ſpeculatiuus fidei, qualis requiritur ad ſalutem ſecundum ſubſtantiam eſt ſupernaturalis. Pr. pars Corollarij.

Aſſenſus practicus, ſeu iudicium practicum de credendo, ſeu aſſentiendo aſſenſui ſpeculatiuo fidei ſupradicto, eſt naturale ſecundum ſubſtantiam, ſupernaturale ſecundum modum. 2. pars Cor.

Actus voluntatis, à quo mouetur intellectus ſpeculatiuus ad aſſentiendum ſpeculatiuè rebus fidei, eſt ſecundum ſubſtantiam ſupernaturalis. 3. pars Cor.

PRO HIS AVTEM TRIBVS partibus Corollarij examinandis pono tres dubitationes.

PRIMA DVBITATIO.

Vtrùm prima pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, Aſſenſus ſpeculatiuus fidei, qualis requiritur ad ſalutem, ſecundum ſubſtantiam ſit ſupernaturalis.

PRò explicatione notandũ, quòd actus ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam, dupliciter accipi poteſt. Primò ex obiecto materiali. Secundò ex obiecto formali, ſeu ratione formali aſſentiẽdi. Primo modo tunc eſt, quando ſubſtantia obiecti materialis, non poteſt aliquo modo intelligi virtute naturali. Secundo modo, quando ratio formalis aſſentiendi excedit virtutem naturæ, & tunc dicitur actus ſecundum eſſentiam, & ſpeciem ſuam ſupernaturalis. Primo modo aſſenſus fidei eſt naturalis, quia omnia obiecta fidei, quæ creduntur fide infuſa, poſſunt ab eodem credi fide acquiſita, & naturali, & ſic accepit Diuus Thomas 2. 2. quæſtio. 171. articulo ſecundo: vbi ponens, differentiam inter habitum fidei, & donum prophetiæ, dicit donum prophetiæ eſſe ſupernaturale, quia confertur homini, vt cognoſcat obiectum, cuius ſubſtantiam non poteſt cognoſcere viribus naturæ, actum verò fidei dixit eſſe naturalem, quia obiecta fidei iam reuelata, quæ quis credit fide infuſa, poteſt credere fide acquiſita naturali: ſed Corollarium intelligitur de ſupernaturalitate ſecundum ſubſtantiam ſecundo modo, id eſt, ſecundum eſſentiam, & ſpeciem ſuam.

1. Primũ not. Actus ſupernaturalis dupliciter accipi poteſt. S. Thom. Prophetiæ donum cur ſit ſupernaturale.

2. Secundò notandum, certum eſſe etiam apud Pelagianos, vt eſt apud Auguſtinum in lib. de hæreſib. cap. 88. ad aſſenſum fidei requiri aliquod adiutorium Dei externum, ipſam, ſcilicet, reuelationem myſterij ſupernaturalis, contra aliquos Hæreticos apud Clem. lib. 4. Stromat. aſſerentes obiectum fidei cognoſci poſſe naturaliter.

2. Notab. Auguſt. Ad aſſenſum fidei requiritur aliquod Dei auxiliũ.

3. Tertiò notandum, certum eſſe apud Catholicos contra Pelagianos, præter adiutorium hoc externum requiri adhuc internum mouens ad aſſenſum; vt ſupponitur in materia de gratia, breuiter nunc probatur, præcipuè ex illo loco 1. ad Corint. 4. *Quis te diſcernit? quid autem habes, quod non accepiſti?*

3. Not. Hoc auxiliũ internũ eſſe debet. 1. ad Cor. 4.

Digitized by Google

Cypr. *pauli* quo teſtimonio vtitur Cyprianus ad hoc confirmandum, & hoc etiam teſtimonio adductus eſt Auguſt. Auguſtinus, vt hanc ſententiam, ſicut ipſe fatetur, quam tenuerat in expoſitione propoſitionum Pauli ad Roman. à propoſitione 65. poſtea retractaret lib. 3. retractat. cap. 23. & de prædeſtin. ſ 1. cap. 3.
Ad Philip 1. Ad Epheſ. 2. Secundò probatur ab Philip. 1. *Vobis datum eſt propter Chriſtum, vt in eum credatis.* & ad Epheſ. 2. *Gratia eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis, donum enim Dei eſt.* & habetur iam definitum in Arauſic. Trid. Arauſicano capit. 5. & in Tridentino Seſſ. 6. can. 3. *Si quis dixerit hominem ſine præueniente gratia Dei, & eius auxilio, credere, diligere, & ſperare poſſe, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, anathema* Punct. diffic. *ſit.* Sed controuerſia eſt inter Scholaſticos, An hoc adiutorium internum gratiæ requiratur ad aſſenſum fidei infuſæ, qualis eſt neceſſarius ad ſalutem, propter ipſam intrinſecam ſubſtantiam ſupernaturalem actus, an verò propter modum perfectionis accidentariæ ſupernaturalis, coniunctæ cum ipſo actu, qui ſecundum ſubſtantiam ſit naturalis.

VNICA ASSERTIO.

3. *Actus fidei ad ſalutẽ neceſſarius eſt ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam.*

HIs notatis; in hac prima parte Corollarij dicimus actum fidei infuſæ, qualis eſt neceſſarius ad ſalutem, eſſe ſecundum ſubſtantiam ſupernaturalem. Probatur ex differentia inter certitudinem, quæ habetur ex medio formali naturali, & inter certitudinem fidei infuſæ. nam certitudo naturalis, aut habetur ex terminorum apprehenſione, aut per diſcurſum ex aliquo priùs noto. Si ſecundo modo, non poteſt excedere certitudinem diſcurſus, vt patet ex principio philoſophico. Si primo modo, non poteſt, vt ex eodem principio colligitur, excedere euidentiam terminorum, quæ eſt quid creatum. At verò aſſenſus per fidem infuſam eſt altioris ordinis, quia talis aſſenſus, vt ſatis probatum eſt in ſuperiori Corollario de reſolutione fidei, innititur immediatè infallibilitati veritatis primæ, tamquam rationi formali aſſentiendi, quæ tamquam imparticipata eſt ſuperioris ordinis, quàm infallibilitas creata, & participata. & hoc voluit indicare Chriſtus, cùm dixit, Luc. 21. *cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt,* quare etiam ſi certitudo naturalis augeretur in infinitum, non poſſet attingere certitudinem fidei, vt patet ex his, quæ dicta ſunt ſuprà, vnde Auguſtinus de prædeſt. Sanctor. capite 9. concludit etiam fidem inchoatam eſſe donum Dei: ſuperat igitur fides etiam remiſſa omnem certitudinem naturalem.

Auguſt. *Fides inchoata eſt donum Dei.*

Et hæc quidem ratio, non ſolùm probat certitudinem fidei excedere ſecundum ſe quamcumque certitudinem naturalem, & eſſe ſuperioris ordinis, quod quidem ſufficeret ad probationem Corollarij, ſed etiam probat contra Capreolum in 3. diſt. 25. & Caietanum in 2. part. quæſt. 1. artic. 8. eſſe etiam certiorem quo ad nos, quod expreſsè etiam dicit D. Thom. 2. 2. quæſt. 4. artic. 8. & quæſt. 16. de verit. artic. 12. quia licet auctoritas diuina applicetur obſcurè, applicatur tamen immediatè, vt in ſuperiori Corollario probatum eſt, ab auctoritate enim diuina ſolùm, & non à modo applicandi ſumitur certitudo, quia illa eſt, quæ immediatè concurrit, vt ratio formalis aſſentiendi, à modo autem applicandi, qui non concurrit ad certitudinem aſſenſus, potiùs habet fides, vt excedatur à ſcientia naturali, quia nec neceſſitat intellectum, nec tollit motum indeliberatum dubitationis, quæ duo tollit ſcientia naturalis ratione euidentiæ, & hoc tantùm probant argumenta, quæ ſolent fieri in oppoſitum. quod quidem adhuc confirmari poteſt auctoritate Scripturæ, & Patrum 2. Pet. 1. *Habemus firmiorem propheticum ſermonem,* & Galat. 1. *Si Angelus de cælo,* & ex Auguſt. 7. confeſſ. cap. 10. *Faciliùs dubitarem me viuere, quàm non eſſe veritatem, quam audiui in corde meo.* & Chryſoſt. hom. 12. in Epiſt. ad Hebræos, *Cùm circa ea, quæ non videntur amplius, quàm circa ea, quæ videntur certitudinem quis habuerit.* Idem ferè dicit Dionyſ. de diuin. Nom. cap. 7. cuius etiam rei ſignum eſt, quod fidelis potiùs eſt paratus negare omnem euidentiam naturalem, quàm fidem, vt patet ex illo dicto Auguſt. Concluditur igitur ex dictis modum aſſentiendi fide infuſa, non eſſe naturalem, quia neque eſt ex terminorum apprehenſione: nulla enim eſt neceſſaria connexio inter terminos huius propoſitionis; Deus reuelauit ſe eſſe incarnatum, nec eſt ex diſcurſu, vt probatur in Corollario ſuperiori, ſed eſt per diuinam auctoritatem immediatè applicatam.

D. Thom. *Fidei certitudo ex edit certitudinẽ naturalem.*

2. Petr & Galat. 1. Auguſt. Chryſoſt. Dionyſ.

Hæc prima pars Corollarij eſt D. Thom. 2. 2. q. 6. art. 2. & licet oppoſitum videatur dicere 2. 2. quæſt. 171. art. 2. tamen ibi loquitur de ſubſtantia obiecti materialis, vt initio Corollarij explicatum eſt. Eſt etiam Richard. in 3. diſtin. 23. art. 7. quæſt. 2. Med. 1. 2. quæſt. 62. art. 2.

S. Thom. Richard. Medin.

4. *Caiet. Opiniones, & argumẽta cõtra primã partem Corollarij.*

Contra hanc primam partem Corollarij tenet Caietanus 1. 2. quæſt. 109. & 2. 2. quæſt. 181. art. 2. ad 3. Caietanus autem occaſionem dedit D. Thomas 2. 2. q. 172. art. 2. vbi dixit, actum fidei eſſe naturalem. Aſſerit autem Caietanus fidem ſecundum ſubſtantiam actus, eſſe naturalem, ſecundum tamen modum eſſe ſupernaturalem: hunc tamen modum dicit eſſe rationem meriti, ſed hanc opinionem Caietani impugnant primò aliqui, quia cùm ratio meriti ſit reſpectus, non eſt ad illum per ſe actio, ac proinde ad illum non requiritur adiutorium gratiæ tamquam peculiare ipſius. Sed hæc impugnatio facilè ſolui poteſt à Caietano, quo ad hoc, vt actus fidei ſit proportionatus merito, ſeu vt ſit fundamentum proximum reſpectus ad meritum, debet eſſe ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam, debet eſſe ſecundum modum, id eſt, per vocationẽ extrinſecam Spiritus ſancti, & per concurſum ſupernaturalem identificatum cum actu fidei, per quem quamuis ſecundum eſſentiam, quæ ſolùm deſumitur ab obiecto, actus non ſit ſupernaturalis, erit tamen ſupernaturalis entitatiuè; atque adeo actio non eſt ad reſpectum, ſed ad fundamentum.

Actus debet eſſe ſupernaturalis, vt ſit proportionatus merito.

Secundò impugnatur opinio Caietani, ex ratione noſtra fundamentali, quam paulò antè attulimus, quæ probat circumſcripto omni reſpectu meriti, adhuc actum fidei eſſe ſecundum ſubſtantiam ſupernaturalem, quia ratio formalis aſſentiendi immediatè eſt veritas prima, & ideò ad illum requiri gratiam Dei, non quidem vt inquit Auguſtinus de præd. Sanct. cap. 2. vt plenè, & perfectiùs credamus. Quòd ſi actus fidei ſecundum ſubſtantiam eſſet naturalis, poſſet attingi viribus naturæ, cuius oppoſitum docet ibi Auguſtinus. Ad S. Thomam adductum in 2. 2. quæſt. 172. artic. 2. reſpondetur, S. Doctorem ibi loqui de obiecto materiali fidei, vt dictum eſt ſuprà, quia articuli fidei poſſunt credi à fide humana, & ideo dicit diſtingui à prophetia, quæ nec etiam ſecundum materiale, poteſt cognoſci viribus naturæ.

Auguſt. *Vt ſimpliciter credamus gratia Dei eſt neceſſaria.*

Secundò contra hanc primam partem Corollarij tenent omnes illi Doctores, qui aſſerunt fidem

acquiſi

acquiſitam,& infuſam non diſtingui ſpecie, ſed ſecundum modum, Palud.in 4.d.14.quæſt.2. Nominales Ocham quodlib.5. quæſt.7. Gabriel in 3. diſt. 23. quæſt.2. artic.5. Supernaturalitatem autem ſecundum modum non ſumunt, vt Caietanus ſumebat per reſpectum ad meritum, ſed ſumunt ex maiori certitudine. Sed contrà, quia, vt iam probatum eſt, illa maior certitudo fidei infuſæ non conſiſtit in intentione intra eamdem ſpeciem, ſed eſt diuerſa ſpecie, & ſuperioris ordinis, quia immediatè innititur veritati primæ, tamquam rationi formali, ita vt nec à certitudine naturali in infinitum aucta attingi poſſit, vt ſuprà probatum eſt: ergo fides infuſa eſt diuerſæ ſpeciei ab acquiſita, & eſt ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam, & hæc circa opinionem. Argumenta verò contra hanc primam partem Corollarij, dupliciter poſſunt fieri. Primò probando, quòd fides innitatur vltimatè, tamquam rationi formali teſtimoniis humanis, atque adeò non differat à fide humana, & acquiſita; & hæc argumenta iam ſoluta ſunt à nobis Corollario ſuperiori de reſolutione fidei.

Palud. Ocham. Gabriel.

5.

1. Arg. contra primam partem Corollarij.

Secundò, probando, quòd myſteria fidei, quamuis credantur per auctoritatem diuinam, tamquam rationem formalem aſſentiendi, non ſemper, & in omnibus requiratur ad talem aſſenſum gratia Dei excitans, ſpecialis, vnde ſequitur, quòd ſecundum ſubſtantiam, ſeu eſſentiam non ſit ſupernaturalis. Argumenta ad hoc probandum ponit Molina in concordia quæſt.14.diſt.7. cuius quidem ſententia, quamuis reduci poſſit ad bonum ſenſum, vt patet ex fine illius quæſtionis, tamen quatenus argumenta illius videntur etiam militare contra hanc primam partem Corollarij, oportet illa ſoluere. Quare arguitur primò: Iudicium practicum de credendo eſt naturale, ergo & aſſenſus ſpeculatiuus credendi eſt naturalis. Antecedens probatur, quia argumenta, rationes, & motiua, per quæ homo format iudicium, quòd articulus propoſitus ſit credendus auctoritate diuina, tamquam per rationem formalem aſſentiendi, naturaliter cognoſcuntur. Ioan. 5. *Opera, quæ ego facio ipſa teſtimonium perhibent de me.* & cap. 10. *Si mihi non vultis credere, operibus credite.* & 15. *Si non veniſſem, & opera non feciſſem*, &c.

Ioan. 5. & 10.

Voluntas & iudiciũ practicum debẽt eſſe proportionata.

Conſequentia probatur, quia voluntas, & iudicium practicum debent eſſe proportionata, conſequitur enim voluntas ad iudicium: ergo volitio de credendo eſt naturalis, ergo etiam aſſenſus ſpeculatiuus eſt naturalis. Vltima hæc conſequentia probatur, quia aſſenſus ſpeculatiuus imperatur ab ipſa voluntate.

2. Argum. Secundò inſtatur. Iudæi hodie aſſentiuntur his omnibus, quæ ex fide Catholica credebant veteres Iudæi ante aduentum Chriſti, cùm tamen difficultas ſit maior illa credere poſt aduentum Chriſti, quàm ante aduentum, quia ſunt multæ rationes perſuadentes oppoſitum, v.g. vaſtatio templi, excidium ciuitatis Ieruſalem, & reliqua; & tamen modò credunt vt diuinis reuelationibus.

3. Argum. Tertiò inſtatur, in principio legis naturæ, quando nullæ erant ſectæ, & conſenſus omnium populorum circa quoſdam articulos fidei pauciſſimos, nulla videtur potuiſſe eſſe difficultas, quòd homines crederent illos articulos paucos, & faciles, quòd ſcilicet Deus eſt, & quòd remunerator eſt.

4. Argũm. Quartò, Hæretici credunt multos articulos veros, quos credunt Catholici, & illos credunt, vt à Deo reuelatos, & tamen non credunt ex fide infuſa, neque ex auxilio ſpeciali ſupernaturali, quod æquiualet fidei infuſæ, quam iam amiſerunt. Et con-

A firmatur, quia ſi hæreticus poſtea credat omnes alios articulos, quos credit Catholicus, & quos antea ipſe non credebat, non ideò requiritur auxilium ſpeciale Dei, vel fides infuſa ad credendum articulum, quem priùs credebat, non enim habet maiorem difficultatem ad credendum, & idem dicendum eſt de aliis articulis, quos poſtea credit.

Quintò, Hæreticus poteſt adducere Ethnicum ad amplectendam ſuam ſectam, in qua ſunt multi articuli fidei Catholicæ, & multi errores, & omnes illos articulos ſiue veros, ſiue falſos credit, vt reuelatos à Deo, & quidem ſine fide infuſa, & ſine auxilio ſupernaturali, quia Deus non inducit ad credendum falſum. 5. Argum.

Sextò, puer non baptizatus educatus inter ſolos 6. Argum.
B Chriſtianos, qui nihil vmquam audiuit de contrario aliquo errore, nullam difficultatem ſentit ad credendum id, quod videt credere totum populum ſine vlla diſſenſione.

6.

Resp. ad primum argũ. *Præter iudicium practicũ, datur iudicium ſupernaturale.*

SED ad hæc argumenta contra hanc primam partem Corollarij reſpondetur, & ad primum dupliciter. Primò negando antecedens. nam præter illud iudicium practicum, fundatum in motiuis humanis, datur aliud iudicium ſupernaturale ſecundum ſubſtantiam: quod Deus in nobis operatur ſine libero noſtro conſenſu, quod ad gratiam præuenientem pertinet, vt videbimus in ſecunda parte Corollarij: ſed quia præter hoc datur iudicium practicum, fundatum in motiuis humanis ad mouendum voluntatem, & intellectum ſpeculatiuum ad aſſenſum; ideò
C ſecundò reſpondetur negando conſequentiam, & ratio negationis eſt, quia tale iudicium habet proportionem cum actibus ſupernaturalibus voluntatis, & intellectus ſpeculatiui, quia licet non ſit ſupernaturale ſecundum ſubſtantiam, quia eſt fundatum in motiuo humano, eſt tamen ſupernaturale ſecundum modum, vt infrà in ſecunda parte Corollarij explicabimus. Nec obſtat diuerſum motiuum actus imperantis à motiuo imperati. nam actus interiores imperati poſſunt habere motiuum diuerſum ab actibus interioribus imperantibus, quod non eſt ſimile in actibus exterioribus imperatis, quia actus exteriores ex ſe non habent aliquod motiuum proprium præter motiuum actus interioris imperantis, v. g. poteſt aliquis ex motiuo ſpei, elicere actum
D amoris ſub proprio motiuo amoris, & tamen actus imperans ſpei eſt actus concupiſcentiæ, & actus imperatus, ſeu ordinatus eſt actus veræ amicitiæ. Ita etiam dici poteſt, quòd iudicium practicum, tamquam actus imperans, habeat diuerſum motiuum ab actu interiori imperato voluntatis, ſiue intellectus ſpeculatiui.

Resp. ad 2. *Iudæi nõ credunt niſi auctoritate humana.*

Ad ſecundum reſpondetur, quòd Iudæi non credunt niſi auctoritate humana, vt clarè colligitur ex D.Thom.2.2.quæſt.5.art.3. ad 1. Et ratio eſt, quia ſi verè eſſet auctoritas diuina reuelans, ratio formalis aſſentiendi ſe extenderet ad omnem ſufficientem propoſitionem: at non ſe extendit illa auctoritas, quam putant infideles eſſe diuinam, quia non cre-
E dunt Meſſiam iam veniſſe, quod exemplo fiet manifeſtum. nam ſi quis laboraret ignorantia vincibili circa vnum mortale, & exiſtimaret (vt multi de facto exiſtimant) ſe amare Deum ſuper omnia; non eſſet verus amor, ſed putatus amor, quia ſi eſſet verus amor, extenderet ſe ad vincendam ignorantiam vincibilem, cum qua non poteſt ſtare verus amor.

Ad tertium reſpondetur; quòd etiam in illo caſu requiritur auxilium ſpeciale ſupernaturale, quia illos pauciſſimos articulos etiã ex conſenſu omnium Resp. ad 3.

populo

Digitized by Google

populorum creditos, tenebantur credere propter auctoritatem diuinam reuelantem, tanquam propter rationem formalem aſſentiendi, qui modus credendi, vt probatum eſt, excedit potentiam naturalem, atque adeo non dicit ſolam difficultatem, ſed impoſſibilitatem ſimpliciter, vt talis actus viribus naturæ eliciatur.

Reſp. ad 4. *Hæretici credit fidei articulos per motiuũ humanum.* D. Thom.

Ad quartum reſpondetur, Hæreticum credere articulum fidei verum eſſe reuelatum à Deo, ſed per motiuum humanum, tamquam per rationem formalem aſſentiendi. Nec obſtat quòd ipſe hæreticus exiſtimet ſe credere propter auctoritatem diuinam, vt dictum eſt ad tertium, eſt ſolutio D. Thom. 2. 2. quæſt. 5. art. 3. ad 1.

Reſp. ad 5.

Ad quintum reſpondetur, quòd poteſt contingere, quòd ille Ethnicus credat omnes articulos veros, auctoritate diuina, quatenus laborat ignorantia inuincibili circa articulos falſos, vel poteſt dici quòd credat ex motiuo humano, licet ipſe exiſtimet ſe credere auctoritate diuina.

Reſp. ad 6.

Ad ſextum, quòd puer ille habet impoſſibilitatem ſecundum vires naturæ ad credendum auctoritate diuina, quia talis modus credendi eſt ſupra naturam, vt dictum eſt ad tertium.

SECVNDA DVBITATIO.

Vtrùm ſecunda pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, iudicium practicum de credendo fide diuina, ſit naturale ſecundum ſubſtantiam, & ſupernaturale ſecundum modum.

7. *Duplex iudicium practicum, alterũ ſupernaturale, alterũ naturale. Iudiciũ practicũ obſcurũ eſt gratia præueniens.*

PRo explicatione notandum, duplex aſſignari à Doctoribus iudicium practicum de credendo fide diuina; alterum, quod innititur immediatè auctoritati diuinæ tamquam rationi formali aſſentiendi, & hoc quidem iudicium eſt quædam gratia præueniens, quam Deus operatur in nobis ſine nobis, id eſt, ſine libero noſtro conſenſu, ex Trident. Seſſ. 6. cap. 5. videndus Vega lib. 6. in Trident. cap. 8. & Ferrarienſis 3. cont. Gent. cap. 40. & de hoc iudicio practico in præſenti non eſt noſter ſermo, certum eſt enim hoc iudicium ſecundum ſubſtantiam eſſe ſupernaturale, & obſcurum, cùm immediatè innitatur auctoritati diuinæ.

Iudiciũ practicum quid ſit.

Alterum iudicium practicum eſt, quod innititur motiuis humanis, tamquam rationi formali aſſentiendi; pro obiecto autem materiali habet totum aſſenſum ſpeculatiuum, ſcilicet, ipſum credere fide diuina; intellectus enim practicus, motus ex miraculis, & aliis teſtimoniis humanis, quæ vel faciunt euidentiam credibilitatis, vel ſaltem probabilitatem, practicè iudicat credendum eſſe ab intellectu ſpeculatiuo fide diuina myſterium fidei propoſitum per illa miracula, vel teſtimonia fide digna, & de hoc iudicio practico eſt ſermo in præſenti, quod quidem ſemper antecedit, & aſſenſum ſpeculatiuum, & etiam illud aliud iudicium practicum obſcurum.

1. Dictum. *Iudiciũ practicũ quod innititur motiuis humanis eſt naturale.*

His notatis, dico primò hoc iudicium practicum, quod innititur motiuis humanis, eſſe naturale ſecundum ſubſtantiam. Probatur; hoc iudicium practicum eſt concluſio ſyllogiſmi practici, qui eſt naturalis: ergo non excedit certitudinem naturalem. Conſequentia eſt manifeſta ex principio philoſophico, quòd, ſcilicet, concluſio non poteſt excedere certitudinem ſui principij. Antecedens probatur dupliciter; primò, quia ſyllogiſmus practicus fundatur in ſyllogiſmo ſpeculatiuo, qui fit per diſcurſum naturalem hoc modo: Quotieſcumque proponitur obiectum dignum ex teſtimoniis fide dignis, quæ vel faciunt euidentiam, vel ſaltem probabilitatem credibilitatis ſine formidine alterius partis, eſt credibile: ſed hoc modo proponuntur articuli fidei; ergo ſunt credibiles. Ex quo vlterius concluditur concluſio practicè practica elicita à virtute acquiſita prudentiæ; ergo hic, & nunc, mihi eſt credendum.

8. Secundò probatur illud antecedens, quia ratio aſſentiendi in ſyllogiſmo practico eſt medium naturale, ſcilicet, notitia humana, vt dictum eſt: ergo ex eodem principio non poteſt iudicium practicum, quod eſt concluſio ſyllogiſmi practici, excedere certitudinem ſuæ rationis formalis.

2. Dictum. *Iudiciũ practicũ fundatũ in motiuis humanis eſt ſupernaturale ſecundum modum.*

Secundò dico, quòd hoc iudicium practicum eſt ſupernaturale, ſecundum modum, atque adeo ſubſtantia ipſius iudicij, quia inuoluit hunc modum, non poteſt elici viribus naturæ. Pro quo ſciendum eſt, duplicem modum iudicandi practicè poſſe conſiderari in ipſo iudicio practico. Primus modus eſt quaſi ſubſtantialis, ſeu eſſentialis ipſi iudicio, quòd ſcilicet fiat per motiua humana, tamquam per rationem formalem aſſentiendi, & hic modus eſt naturalis, vt probatum eſt in primo dicto. Alius modus eſt quaſi accidentarius, quatenus ſcilicet intellectus practicus iudicat euidenter ex teſtimoniis humanis, aliqua myſteria eſſe credenda ab intellectu ſpeculatiuo, non quidem fide humana, ſed altiori quodam modo, ſcilicet fide diuina per auctoritatem ſcilicet Dei reuelantis, & de hoc ſecundo modo accidentario loquimur in præſenti, & dicimus, quòd iudicium practicum ſecundum hunc modum eſt ſupernaturale, quia ſecundum hunc modum non habet ampliùs, vt ſic rationem concluſionis, ſed potiùs induit rationem mouentis intellectum ſpeculatiuum ad aſſentiendum auctoritate diuina. Eſt autem maxima improportio, inter actum practicum, vt ſic mouentem, & intellectum ſpeculatiuum, vt motum. nam intellectus ſpeculatiuus motus mouetur ab intellectu practico ad credendum myſteria fidei altiori, & ſupernaturali ratione formali, ſcilicet per auctoritatem diuinam: cum tamen intellectus practicus, qui ſe habet vt mouens; reguletur in ſuo iudicio per rationes humanas, ex qua improportione oritur, vt intellectus practicus moueat vltra ſuas vires imperando actum altioris ordinis, quàm ſit ipſe intellectus mouens, ſeu imperans: ſecus autem eſſet, ſi intellectus practicus iudicans de credibilitate per motiuum humanum, tamquam per rationem formalem, moueret intellectum ſpeculatiuum ad credendum ſub hoc eodem motiuo humano, tamquam ratione formali; quia in tali caſu imperans, ſeu mouens, & actus imperatus eſſent eiuſdem ordinis. Quòd ſi dicas, virtus inferior, verbi gratia, ſpes poteſt mouere voluntatem ad eliciendum actum charitatis Reſpondetur, quòd ad hoc etiam requiritur aliquod ſpeciale auxilium, præſertim ſi virtus mouens eſt ordinis naturalis; & multò magis militat in caſu noſtro, quia apprehendere res fidei eſſe credendas obſcurè per auctoritatem diuinam, excedit vires intellectus practici, qui regulatur per motiua humana. Hoc ſecundum dictum probatur ex Conciliis, & Patribus, qui communiter aſſerunt ad formandum hoc iudicium requiri gratiam Dei interiùs mouentem. Auguſt. de prædeſt. Sancto. cap. 2. ad hoc probandum adducit locum illum Pauli 2. ad Corinth. 1. *Non ſumus idonei cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis.* Sic etiam eumdem locum intelligit

Auguſt. 2. ad Cor. 1

Arauſic. Mileuit. Pſalm. 93. Gregor.

intelligit Arauſicanum, cap.7. & Concilium Mileuitanum can.4. ad idem probandum adducit alium locum Scripturæ ſimilem: *Qui docet hominem ſcientiam*, & Greg. Papa hom. 30. in Euang. *Vnam* (inquit) *vocem omnes auditis, cùm ergo vox non diſpar ſit, cur in cordibus diſpar eſt intelligentia? niſi quia per hoc, quod vox admonet, eſt magiſter interior, qui de vocis intelligentia quoſdam ſpecialiter docet?* & tandem eſt definitum in Trident. Seſſ.6.cap.5. vbi hoc iudicium appellat illuminationem, ſicut appellauerat Arauſicanum; ſed hic locus Tridentini non probat efficaciter, quia interpretari poteſt de iudicio practico obſcuro primo modo ſumpto.

Trid. Trid.

TERTIA DVBITATIO.

Vtrùm tertia pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, actus voluntatis volendi credere fide diuina ſit ſecundum ſubſtantiam ſupernaturalis.

9. *Actus voluntatis liber ad determinandũ intellectũ ad aſſenſum fidei requiritur. Quid ſit pia affectio, & an ſit neceſſaria ad credendũ.*

Quis actus voluntatis neceſſariò prærequiratur ad aſſenſum fidei.

PRo explicatione ſciendum eſt ſupponi primò, tamquam certum, requiri actum voluntatis liberum ad determinandum intellectum ſpeculatiuum, ad aſſenſum fidei infuſæ, hic autem actus duplex eſt; vel quædam pia affectio, ſeu animi propenſio, vel ad res, quæ proponuntur de fide, vel ad ipſum proponẽtem, & de hoc actu non eſt præſens ſermo: non enim neceſſariò prærequiritur ad aſſenſum fidei, quia poteſt eſſe tanta euidentia credibilitatis, vt ſine hac pia affectione inclinetur intellectus ad aſſentiendum fide diuina. Alius actus voluntatis eſt, qui neceſſariò prærequiritur ad aſſentiendum fide diuina, tamquam mouens intellectum indifferẽtem, non enim poteſt neceſſitari, nec quoad exercitium, nec quoad ſpecificationem, cùm obſcurè aſſentiatur obiecto, tamquam à Deo reuelato, prærequiritur igitur actus liber voluntatis, qui moueat intellectum ad talem aſſenſum, & probatur ex Scripturis Acto. 28. *Quidam credebant iis, quæ dicebantur à Paulo, quidam non credebant*. & ad Rom. 4. laudatur Abraham, tamquã fidelis, & Marc. vlt. *Qui crediderit*, &c. Eſt etiam ſententia communis Patrum expreſsè, Hieron. lib. 4. cap. 71. & expreſsè Auguſt. lib. 1. de prædeſt. Sancto. à cap. 2. & videtur definitum in Arauſican. cap. 5. & clariùs in Trident. Seſſ. 6. cap. 6.

Act. 28. Ad Rom 4. Hierony. Auguſt. Arauſic. Trident.

10. *An actus volendi credere ſit poſitiuus, vel negatiuus.* Scotus tenet eſſe negatiuum. Caie. veriùs tenet eſſe poſitiuum.

Dubium tamen eſt inter Scholaſticos, An iſte actus ſit negatiuus, quædam ſcilicet non repugnantia; vel poſitiuus, motio ſcilicet quædam voluntatis, qua intellectus mouetur ad credendum. Et quidem Scotus in 3. d. 25. q. 2. videtur innuere ſufficere negatiuum actum voluntatis, quia licèt obiectum non ſit neceſſitans, eſt tamen ſufficienter propoſitum, quia alioquin nec voluntas poſſet mouere poſitiuè: ergo ſi non impeditur per poſitiuam repugnantiam voluntatis, aſſentietur. Sed Caietan. 2. 2. quæſt. 4. cum communi tenet requiri actum poſitiuum voluntatis. nam facta ſufficienti propoſitione, intellectus adhuc eſt indifferens ad credendum, debet igitur determinari, & non determinatur ab obiecto obſcurè propoſito, vt dictum eſt, neque poteſt determinare ſeipſum, quia non eſt principium ſufficiens ſui actus, cùm non ſit formaliter liber; ergo debet determinari per actum poſitiuum voluntatis. Quòd autem aliqui Scotiſtæ dicunt eſſe formaliter liberũ per accidens, & non per ſe & in hoc diſtingui à libero voluntatis, quod eſt per ſe, non facit ad propoſitum. nam idẽ eſt, ac dicere, quòd eſt liber forma-A liter denominationem extrinſecam à libero voluntatis; reſtat igitur vt ad credendum determinetur intellectus ab ipſa voluntate.

His igitur ſuppoſitis, probatur hunc actum poſitiuum voluntatis, eſſe ſupernaturalem, ex S. Thoma, 2.2.q.4.ar.2. Ad hunc actum (inquit) requiritur motio Dei interna, ergo eſt ſupernaturalis. Antecedens probatur ex Auguſt. lib. de prædeſt. Sanctor. vbi de hac neceſſitate gratiæ diſputat contra Pelagianos, & contra eoſdem, iam eſt definitum in Arauſicano. can. 5. Probatur etiam ex Scripturis Act. 16. dicitur, *Deus adaperire cor ad credendum*, per cor autem ſignificatur voluntas, iuxta illud Ezech. 26. *Dabo cor nouum*, &c. Ioan. 12. dicitur Iudæis, non potuiſſe eos credere, quia *obcæcati, & indurati erant*. B ad Philip. cap. 1. & 2. *Deus eſt, qui operatur in nobis velle, & perficere*: eſt etiã communis Scholaſticorum, in materia de gratia; Scotus tamen in 3. diſt. 35. q. 2. videtur contrarius; nec mirum, quia hunc actum tenet eſſe negatiuum, ad quem non requiritur gratia adiuuãs phyſica, & de hac interpretari poteſt Scotus quòd loquatur. Conſequentia probatur, quia motio proportionatur actui, ſed poſſet aliquis dicere, quòd actus voluntatis ſit ſupernaturalis tantùm ſecũdum modum, tamquam imperans, & mouens ad aſſenſum ſpeculatiuum fidei infuſæ, ratione cuiuſmodi requiratur motio interior Dei, ſicut dicebamus ſuprà de iudicio practico, non autem quòd ſit ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam. Sed contrà, quia Patres, & Scripturæ ſuprà allegatæ videntur ſi- C gnificare ipſam ſubſtantiam actus eſſe ſupernaturalem. nam Act. 16. dicitur Deus *aperire cor ad audiendum*, Ezech. 26. dicitur *dare cor nouum*, & ad Philip. dicitur *Deus operari in nobis ipſum velle*; ideo optimè inferri poteſt ex ipſo modo loquendi Scripturæ, quòd ipſa ſubſtantia actus ſit ſupernaturalis. Secundò probatur, quia obiectum formale voluntatis eſt ſupernaturale ſecundum ſubſtãtiam; ergo & actus, qui ſpecificatur ab obiecto. Antecedens probatur, quia obiectum formale eſt honeſtas Dei, quæ eſt ſupernaturalis. ſpecificatur enim ab ipſo actu credendi, circa quem tendit, actum autem credendi eſſe ſupernaturalem ſecundum ſubſtantiam, iam probatum eſt ſuprà.

Probatur ex S. Thom. *Actum volendi credere eſſe ſupernaturalem ſecũdum ſubſtantiam.* Auguſt. Arauſic. Act. 16. Ezech. 26. Ioan. 12. ad Philip. c. 1. Scot. Inſtãtia contra rationẽ aliorum. Soluitur inſtantia. Act. 16. Ezec. 26 ad Phil.

11. 1. Inſtantia.

Quòd ſi obiiciatur, naturali lumine cognoſci, ho- D neſtum eſſe credere auctoritati diuinæ ſufficienter proponenti; ergo ab illa honeſtate cognita naturaliter poteſt moueri voluntas naturaliter ad actum ſuum volendi credere.

Solutio.

Reſpondetur, quòd illa honeſtas practicè non cognoſcitur, niſi per lumen ſupernaturale: ſed quicquid ſit de cognitione, non poteſt practicè voluntas in illam ferri, niſi mota per interiorem gratiam, nam, vt eſt probatum, eſt ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam, quia ſpecificatur ab ipſo actu credendi fide infuſa, quia actus eſt obiectum formale illius honeſtatis.

* * *

E

QVÆ

Digitized by Google

QVÆSTIO SEXTA
THEOLOGICA.

Vtrum ſententia ſexti Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, nullus iuſtus ad quemcumque gradum perfectionis peruenerit, poteſt aſſentiri certitudine fidei diuinæ huic propoſitioni, ſcilicet, Ego ſum in gratia iuſtificante tamquam concluſioni Theologicæ, vt explicatæ.

D. Thom. Caie. Sot. Vega Trid. Medina. Valentia. Card. Bella. ſatis erudiè.

Materiam huius quæſtionis tractant communiter Scholaſtici, in 1. diſtin. 1. Scotus quæſtio. 24. Bonauentura artic. 1. quæſt. 3. Durandus, quæſt. 4. Richardus, artic. 1. quæſt. 5. D. Thomas, quæſt. 1. artic. 4. & 1. 2. quæſt. 112. artic. 5. & hic Caietanus, Sotus in Apologia contra Catharinum, & de natura, & gratia lib. 3. capit. 11. & in 4. diſtinct. 19. quæſt. 2. artic. 1. Catharinus in Apologia contra Sotum, Vega in Tridentinum, lib. 5. per totum Medina 1. 2. quæſt. 112. artic. 5. Valentia 1. 2. diſp. 5. quæſt. 4. puncto 4. & Cardinalis Bellarminus ſatis eruditè, vt ſolet Tom. 3. Controu. 3. de Iuſtificatione, lib. 3.

1\. *Certitudo fidei diuina qua ſit.*

PRo explicatione notandum eſt, quòd certitudo fidei Diuinæ, vt diſtinguitur à fide humana, illa eſt, quæ nititur teſtimonio diuino, atque adeò illi non poteſt ſubeſſe falſum.

Triplex fides diuina.

Hæc autem triplex eſt. Prima fidei Catholicæ, quæ habetur ex teſtimonio Scripturarũ. Secũda fidei priuilegiæ, ſeu particularis reuelationis. Tertia concluſionis Theologicæ, vt explicatæ, quæ quidem, vt patet ex tertio Corollario, licèt prærequirat diſcurſum Theologicum, tamen immediatè nititur teſtimonio diuino; quod explicatur, & applicatur per diſcurſum Theologicum; tamquam per conditionem. In hoc Corollario non eſt ſermo de prima certitudine, ſcilicet, fidei Catholicæ contra Sectarios noſtri temporis, aſſerentes quemlibet teneri ad credendũ ſe eſſe in gratia, tanquam articulum reuelatum in Scripturis, qui error damnatus eſt à Leone X. & à Trident. cap. 31. Contra quem errorem videndus eſt Veg. lib. 9. in Tridentin. & Card. Bellarm. Neque eſt ſermo de certitudine fidei particularis priuilegiatæ, certum eſt enim aliquibus eſſe reuelatum ſe eſſe in gratia Dei, vt habetur in Scripturis de B. Virgine, de Magdalena, Paralytico, & de Sancto Antonio refert Athanaſius, & de Sancta Galla Gregó-

Punct. diffic. Hæreticorũ opinio, qua credunt quilibet teneri credere ſe eſſe in gratia. Leo X. Trid. Vega Card. Belll.

A rius lib. 4. Dial. cap. 13. & de S. Franciſco S. Bonauentura. Sed ſermo eſt in hoc Corollario de tertia certitudine fidei, ſcilicet illa, quæ poteſt haberi de concluſione Theologica, vt explicata.

Trid. *Certitudo fidei de propria gratia haberi non poteſt.*

His poſitis ſupponendum eſt tamquam certum de fide, ſaltem poſt Tridentinum Seſſ. 6. cap. 9. & 17. non poſſe haberi hanc certitudinem fidei diuinæ de propria gratia. Neque valet reſponſio Catharini, quòd Concilium loquatur contra Sectarios, aſſerentes quẽlibet fide Catholica teneri ad credẽdũ ſe eſſe in gratia, quia etiam ſi intenſio Concilij fuerit cõtra Sectarios, tamen voluit etiam damnare vniuerſaliter omnes aſſerentes, ſcire certitudine fidei diuinæ ſe eſſe in gratia, vnde nullam mentionem facit Concilium de fide Catholica, ſed in vniuerſali loquitur de B fide diuina, cui non poteſt ſubeſſe falſum Verba autem Concilij in cap 9. hæc ſunt: *Quilibet dum ſe ipſũ, ſuámque propriam infirmitatem, & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare, & timere poteſt, cùm nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe eſſe gratiam Dei conſequutum.* & cap. 16. inquit, *Neque ſeipſum aliquis, etiam ſi ſibi nihil conſcius fuerit iudicare, quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda, & iudicanda eſt, ſed Dei.*

Hierony. Leon. Greg. Aug.

Probatur ſecundò ex communi ſententia Patrum, Hieronymi, Leonis, Auguſtini libro de corr. & gratia, cap. 16. & Gregor. lib. 9. moral. cap 17. & lib. 6. epiſt. 22. & eiuſdem Auguſtini lib. de perfect. iuſt. & loquitur ibi de inſigniter iuſto. Tertiò ex Scrip- C pturis cum communi expoſitione Patrum, quas ſatis eruditè, vt ſolet, ponderat Bellarminus loco allegato contra Catharinum. Iob. 9. *Si ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea:* quem locum ad hoc propoſitum exponit Gregorius lib. 9. moral. cap. 19. & Pſalm. 18. *delicta quis intelligit ab occultis meis*, &c. quem locum ad hoc propoſitum interpretatur Auguſt. de omnibus iuſtis, qui dicere poſſunt, *delicta* etiam mortalia *quis intelligit?* & idem dicit Auguſtinus lib. de perfectione iuſt. *Quantalibet* (inquit) *Iuſtitia præditus homo, cogitare debet, ne aliquid in illo, quod ipſe non videt, inueniatur eſſe culpandum.* Prouerb. 2. *Quis poteſt dicere, mundũ eſt cor meum, purus ſum à peccato?* quem locum interpretatur Beda de iuſtis illis, qui ſecundum humanam coniecturam, quæ in hac vita haberi poteſt, putant ſe immunes à peccatis. *Sunt* (inquit Beda) *multi mundo corde etiam iuxta humanæ poſſibilitatis modum puri à peccato, nec tamen ſe ipſe quiſque* D *mundum corde, & immunem à peccato abſque temeritate pronunciauerit.* 1. ad Corinth. 4. *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum*, quem locum ad hoc propoſitum exponunt Theodoretus, Chryſoſtomus, Theophylactus, & Ambroſius ſerm. 5. in Pſal. 108. qui aduertunt ibi D. Paulum admonere omnes iuſtos, vt caueant temerarium iudicium de propria gratia.

Card. Bell. Iob 9. Gregor. Auguſt. Prouerb. 2. Beda. 1 ad Cor. 4. Theod. Chryſoſt. Theophyl. Ambroſ.

Ratio dubitandi, & varia via afferuntur reſpondendi ad illam, & impugnantur.

E

1\. Ratio dubitandi cõtra ſententiam Concilij et Catharino.

EST autem ratio dubitandi in oppoſitum, in qua fundatur Catharinus in Apolog. contra Sotum, quia concluſio, inquit, Theologica, vt explicata, eſt de fide: ſed certitudo de propria gratia eſt concluſio Theologica; ergo eſt de fide. Maior eſt certa, quam nos ſuprà latè probauimus Corollario tertio, minor probatur conficiendo ſyllogiſmum Theologicum hoc modo. *Omnis contritus eſt in gratia*; quæ quidem propoſitio eſt de fide: *ego ſum contritus*, eſt propoſitio,

Digitized by Google

ciens vnum per ſe. Quod quidem exemplum eſt A in veriori opinione illorum Logicorum, qui dicũt, definitionem eſſe inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione. Quod quidem exemplum applicantes ad propoſitum noſtrum dicimus, quòd ſuppoſitis diſcurſibus applicantibus euidenter tamquam conditionibus, ſine quibus non illas duas rationes formales in aſſentiendo, & proponendo, vt explicatum eſt ſuprà, iam intellectus non quidem vi ſua, ſed adiutus lumine ſupernaturali certitudine diuina aſſentitur obiecto reuelato per ſimplicem adhæſionem ſub hac immediata ratione formali, quia veritas prima dixit, & quia Eccleſia tamquam regula animata infallibilis propoſuit, vt reuelatum, & hoc modo dici poteſt, quòd reſolutio fidei fiat in ipſum lumen tamquam ſcilicet in cauſam efficientem.

10. Tertium exemplum eſt. Mathematicus habet demonſtrationem ſecundæ propoſitionis, & tamen cùm actu facit demonſtrationem, non actu reſoluit in principia, ſed tantùm recordatur ſe habuiſſe demonſtrationem primorum principiorum, & tamen recordatio non eſt niſi ratio, ſeu conditio applicans prima principia primæ demonſtrationis. Ratio autem formalis aſſentiendi in ſecunda demonſtratione ſunt prima principia primæ demonſtrationis, quatenus ſtant ſub recordatione, tamquam conditione ſine qua non. Sed hoc exemplum non militat in opinione illorum, qui exiſtimant ſecundam demonſtrationem non excedere certitudinem recordationis humanæ; ſed adhuc ſtante hac opinione C poſſet dari diſparitas in aſſenſu fidei; nam in aſſenſu fidei ſuppoſitis diſcurſibus, tamquam rationibus ſine quibus non, iam intellectus aduiuatur lumine ſupernaturali ad adhærendum certitudine diuina obiecto applicato; non ſic autem intellectus Mathematicus in ſecunda demonſtratione: & ideò non eſt mirum, ſi non poteſt ſecundæ demonſtrationi adhærere maiori certitudine, quam ſit recordatio humana.

Secunda difficultas: An ad veritatem primam reſoluatur vltimatè fides tamquam ad rationem formalem qua.

11. CAietanus 2.2.q.1.art.1.aſſerit rationem formalem, qua, & eſſe Deitatem, ad quam omnia reſoluuntur, & eſſe etiam veritatem primam, ad quam etiam omnia reſoluuntur. Quam opinionem quidam recentiores, præſertim Valentia 2.2.diſp.1.q.1. dicunt inuoluere contradictionem, ſed quia hæc opinio Caietani magis explicat hanc reſolutionem fidei, quam hîc explicamus, ideo & explicanda, & liberanda eſt à contradictione. Dicit igitur primò Caietanus, quòd Deitas appropriata veritati primæ reuelanti, eſt obiectum formale fidei, vt quò: nam Deitas eſt communis ratio omnibus effectibus diuinis. Ad hoc igitur, vt approprietur fidei, debet appropriari veritati primæ, quia credimus Deo, quia verax eſt. Docet ſecundò Caietanus, quòd ad Deitatem omnia reſoluuntur, & omnia ad veritatem. Quod quidem dictum, ne videatur inuoluere contradictionem, explicandum eſt iuxta doctrinam eiuſdem Caietani in eodem articulo, quòd alia eſt cauſa in aſſentiendo, alia in eſſendo: ſi conſideretur cauſa, propter quam in aſſentiendo, & in quam vt ſic, omnia vltimatè reſoluuntur, eſt veritas prima. Ratio eſt, quia in ratione aſſentiendi

Primum dictum Caietani.
Deitas appropriata veritati primæ reuelanti eſt obiectu fidei.
Secũ l. dictũ Caietani.
Liberatur Caiet. à contradictione.
Veritas prima eſt ea in qua omnia reſoluuntur.

A non vlterà quæritur, & hæc eſt, quæ immediatè informat materiam reuelatam, & facit illã credibilem certitudine ſupernaturali. nam ſi quæratur à fideli; Quare credis Deum Trinum, & vnum? reſpondebit, quia Deus dixit. Quòd ſi rurſus quæratur; quare credis Deo dicenti? reſpondebit, non quia æternus, ſed quia verax eſt in dicendo. Quòd ſi per impoſſibile tolleretur à Deo veritas, & remaneret Deitas cum cæteris attributis, Deo non crederemus. Et ſi per impoſſibile veritas prima poneretur in creatura, crederemus creaturæ dicenti, ſicut modò credimus Deo. Patet igitur verum eſſe dictum Caietani, quòd vltima reſolutio in ratione aſſentiendi eſt in veritatem primam, tamquam obiectum formale quò, vel rationem formalem, propter quam. Si verò B conſideretur cauſa in eſſendo, eſt Deitas, quia Deitas eſt illa, in quam fit vltima reſolutio in ratione eſſendi. Nam ſi quæratur à fideli, quare credat Deum trinum, & vnum? Reſpondet, quia veritas prima dicit. Rurſus ſi quæratur quare Deus eſt verax? Reſpondet, quia Deus eſt ſummè bonus, & ſummè ſapiens, & conſequenter, nec fallere, nec falli poteſt. Exemplum aſſignari poteſt in Philoſophia in informatione materiæ. nam ſi calor vt octo in igne informet materiam, & faciat illam calidam vt octo, in hoc caſu vltimata reſolutio effectus formalis calidi vt octo, eſt in calorem vt octo, tamquam in rationem formalem, qua informandi, ſiue calor vt octo ſit ab igne, ſiue à quacunque alia forma nam à quacumque eſſet calor vt octo, adhuc faceret materiam formaliter calidam vt octo. C Si verò quæratur à Philoſopho vltima reſolutio in rationem eſſendi, tandem fiet reſolutio in formam ignis. Nam quòd ſi calor informans in tanto gradu eſt ab ipſa forma ignis tamquam à principio, à quo fluit calor vt octo. Ita veritas prima informat materiam reuelatam, & facit illam credibilem infallibiliter, atque adeo hic effectus formalis vltimatè reſoluitur in veritatem infallibilem, tamquam in rationem formalem, ita vt, ſi per impoſſibile non eſſet diuina, & eſſet infallibilis, faceret eundem effectum formalem: ſed in ratione eſſendi vltimatè reſoluitur in Deitatem. quòd enim ſit veritas prima infallibilis, habet ex Deitate, ex ſapientia, ſcilicet, & bonitate infinita. Quare patet D nullam eſſe in Caietano contradictionem, cùm in vno loco dicit rationem formalem eſſe Deitatem, ad quam omnia vltimatè reſoluuntur, & in alio loco eſſe veritatem primam, quia in priori loco intelligit de ratione in eſſendo, in poſteriori de ratione in aſſentiendo.

Reſolutio dubitationis.
Cauſſa prima in eſſendo eſt Deitas.
Veritas prima informat materiam reuelatam.

Sed obiiciet aliquis contra hanc Caietani opinionem; Veritas eſt ratio formalis in aſſentiendo, non qualiſcumque, ſed vt diuina, quia vt ſic reddit materiam credibilem certè, & infallibiliter: ergo vltima reſolutio in rationem aſſentiendi fit in eſſe diuinum. Reſpondetur, & pro ſolutione ſupponendum eſt, diuinum eſſe duo dicere ſecundum noſtrum modum concipiendi, primò naturam diuinam, vt eſt fundamentum, & radix omnium at- E tributorum; ſecundò dicit eſſe increatum, eſſe ſcilicet à nullo tamquam à cauſa. Si concipiatur primo modo, non imbibitur in attributis ſecundum noſtrum modum concipiendi. Si verò ſumatur ſecundo modo imbibitur, ſicut eſſe creatum in qualibet differentia, v. g. in ipſa rationalitate, & forteitate, & ipſa rationalitas diſtinguitur ab ipſa hinnibilitate non per eſſe creatum, quod eſt commune vtrique, ſed quia illa eſt principium ratiocinandi, hæc hinniendi: ita vnum attributum in 12.

Diuinũ eſſe duo dicit.

Deo

Attributum vnum in Deo quomodo ab alio diſtinguatur.

Deo diſtinguitur per intellectum ab alio, per proprias rationes; & non per eſſe increatum imbibitum in vtroque attributo. Rurſus ex illo eſſe creato, imbibito, habet rationalitas, quòd ſit finita, ita vt illa finitudo dicat negationem vlterioris perfectionis, & poſitionem tantæ perfectionis finitæ, quæ intenſio perfectionis, vt ſupponitur ex Philoſophia, eſt veluti modus quidam intrinſecus ipſius rationalitatis, ratione cuius redditur rationalitas perfecta intra latitudinem rationalitatis. Ita quodlibet attributum Dei habet, vt ſit infinitum, ex ipſo eſſe increato; quæ infinitudo eſt modus intrinſecus cuiuslibet attributi, ratione cuius redditur illud attributum infinitè perfectum intra latitudinem ipſius attributi, v.g infinitudo in potentia actiua reddit potentiam in eſſe potentiæ perfectam ſine termino, & facit omnipotentiam, ita infinitudo addita veritati, facit veritatem infinitam in ſuo genere, atque adeo infallibilem, vt ſupponitur ex D.Thom. 2.2.quæſt.1.art.13. hoc igitur ſuppoſito.

13. Reſp. ad obiectionem.

Ad obiectionem, reſpondetur fieri vltimam reſolutionem in veritatem infinitam, non autem in eſſe diuinum, vt eſt radix, & fundamentum omnium attributorum, adeo vt, ſi hæc veritas infinita per impoſſibile reperiretur in creatura, adhuc diceret illam infallibilitatem.

14. *Requiritur duplex diſcurſus ad credendum & quis ille ſit.*

Stante igitur hac duplici ratione formali neceſſaria ad credendum, altera in aſſentiendo, altera in eſſendo, duplex requiritur diſcurſus ad credendum. Alter, per quem fiat reſolutio veritatis creditę ad veritatem primam, tamquam ad rationem formalem in aſſentiendo. Nam ſi quæratur, quare quis credat infallibiliter Deum eſſe trinum, & vnum: reſpondebit, quia veritas prima in dicendo nec falli, nec fallere poteſt. Alter verò diſcurſus requiritur per quem fiat reſolutio veritatis creditæ ad Deitatem, tamquam ad rationem formalem in eſſendo. nam ſi rurſus quæratur, vnde quis eſt certus, quòd veritas prima in dicendo fallere non poſſit, tandem fiet reſolutio in cauſam formalem in eſſendo, quia veritas prima eſt infinita. Et rurſus ſi quæratur, quare eſt infinita? reſpondebit, quia Diuina; ex Deitate enim tamquam ex radice omnium attributorum habetur, quòd Deus ſit ſummè ſapiens, & ſummè bonus, & conſequenter quòd ſit verax, qui nec falli, nec fallere poteſt. Notandum eſt autem ex his, quæ diximus in reſponſione ad primam rationem dubitandi, huiuſmodi diſcurſus requiri tamquam rationes applicantes, & vt conditiones, ſine quibus non; non autem tamquam cauſas formales, per quas generetur fides Diuina.

Tertia difficultas: An ad dictionem, ſeu reuelationem Dei obſcuram, tamquam ad rationem formalem fiat vltima reſolutio fidei.

15. Examinatur prima difficultas.

HÆc difficultas habet duas partes. Prima quomodo ad dictionem, ſeu reuelationem Dei fiat vltima reſolutio tamquam ad rationem formalem, ſub qua.

Secunda pars difficultatis, quomodo obſcuritas ipſius reuelationis poſſit etiam ingredi tamquam ratio formalis, vt qua.

Prima aſſertio. *Dictio ſeu reuelatio concipitur procedere mediãte aliqua propoſitione.*

Quantùm ad primam partem difficultatis; dico primò: Iſta dictio, ſeu reuelatio concipitur procedere à Deo mediante aliqua propoſitione, facta ab homine, quæ ſit credibilis per euidentiam ſignorum, ſicut cùm Paulus loquitur mediante Petro, præter propoſitionem factam à Petro concipitur dictio immediatè procedens à Paulo ad Petrum. ita licet Deus proponat, vel mediante Apoſtolo per ſigna, vel mediante Eccleſia, intelligitur quædam dictio immediatè procedens à Deo, qui intelligitur loqui per os ſanctorum cum hac differentia, quòd Paulus non dat auctoritatem Petro, mediante quo loquitur, & ita dictum Pauli non poteſt habere maiorem fidem, quàm habet Petrus, à quo proponitur immediatè reſpectu audientium: ſed Deus dat infallibilitatem illi propoſitioni, quæ fit per hominem, per quem loquitur. Pertinet enim ad veritatem primam infinitam aſſiſtere, ne fallamur, vt diximus ſuprà in ſuperiori Corollario: quòd autem dictio Dei, quæ immediatè concipitur, procedens ab ipſo Deo, ſit alia à propoſitione, quæ fit per hominem, probatur. Nam propoſitio, quæ fit per hominem, non eſt obſcura, ſed vel euidenter credibilis, ſi proponatur per ſigna, quæ faciunt, vel euidentiam credibilitatis, vel probabilitatem, quæ ſit ſufficiens propoſitio iudicio prudentis viri; & ex iſta propoſitione ducitur intellectus ad cognoſcendum Deum dicentem per talem propoſitionem: at dictio Dei concipitur vt obſcura, quia Deus hoc modo dicens, non videtur, ſed auditur: tunc autem diceretur dictio Dei euidens; quando videretur Deus intuitiuè, vt verax, & vt immittens in intellectum Beati ſpeciem repræſentantem hũc conceptum complexum, Deus eſt trinus, & vnus: quare obſcuritas eſt modus quidam modificans dictionem Dei, & ex hoc tali modo dicendi oritur negatio euidētiæ dictionis Dei.

Alia eſt dictio Dei, alia propoſitio, ſiue per ſigna, vel per alium modum.

Obſcuritas eſt modus quidã modificans actionem Dei.

16. Secunda aſſertio. *Dictio Dei ſe habet vt modus ſub quo veritas prima informat materiam credibilem.*

Dico ſecundò, hæc dictio, ſeu reuelatio reſpectu materiæ credibilis, quæ, vt dictum eſt, ſufficienter eſt diſpoſita per euidentiam ſignorum, vt informetur à veritate prima, ſe habet vt modus intrinſecus informatiuus, ſeu informans, qui ſe tenet ex parte formæ, ſcilicet veritatis primæ. Nam ſi veritas prima non ſtaret ſub hoc modo informandi per reuelationem, non poſſet informare materiam illam credibilem, & conſequenter non redderetur credibilis infallibiliter; ſicut, ſi calor eſſet in abſtracto, & non poneretur ſub ſuo modo concreto informandi, non faceret materiam calidam: qui quidem modus, vt ſe tenet ex parte formæ, eſt informans actiuè, ex qua informatione actiua reſultat in materia credibili modus quidam informatiuus paſſiuè, & fit illa materia paſſiuè credibilis infallibiliter per veritatem primam informantem, vt ſtat ſub illo modo dicendi, qui quidem modus modificans veritatem primam eſt denominatio quædam extrinſeca, quæ ſufficit in his rebus quæ attinguntur per aſſenſum per medium extrinſecum rei, cui fit aſſenſus: talis autem & veritas prima, quæ cùm ſit extrinſeca, poteſt eſſe vna ratio formalis qua in aſſentiendo omnium articulorum.

17. Tertia aſſertio. *Dictio Dei in ordine ad aſſenſum ſe habet vt ratio ſub qua.*

Dico tertiò, in ordine ad aſſenſum; reuelatio, ſeu dictio, quæ intelligitur immediatè, & obſcurè procedere ab ipſa veritate prima, ſe habet vt ratio ſub qua. Nam non aſſentiretur intellectus, propter veritatem primam infinitam, tamquam rationem formalem qua, quatenus ſcilicet fallere non poteſt, niſi iſta ratio formalis qua, quæ eſt veritas prima, ſtaret ſub dictione, ſeu reuelatione immediata; non poteſt autem hæc dictio eſſe ratio quæ, quia habitus realis obiecti realis, qualis eſt fides, debet reſpicere obiectum ſub ratione formali reali. At reuelatio, ſiue paſſiua, ſiue actiua, eſt relatio rationis, ſeu denominatio extrinſeca, ergo non poteſt eſſe ratio formalis qua fidei; ſequitur igitur, quòd ſit ratio

Digitized by Google

ſub qua, quia veritas prima non poſſet eſſe ratio formalis qua complete, niſi ſtaret ſub dictione.

Ex hac doctrina deducitur ſolutio cuiuſdam argumenti Scoti.

Et ex hac doctrina ſoluitur quoddam argumentum Scoti, cõtra hanc opinionem noſtram in 3. diſt. 23. q. vnica, vbi conatur probare, non poſſe dictionem eſſe rationem formalem quæ, quia eſt denominatio extrinſeca; ſed argumentum ſuum probat tantùm reuelationem non eſſe rationem formalem qua, non autem ſub qua, quia etiam in phyſica abſtractio à materia ſignata eſt ratio ſub qua, & tamen eſt denominatio extrinſeca.

Secunda pars difficultatis, de obſcuritate dictionis.

18. **Opinio Durandi.**

QVantùm ad ſecũdam partem difficultatis maior eſt dubitatio, & quidem Durandus in 3. diſt. 24. quæſt. 1. ſatis ſubtiliter conatur probare obſcurum, ſeu non viſum non poſſe ſe tenere ex parte rationis formalis obiecti, ſed obſcuritatem concomitari tamquam conditionem, ipſam fidem, quod quidem probat tripliciter. Primò, ratio formalis cuiuſcumque obiecti non poteſt eſſe priuatiua, ſeu negatiua, quia primum obiectum formale, in quod tendit habitus, non poteſt eſſe negatio, vel priuatio, quia priuationes non cognoſcuntur, niſi per ſuum poſitiuum, & negationes non cognoſcuntur; niſi per affirmationes; ergo formalis ratio obiecti habitus cognoſcitiui non poteſt eſſe negatiua, vel priuatiua, quia hæc cognoſcuntur conſequenter, ſed obſcuritas, ſeu non viſum eſt ratio negatiua, ergo non poteſt eſſe formalis aſſenſus fidei.

Primum argumentum pro opinione Durandi.

Priuationes nõ cognoſcuntur niſi per ſuũ poſitiuũ.

Secundum argumẽtum.

Secundò, ſi ratio formalis obiecti fidei eſſet eſſe non viſum, fortiori ratione ratio formalis obiecti viſionis eſſet eſſe viſum, ſed hoc eſt falſum, ergo, & illud. Probatur maior, quia oppoſiti habitus debent habere obiecta formalia oppoſitarum rationum; fides autem, & viſio ſunt habitus oppoſiti. Probatur minor, quia obiectum ſecundum ſuam rationem formalem eſt præuium actui: ſed eſſe viſum, non eſt præuium actui viſionis; imò ex hoc dicitur aliquid viſum, quia actus viſionis cadit ſupra ipſum; ergo eſſe viſum non eſt formalis ratio obiecti viſionis.

Tertiò finis cuiuſcumque habitus cognoſcitiui, eſt perfecta cognitio ſui obiecti ſecundum formalem eius rationem, & ſecundum ea, quæ ipſi attribuuntur: ſi ergo formalis ratio fidei eſſet non viſum, ſequeretur, quòd finis proximus, & intrinſecus fidei eſſet cognoſcere perfectè de Deo, qualiter ſit non viſus, & quæ ſint illa, quæ ipſi attribuũtur, quatenus eſt non viſus: hoc autem eſt falſum, quia per fidem cognoſcimus, quòd Deus ſit trinus, & vnus, quod non competit Deo, vt non viſo, ſed vt eſt in ſe; ergo.

Eſſe non viſũ eſt conditio concomitans obiectũ fidei.

Quare concludit Durandus, quòd eſſe non viſum eſt conditio concomitans obiectum fidei pro ſtatu viæ, & ſic exponit Authores ab ipſo adductos, aſſerentes fidem eſſe rerum non apparentium, & inferiùs diſt. 31. quæſt. 3. probat, quòd hæc conditio ab obiecto fidei poteſt ſeparari, ſicut eſt in Beato, qui habet habitum fidei inclinantem ad magis credendum Deo, cùm iam videat, quæ ipſe audiuerit. Quartò, & fortiùs poſſet probari pro Durando, quòd ſcilicet, obſcuritas non poſſit ſe tenere ex parte obiecti formalis hoc argumento; nam aſſenſus, quo quis aſſentitur veritati creditæ, non cadit ſuper obiectum formale fidei, quia ſcilicet, Deus dixit obſcurè, ſed quia Deus dixit, imò obſcuritas à potiùs eſt conditio diminuens certitudinem aſſenſus, ſed his non obſtantibus.

Dico quartò cum communi Scholaſticorum, reſolutionem fidei noſtræ fieri in ipſam dictionem, ſeu reuelationem Dei, quatenus obſcura eſt, ita vt ipſum eſſe obſcurum ſit modificatio quædam ipſius Dictionis, ſeu reuelationis Dei, & ratio fundamentalis eſt, quia modus credendi noſtræ fidei non neceſſitat ad aſſenſum, nec quo ad exercitium, nec quo ad ſpecificationem: hoc autem oritur ex obſcuritate fidei noſtræ, nec enim habet euidentiam obiecti, ſicut eſt in Beatis, ratione cuius euidentiæ neceſſitantur ad actum, & quo ad exercitium, & quo ad
B ſpecificationem: nec habet euidentiam ex parte atteſtantis, qualem fortè habuerunt Angeli, quæ tantùm neceſſitat quo ad ſpecificationem, ſed tantùm habet euidentiam per quædam ſigna, & teſtimonia humana, quæ ad ſummum faciunt euidentiam credibilitatis humanæ; quare Deus per fidem noſtram potiùs dicitur audiri, quàm videri, ex quo ſequitur, quòd ſi fiat reſolutio talis modi credendi per auditum, & non neceſſitantis ad aſſenſum, neceſſariò reſolutio facienda eſt in dictionem Dei, quatenus obſcura eſt.

19. *Quarta aſſertio. Reſolutio fidei noſtræ fit ipſã dictionẽ Dei, quatenus obſcura eſt.*

20. Ad argumenta autem Durandi, quæ ſunt contra hoc quartum dictum noſtrum, reſpondetur ad pri-
C mum, quidquid ſit, An obſcuritas formaliter ſit priuatio, vel quid poſitiuum explicatum per negatiuum, tamen ſaltem eſt certum, quod radicaliter eſt quid poſitiuum, quod radicatur in illa propoſitione, ſufficienti, vt dictum eſt. Dico præterea, quòd cùm obſcuritas non ſit ratio formalis, qua, nec quæ attingatur, poteſt eſſe ratio priuatiua. Argumentum autem, ſi quid probat, probat tantùm de ratione formali qua, vel quæ. Quòd ſi adhuc inſtetur, quomodo obſcuritas, cùm ſit negatio, poteſt eſſe de eſſentia habitus realis fidei. Reſpondetur reſpectum tranſcendentalem ad obiectum obſcurè dictum à Deo eſſe, de eſſentia habitus fidei, qui quidem reſpectus eſt realis ſicut ſcientia de ente rationis eſt realis, & tamen obiectum nõ eſt reale, ordo tamen
D tranſcendentalis ſcientiæ ad obiectum eſt realis.

Reſponſio ad primum Durandi argumẽtum.

21. Ad ſecũdum, per quod probatur, quòd eſſe non viſum, ſeu obſcurum, ſit poſteriùs actu, reſpondetur, tranſeat maior, ſed fallitur meo iudicio Durandus in minori: nam non benè facit comparationem, primò, quia comparat actum viſionis cum habitu fidei. Secundò, in quo magis apparet falſitas comparationis, quia ſumit viſum pro denominatione extrinſeca reſultãte in obiecto per formam extrinſecam viſionis, ſed nõ viſum, vel ſumit eodem modo, & tunc eodem modo procedit comparatio, ſed non ſumus in caſu, vel ſumit pro præuio ad actum credendi, quod eſt modus attingendi obiectum, & tunc non bene comparat, ſed debebat comparare
E præuium ad viſionem, cum præuio ad credere, & ita aſſignare modum attingendi in vtroque, & ſic valuiſſet comparatio, & concederemus totum.

Reſponſio ad ſecũdum.

In viſione beatifica duo, ſcilicet lumen gloriæ & eſſentia diuina.

Explico verbi gratia, in viſione beatifica eſt lumen gloriæ, & eſſentia Diuina loco ſpeciei, in quo aggregato, tamquam præuio ad viſionem, in priori natura fundatur modus attingendi Deum euidenter, intuitiuè, & hic modus antecedit viſionem in priori quodam naturæ, & ſi hoc modo accipiatur eſſe viſum, ſeu viſibile, tunc eſt præuium viſioni: at verò viſum, quæ eſt denominatio extrinſeca reſultans ex forma extrinſeca viſionis, eſt quid poſterius ipſa viſione: ita in fide eſſe non viſum, ſeu eſſe obſcurum, ſi ſumatur pro modo attingẽdi obiectum, radicato in tali modo proponendi, tunc antecedit ipſum,

Digitized by Google

ipſum credere, ſeu aſſentiri obſcurè, quia ex tali modo proponendi Deus dicens non videtur, ſed auditur, & ita ipſa dictio Dei recipit quamdam denominationem extrinſecam obſcuritatis, intellectus autem attingit obiectum reuelatum ſub hac ratione dictionis obſcuræ, quæ quidem antecedit ipſum credere, vt probatum eſt.

Ad argumentum igitur Durandi reſpondetur, quòd ſi eſſe viſum, & eſſe obſcurum Durandus accipit eodem modo, neutrum eſt præuium actui, ſed vtrumque ſupponit actum; nam eſſe viſum eſt denominatio extrinſeca, quæ reſultat in obiecto ex actu. Si verò ſumit Durandus eſſe viſum, & eſſe obſcurum pro illo modo præuio attingenti obiectum, tunc vtrumque eſt præuium actui, & tūc conceſſa maiori, minor etiam conceditur in ſenſu aſſignato; ſed non eſt contra nos. Sed ſi Durandus accipit viſum pro denominatione extrinſeca reſultante in actu, tunc malè comparat eum eſſe obſcurum, quia obſcurum, vt à nobis accipitur, eſt præuium actui, & ſe tenet ex parte rationalis formalis; non autem ſumimus pro illa denominatione extrinſeca reſultante in obiecto ex actu, ſed pro modo illo attingendi obiectum ſuprà à nobis explicato, qui antecedit actum.

22. Reſponſio ad tertium.

Ad tertium conceditur maior, quia procedit de ratione formali, quæ attingitur: ſed negatur quod aſſumit, ſcilicet quod eſſe non viſum ſit ratio formalis, quæ, quia potiùs eſſe non viſum eſt ratio ſub qua, ſeu modus modificans rationem ſub qua, quæ eſt dictio immediata Dei, & ſi quid probat argumentum, probat tantùm, quòd ratio formalis, quæ attingitur per fidem, attingatur ſub tali modo, ſeu ratione ſub qua dictionis obſcuræ, ex qua reſultat poſtea in ipſo aſſenſu obſcuritas quædam.

23. Reſpōſio ad quartum.

Ad quartum reſpondetur, quòd licet ratio aſſentiendi certitudine Diuina, ſit à veritate prima tamquam ratione formali, qua, tamen talis modus aſſentiendi, ſeu attingendi obiectum, ſcilicet, quòd intellectus non neceſſitetur ad aſſenſum, nec impediatur ſaltem primus motus dubitationis, & quòd ante aſſenſum præcedere debeant motiua humana, vt conditio ſine qua non, vel euidentia, vel ſaltem excludentia moraliter metum actualem, iudicio prudentis viri, eſt ab ipſa dictione quatenus obſcura eſt, quia non videtur veritas prima dicens, ſed potiùs auditur, & notificatur nobis per ſigna, vt mox dicetur.

Veritas prima dicens non videtur, ſed auditur.

QVARTA DIFFICVLTAS.

An fiat vltima reſolutio fidei in fidem acquiſitam, quæ eſt per teſtimonia humana fide digna, tamquam in conditionem applicantem myſteria noſtræ fidei, vt credenda fide diuina.

24. Vltima aſſertio.

Teſtimonia fide digna requiruntur, vt credendum aliquid fide diuina.

DIco primò cum communi, quòd ſic, quia cùm obiectum fidei obſcurè proponatur, & ex parte obiecti, & ex parte atteſtantis; neceſſariò proponenda ſunt aliqua teſtimonia fide digna, per quæ fiat prudens, & euidens, iudicium practicum de credendo fide diuina, quòd Deus, ſcilicet, ſit ille, qui tale myſterium reuelat, vt paulò infrà probabitur: talia autem teſtimonia, quæ faciunt fidem acquiſitam, ſe habent tantùm vt conditiones applicantes myſterium fidei, tamquam credendum fide diuina, & non vt ratio formalis, quia (vt infrà probabitur in ſequenti Corollario) aſſenſus fidei

A diuinæ eſt ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam, & ſupra omnem certitudinem humanam; aſſenſus autem fidei acquiſitæ, eſt ſecundum ſubſtantiam naturalis. Fit autem hæc reſolutio fidei diuinæ in fidem acquiſitam tamquam conditionem applicantem tali diſcurſu. Quidquid proponitur credendum fide diuina per teſtimonia digna fide humana, excludentia omnem metum, eſt credendum fide diuina, ſed hic articulus proponitur credendus fide diuina per talia teſtimonia; ergo eſt credendus. Minor fit manifeſta per experientiam, ſcilicet per miracula, quæ proponuntur, ita vt non appareat alius vſus illorum miraculorum, niſi ad hunc finem, vt diximus ſuprà Coroll. tertio contra Durandum, præ-

B ſertim ſi accedat ſanctitas doctrinæ, & ſanctitas proponentis. Maior probatur, quia alioquin tolleretur à Deo ſumma auctoritas reuelandi pro hoc ſtatu viæ, quia non datur alius modus pro hoc ſtatu.

Sed quæres circa hanc difficultatem, quam certitudinem moralem debeant habere illa teſtimonia humana, per quæ proponitur ille articulus credendus. 25. Quæſitum.

Quā certitudinem moralem debeant habere teſtimonia humana, vt ſufficienter applicēt propoſitionem de fide.

Aliqui exiſtimant debere eſſe talia, quæ faciant euidentiam credibilitatis, atque adeo excludant omnem metum, etiam potentialem, & quaſi neceſſitent moraliter intellectum ad aſſenſum.

Alij verò exiſtimant ſufficere probabilitatem credibilitatis; dummodò non ſit cum probabilitate oppoſiti, vt patet in pueris, & ſimplicibus, qui non ſunt capaces euidentiæ credibilitatis. 26.

C Ego verò exiſtimo mediam viam eſſe tenendam, per quam conciliari poteſt vtraque opinio. Suppono autem priùs hanc diſtinctionem; Vel quod proponitur credendum fide diuina, eſt in prima ſui applicatione, vel poſt primam ſui applicationem. Hac poſita diſtinctione.

Diſtinctio credendorū.

Dico ſecundò, quòd ad hoc, vt fidelis credat, debet habere euidens iudicium practicè practicum; nam hoc iudicium debet antecedere iudicium ſpeculatiuum fidei diuinæ; ſi autem hoc iudicium, non eſſet euidens, ſed admiſtum formidini, non eſſet debita ratio, ſeu conditio applicans obiectum fidei, quia non obligaret ad credendum, & poſſet facilè mutari, nec conduceret ad aſſenſum certum ſpecu-

27. Aſſertio ſecunda

Quale iudicium habere quis debeat antequam credat.

D latiuum fidei, qui ſecundum Paulum ad Galatas, ita debet eſſe certus, vt etiamſi Angelus de Cælo prædicaret aliud, non eſſet illi credendum. At verò aſſenſus certus ſpeculatiuus fidei diuinæ dependet tamquam à conditione applicante ab ipſo iudicio practicè practico; debet igitur illud iudicium practicè practicum eſſe certum; non poteſt autem eſſe certum, niſi ſit euidens, quia cùm non ſit fidei diuinæ, ſed humanæ, certitudinem moralem habet ab euidentia morali: debet igitur fundari in motiuo humano, quod poſſit parere tale iudicium practicè practicum euidens. Nam licet huius iudicij practicè practici ratio materialis, ſuper quam cadit, ſit eſſe credendum fide diuina aſſenſu ſpeculatiuo propoſitionem de fide diuina ſub ſua ratione formali, ſcili-

Ad Galat. 1.

E cet auctoritate diuina dicente, ratio tamen formalis huius iudicij practicè practici eſt motiuum humanum, quod debet excludere probabilitatem ab oppoſito; quia alioquin non poſſet eſſe ratio formalis iudicij practicè practici euidentis, & certi, ſed potiùs iudicij admiſti cum formidine; & hoc tantùm primum dictum intendit Diuus Thomas 2.2. quæſt. 1. artic. 4. cùm dixit; quòd non crederet fidelis, niſi videret eſſe credendum. S. Thom.

Tertiò dico, cùm proponitur fides noſtra, in prima ſui applicatione debet fundari in motiuis hu- 28. Tertia aſſertio.

 manis

An iſta neceſſitas tollat libertatẽ, vide infrà nu.29.

manis, ita fide dignis, vt faciant euidentiam credibilitatis, & neceſſitent quodammodo moraliter intellectum ad aſſentiendum fide humana. Probatur primò; quia myſteria noſtræ fidei, quæ proponũtur vt credẽda auctoritate diuina, non diſtinguũtur in ratione applicationis, niſi præcipuè per hanc euidentiam credibilitatis. Nam aliæ ſectæ habent aliquod aliud motiuum fundatum in auctoritate ſuorum ſapientum: confirmari igitur debet teſtimoniis ſupernaturalibus, quæ non poſſunt fieri, niſi auctoritate diuina, verbi gratia per miracula, per prophetiam, per reuelationem ſecretorum cordis, &c. Hæc autem faciunt euidentiam credibilitatis, præſertim, quia iſta ſigna ſupernaturalia debent ita proponi, vt ſuprà dictum eſt, vt poteſtas, ſeu vſus ipſorum non appareat datus, niſi ad hunc finem. Probatur ſecundò, quia fides noſtra in prima ſui applicatione, quoniam clarè diſtingui debebat ab omni alia ſecta, de facto fundata eſt in teſtimoniis humanis ita fide dignis, vt facerent euidentiam credibilitatis, vt latè proſequuntur Theologi 2.2. hîc autem non eſt proprius locus.

Quæ faciunt euidentiam credibilitatis.

29. Obiectio.

Quòd ſi obiicias, ſi talis euidentia credibilitatis requireretur, ſequeretur, quòd tolleretur pia affectio ad credendum, & tolleretur etiam actus liber meritorius. Sequela probatur, quia talis euidentia neceſſitaret intellectum illius, qui haberet talem euidentiam ad aſſenſum.

Solutio. *Duplex intercedit aſſenſus in credendis.*

Reſpondetur, quòd duplex intercedit aſſenſus. Primus fide humana, qui aſſenſus, an requiratur formalis, vel ſaltem virtualis, non diſputo, quia hîc non eſt locus proprius. Alius aſſenſus, qui eſt formalis fide diuina; aſſenſus fide humana tranſeat, quòd ſit neceſſarius, & conſequenter non meritorius, quamuis veriùs dicitur, quòd quia neceſſitat moraliter, non tollit meritum, quia illud moraliter eſt conditio diminuens; poteſt enim proteruus non aſſentiri, ſed etiamſi concedatur, neceſſitate moraliter, adhuc actus eſſet liber, & ad hũc eliciendum valde iuuat pia affectio. Ratio eſt, quia intellectus debet aſſentiri fide diuina ſupra certitudinem motiui humani; ſcilicet, propter veritatem primam dicentem tamquam rationem formalem: non igitur ad hunc aſſenſum poteſt neceſſitari intellectus à motiuis humanis.

Aſſenſus humanus etiãſi neceſſitet moraliter, non deſinit eſſe meritorius.

30. Quarta aſſertio. *Fides proponitur ſufficienter rudibus, & pueris ſub motiuo humano.*

Quartò dico, quòd poſt primam applicationem noſtræ fidei, tunc noſtra fides proponitur ſufficienter rudibus, & pueris, cùm proponitur ſub motiuo humano, auctoritate, ſcilicet, ſapientum, & maiorum, qui illam fidem tenent, &c. cùm tamen talis auctoritas prudentium non faciat euidentiam credibilitatis, ſed probabilitatẽ credibilitatis. Hoc quartum dictum probatur primò experientia, quia experimur, quòd rudes, & pueri, qui credunt fide diuina, non habent aliud motiuum humanum, niſi auctoritatem ſapientum; & alia huiuſmodi. Secundò probatur auctoritate Auguſt. lib. 1. ad Simplicianum quæſt. 2. vbi ait, quòd non omne motiuum noſtræ fidei mouet omnes, ſed aliud alios, verbi gratia Nathanaëlem mouit illud *vidi te ſub ficu*, latronem mouit Chriſtus pendens in Cruce, quo facto alij ſcandalizati ſunt.

Euſeb. *Fides noſtra fundatur in his rationibus quas ſapiẽtes reddere poſſunt.*

Hæc ſententia noſtra his dictis explicata, videtur expreſsè Euſebij, libro de præparat. Euang. 1. cap. 3. vbi habet, quòd fides noſtra debet fundari in talibus rationibus, vt poſſint ſaltem ſapientes reddere rationem expoſcenti, quam quidem euidentiam rationis non tenentur ſcire pueri, & ruſtici, ſed ſe remittere ad ſapientes. Sed notandum, quòd ſi quis dicat, quòd etiam eadem motiua moueant pueros hæreticorum, ſeu ruſticos hæreticos, & eadem etiam

A moueant pueros Catholicorum, ſeu ruſticos Catholicos: reſpondeo quod etiamſi hoc concedatur, aſſignari poteſt differentia. Nam pueri hæreticorum, & ruſtici, illo ſuppoſito excuſari poſſent à peccato, ſi in illis eſſet ignorantia inuincibilis, ſcilicet, ſi ponerẽt in hoc eã diligentiã, quam debent: tamen ſi ponerent maiorem, diiudicarent fidem ipſis propoſitam eſſe falſam; quia fides ipſis propoſita nõ poteſt peruenire ad euidẽtiam credibilitatis, vt dictum eſt, imò inuenirent multa falſa eſſe mixta; at verò in pueris Catholicorum, & ruſticis eſſet oppoſitum, quia quò intimius dijudicaretur propoſitio illis facta, eò maior videretur credibilitas vſque ad euidentiam credibilitatis incluſiuè, vt diximus in ſecundo dicto.

Pueri hæreticorum, & ruſtici quomodo excuſari poſſint, vel non quod parentibus, vel aliis aſſentiantur.

B Secunda differentia eſt, quia facta propoſitione pueri infidelium, & ruſtici non mouentur ſupernaturaliter ad credendum, quia fides illorum eſt fides acquiſita & humana: at verò pueri, & ruſtici fideles mouentur ſupernaturaliter, quia fides ipſorum eſt infuſa.

31. *Argum. contra quartum dictum.*

Sed contra noſtrum quartum dictum magna eſt difficultas: nam fides diuina dicit omnimodam infallibilitatem, & immurabilitatem; ergo non videtur poſſe fundari in aliquo, quod in ſe patitur fallibilitatem, quale eſt motiuum illud poſitum in tertio dicto, fundatum in auctoritate ſapientum, & maiorum. Conſequentia probatur: & pro maiori explicatione ponatur caſus, quòd viginti epiſcopi prædicent ruſtico articulum falſum; tamquam dictum à Deo, & ab Eccleſia, iſta propoſitio viginti Epiſcoporum eſt ita ſufficiens, vt prudenter ruſticus formet

Caſus in quo ruſticus aliquis excuſari poteſt credendo falſum.

C iudicium practicè practicum euidens, & certum moraliter ad credendum aſſenſu ſpeculatiuo, ob auctoritatem diuinam tamquam rationem formalem illum articulum propoſitum à viginti Epiſcopis; quo caſu ſtante ſequuntur multa abſurda. Primùm in tali caſu ruſticus obligaretur ſub mortali ad credendum, quod dicunt illi viginti Epiſcopi, quod quidem eſt abſurdum; quia præceptum fidei obligaret ad credendum falſum. Secundum, ille ruſticus eſſet in gratia Dei ſine fide. Quòd ſit in gratia Dei, probatur, quia in credendo nullum committit mortale; imò ſeruat præceptum de credendo. Quòd ſit ſine fide, probatur, quia credit falſum, & oppoſitum fidei; ergo amittit fidem. Probatur conſequentia dupliciter.

1. Abſurd.

2. Abſurd.

D Primò, quia oppoſitum expellitur per aliud oppoſitum. Secundò, quia illa propoſitio eſt ſufficiens, ſi caderet ſuper articulum verum ad introducendam fidem; ergo eſt etiam ſufficiens cadens ſuper articulum falſum ad excludendam fidem. Tertium abſurdum, quia ſequeretur, quòd Deus concurreret ad formandum illud iudicium practicè practicum euidens, & certum: nam ſupponitur in tertio dicto eſſe iudicium ſecundum prudentiam. Quòd verò ſequela contineat abſurdum, probatur, quia concurreret Deus ad decipiendum. Et confirmatur magis, quia videtur, quòd ille aſſenſus ſpeculatiuus circa falſum ſit fidei diuinæ. nam in reliquis virtutibus, vt ſi actus elici-

3. Abſurd.

E tus veræ virtutis ſecundum ſuam veram rationem formalem, ſufficit exiſtimatio prudens de obiecto materiali etiam falſo, verbi gratia, ſi daretur eleemoſyna Petro propter amorem Dei, quia prudenter exiſtimatur eſſe pauper, cùm tamen à parte rei ſit diues, eſt verus actus elicitus à caritate: eodem modo cùm creditur articulus propter veritatem primam dicentem, quia prudenter exiſtimatur eſſe dictus à Deo, erit actus elicitus à fide diuina, etiamſi à parte rei articulus propoſitus ſit falſus, vnde ſequitur, quòd Deus concurreret ad aſſenſum falſum,

An cùm creditur articulus falſus quatenus exiſtimatur dictus à Deo, ſit actus elicitus à fide diuina.

Digitized by Google

falſum, & vt ratio formalis tanquam veritas prima, & vt mouens, cùm talis actus eliciatur ab habitu fidei, vel ab auxilio ſpeciali æquipollenti.

32. **Reſponſio ad argum. ſeu difficultatem propoſitam.**

Sed ad hanc difficultatem reſpondeo negando conſequentiam, & primum abſurdum, reſpondeo, quòd præceptum fidei in tali caſu obligaret credere falſum non per ſe, ſed per accidens, ratione ignorantiæ inuincibilis.

Ad 1. Abſurdum. **Ad 2. Abſurdum.**

Ad ſecundum abſurdum reſpondetur, perſeuerare ruſticum in gratia, & non amittere fidem. Et ad primam probationem conſequentiæ, reſpondetur non opponi formaliter: nam ratio formalis credendi miraculum falſum, eſt auctoritas diuina putata, quæ non opponitur formaliter auctoritati diuinæ veræ. Ratio autem formalis vera credendi illum articulum falſum, eſt motiuum humanum fundatum in auctoritate illorum viginti Epiſcoporum; quare fides etiam eſt humana.

Ad ſecundam probationem reſpondetur, quòd eſt ſufficiens propoſitio illa ad introducẽdam fidem diuinam, quia cùm ſufficienter applicet obiectum, ſuppoſita veritate obiecti, Deus concurrit auxilio ſuo ſpeciali ad formandum aſſenſum ſpeculatiuum fidei diuinæ; atque adeò introducit fidem diuinam. At verò ſuppoſita falſitate obiecti, Deus non concurrit. Ruſticus autem non format aſſenſum oppoſitum fidei diuinæ, imò potiùs putat ſe formare aſſenſum ſub eadem auctoritate diuina. Vnde patet ratio diuerſitatis; quia propoſito obiecto vero applicatur ratio formalis, ſcilicet, auctoritas diuina. At verò cùm proponitur obiectum falſum, non applicatur ratio formalis, ſed per eamdem falſam, vt putatã, aſſentitur ruſticus. Dices, ergo ſequitur, quòd ſaltem caſu introducitur fides diuina; quia caſu accidit, vt proponatur obiectum verum. Reſpondetur, cùm proponitur falſum, fit à Deo permiſſiuè: cùm verò proponitur verum, fit à Deo per voluntatem electionis, & per concurſum quemdam ſpecialem. Sed quicquid ſit, An caſu proponatur obiectum, dico tamen, quòd ſemper fides diuina introducitur ex decreto diuino efficaci per auxilium Dei ſupernaturale ſpeciale.

33. **Reſp. ad 3. Abſurdum.** ***Duplex iudicium practicum alterum naturale ſecũdum ſubſtantiam, alterum ſecundum ſubſtãtiam ſupernaturale.***

Ad tertium reſpondetur, quòd duplex intercedit iudicium. Primum practicè practicum, & hoc eſt euidens & fundatum in motiuo humano tamquam in ratione formali: ratio autem materialis, vt dictum eſt, eſt totum hoc ſcilicet, aſſenſus ſpeculatiuus fidei diuinæ ſub auctoritate diuina tamquam ratione formali. Secundum iudicium eſt ſupernaturale ſecundum ſubſtantiam, & obſcurum, & ad hoc ſequitur aſſenſus ſpeculatiuus ipſius fidei diuinæ, cuius aſſenſus ratio formalis eſt auctoritas diuina dicens: ratio autem materialis, eſt articulus ille, qui proponitur; conditio verò ſine qua non, eſt illud motiuum humanum, ſuper quod fundatur iudicium practicè practicum. Hac ſtante diſtinctione dico, quòd ad iudicium practicè practicum humanum quidam exiſtimant, quòd non concurrit Deus ſpeciali concurſu, quia illud iudicium ſecundum ſubſtantiam eſt naturale: nam fundatur in motiuo humano, tamquam in ratione formali: licèt obiectum materiale ſit ſupernaturale. Sed probabilius eſt, quòd Deus ſpeciali concurſu concurrat ad hoc iudicium, quia cùm moueat ad aſſenſum ſupernaturalem, erit ſaltem ſupernaturale ſecundum modum: tamen quando hoc iudicium eſt ſuper materiam falſam, non concurrit Deus ſpeciali modo, quia ceſſat ratio: & multò magis non concurrit ad iudicium illud practicum ſupernaturale ſecundum ſubſtantiã, quia illud in tali caſu non daretur. Sed ſi teneamus

Deus concurrit ad iudicium practicè practicum ſpeciale concurſu. **Vide infrà in ſeq. Cor.**

A opinionem illam, quòd ad omne opus morale bonum, concurrat Deus ſpeciali modo; tunc dicẽdum eſt, quòd etiam ad hoc iudicium practicè practicum humanum, concurreret Deus ſpeciali modo, quia ex hypotheſi eſſet opus bonum morale, regulatum ſecundum rectam prudentiam. Sed negatur, quòd Deus concurreret ad decipiendum. Nam hoc iudicium practicè eſſet verum, licet materia, ſuper quam caderet, eſſet falſa. At verò in practicis ratio veritatis attenditur penes prudentiam, ſecus in ſpeculatiuis, in quibus veritas attenditur, vt eſt à parte rei. Dices, ſaltem Deus concurreret mediatè, quia mediante hoc iudicio practicè practico ruſticus elicit aſſenſum ſpeculatiuum falſum. Reſpondetur hoc eſſe per accidens, & ſufficit ad moralitatem, vt aſſenſus ille ſpeculatiuus ſit bonus moraliter. Circa verò

In ſpeculatiuis veritas attenditur, vt eſt à parte rei, ſecus in practicis.

B aſſenſum ſpeculatiuum falſum; dico quod Deus non concurrit mouens intellectum ad aſſenſum rei falſæ. Aliqui tamen exiſtimant, quòd Deus poteſt concurrere ſpeciali concurſu ad aſſenſum falſum, præſertim quatenus eſt actus bonus moraliter regulatus, & imperatus à prudentia: nam tunc Deus concurrit ad bonum; quod autem à parte rei ſit falſum, non imputatur Deo, quia licet concurrat, non tamen per ſe ipſe teſtificatur falſum; atque adeò ratio illa concurſus non eſt contra veritatem primam.

Deus non cõcurrit mouẽs intellectũ ad aſſẽſum falſum.

34. ***Aſſenſu prudens ad art. falſum nõ eſt actus elicitus à fide diuina, ſecus in alys virtutibus moralibus.***

Ad confirmationem reſpondetur, eſſe diſparem rationem in reliquis virtutibus, & in fide: nam cùm actus reliquarum virtutum ſint practici, pendent à prudentia, & ſecundum illam habent veritatem C practicam, quam debent habere, & ideo non eſt deceptio in obiecto formali, ad quod ſufficit veritas practica. At verò aſſenſus fidei diuinæ eſt ſpeculatiuus, & ideò debet habere veritatem à parte rei, verbi gratia in ſimili non eſt verus actus ſcientiæ circa obiectum falſum; etiam ſi prudenter exiſtimetur verum, vnde non poteſt eſſe deceptio in aſſenſu ſpeculatiuo fidei diuinæ circa obiectum materiale, niſi ſit circa formale; & ratio eſt, quia veritas prima non poteſt teſtificari falſum, neque fortè mouere ad falſum; & ideo non poteſt eſſe veritas prima; tamquam ratio formalis in aſſentiendo, niſi etiam obiectum materiale, quod proponitur, ſit verum.

Veritas prima non poteſt teſtificari falſum.

D *Quinta difficultas, in qua examinatur, An vltima reſolutio ſit in Eccleſiam, tamquam rationem formalem (qua) in proponendo.*

35. **Prima Aſſertio.** ***Eccleſia eſt regula infallibilis, animata, rationalis.***

DIco primò, quòd præter veritatem primam reuelantem eſt in vniuerſo aliqua regula infallibilis, animata, rationalis, qualis eſt Eccleſia. Probatur primò, quia cùm inter homines poſſint eſſe dubia, & controuerſiæ de rebus fidei reuelatis; niſi eſſet aliqua regula ſenſibilis infallibilis, ad quam recurratur, requireretur noua reuelatio à Deo, & de hac etiam poſſet eſſe adhuc controuerſia inter E homines, & ſic requireretur alia, & itaabiretur in infinitum, vel non poſſet ſciri aliquid de fide diuina, ſed fide humana. Probatur ſecundò, quia imprudens eſſet Legiſlator, qui leges traderet difficiles; & vellet omnes in eodem ſenſu illis legibus conſentire; & tamen vniuſcuiuſque iudicio committeret interpretationem, ſed deberet aliquem interpretem ſtatuere; & ſi poſſet infallibiliter, cuius eſſet de vero ſenſu legis interpretari: nam alioquin ſequerentur variæ opiniones, & incertitudines in intelligentia. Sed Deus dedit Scripturas, & Leges, in quibus, vt 2. Pet.

 Petrus

Digitized by Google

Petrus loquitur de epiſt. Pauli, *ſunt multa difficilia intellectu, quæ homines deprauant ad ſui perniciem*, & tamen Deus vult eſſe vnam fidem, & vnum ſenſum; ergo pertinebat ad ſuam ſummam prouidentiam prouidere nobis de vna communi regula animata, & rationali, quæ non ſolùm eſſet fundata in auctoritate humana, quatenus eſt congregatio doctiſſimorum, & piiſſimorum hominum; ſed quatenus eſt inſtrumentum ipſius Dei, atque adeò vt regula infallibilis, quæ ſine deceptione ad firmandum vnum ſenſum, & vnam fidem determinaret dubia, & difficultates, quæ oriuntur ex Scripturis, & Legibus: omnes enim hæreſes, vt ſcribit Tertullianus de reſurrectione carnis, fundantur in malo intellectu Scripturarum; & Clemens Papa libro Recognitionum epiſtola 5. & 10. & Cyprianus epiſtola nona: *omnes*, inquit, *hæreſes ortæ ſunt, & oriuntur dum Epiſcopus, qui vnus eſt, & Eccleſiæ præeſt, ſuperba quadam præſumptione contemnitur.* Ita etiam Baſilius homilia ſecunda Hexameron, & Auguſtinus tra. 28. in Ioannem. Quòd autem hæc regula animata, rationalis, ſit Summus Pontifex Romanus, non eſt hic locus proprius probandi, ſed inter recentiores videndus eſt Valentia 2. 2. quæſt. 1. & Cardinalis Bellarminus. lib. 3. de verbo Dei cap. 3. 4. 5. & in lib. de ſummo Pontifi. & Medina de recta fide in Deum.

Tertull. Clem. Pap. Cypr. Hæreſes fundantur in malo intellectu Scripturarũ. Baſil. Auguſt.

Valentia, Bellarmin. Medin.

36 *Ad hanc regulam vltimatè reſoluuntur omnes fidei articuli.*

Dico ſecundò, ſtante hac regula rationali, infallibili, omnes articuli fidei vltimatè reſoluuntur in ipſam, tamquam in rationem formalem, qua, in proponendo. Reſoluuntur autem per talem diſcurſum ſecundùm Durandum in 3. diſt. 24. qu. 1. credimus Deum eſſe trinum, & vnum, quia Scriptura dicit, quam credimus à Deo inſpiratam, & reuelatam, & hoc eſt primum creditum. Rurſus credimus Scripturam eſſe à Deo inſpiratam, quia Eccleſia, quæ regitur à Spiritu ſancto, illam approbat, vt notat Auguſtinus contra fundamentum Manichæi: hi autem diſcurſus ſunt tantùm conditiones, vt dictum eſt.

Vltimò agendum hic eſſet, quo modo vltima reſolutio fidei fiat in ipſum habitum, ſeu lumen fidei, tanquam in cauſam efficientem, non quidem neceſſariò inclinantem, vt ſuprà in hoc eodem Corollario impugnauimus, ſed tamquam in auxilium eleuans intellectum ad credendum certitudine quadam ſupernaturali, excedente omnem certitudinem humanam, fundatam in motiuis humanis. Sed de hoc dicemus in Corollario ſequenti de ſupernaturalitate fidei.

QVÆSTIO QVINTA
THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia quinti Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, actus fidei Chriſtianæ ſit ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam.

Tria concurrunt ad actum fidei Chriſtianæ, quæ requiritur ad ſalutem. Primò intellectus practicus formando iudicium practicè practicum, & ſe habet vt applicans, & proponens. Secundò voluntas mouendo intellectum ſpeculatiuum, & ſe habet, vt mouens, & imperans. Tertiò ipſe intellectus ſpeculatiuus formando aſſenſum ſpeculatiuum.

Et circa hæc tria ponuntur tres partes Corollarij; & primò agendum eſt de aſſenſu ſpeculatiuo, quia licet ſit vltimus in exequutione, tamen eſt radix ſupernaturalitatis in reliquis duobus.

Aſſenſus ſpeculatiuus fidei, qualis requiritur ad ſalutem ſecundum ſubſtantiam eſt ſupernaturalis. Pr. pars Corollarij.

Aſſenſus practicus, ſeu iudicium practicum de credendo, ſeu aſſentiendo aſſenſui ſpeculatiuo fidei ſupradicto, eſt naturale ſecundum ſubſtantiam, ſupernaturale ſecundum modum. 2. pars Cor.

Actus voluntatis, à quo mouetur intellectus ſpeculatiuus ad aſſentiendum ſpeculatiuè rebus fidei, eſt ſecundum ſubſtantiam ſupernaturalis. 3. pars Cor.

PRO HIS AVTEM TRIBVS partibus Corollarij examinandis pono tres dubitationes.

PRIMA DVBITATIO.

Vtrùm prima pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, Aſſenſus ſpeculatiuus fidei, qualis requiritur ad ſalutem, ſecundum ſubſtantiam ſit ſupernaturalis.

PRo explicatione notandũ, quòd actus ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam, duplicitèr accipi poteſt. Primò ex obiecto materiali. Secundò ex obiecto formali, ſeu ratione formali aſſentiẽdi. Primo modo tunc eſt, quando ſubſtantia obiecti materialis, non poteſt aliquo modo intelligi virtute naturali. Secundo modo, quando ratio formalis aſſentiendi excedit virtutem naturæ, & tunc dicitur actus ſecundum eſſentiam, & ſpeciem ſuam ſupernaturalis. Primo modo aſſenſus fidei eſt naturalis, quia omnia obiecta fidei, quæ creduntur fide infuſa, poſſunt ab eodem credi fide acquiſita, & naturali, & ſic accepit Diuus Thomas 2. 2. quæſtio. 171. articulo ſecundo: vbi ponens, differentiam inter habitum fidei, & donum prophetiæ, dicit donum prophetiæ eſſe ſupernaturale, quia confertur homini, vt cognoſcat obiectum, cuius ſubſtantiam non poteſt cognoſcere viribus naturæ, actum verò fidei dixit eſſe naturalem, quia obiecta fidei iam reuelata, quæ quis credit fide infuſa, poteſt credere fide acquiſita naturali: ſed Corollarium intelligitur de ſupernaturalitate ſecundum ſubſtantiam ſecundo modo, id eſt, ſecundum eſſentiam, & ſpeciem ſuam.

1. Primũ not. *Actus ſupernaturalis duplicitèr accipi poteſt.*

S.Thom. *Prophetia donum cur ſit ſupernaturale.*

Secundò notandum, certum eſſe etiam apud Pelagianos, vt eſt apud Auguſtinum in lib. de hæreſib. cap. 88. ad aſſenſum fidei requiri aliquod adiutorium Dei externum, ipſam, ſcilicet, reuelationem myſterij ſupernaturalis, contra aliquos Hæreticos apud Clem. lib. 4. Stromat. aſſerentes obiectum fidei cognoſci poſſe naturaliter.

2. 2. Notab. Auguſt. *Ad aſſenſum fidei requiritur aliquod Dei auxiliũ.*

Tertiò notandum, certum eſſe apud Catholicos contra Pelagianos, præter adiutorium hoc externum requiri adhuc internum mouens ad aſſenſum; vt ſupponitur in materia de gratia, breuiter nunc probatur, præcipuè ex illo loco 1. ad Corint. 4. *Quis te diſcernit? quid autem habes, quod non accepiſti?*

3. Not. *Hoc auxiliũ internũ eſſe debet.* 1. ad Cor. 4.

Digitized by Google

Cypr. puli? quo teſtimonio vtitur Cyprianus ad hoc confirmandum, & hoc etiam teſtimonio adductus eſt Auguſt. Auguſtinus, vt hanc ſententiam, ſicut ipſe fatetur, quam tenuerat in expoſitione propoſitionum Pauli ad Roman. à propoſitione 65. poſtea retractaret lib. 1. retractat. cap. 23. & de prædeſtin. ſ. 1. cap. 3. Ad Philip 1. Ad Epheſ. 2. Secundò probatur ab Philip. 1. *Vobis datum eſt propter Chriſtum, vt in eum credatis.* & ad Epheſ. 2. *Gratia eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis, donum enim Dei eſt.* & habetur iam definitum in Arauſic. Trid. Arauſicano capit. 5. & in Tridentino Seſſ. 6. can. 3. *Si quis dixerit hominem ſine præueniente gratia Dei, & eius auxilio, credere, diligere, & ſperare poſſe, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, anathema ſit.* Punct. diffic. Sed controuerſia eſt inter Scholaſticos, An hoc adiutorium internum gratiæ requiratur ad aſſenſum fidei infuſæ, qualis eſt neceſſarius ad ſalutem, propter ipſam intrinſecam ſubſtantiam ſupernaturalem actus, an verò propter modum perfectionis accidentariæ ſupernaturalis, coniunctæ cum ipſo actu, qui ſecundum ſubſtantiam ſit naturalis.

VNICA ASSERTIO.

3. *Actus fidei ad ſaluti neceſſarius eſt ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam.* HIs notatis; in hac prima parte Corollarij dicimus actum fidei infuſæ, qualis eſt neceſſarius ad ſalutem, eſſe ſecundum ſubſtantiam ſupernaturalem. Probatur ex differentia inter certitudinem, quæ habetur ex medio formali naturali, & inter certitudinem fidei infuſæ. nam certitudo naturalis, aut habetur ex terminorum apprehenſione, aut per diſcurſum ex aliquo priùs noto. Si ſecundo modo, non poteſt excedere certitudinem diſcurſus, vt patet ex principio philoſophico. Si primo modo, non poteſt, vt ex eodem principio colligitur, excedere euidentiam terminorum, quæ eſt quid creatum. At verò aſſenſus per fidem infuſam eſt altioris ordinis, quia talis aſſenſus, vt ſatis probatum eſt in ſuperiori Corollario de reſolutione fidei, innititur immediatè infallibilitati veritatis primæ, tamquam rationi formali aſſentiendi, quæ tamquam imparticipata eſt ſuperioris ordinis, quàm infallibilitas creata, & participata. & hoc voluit indicare Chriſtus, cùm dixit, Luc. 21. *cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt,* quare etiam ſi certitudo naturalis augeretur in infinitum, non poſſet attingere certitudinem fidei, Auguſt. *Fides inchoata eſt donum Dei.* vt patet ex his, quæ dicta ſunt ſuprà, vnde Auguſtinus de prædeſt. Sanctor. capite 9. concludit etiam fidem inchoatam eſſe donum Dei: ſuperat igitur fides etiam remiſſa omnem certitudinem naturalem.

Et hæc quidem ratio, non ſolùm probat certitudinem fidei excedere ſecundum ſe quamcumque certitudinem naturalem, & eſſe ſuperioris ordinis, quod quidem ſufficeret ad probationem Corollarij, ſed etiam probat contra Capreolum in 3. diſt. 25. & Caietanum in 2. part. quæſt. 1. artic. 8. eſſe etiam certiorem quo ad nos, quod expreſsè etiam D. Thom. *Fidei certitudo excedit certitudinem naturalem.* dicit D. Thom. 2. 2. quæſt. 4. artic. 8. & quæſt. 16. E de verit. artic. 12. quia licet auctoritas diuina applicetur obſcurè, applicatur tamen immediatè, vt in ſuperiori Corollario probatum eſt, ab auctoritate enim diuina ſolùm, & non à modo applicandi ſumitur certitudo, quia illa eſt, quæ immediatè concurrit, vt ratio formalis aſſentiendi, à modo autem applicandi, qui non concurrit ad certitudinem aſſenſus, potiùs habet fides, vt excedatur à ſcientia naturali, quia nec neceſſitat intellectum, nec tol-

A lit motum indeliberatum dubitationis, quæ duo tollit ſcientia naturalis ratione euidentiæ, & hoc tantùm probant argumenta, quæ ſolent fieri in oppoſitum. quod quidem adhuc confirmari poteſt auctoritate Scripturæ, & Patrum 2. Pet. 1. *Habemus firmiorem propheticum ſermonem*, & Galat. 1. 1. Petr. 1. Galat. 1. Auguſt. *Si Angelus de cœlo*, & ex Auguſt. 7. confeſſ. cap. 10. *Faciliùs dubitarem me viuere, quàm non eſſe veritatem, quam audiui in corde meo.* & Chryſoſt. hom. 12. in Chryſoſt. Epiſt. ad Hebræos, *Cùm circa ea, quæ non videntur ampliùs, quàm circa ea, quæ videntur certitudinem quis habuerit.* Idem ferè dicit Dionyſ. de diuin. Nom. Dionyſ. cap. 7. cuius etiam rei ſignum eſt, quod fidelis potiùs eſt paratus negare omnem euidentiam naturalem, quàm fidem, vt patet ex illo dicto Auguſt. Conclu-B ditur igitur ex dictis modum aſſentiendi fide infuſa, non eſſe naturalem, quia neque eſt ex terminorum apprehenſione: nulla enim eſt neceſſaria connexio inter terminos huius propoſitionis; Deus reuelauit ſe eſſe incarnatum, nec eſt ex diſcurſu, vt probatur in Corollario ſuperiori, ſed eſt per diuinam auctoritatem immediatè applicatam.

Hæc prima pars Corollarij eſt D. Thom. 2. 2. q. 6. S. Thom. art. 2. & licet oppoſitum videatur dicere 2. 2. quæſt. 171. art. 2. tamen ibi loquitur de ſubſtantia obiecti materialis, vt initio Corollarij explicatum eſt. Eſt etiam Richard. in 3. diſtin. 23. art. 7. quæſt. 2. Med. Richard. Medin. 1. 2. quæſt. 61. art. 2.

4. Caiet. *Opiniones, & argumēta cōtra primā partem Corollarij.* CONTRA hanc primam partem Corollarij tenet Caietanus 1. 2. quæſt. 109. & 2. 2. quæſt. 181. art. 2. C ad 3. Caietanus autem occaſionem dedit D. Thomas 2. 2. q. 172. art. 2. vbi dixit, actum fidei eſſe naturalem. Aſſerit autem Caietanus fidem ſecundum ſubſtantiam actus, eſſe naturalem, ſecundum tamen modum eſſe ſupernaturalem: hunc tamen modum dicit eſſe rationem meriti, ſed hanc opinionem Caietani impugnant primò aliqui, quia cùm ratio meriti ſit reſpectus, non eſt ad illum per ſe actio, ac proinde ad illum non requiritur adiutorium gratiæ tamquam peculiare ipſius. Sed hæc impugnatio *Actus debet eſſe ſupernaturalis, vt ſit proportionatus merito.* facilè ſolui poteſt à Caietano, quo ad hoc, vt actus fidei ſit proportionatus merito, ſeu vt ſit fundamentum proximum reſpectus ad meritum, debet eſſe ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam, debet eſſe ſecundum modum, id eſt, per vocationē extrinſecam D Spiritus ſancti, & per concurſum ſupernaturalem identificatum cum actu fidei, per quem quamuis ſecundum eſſentiam, quæ ſolùm deſumitur ab obiecto, actus non ſit ſupernaturalis, erit tamen ſupernaturalis entitatiuè; atque adeo actio non eſt ad reſpectum, ſed ad fundamentum.

Secundò impugnatur opinio Caietani, ex ratione noſtra fundamentali, quam paulò antè attulimus, quæ probat circumſcripto omni reſpectu meriti, adhuc actum fidei eſſe ſecundum ſubſtantiam ſupernaturalem, quia ratio formalis aſſentiendi immediatè eſt veritas prima, & ideò ad illum requiri gratiam Dei, non quidem vt inquit Auguſtinus de Auguſt. *Vt ſimpliciter credamus gratia Dei eſt neceſſaria.* præd. Sanct. cap. 2. vt plenè, & perfectiùs credamus. Quòd ſi actus fidei ſecundum ſubſtantiam eſſet naturalis, poſſet attingi viribus naturæ, cuius oppoſitum docet ibi Auguſtinus. Ad S. Thomam adductum in 2. 2. quæſt. 172. artic. 2. reſpondetur, S. Doctorem ibi loqui de obiecto materiali fidei, vt dictum eſt ſuprà, quia articuli fidei poſſunt credi à fide humana, & ideo dicit diſtingui à prophetia, quæ nec etiam ſecundum materiale, poteſt cognoſci viribus naturæ.

Secundò contra hanc primam partem Corollarij tenent omnes illi Doctores, qui aſſerunt fidem

acquiſi-

Digitized by Google

acquiſitam,& infuſam non diſtingui ſpecie, ſed ſecundum modum, Palud.in 4.d.14.quæſt.2. Nominales Ocham quodlib.5. quæſt.7. Gabriel in 3. diſt. 23. quæſt.2. artic.5. Supernaturalitatem autem ſecundum modum non ſumunt, vt Caietanus ſumebat per reſpectum ad meritum, ſed ſumunt ex maiori certitudine. Sed contrà, quia, vt iam probatum eſt, illa maior certitudo fidei infuſæ non conſiſtit in intentione intra eandem ſpeciem, ſed eſt diuerſa ſpecie, & ſuperioris ordinis, quia immediatè innititur veritati primæ, tamquam rationi formali, ita vt nec à certitudine naturali in infinitum aucta attingi poſſit, vt ſuprà probatum eſt: ergo fides infuſa eſt diuerſæ ſpeciei ab acquiſita, & eſt ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam, & hæc circa opinionem.

Palud. Ocham. Gabriel.

5. Argumenta verò contra hanc primam partem Corollarij, dupliciter poſſunt fieri. Primò probando, quòd fides innitatur vltimatè, tamquam rationi formali teſtimoniis humanis, atque adeò non differat à fide humana, & acquiſita; & hæc argumenta iam ſoluta ſunt à nobis Corollario ſuperiori de reſolutione fidei.

1. Arg. contra primam partem Corollarij. Secundò, probando, quòd myſteria fidei, quamuis credantur per auctoritatem diuinam, tamquam rationem formalem aſſentiendi, non ſemper, & in omnibus requiratur ad talem aſſenſum gratia Dei excitans, ſpecialis, vnde ſequitur, quòd ſecundum ſubſtantiam, ſeu eſſentiam non ſit ſupernaturalis. Argumenta ad hoc probandum ponit Molina in concordia quæſt.14.diſt.7. cuius quidem ſententia, quamuis reduci poſſit ad bonum ſenſum, vt patet ex fine illius quæſtionis, tamen quatenus argumenta illius videntur etiam militare contra hanc primam partem Corollarij, oportet illa ſoluere. Quare arguitur primò: Iudicium practicum de credendo eſt naturale, ergo & aſſenſus ſpeculatiuus credendi eſt naturalis. Antecedens probatur, quia argumenta, rationes, & motiua, per quæ homo format iudicium, quòd articulus propoſitus ſit credendus auctoritate diuina, tamquam per rationem formalem aſſentiendi, naturaliter cognoſcuntur. Ioan. 5. *Opera, quæ ego facio ipſa teſtimonium perhibent de me.* & cap.10. *Si mihi non vultis credere, operibus credite.* & 15. *Si non veniſſem, & opera non feciſſem*, &c.

Ioan.5.& 10.

Voluntas & iudiciũ practicum debẽt eſſe proportionata. Conſequentia probatur, quia voluntas, & iudicium practicum debent eſſe proportionata, conſequitur enim voluntas ad iudicium: ergo volitio de credendo eſt naturalis, ergo etiam aſſenſus ſpeculatiuus eſt naturalis. Vltima hæc conſequentia probatur, quia aſſenſus ſpeculatiuus imperatur ab ipſa voluntate.

2. Argum. Secundò inſtatur. Iudæi hodie aſſentiuntur his omnibus, quæ ex fide Catholica credebant veteres Iudæi ante aduentum Chriſti, cùm tamen difficultas ſit maior illa credere poſt aduentum Chriſti, quàm ante aduentum, quia ſunt multæ rationes perſuadentes oppoſitum, v.g. vaſtatio templi, excidium ciuitatis Ieruſalem, & reliqua; & tamen modò credunt vt diuinis reuelationibus.

3. Argum. Tertiò inſtatur, in principio legis naturæ, quando nullæ erant ſectæ, & conſenſus omnium populorum circa quoſdam articulos fidei pauciſſimos, nulla videtur potuiſſe eſſe difficultas, quòd homines crederent illos articulos paucos, & faciles, quòd ſcilicet Deus eſt, & quòd remunerator eſt.

4. Argũm. Quartò, Hæretici credunt multos articulos veros, quos credunt Catholici, & illos credunt, vt à Deo reuelatos, & tamen non credunt ex fide infuſa, neque ex auxilio ſpeciali ſupernaturali, quod æquiualet fidei infuſæ, quam iam amiſerunt. Et confirmatur, quia ſi hæreticus poſtea credat omnes alios articulos, quos credit Catholicus, & quos antea ipſe non credebat, non ideò requiritur auxilium ſpeciale Dei, vel fides infuſa ad credendum articulum, quem priùs credebat, non enim habet maiorem difficultatem ad credendum, & idem dicendum eſt de aliis articulis, quos poſtea credit.

Quintò, Hæreticus poteſt adducere Ethnicum ad amplectendam ſuam ſectam, in qua ſunt multi articuli fidei Catholicæ, & multi errores, & omnes illos articulos ſiue veros, ſiue falſos credit, vt reuelatos à Deo, & quidem ſine fide infuſa, & ſine auxilio ſupernaturali, quia Deus non inducit ad credendum falſum. 5. Argum.

Sextò, puer non baptizatus educatus inter ſolos Chriſtianos, qui nihil vnquam audiuit de contrario aliquo errore, nullam difficultatem ſentit ad credendum id, quod videt credere totum populum ſine vlla diſſenſione. 6. Argum.

6. Sed ad hæc argumenta contra hanc primam partem Corollarij reſpondetur, & ad primum dupliciter. Primò negando antecedens. nam præter illud iudicium practicum, fundatum in motiuis humanis, datur aliud iudicium ſupernaturale ſecundum ſubſtantiam: quod Deus in nobis operatur ſine libero noſtro conſenſu, quod ad gratiam præuenientem pertinet, vt videbimus in ſecunda parte Corollarij: ſed quia præter hoc datur iudicium practicum, fundatum in motiuis humanis ad mouendum voluntatem, & intellectum ſpeculatiuum ad aſſenſum; ideò ſecundò reſpondetur negando conſequentiam, & ratio negationis eſt, quia tale iudicium habet proportionem cum actibus ſupernaturalibus voluntatis, & intellectus ſpeculatiui, quia licet non ſit ſupernaturale ſecundum ſubſtantiam, quia eſt fundatum in motiuo humano, eſt tamen ſupernaturale ſecundum modum, vt infrà in ſecunda parte Corollarij explicabimus. Nec obſtat diuerſum motiuum actus imperantis à motiuo imperati. nam actus interiores imperati poſſunt habere motiuum diuerſum ab actibus interioribus imperantibus, quod non eſt ſimile in actibus exterioribus imperatis, quia actus exteriores ex ſe non habent aliquod motiuum proprium præter motiuum actus interioris imperantis, v.g. poteſt aliquis ex motiuo ſpei, elicere actum amoris ſub proprio motiuo amoris, & tamen actus imperans ſpei eſt actus concupiſcentiæ, & actus imperatus, ſeu ordinatus eſt actus veræ amicitiæ. Ita etiam dici poteſt, quòd iudicium practicum, tamquam actus imperans, habeat diuerſum motiuum ab actu interiori imperato voluntatis, ſiue intellectus ſpeculatiui.

Reſp. ad primum argu. *Prater iudicium practicũ, datur iudicium ſupernaturale.*

Ad ſecundum reſpondetur, quòd Iudæi non credunt niſi auctoritate humana, vt clarè colligitur ex D.Thom.2.2.quæſt.5.art.3. ad 1. Et ratio eſt, quia ſi verè eſſet auctoritas diuina reuelans, ratio formalis aſſentiendi ſe extenderet ad omnem ſufficientem propoſitionem: at non ſe extendit illa auctoritas, quam putant infideles eſſe diuinam, quia non credunt Meſſiam iam veniſſe, quod exemplo fiet manifeſtum. nam ſi quis laboraret ignorantia vincibili circa vnum mortale, & exiſtimaret (vt multi de facto exiſtimant) ſe amare Deum ſuper omnia; non eſſet verus amor, ſed putatus amor, quia ſi eſſet verus amor, extenderet ſe ad vincendam ignorantiam vincibilem, cum qua non poteſt ſtare verus amor.

Reſp. ad 2. *Iudæi nõ credunt niſi auctoritate humana.*

Ad tertium reſpondetur; quòd etiam in illo caſu requiritur auxilium ſpeciale ſupernaturale, quia illos pauciſſimos articulos etiã ex conſenſu omnium populo Reſp. ad 3.

Digitized by Google

populorum creditos, tenebantur credere propter auctoritatem diuinam reuelantem, tanquam propter rationem formalem aſſentiendi, qui modus credendi, vt probatum eſt, excedit potentiam naturalem, atque adeo non dicit ſolam difficultatem, ſed impoſſibilitatem ſimpliciter, vt talis actus viribus naturæ eliciatur.

Reſp. ad 4. *Hæretici credunt fidei articulos per motiuũ humanum.* S. Thom.

Ad quartum reſpondetur, Hæreticum credere articulum fidei verum eſſe reuelatum à Deo, ſed per motiuum humanum, tamquam per rationem formalem aſſentiendi. Nec obſtat quòd ipſe hæreticus exiſtimet ſe credere propter auctoritatem diuinam, vt dictum eſt ad tertium, eſt ſolutio D. Thom. 2. 2. quæſt. 5. art. 3. ad 1.

Reſp. ad 5.

Ad quintum reſpondetur, quòd poteſt contingere, quòd ille Ethnicus credat omnes articulos veros, auctoritate diuina, quatenus laborat ignorantia inuincibili circa articulos falſos, vel poteſt dici quòd credat ex motiuo humano, licet ipſe exiſtimet ſe credere auctoritate diuina.

Reſp. ad 6.

Ad ſextum, quòd puer ille habet impoſſibilitatem ſecundum vires naturæ ad credendum auctoritate diuina, quia talis modus credendi eſt ſupra naturam, vt dictum eſt ad tertium.

SECVNDA DVBITATIO.

Vtrum ſecunda pars Corollary ſit vera, quòd, ſcilicet, iudicium practicum de credendo fide diuina, ſit naturale ſecundum ſubſtantiam, & ſupernaturale ſecundum modum.

7. *Duplex iudicium practicum, alterũ ſupernaturale, alterũ naturale. Iudiciũ practicũ obſcurũ eſt gratia præueniens.*

PRo explicatione notandum, duplex aſſignari à Doctoribus iudicium practicum de credendo fide diuina; alterum, quod innititur immediatè auctoritati diuinæ tamquam rationi formali aſſentiendi, & hoc quidem iudicium eſt quædam gratia præueniens, quam Deus operatur in nobis ſine nobis, id eſt, ſine libero noſtro conſenſu, ex Trident. Seſſ. 6. cap. 5. videndus Vega lib. 6. in Trident. cap. 8. & Ferrarienſis 3. cont. Gent. cap. 40. & de hoc iudicio practico in præſenti non eſt noſter ſermo, certum eſt enim hoc iudicium ſecundum ſubſtantiam eſſe ſupernaturale, & obſcurum, cùm immediatè innitatur auctoritati diuinæ.

Iudiciũ practicum quid ſit.

Alterum iudicium practicum eſt, quod innititur motiuis humanis, tamquam rationi formali aſſentiendi; pro obiecto autem materiali habet totum aſſenſum ſpeculatiuum, ſcilicet, ipſum credere fide diuina; intellectus enim practicus, motus ex miraculis, & aliis teſtimoniis humanis, quæ vel faciunt euidentiam credibilitatis, vel ſaltem probabilitatem, practicè iudicat credendum eſſe ab intellectu ſpeculatiuo fide diuina myſterium fidei propoſitum per illa miracula, vel teſtimonia fide digna, & de hoc iudicio practico eſt ſermo in præſenti, quod quidem ſemper antecedit, & aſſenſum ſpeculatiuum, & etiam illud aliud iudicium practicum obſcurum.

1. Dictum. *Iudiciũ practicũ quod innititur motiuis humanis eſt naturale.*

His notatis, dico primò hoc iudicium practicum, quod innititur motiuis humanis, eſſe naturale ſecundum ſubſtantiam. Probatur; hoc iudicium practicum eſt concluſio ſyllogiſmi practici, qui eſt naturalis: ergo non excedit certitudinem naturalem. Conſequentia eſt manifeſta ex principio philoſophico, quòd, ſcilicet, concluſio non poteſt excedere certitudinem ſui principij. Antecedens probatur dupliciter; primò, quia ſyllogiſmus practicus fundatur in ſyllogiſmo ſpeculatiuo, qui fit per diſcurſum naturalem hoc modo: Quotieſcumque proponitur obiectum dignum ex teſtimoniis fide dignis, quæ vel faciunt euidentiam, vel ſaltem probabilitatem credibilitatis ſine formidine alterius partis, eſt credibile: ſed hoc modo proponuntur articuli fidei; ergo ſunt credibiles. Ex quo vlterius concluditur concluſio practicè practica elicita à virtute acquiſita prudentiæ; ergo hîc, & nunc, mihi eſt credendum.

8. Secundò probatur illud antecedens, quia ratio aſſentiendi in ſyllogiſmo practico eſt medium naturale, ſcilicet, notitia humana, vt dictum eſt: ergo ex eodem principio non poteſt iudicium practicum, quod eſt concluſio ſyllogiſmi practici, excedere certitudinem ſuæ rationis formalis.

2. Dictum. *Iudiciũ practicũ fundatũ in motiuis humanis eſt ſupernaturale ſecundum modum.*

Secundò dico, quòd hoc iudicium practicum eſt ſupernaturale, ſecundum modum, atque adeo ſubſtantia ipſius iudicij, quia inuoluit hunc modum, non poteſt elici viribus naturæ. Pro quo ſciendum eſt, duplicem modum iudicandi practicè poſſe conſiderari in ipſo iudicio practico. Primus modus eſt quaſi ſubſtantialis, ſeu eſſentialis ipſi iudicio, quòd ſcilicet fiat per motiua humana, tamquam per rationem formalem aſſentiendi, & hic modus eſt naturalis, vt probatum eſt in primo dicto. Alius modus eſt quaſi accidentarius, quatenus ſcilicet intellectus practicus iudicat euidenter ex teſtimoniis humanis, aliqua myſteria eſſe credenda ab intellectu ſpeculatiuo, non quidem fide humana, ſed altiori quodam modo, ſcilicet fide diuina per auctoritatem ſcilicet Dei reuelantis, & de hoc ſecundo modo accidentario loquimur in præſenti, & dicimus, quòd iudicium practicum ſecundum hunc modum eſt ſupernaturale, quia ſecundum hunc modum non habet ampliùs, vt ſic rationem concluſionis, ſed potiùs induit rationem mouentis intellectum ſpeculatiuum ad aſſentiendum auctoritate diuina. Eſt autem maxima improportio, inter actum practicum, vt ſic mouentem, & intellectum ſpeculatiuum, vt motum. nam intellectus ſpeculatiuus motus mouetur ab intellectu practico ad credendum myſteria fidei altiori, & ſupernaturali ratione formali, ſcilicet per auctoritatem diuinam: cum tamen intellectus practicus, qui ſe habet vt mouens; reguletur in ſuo iudicio per rationes humanas, ex qua improportione oritur, vt intellectus practicus moueat vltra ſuas vires imperando actum altioris ordinis, quàm ſit ipſe intellectus mouens, ſeu imperans: ſecus autem eſſet, ſi intellectus practicus iudicans de credibilitate per motiuum humanum, tamquàm per rationem formalem, moueret intellectum ſpeculatiuum ad credendum ſub hoc eodem motiuo humano, tamquam ratione formali; quia in tali caſu imperans, ſeu mouens, & actus imperatus eſſent eiuſdem ordinis. Quòd ſi dicas, virtus inferior, verbi gratia, ſpes poteſt mouere voluntatem ad eliciendum actum charitatis. Reſpondetur, quòd ad hoc etiam requiritur aliquod ſpeciale auxilium, præſertim ſi virtus mouens eſt ordinis naturalis; & multò magis militat in caſu noſtro, quia apprehendere res fidei eſſe credendas obſcurè per auctoritatem diuinam, excedit vires intellectus practici, qui regulatur per motiua humana. Hoc ſecundum dictum probatur ex Conciliis, & Patribus, qui communiter aſſerunt ad formandum hoc iudicium requiri gratiam Dei interiùs mouentem. Auguſt. de prædeſt. Sancto. cap. 2. ad hoc probandum adducit locum illum Pauli 2. ad Corinth. 1: *Non ſumus idonei cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis.* Sic etiam eumdem locum intelligit

Auguſt. 2. ad Cor. 1.

Autauſic. Mileuit.

Pſalm. 93. Gregor.

intelligit Arauſicanum, cap.7. & Concilium Mileuitanum can.4. ad idem probandum adducit alium locum Scripturæ ſimilem: *Qui docet hominem ſcientiam*, & Greg.Papa hom.30. in Euang. *Unam* (inquit) *vocem omnes auditis, cum ergo vox non diſpar ſit, cur in cordibus diſpar eſt intelligentia? niſi quia per hoc, quod vox admonet, eſt magiſter interior, qui de vocis intelligentia quoſdam ſpecialiter docet?* & tandem eſt definitum in Trident. Seſſ.6.cap.5. vbi hoc iudicium appellat illuminationem, ſicut appellauerat Arauſicanum; ſed hic locus Tridentini non probat efficaciter, quia interpretari poteſt de iudicio practico obſcuro primo modo ſumpto.

Trid.

Trid.

TERTIA DVBITATIO.

Vtrùm tertia pars Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, actus voluntatis volendi credere fide diuina ſit ſecundum ſubſtantiam ſupernaturalis.

9\.
Actus voluntatis liber ad determinandũ intellectũ ad aſſẽſum fidei requiritur.
Quid ſit pia affectio, & an ſit neceſſaria ad credendũ.

PRo explicatione ſciendum eſt ſupponi primò, tamquam certum, requiri actum voluntatis liberum ad determinandum intellectum ſpeculatiuum, ad aſſenſum fidei infuſæ, hic autem actus duplex eſt; vel quædam pia affectio, ſeu animi propenſio, vel ad res, quæ proponuntur de fide, vel ad ipſum proponẽtem, & de hoc actu non eſt præſens ſermò: non enim neceſſariò prærequiritur ad aſſenſum fidei, quia poteſt eſſe tanta euidentia credibilitatis, vt ſine hac pia affectione inclinetur intellectus ad aſſentiendum fide diuina. Alius actus voluntatis eſt, qui neceſſariò prærequiritur ad aſſentiendum fide diuina, tamquam mouens intellectum indifferẽtem, non enim poteſt neceſſitari, nec quoad exercitium, nec quo ad ſpecificationem, cùm obſcurè aſſentiatur obiecto, tamquam à Deo reuelato, prærequiritur igitur actus liber voluntatis, qui moueat intellectum ad talem aſſenſum, & probatur ex Scripturis Acto.28. *Quidam credebant iis, quæ dicebantur à Paulo, quidam non credebant.* & ad Rom.4. laudatur Abraham, tamquã fidelis, & Marc.vlt. *Qui crediderit*, &c. Eſt etiam ſententia communis Patrum expreſsè, Hieron. lib. 4. cap. 72. & expreſsè Auguſt. lib. 1. de prædeſt. Sancto. à cap.2. & videtur definitum in Arauſican. cap.5. & clariùs in Trident. Seſſ.6. cap.6.

Quis actus voluntatis neceſſariò prærequiratur ad aſſenſum fidei.

C

Act. 28.
Ad Rom 4.

Hierony.
Auguſt.
Arauſic.
Trident.

D

10\.
An actus volendi credere ſit poſitiuus, vel negatiuus.
Scotus tenet eſſe negatiuum.

Dubium tamen eſt inter Scholaſticos, An iſte actus ſit negatiuus, quædam ſcilicet, non repugnantia; vel poſitiuus, motio ſcilicet quædam voluntatis, qua intellectus mouetur ad credendum. Et quidem Scotus in 3.d.25.q.2. videtur innuere ſufficere negatiuum actum voluntatis, quia licèt obiectum non ſit neceſſitans, eſt tamen ſufficienter propoſitum, quia alioquin nec voluntas poſſet mouere poſitiuè: ergo ſi non impeditur per poſitiuam repugnantiam voluntatis, aſſentietur. Sed Caietan.2.2. quæſt.4. cum communi tenet requiri actum poſitiuum voluntatis. nam facta ſufficienti propoſitione, intellectus adhuc eſt indifferens ad credendum, debet igitur determinari, & non determinatur ab obiecto obſcurè propoſito, vt dictum eſt, neque poteſt determinare ſeipſum, quia non eſt principium ſufficiens ſui actus, cùm non ſit formaliter liber; ergo debet determinari per actum poſitiuum voluntatis. Quòd autem aliqui Scotiſtæ dicunt eſſe formaliter liberũ per accidens, & non per ſe & in hoc diſtingui à libero voluntatis, quod eſt per ſe, non facit ad propoſitum, nam idẽ eſt, ac dicere, quòd eſt liber forma-

Caie. veriùs tenet eſſe poſitiuum.

E

A liter denominationem extrinſecam à libero voluntatis; reſtat igitur vt ad credendum determinetur intellectus ab ipſa voluntate.

Probatur ex S. Thom.
Actum volendi credere eſſe ſupernaturalem ſecũdum ſubſtantiam.

His igitur ſuppoſitis, probatur hunc actum poſitiuum voluntatis, eſſe ſupernaturalem, ex S. Thoma, 2.2.q.4.ar.2. Ad hunc actum (inquit) requiritur motio Dei interna, ergo eſt ſupernaturalis. Antecedens probatur ex Auguſt. lib. de prædeſt. Sanctor. vbi de hac neceſſitate gratiæ diſputat contra Pelagianos, & contra eoſdem, iam eſt definitum in Arauſicano.can.5. Probatur etiam ex Scripturis Act. 16. dicitur, *Deus adaperire cor ad credendum*, per cor autem ſignificatur voluntas, iuxta illud Ezech.26. *Dabo cor nouum*, &c. Ioan.12. dicitur Iudæis, non potuiſſe eos credere, quia *obcæcati, & indurati erant.* B ad Philip.cap.1. & 2. *Deus eſt, qui operatur in nobis velle, & perficere*: eſt etiã communis Scholaſticorum, in materia de gratia; Scotus tamen in 3.diſt.35.q.2. videtur contrarius; nec mirum, quia hunc actum tenet eſſe negatiuum, ad quem non requiritur gratia adiuuãs phyſica, & de hac interpretari poteſt Scotus quòd loquatur. Conſequentia probatur, quia motio proportionatur actui, ſed poſſet aliquis dicere, quòd actus voluntatis ſit ſupernaturalis tantùm ſecũdum modum, tamquam imperans, & mouens ad aſſenſum ſpeculatiuum fidei infuſæ, ratione cuiuſmodi requiratur motio interior Dei, ſicut dicebamus ſuprà de iudicio practico, non autem quòd ſit ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam. Sed contrà, quia Patres, & Scripturæ ſuprà allegatæ videntur ſignificare ipſam ſubſtantiam actus eſſe ſupernaturalem, nam Act.16. dicitur Deus *aperire cor ad audiendum*, Ezech.26. dicitur *dare cor nouum*, & ad Philip. dicitur *Deus operari in nobis ipſum velle*; ideo optimè inferri poteſt ex ipſo modo loquendi Scripturæ, quòd ipſa ſubſtantia actus ſit ſupernaturalis. Secundò probatur, quia obiectum formale voluntatis eſt ſupernaturale ſecundum ſubſtãtiam; ergo & actus, qui ſpecificatur ab obiecto. Antecedens probatur, quia obiectum formale eſt honeſtas Dei, quæ eſt ſupernaturalis. ſpecificatur enim ab ipſo actu credendi, circa quem tendit, actum autem credendi eſſe ſupernaturalem ſecundum ſubſtantiam, iam probatum eſt ſuprà.

Auguſt.
Arauſic.
Act. 16.
Ezech. 26.
Ioan. 12. ad
Philip. c. 1.
Scot.

Inſtãtia contra rationẽ aliorum.

Soluitur inſtantia.

Act. 16. Ezec. 26 ad Phi. 1.

11\.
2\. Inſtantia.

Quòd ſi obiiciatur, naturali lumine cognoſci, honeſtum eſſe credere auctoritati diuinæ ſufficienter proponenti; ergo ab illa honeſtate cognita naturaliter poteſt moueri voluntas naturaliter ad actum ſuum volendi credere.

Solutio.

Reſpondetur, quòd illa honeſtas practicè non cognoſcitur, niſi per lumen ſupernaturale: ſed quicquid ſit de cognitione, non poteſt practicè voluntas in illam ferri, niſi mota per interiorem gratiam, nam, vt eſt probatum, eſt ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam, quia ſpecificatur ab ipſo actu credendi fide infuſa, quia actus eſt obiectum formale illius honeſtatis.

* * *

QVÆ

Digitized by Google

QVÆSTIO SEXTA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia ſexti Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, nullus iuſtus ad quemcumque gradum perfectionis peruenerit, poteſt aſſentiri certitudine fidei diuinæ huic propoſitioni, ſcilicet, Ego ſum in gratia iuſtificante tamquam concluſioni Theologicæ, vt explicatæ.

Materiam huius quæſtionis tractant communiter Scholaſtici, in 1. *diſtin.* 1. *Scotus quæſtio.*24. *Bonauentura artic.* 1. *quæſt.* 3. *Durandus, quæſt.* 4. *Richardus, artic.* 1. *quæſt.*5. *D. Thomas, quæſt.* 1. *artic.* 4. *&* 1. 2. *quæſt.* 112. *artic.* 5. *& hic Caietanus, Sotus in Apologia contra Catharinum, & de natura, & gratia lib.* 3. *capit.* 11. *& in* 4. *diſtinct.* 19. *quæſt.* 2. *artic.*1. *Catharinus in Apologia contra Sotum, Vega in Tridentinum, lib.* 5. *per totum Medina* 1. 2. *quæſt.* 112. *artic.* 5. *Valentia* 1. 2. *diſp.* 5. *quæſt.* 4. *puncto* 4. *& Cardinalis Bellarminus ſatis eruditè, vt ſolet Tom.* 3. *Controu.* 3. *de Iuſtificatione, lib.* 3.

D. Thom. Caie. Sot. Vega Trid. Medina. Valentia. Card. Bella. ſatis erudite.

1. *Certitudo fidei diuina qua ſit.*

PRo explicatione notandum eſt, quòd certitudo fidei Diuinæ, vt diſtinguitur à fide humana, illa eſt, quæ nititur teſtimonio diuino, atque adeò illi non poteſt ſubeſſe falſum.

Triplex fides diuina.

Hæc autem triplex eſt. Prima fidei Catholicæ, quæ habetur ex teſtimonio Scripturarũ. Secũda fidei priuilegiæ, ſeu particularis reuelationis. Tertia concluſionis Theologicæ, vt explicatæ, quæ quidem, vt patet ex tertio Corollario, licèt prærequirat diſcurſum Theologicum, tamen immediatè nititur teſtimonio diuino; quod explicatur, & applicatur per diſcurſum Theologicum; tamquam per conditionem. In hoc Corollario non eſt ſermo de prima certitudine, ſcilicet, fidei Catholicæ contra Sectarios noſtri temporis, aſſerentes quemlibet teneri ad credendũ ſe eſſe in gratia, tanquam articulum reuelatum in Scripturis, qui error damnatus eſt à Leone X. & à Trident. cap. 31. Contra quem errorem videndus eſt Veg. lib. 9. in Tridentin. & Card. Bellarm. Neque eſt ſermo de certitudine fidei particularis priuilegiatæ, certum eſt enim aliquibus eſſe reuelatum ſe eſſe in gratia Dei, vt habetur in Scripturis de B. Virgine, de Magdalena, Paralytico, & de Sancto Antonio refert Athanaſius, & de Sancta Galla Grego-

Punct. diffic. *Hæreticorũ opinio, qua credunt quilibet teneri credere ſe eſſe in gratia.* Leo X. Trid. Vega. Card. Belll.

A rius lib. 4. Dial. cap. 13. & de S. Franciſco S. Bonauentura. Sed ſermo eſt in hoc Corollario de tertia certitudine fidei, ſcilicet illa, quæ poteſt haberi de concluſione Theologica, vt explicata.

His poſitis ſupponendum eſt tamquam certum de fide, ſaltem poſt Tridentinum Seſſ. 6. cap. 9. & 17. non poſſe haberi hanc certitudinem fidei diuinæ de propria gratia. Neque valet reſponſio Catharini, quòd Concilium loquatur contra Sectarios, aſſerentes quẽlibet fide Catholica teneri ad credẽdũ ſe eſſe in gratia, quia etiam ſi intenſio Concilij fuerit cõtra Sectarios, tamen voluit etiam damnare vniuerſaliter omnes aſſerentes, ſcire certitudine fidei diuinæ ſe eſſe in gratia, vnde nullam mentionem facit Concilium de fide Catholica, ſed in vniuerſali loquitur de fide diuina, cui non poteſt ſubeſſe falſum. Verba autem Concilij in cap. 9. hæc ſunt: *Quilibet dum ſe ipſũ, ſuámque propriam infirmitatem, & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare, & timere poteſt, cùm nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe eſſe gratiam Dei conſequutum.* & cap. 16. inquit, *Neque ſeipſum aliquis, etiam ſi ſibi nihil conſcius fuerit, iudicare, quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda, & iudicanda eſt, ſed Dei.*

Trid. *Certitudo fidei de propria gratia haberi non poteſt.*

B

Probatur ſecundò ex communi ſententia Patrum, Hieronymi, Leonis, Auguſtini libro de corr. & gratia, cap. 16. & Gregor. lib. 9. moral. cap 17. & lib. 6. epiſt. 22. & eiuſdem Auguſtini lib. de perfect. iuſt. & loquitur ibi de inſigniter iuſto. Tertiò ex Scripturis cum communi expoſitione Patrum, quas ſatis eruditè, vt ſolet, ponderat Bellarminus loco allegato contra Catharinum. Iob. 9. *Si ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea:* quem locum ad hoc propoſitum exponit Gregorius lib. 9. moral. cap. 19. & Pſalm. 18. *delicta quis intelligit ab occultis meis*, &c. quem locum ad hoc propoſitum interpretatur Auguſt. de omnibus iuſtis, qui dicere poſſunt, *delicta* etiam mortalia *quis intelligit?* & idem dicit Auguſtinus lib. de perfectione iuſt. *Quantalibet* (inquit) *Iuſtitia præditus homo, cogitare debet, ne aliquid in illo, quod ipſe non videt, inueniatur eſſe culpandum.* Prouerb. 2. *Quis poteſt dicere, mundũ eſt cor meum, purus ſum à peccato?* quem locum interpretatur Beda de iuſtis illis, qui ſecundum humanam coniecturam, quæ in hac vita haberi poteſt, putant ſe immunes à peccatis. *Sunt* (inquit Beda) *multi mundo corde etiam iuxta humanæ poſſibilitatis modum puri à peccato, nec tamen ſe ipſe quiſque mundum corde, & immunem à peccato abſque temeritate pronunciauerit.* 1. ad Corinth. 4. *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum*, quem locum ad hoc propoſitum exponunt Theodoretus, Chryſoſtomus, Theophylactus, & Ambroſius ſerm. 5. in Pſal. 108. qui aduertunt ibi D. Paulum admonere omnes iuſtos, vt caueant temerarium iudicium de propria gratia.

Hierony. Leon. Greg. Aug. C Card. Bell. Iob 9. Gregor. Auguſt. Prouerb. 2. Beda. D 1 ad Cor. 4. Theod. Chryſoſt. Theophyl. Ambroſ.

Ratio dubitandi, & variæ viæ afferuntur reſpondendi ad illam, & impugnantur.

E

1. *Ratio dubitandi cõtra ſententiam Concilij et Catharino.*

EST autem ratio dubitandi in oppoſitum, in qua fundatur Catharinus in Apolog. contra Sotum, quia concluſio, inquit, Theologica, vt explicata, eſt de fide: ſed certitudo de propria gratia eſt concluſio Theologica; ergo eſt de fide. Maior eſt certa, quam nos ſuprà latè probauimus Corollario tertio, minor probatur conficiendo ſyllogiſmum Theologicum hoc modo. *Omnis contritus eſt in gratia;* quæ quidem propoſitio eſt de fide: *ego ſum contritus*, eſt

Ioan. 3.

Greg. Cypr.

propoſitio, quæ eſt certa moraliter ſaltem de inſigniter Iuſto. Ioan. 3. *Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus à Deo*, & probari poteſt ex Greg. lib. 1. dialog. cap. 1. & Cypriano ad Demetr. & ex alijs Patribus, quos infrà citabimus. Sequitur igitur concluſio Theologica, quæ vt explicata eſt de fide, ſcilicet, *ergo ego ſum in gratia*, & quamuis Catharinus hoc idem alio in loco probat alio modo, ſcilicet per teſtimonium Spiritus ſancti intra nos clamantis Abba pater, ad Galatas 4. & ad Rom. 8. tamen in Apolog. contra Sotum, ſuam opinionem nititur præcipuè probare ex priori modo, quatenus ſcilicet eſt concluſio Theologica, vt explicata, nam teſtimonium illud nec omnes iuſti ſentiunt, nec cognoſci poteſt niſi per humanas coniecturas, quare tandem iſte modus etiam reducitur ad concluſionem Theologicam, vt explicatam per humanas coniecturas, quod videtur etiam aduertiſſe Card. Bellar. loco allegato, cap. 8.

Ad Gal. 4.
Ad Rom. 8.

Ad ſoluendum autem hanc rationem dubitandi, varias Scholaſtici inuenerunt vias.

3.
Prima via.
Sotus vir doctiſſimus.

PRIMA via reſpondendi eſt aliquorum, qui aſſerunt nullam concluſionem Theologicam, vt explicatam eſſe de fide, ita Sotus vir doctiſſimus in Apol. cap. 5. & alij apud Vegam li. 9. in Triden. cap. 39. ſed falſitas huius viæ patet ex his, quæ diximus ſuprà, in quæſt. 3. Theologica, vbi oſtendimus concluſionem Theologicam, eſſe de fide diuina.

Secunda via Medinæ.

Secunda via eſt Medinæ viri etiam doctiſſimi 1. 2. quæſt. 112. aſſerentis aliud extremum, concluſionē, ſcilicet Theologicam, vt explicatam non ſolùm eſſe de fide, quando præmiſſa naturalis eſt euidens, & certa lumine naturali, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſed etiam, quando eſt certa moraliter, excludens moraliter omnem metum, ſed dicit, quòd in hoc caſu illa minor, ſcilicet, *ego ſum contritus*, non eſt certa moraliter, excludens omnem metum humanum, atque adeo inſufficienter explicat propoſitionem de fide, ſcilicet, *omnis contritus eſt in gratia*. Quòd autem non poſſit haberi certitudo moralis excludens omnem metum de propria contritione præter loca quæ citabimus infrà probatur primò. Iob. cap. 9. Pſalm. 18. prima ad Cor. 4.

Probatur primò 2. via.
Iob cap. 9.
1. ad Cor. 4.
2. Probatur.
Iurare nō poſſumus nos eſſe liberos à peccato de quo nos pœnituit.

Secundò probatur ex Innoc. III. in caput Accepimus, extra, de purgatione canonica, vbi affertur caſus de quodam, qui iurare volebat ſe eſſe immunem à quibuſdam criminibus, non quia illa non commiſiſſet, ſed quia remiſſa erant per pœnitentiam, in quo caſu Innocentius determinat iuramentum eſſe temerarium, adducens illud Iob cap. 9. *ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorat anima mea.* Quod ſi haberi poſſit certitudo moralis excludens omnem metum de remiſſione peccati, iuramentum potuiſſet eſſe licitum, quia non requiritur in humanis, nec poteſt eſſe maior certitudo, quàm moralis.

3. Probatur.
Hier.
Cor hominis eſt imperſcrutabile.

Tertiò probatur, ex ipſa natura cordis, quod eſt imperſcrutabile. Hierem. 17. *Prauum eſt cor hominis, & imperſcrutabile, quis cognoſcet illud?* Vnde fit, vt etiā ſi quis ſibi conſcius non ſit, prudenter tamen metuere debeat, an ſe ipſum perfectè, & verè cognoſcat, quod quidem multis exemplis confirmari poteſt. Primum exemplum eſt, quod adducit Chryſoſtomus hom. 27. in Ioan. de B. Petro, qui putabat ſe eſſe paratum ad ſubeundum mortem pro Chriſto, & tamen probabiliter non erat paratus, vt oſtendit euentus, & ideo, vt notat Chryſoſtomus. Petrus tertiò interrogatus à Chriſto, ſi eum amaret, *perturbatus eſt* (inquit) *quia veritus eſt priora, nam antea ſe conſtantem putauerat, & poſtea deprehenſus eſt im-*

Chryſ.

A *becillis, ideò Petrus modeſtior factus reſpondit, tu omnia noſti.*

Secundum exemplum eſt de D. Paulo, qui putabat ſe ex zelo charitatis Chriſtianos perſequi, & tamen peccabat ex ignorantia.

Auguſt.
Ad Cor. 13.
Ioan. 15.

Tertium exemplum eſt, quod adducit Auguſtinus ſerm. 50. de verbis Domini, de illis: de quibus 1. ad Cor. 13. dicitur, *qui omnia bona tradunt in cibos pauperum, & corpus ſuum igni, & tamen carebant charitate*, cùm tamen dicatur. Ioan. 15. *maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam*, &c.

4. Probatur.
Hier.
Climachus.

Quartò probatur ex multis ſanctiſſimis viris, qui de propria gratia non leuiter trepidarunt in morte; vt de S. Hilarione refert Hieronymus, & de multis alijs Climachus.

B

4.
Impugnatur hæc 2. via. Sot. & Veg.

Sed hæc ſecunda via, quamuis ſit probabilis, negant tamen illam graues auctores, præſertim Sotus, & Vega, qui exiſtimant poſſe dari certitudinem moralem excludentem omnem metum humanum de propria contritione, & gratia: vnde corruit fundamentum huius ſecundæ viæ.

Triplex gradus certitudinis humanæ.

Sed antequàm hoc probetur, aduertendum eſt triplicem eſſe gradum certitudinis humanæ, primus omnium infimus eſt coniecturalis, qui quamuis excludat dubietatem alterius partis, & per hoc diſtinguatur ab opinione, non tamen excludit omnem formidinem actualem, & hanc certitudinem de propria gratia tenemur habere omnes, quia non debemus eſſe ancipites, & indeterminati ad hanc, vel

C illam partem,

Secundus gradus eſt, cùm excluditur omnis formido, ſeu metus humanus actualis ſecundum rectam prudentiam, non tamen excludit potentiam ad formidandum.

Tertius gradus eſt, quando excluditur etiam potentia ad formidandum, niſi quis velit eſſe proteruus, quæ habetur per euidentiam credibilitatis, v. g. illi qui adhuc non vidit Romam, eſt euidens credibile, quòd Roma ſit ex teſtimoniis firmiſſimis, quæ excludunt non ſolùm actualem formidinem, ſed etiam potentiam deliberatè de ea re formidandi.

Datur certitudo quædam moralis excludens metū moralem in aliquo viro ſanctiſſimo.

Probandum eſt igitur, contra hanc ſecundam viam, dari ſaltem certitudinem moralem in ſecundo gradu excludentem omnem metū humanum actua-

D lem de propria contritione, & gratia ſaltem in aliquo ſanctiſſimo viro. imò Vega, & Sotus ſuprà allegati exiſtimant dari eam certitudinem moralem in tertio gradu excludentem etiam potentiam ad formidandum, ſed hæc certitudo non eſt neceſſaria ad explicandam concluſionem Theologicam. ſatis eſt enim certitudo in ſecundo gradu, quæ excludit omnem metum humanum contra hanc ſecundam viam.

S. Bernard.
Probatur poſſe haberi certitudinē moralē excludentē omnē metū de propria gratia contra fundamentū ſecundæ viæ.

Probatur autem hoc ex triplici cap. 1. ex Patribus, Bernardus ſer. 68. vbi proponit quæſtionem in terminis, & differt illam vſque ad ſermonem 69. vbi proponit primò ſigna euidentia gratiæ, qualia ſunt: primum, odium peccati: ſecundum, mortificatio carnis: tertium, humilitas; quartum, obliuio iniuriarum:

E quintum, dilectio Dei: ita vt vna voluntas ſit cum Deo, & omnia amet propter Deum: ſextum, dilectio proximi: ita vt iuxta illud Pauli infirmetur, cum infirmo: ſeptimum, humilis, & pinguis deuotio; octauum, vt hæc omnia ſigna ſincera, & diligenti diſcuſſione ſint examinata, & diu perſeuauerit. Quibus ſignis propoſitis ſubdit, *Si hic voluerit gloriari, nō erit inſipiens (tantùm, vt qui gloriatur, in domino glorietur.)* & infrà, inquit, non dubitare, non ambigere, à Deo ſe amari, qui amat, & non vereatur talis anima dicere,

dilectus

Digitized by Google

dubitare nec licet cuilibet iuſto, quatenus dicit eſſe ancipitem, ita vt non determinetur ad vnam partem. Cùm ergo loquatur de ſanctiſſimo viro, qui habet ſigna propoſita, excludere intendit omnem formidinem, quæ quidem reperiri poſſet in aliquo iuſto, & hanc dicit non reperiri in viro inſigniter ſancto.

S. Leo.

Secundò probatur auctoritate Sancti Leonis ſermone 8. in ſolemnitate Epiphaniæ, qui cùm propoſuiſſet ſigna poſita ſanctiſſimi viri ſubdit. Quiſquis huiuſmodi eſt, Deũ, & rectorem, & habitatorem ſui eſſe non dubitet, quem tantò magnificentiùs recipit, quantò magis non in ſe, ſed in Domino gloriatur.

S. Greg. Pap.

Tertiò, Gregorius lib. 1. dial. cap. 1. cùm propoſuiſſet ſigna ſanctitatis ſuprà à nobis poſita, quæ ipſe vocat euidentiſſima, id eſt, veriſſima, ſubdit. Liquet, quòd de præſentia Spiritus ſancti teſtimoniũ ferat, & idem Gregorius lib. 15. cap. 8. *tunc* (inquit) *à diis, & à terra manus Domini eleuatur*, cùm tam Sapientes, quàm ſimplices ad certitudinem diuinæ indulgentiæ aut occulto, & ſpirituali ſolatio, aut prædicatorum iudicio reducuntur. Et lib. 5. cap. 2. inquit, ante Dominum ſtare eſt teſtimonio bonæ conſcientiæ de amore conditoris præſumere.

Ante Dominum ſtare quid ſit.

S. Cypr.

Quartò, Cyprianus ad Demetr. ait; Viget apud nos ſpes, robur, & firmitas fidei. & inter ipſas ſæculi labentis ruinas erecta mens, & immobilis virtus, & numquam niſi læta patientia. & de Deo ſuo ſemper anima ſecura.

Auguſt.

Quintò, Auguſtinus in lib. de bono perſeuerãtiæ, inquit, Quod Sanctus Deum rogat, vt Sanctus ſit, id vtique rogat, vt Sãctus permaneat, ita & caſtus, cùm rogat, vt caſtus ſit, hoc ſine dubio petunt, vt in eis perſeuerent donis, quæ ſe accepiſſe nouerunt.

Orig.

Sextò, ex Origene in verba illa Pauli ad Romanos 8. *ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro*, id eſt, ſi propter amorem Patris cuncta perficimus, ait, ſpiritum confirmare, quod ſumus filij Dei.

Ambr. Pſal. 118.

Septimò, ex Ambroſio in expoſitione illius verſiculi, *memor fui iudiciorum tuorum à ſæculo Domine*, de iuſtis, quorum bona vita præceſſit, & mors eſt pretioſa in conſpectu Dei. ſic ſcribit (Videmus in ſæculo Innocẽtes lætos ad iudicium feſtinare, odiſſe moras, celeritatem affectare iudicis, beatus itaque ille, qui cœleſte iudicium lætus expectat, ſcit enim ſibi Regnum Cœlorum, Angelorum conſortium, coronam quoque bonorum repoſitam eſſe meritorum.)

Beatus ille qui cœleſte iudicium lætus expectat.

S. Dion.

Octauo, ex Dionyſio in myſtica Theolog. inter mentales exceſſus computat vnionem, qua quidem ſic arctè Deo Sancti coniunguntur, vt cum fiducia dicant, *Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?*)

Pſal. 26.

Secundum caput probationis ex Scripturis, quæ ſuppoſita auctoritate Patrum, tum eorum, quos ſuprà allegauimus, tum eorum, quos infrà adducemus, multùm probant dari hanc certitudinem moralem in ſecundo gradu contra hanc ſecundam viam, non autem certitudinem fidei diuinæ intentam à Catharino in omnibus iuſtis. Primum teſtimonium 1. Ioan. 5. *Perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. qui autem timet, non eſt perfectus in charitate:* de quo timore loquitur his verbis Gregorius lib. 6. regiſtri cap. 188. Deum (inquit) ſitiens anima priùs timore compungitur, & pòſt amore. Ante enim ſemetipſam in lacrymis afficit, quia dum mala ſua recolit pro his perpeti ſupplicia æterna pertimeſcit: verùm cùm longa mœroris anxietate fuerit formido conſumpta, quædam iam de præſumptione veniæ ſecuritas naſcitur.

1. Ioan. 5.

Greg. *Anima priùs timore, pòſt amore compungitur.*

Ad Rom. 8.

Secundum teſtimonium ad Rom. 8 *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater, ipſe enim Spiritus reddit teſtimonium ſpiritui noſtro, quod ſumus filii Dei.* Qui quidem locus, etſi non probet certitudinẽ fidei diuinæ, vt rectè aduertit Sotus in Apologia contra Catharinum, probat ſaltem certitudinem moralem excludentem omnem metum in inſigniter ſanctis, licet hic locus, nec quantum ad hoc plenam faciat probationem. Nam aliqui Patres referunt hunc locum ad Eccleſiam, & non ad ſingulas perſonas, ita videtur exponere Chryſoſtomus, & Græci ibi. Et Auguſt. lib. 50. hom. 14. Sed alij Patres, vt Ambroſius ſuper hunc locum, intelligunt de ſingulis perſonis, quod teſtimonium, vel eſt ipſa vita bona, vt dicit Ambroſius, vel ſecundum Anſelmum motio quædam interior ipſius Spiritus ſancti interdum in aliquo iuſto ad bene exiſtimandum de ſua iuſtitia, & beneuolentia Dei.

Chryſoſt. Auguſt. *Teſtimonii conſcientiæ quid ſit.* Ambr. Anſelm.

Tertium teſtimonium Pſal. 117. *Vox exultationis, & lætitiæ in tabernaculis iuſtorum*, & alibi, *Exultabunt in cubilibus ſuis.* Pſal. 149. quem locũ exponens Auguſt. inquit, eſt quidam motus in cõſciẽtia gloriãdi, vt noueris fidẽ tuã eſſe ſinceram, noueris ſpem tuam eſſe certam, noueris charitatẽ tuã eſſe ſine ſimulatione.

Pſal. 117. Pſal. 149. Auguſt. *Motus in cõſcientia gloriandi.*

Quartum teſtimonium 1. Ioan. 3. *Si cor noſtrum non reprehenderit nos fiduciam habemus: & quicquid petierimus accipiemus ab eo.*

Ioan. 3.

Quintum ex ſecunda ad Corin. 1. *Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Hanc autem gloriam S. Leo ſerm. allegato in Epiphania, dicit eſſe certitudinem moralem de ſua gratia; ita & Bernardus ſer. 69. allegato.

Sec. ad Cor. 1. Leo ſer. all. Bernar.

Sextò Iſaiæ 32. *Erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum, & ſedebit in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.*

Iſa. 32.

Tertium caput ex rationibus, multa autem ad idẽ probandum adducunt Vega lib. 9. in Trid. c. 16. quæ quidem omnes ad has reducuntur. Prima ratio eſt, in viro illo inſigni in ſanctitate, quem ſuprà deſcripſimus ex Patribus, ſunt talia argumenta, quæ eam pariunt certitudinem, cui non niſi rariſſimè, & difficillimè, & fortè moraliter numquam poteſt ſubeſſe falſum. Hæc autem certitudo ſaltem eſt moralis excludens omnem formidinem humanam ſaltem in viro prudenti: ergo hanc certitudinem habet vir ille prudens, & inſignis in ſanctitate. Minor eſt manifeſta ex definitione certitudinis moralis, quam ſuprà explicauimus; maior probatur, quia ſimilia argumẽta ſufficiunt humanitus filio ad habendum eamdem certitudinem, erga ſuum patrem, & amico erga ſuum amicum prudentem, & bonum; & tamen neque filius, qui ſemper curauit ſeruare mandata patris, formidauit de beneuolentia patris, neque quis formidauit de beneuolentia amici antiquiſſimi, qui multa tolerauit pro illo, & paratus eſt etiam mortem ſubire, & vehementer dolet ſi aliquando eum offendit. Vlteriùs, neque quis formidauit ſe natũ inter Chriſtianos non eſſe baptizatum, neque ab Epiſcopo ſanctiſſimo, & doctiſſimo non eſſe ordinatum, & tamẽ clariora argumenta poſſunt eſſe in viro illo inſigni, quem deſcripſimus de ſua ſanctitate, & multò clariora ſi ponamus virum hunc ſanctiſſimum cathechumenum accedere ad Sacramentum Baptiſmi, de quo certum eſt ſufficere attritionem ad conferendam gratiam iuſtificantem.

3. Caput ex rationibus. Veg. 1. Ratio.

Secunda ratio, Certum eſt facienti quod in ſe eſt cum auxilio Dei, Deum non denegare gratiam, vt ſupponitur. Sed certum eſt moraliter talem virum inſignem in ſanctitate facere, quod in ſe eſt, & cum auxilio Dei, cùm ſæpè experiatur illuſtrationem quamdam extraordinariam, & impulſum quemdam extraordinarium ad patiendum pro Deo quod-

2. Ratio.

Digitized by Google

cumque malum pœnæ, ad obtinendam ipſius Dei gratiam, aut ſaltem ad recipiendum dignè Sacramentum Baptiſmi: ergo iſte poteſt eſſe certus moraliter, quòd Deus dederit gratiam.

7. *Supponitur duplex certitudo, altera humana, altera diuina.*

Pro reſponſione autem ad argumenta ſecundæ viæ ſupponenda eſt diſtinctio illius duplicis certitudinis humanæ, & diuinæ, certitudo autem humana moralis eſt illa, quæ excludit omnem formidinem humanam, illi tamen ex parte obiecti poteſt ſubeſſe falſum, licèt rariſſimè, & difficillimè: diuina autem certitudo eſt illa, cui nullo modo poteſt ſubeſſe falſum. quare licèt certitudo moralis humana excludat omnem formidinem humanam actualem, non tamen excludit formidinem oppoſitam certitudini diuinæ, quia non dicit omnimodam infallibilitatem ex parte obiecti, quam dicit certitudo diuina. hæc autem formido oppoſita certitudini diuinæ, nihil aliud eſt, quàm negatio, ſeu carentia certitudinis diuinæ; atque adeò poteſt ſtare certitudo humana; vt excludens omnem formidinem humanam cum formidine oppoſita certitudini diuinæ, quia non opponuntur, ſicut tenuimus 2.2. poſſe ſtare ſcientiam naturalem actualem de exiſtentia Dei, cum fide diuina actuali, quia obſcuritas fidei opponitur euidentiæ ſupernaturali, verbi gratia viſioni beatificæ, vel euidentiæ in Deo atteſtante, & non euidentiæ naturali. quam quidem diſtinctionem ſumimus ex ipſomet Tridentino, Seſſ. 6. cap. 9. vbi loquitur de formidine, vt oppoſita certitudini fidei diuinæ. Cùm enim dixiſſet, quòd quilibet dubitare poteſt de ſua infirmitate, ſubdit rationem, *Cum nullus* (inquit) *ſciat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſequutum.* Secundò ex Scripturis. primus locus eſt apud Paulum cùm dixiſſet: *Sed neque me ipſum iudico: nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.* Sibi enim nihil conſcius erat iudicio humano, ſed huic poterat ſubeſſe falſum; & ideò non in hoc iuſtificatus erat, quia ad iuſtificationem requiritur iudicium diuinum, & ideo inquit, *non me ipſum iudico,* ſcilicet iudicio, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſed *qui iudicat me Dominus eſt.*

Certitudo humana quæ ſit.

Trid.

1. Ad Cor. 4. *Iudicio humano falſum ſubeſſe poteſt.*

8. Prou. 20.

Secundus locus eſt Prouerb. 20. *Omnis via viri recta ſibi videtur; appendit autem corda Dominus.*

Tertius locus eſt primæ Ioan 3. *ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus; & quicquid petierimus, accipiemus ab eo.* & tamen oppoſitum videtur dicere Iob cap. 9. vbi dicit. *Non reprehendit me cor meum in omni vita mea,* & tamen ſubdit, *etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea.* Ad conciliandum igitur iſta duo loca Ioannis, & Iob, dicendum eſt, quòd Ioannes loquitur de certitudine humana morali, Iob verò de certitudine fidei diuinæ. Tertiò probari poteſt ex Patribus, & primò innuit Hieron. l. 1. aduerſus Pelagianos: Sunt, inquit, *iſti, ad quos peruenit, quaſi opus impiorum, & ſunt impij, ad quos peruenit, quaſi opus iuſtorum, hoc idcirco dicitur, quia certum iudicium ſolius Dei eſt.* Secundò idem Hieron. cap. 14. Ierem. *Homo* (inquit) *videt in facie, Deus autem in corde, & quod nobis interdum mundum videtur, illius oculis ſordidum deprehenditur.* Loquitur de formidine, vt oppoſita certitudini diuinæ.

Conciliantur loca Scripturæ.

Hier.

Hier.

Auguſt.

Ambroſ.

Tertiò, Auguſt. 23. de verb. domini: *Fortaſſe* (inquit) *nihil inuenis in conſcientia tua; inuenit ille, qui melius videt,* S. Ambroſ. ſerm. 5. in Pſal. 118. exponens illud Pauli, *Nihil mihi conſcius ſum: Solus Deus nouit ſi remiſſum eſt opprobrium peccati, quod neſcire poteſt, etiam ipſe, qui fecit.*

9. Reſp. ad 1. arg. ſecundæ viæ.

Hac igitur poſita diſtinctione concedimus iuſtū illum inſignem in ſanctitate, quem deſcripſimus, habere formidinem oppoſitam certitudini diuinæ, cui ex parte obiecti non poteſt ſubeſſe falsū: atque adeo quicumque inſignis iuſtus non habet perfectam pacem, quia ad illam requiritur certitudo fidei diuinæ, non enim iudicio humano ſubditur conſcientia, ſed diuino, quod quidem iudicium diuinum non pendet ex ſignis euidentibus, ſicut pendet humanum, ſed iudicium diuinum conformatur veritati, quæ eſt ex parte obiecti.

Iuſtus quomodo certitudinem ſuæ ſalutis non habeat.

Reſp. ad 1. arg. 2. viæ.

His poſitis reſpondetur ad argumenta ſecundæ viæ, & primò ad auctoritates allegatas ex Scripturis dicimus, in vniuerſum intelligi de hac formidine oppoſita certitudini diuinæ.

Ad 2.

Ad ſecundam probationem ex auctoritate Innocētij reſpondetur, quòd illo caſu Innocentius III. nō requirebat certitudinē moralē, quæ haberi poteſt de remiſſione peccati per pœnitentiā ex amore Dei, quia ſaltē inſignis in ſanctitate poſſet iurare, quia ſufficit ad iuramentū certitudo moralis humana de propria gratia. quod confirmatur ex iuramēto D. Petri apud Ioannem: *Tu ſcis Domine, quia amo te.* quod quidem ſecundum Chryſoſt. ho. 76. in Ioan. fuit iuramentū, & tamen ſecundum eumdem turbatus eſt, quia non habebat certitudinem ex parte obiecti, veritus ne deciperetur eo modo, quo deceptus eſt, cùm dixit ſe eſſe paratum ad mortem ſubeundam. Sed Innocētius requirebat in illo caſu tantam certitudinem de remiſſione peccati, quanta habita fuiſſet, ſi non fuiſſet cōmiſſum peccatū. ſic enim exigebat ratio, iuramēti in illo caſu, quæ quidem certitudo haberi non poterat.

Ad iuramentum ſufficit certitudo moralis.

Ioan. 21. Chryſoſt.

Ad 3. Hierem.

Ad tertiam probationem ex illo Hierem. 17. *Prauum eſt cor hominis,* & ad exempla adducta reſpōdetur; quòd probant ad ſummum illa teſtimonia de certitudine diuina, cui non poteſt ſubeſſe falſum. quamuis ſecundum, & tertium exemplum non probent certitudinem moralem ex defectu diligentis inquiſitionis.

Ad quartū.

Ad quartam probationem de exemplis Sanctorū, quæ habentur in hiſtoriis, dicere poſſumus primò, quòd aliqui non habebant hanc certitudinem moralem excludentem omnem metum actualem, quia hæc non eſt neceſſaria; ſufficit enim certitudo coniecturalis, excludens dubietatem vtriuſque partis.

Secundò ex dictis reſpondendum eſt, quod aliqui habebant illam certitudinem moralem excludentem metum humanum, habebant tamen formidinem oppoſitam diuinæ certitudini. & ſecundum hanc metuebant, quia ſecundum hanc certitudinem diuinam, debebant à Deo iudicari, & non iuxta certitudinem humanam, recolentes illum metum Pauli; *qui autem iudicat me Dominus eſt.*

Verior via.

Tertia igitur verior & valde probabilis via eſt Vegæ lib. 9. in Trident. cap. 31. vbi bene & eruditè, vt ſolet, tractat hanc quæſtionem. & aſſerit cōcluſionem Theologicam, vt explicatam, tunc eſſe de fide, quando præmiſſa naturalis eſt euidēs, & certa, vt illi implicet poſſe ſubeſſe falſum, vt ſuprà q. 3. Theologica probauimus: in illo autem diſcurſu Theologico poſito pro ratione dubitandi, minor naturalis, ſcilicet *ego ſum contritus* explicans illam præmiſſam de fide, *omnis contritus, eſt in gratia.* non eſt huiuſmodi, ſed tantùm certa moraliter, ſcilicet fide humana. Quòd ſi obiicias certitudinem moralem ſufficere ad explicandum propoſitionem de fide, exempli gratia, quòd hoc Concilium ſit legitimè congregatum, non habetur niſi per certitudinem moralem, & quòd S. Franciſcus ſit in cœlo, Eccleſia determinauit per ſigna certa moraliter. ergo etiam certitudo moralis de propria 10. Tertia via.

Digitized by Google

propria contritione ſufficit ad faciendam propoſitionem de fide de propria gratia.

Quando præmiſſa naturalis ſufficit ad explicandum aliquid de fide.

Reſpondetur ex his, quæ diximus in dicta quæſtione tertia Theologica, quòd tunc ſufficit præmiſſa naturalis certa moraliter ad explicandum propoſitionem de fide, quando propoſitio de fide reuelatur primariò propter concluſionem particularem contingentem, de qua non poteſt haberi naturaliter, niſi certitudo moralis, quod tunc eſt, quando præmiſſa reuelata non videtur habere alium finem, niſi vt credatur concluſio particularis contingens verbi gratia cùm reuelatur, quòd Concilio legitimè congregato aſſiſtat Spiritus ſanctus; non videtur ad alium finem hoc reuelatum, niſi vt credatur huic, vel illi Concilio particulari aſſiſtere Spiritum ſanctum. quòd autem hoc, vel illud Concilium particulare ſit legitimè congregatum, non poteſt haberi naturaliter alia certitudo, niſi moralis. tenetur igitur Spiritus ſanctus peculiariter aſſiſtere, ne huic certitudini morali ſubſit falſum; ita etiam reuelatum habetur, quòd Eccleſia non poſſit errare in Canonizatione, quòd quidem tenet communis Doctorum cum D. Thoma quodl. 9. quæſt. 7. art. 16. & habetur de celebratione miſſarum, cap. cùm, & tamen de hoc homine in particulari canonizato non habetur niſi certitudo moralis; ſed quia illa maior non videtur reuelata, niſi ad hunc finem, vt de hoc particulari canonizato credatur illum eſſe in gratia conſumata Dei. Ideo, vt videtur dicere S. Thomas loco citato, quòd aſſiſtit Spiritus ſanctus, ne Eccleſia fallatur ex illa certitudine morali, cui ex natura ſua poſſet ſubeſſe falſum, ſed in caſu noſtræ quæſtionis illa maior de fide, ſcilicet; *Omnis contritus eſt in gratia*, non videtur primariò, & ad hunc finem reuelata, vt quiſque de ſe ipſo credat ſe eſſe in gratia, ſed potiùs eſt reuelata, vt quiſque ſtudeat; & faciat, quantùm in ſe eſt, ad habendam contritionem. & ideo quamuis demus, quòd aliquis habeat naturaliter eamdem, vel maiorem certitudinem moralem de propria contritione, ſeu gratia, quã habet Eccleſia in canonizatione, non propterea, inquit D. Thomas loco allegato, poteſt eſſe certus ſecundum fidem diuinam de propria gratia, quia illi certitudini morali naturaliter poteſt ſubeſſe falſum, & Spiritus ſanctus non tenetur peculiari concurſu aſſiſtere, ne de facto ſubſit falſum. hoc idẽ dixit expreſsè Card. Bellarminus tom. 2. Controuerſ. 4. lib. 1. cap. 9. & tom. 3. in tomo quidem ſecundo dicit teſtimonium humanum eſſe ſufficiens, ne fallatur Eccleſia in canonizatione alicuius ſancti, cui aſſiſtit Spiritus ſanctus: in tomo autem tertio contr. 4. lib. 1. c. 2. dicit hoc teſtimonium non ſufficere ad certificandum hominem infallibiliter de propria gratia.

Eccleſia non poteſt errare in canonizatione Sanctorum.

Quarta via etiam probabilis.

11. SED quia ſuprà in tertio Corollario tenuimus probabiliter, quòd ſufficiat certitudo moralis in aliis caſibus ad explicandam propoſitionem de fide, ideo hac ſuppoſita opinione videndum eſt quare hæc certitudo moralis non ſufficiat in caſu quæſtionis ad certificandum infallibiliter hominem de propria gratia.

Concluſio vt deducta nõ poteſt excedere certitudinem præmiſſarum, ſed vt explicata.

Ratio igitur mihi videtur eſſe petenda ex quæſt. Philoſophica ſuperiori, & ex tertio Corollario citato, quòd concluſio, vt deducta, non poteſt excedere certitudinem præmiſſarum, quia præmiſſæ concurrunt, vt ratio formalis: ſed eadem concluſio, vt explicata, poteſt excedere certitudinem præmiſſarum; tunc autem eſt, quando ex vi luminis intellectus intimiùs penetratur connexio terminorum illius concluſionis, ſicut contingit in definitione, & in propoſitione euidenti ex terminis, quam fortè ſolet præcedere diſcurſus ferè imperceptibilis in explicatione terminorum; & hinc deduximus in 3. Corol. eodem modo eſſe proportionaliter Philoſophandum in concluſione Theologica, quòd ſcilicet, vt deducta, non excedit certitudinem præmiſſarum, ſed vt explicata excedit; quia tunc diſcurſus tantùm ſe habet vt conditio explicans, & ratio applicans obiectum fidei: ratio autem formalis eſt veritas prima, vt immediatè reuelans. & ratio eſt, quia Deus reuelans explicitè aliquam propoſitionem de fide, intelligitur reuelare, quicquid implicitè continetur in illa. quare ſi id, quod continetur implicitè in illa, ſufficienter nobis proponitur, & explicatur per præmiſſam naturalem, tenetur Deus ex vi veritatis primæ, ne videatur nos decipere, ad peculiarem quamdam aſſiſtentiam, vt non contingat illi præmiſſæ naturali ſufficienter explicanti, & proponenti obiectum de fide, ſubeſſe falſum, etiamſi ſit de obiecto contingenti, dummodo habeat certitudinem moralem ſufficientem, vt latè probatum eſt ibidem in 3. Corol.

Differentia inter concluſionem Theologicã, vt explicatam, & naturalẽ, vt explicatam.

Sed hæc eſt differentia inter concluſionẽ Theologicam, vt explicatam, & concluſionem naturalem, vt explicatam, quia concluſio naturalis, quatenus explicata dependet ab intrinſeco, ſcilicet à tali connexione terminorum. & ideo non omnes concluſiones naturales poſſunt eſſe explicatæ neceſſario, quia ab intrinſeco debent eſſe explicatæ. At verò concluſio Theologica, vt explicata, dependet ab extrinſeco, ſcilicet ab intentione Dei volentis reuelare implicitè concluſionẽ Theologicam in aliqua propoſitione explicitè reuelata: ſemper autem intelligitur eſſe hæc intentio, vt dictum eſt in 3. Corollario, niſi conſtet oppoſitum de intentione Dei, quia alioquin videretur nos decipere, vt dictum eſt. Si verò conſtet oppoſitum, ceſſat ratio deceptionis; atque adeò non tenetur Deus aſſiſtere peculiari concurſu, ne præmiſſæ naturali ſubſit falſum, vnde ſequitur, quòd in tali caſu concluſio illa Theologica non poteſt eſſe, vt explicata, de fide, quia non poteſt niti immediatè auctoritati diuinæ.

13. *Cur ex propoſita Theologica minor pariter certa nõ ſequatur.*

Hoc igitur, quod dictum eſt applicantes propoſito noſtro, dicimus, quòd in illa maiori propoſitione de fide, *Omnis contritus eſt in gratia*, Deus explicitè reuelauit formale ſubiectum, ſcilicet contritum, vt contritum eſſe in gratia: materialia autem ſubiecta, inter quæ continetur ſubiectum minoris, ſcilicet *ego ſum contritus*, Deus nec implicitè reuelauit, quia vt videbimus, conſtat de oppoſita intentione Dei. quare nec tenetur Deus aſſiſtere peculiari concurſu, ne minori illi naturali contingenti, ſcilicet *ego ſum contritus*, ſubſit falſum. Modo autem probandum eſt, quòd non habuerit Deus intentionem reuelandi in illa maiori de fide ſubiecta materialia, ſed tantùm ſubiectum formale. quod quidem probatur ex Scripturis, ſuppoſita etiam communi expoſitione, & ſententia Patrum, & ex rationibus, quæ habentur apud eoſdem Patres, & tangit illas Cardinalis Bellarminus loco citato, c. 8.

In Scripturis poſito actu cõtritionis ponitur formido de remiſſione peccati.

Probatur autem primò ex omnibus illis Scripturis, in quibus poſito actu contritionis ponitur formido de remiſſione peccati, quæ explicatur per particulam *forſan*, vel per particulam *quis ſcit*, quæ cùm non poſſit cadere ſuper formale ſubiectum, ſcilicet contritum, vt contritum, quia de fide eſt, quòd per contritionem, vt contritio eſt, ſint remiſſa peccata, neceſſariò cadet ſuper materiale. Daniel 4. *Forſan ignoſcet Deus delictis tuis*, & Ioel 2. *Conuertimini ad Dominum*, &c. *Quis ſcit ſi conuertatur*, &c. & 2. ad Corint. Dan. 4. Ioe. 2.

Digitized by Google

ad Cor. 10. Corint. 10. A *Non enim qui ſeipſum commendat,* ſcilicet per teſtimonia humana, & per teſtimonium ſuæ conſcientiæ; *ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat,* ſcilicet teſtimonio ſuo diuino, & Ionæ 3. (Ion. 3.) *Conuertatur vir à vita ſua mala,* quem locum exponens Hieronymus, (Hier.) inquit, *ideo ambiguum ponitur, & incertum, vt dum homines dubij ſunt de ſalute fortius agant pœnitentiam, & magis ad miſericordiam prouocent Deum.* Præterea idem Hieron. exponens locum allegatum Ioelis, inquit, *Quia dixerat benignus, & miſericors, & multus in miſericordia, & præſtabilis ſuper malitiam, ne fortè magnitudo clementiæ nos faceret negligentes, ex perſona prophetæ ſubiungit, & dicit, Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionem?* Secundò ex Auguſtino (Auguſt.) in lib. de corrept. & gratia cap. 16. B *In hoc loco* (inquit) *tentationis tanta eſt infirmitas, vt ſuperbiam poſſit generare ſecuritas.* Tertiò ex Gregorio (Greg.) lib. 9. moral. cap. 17. *Si ſcimus nos gratiam habere, ſuperbimus.*

In hoc loco tentationis ſuperbiam generare poteſt ſecuritas.

14\. Præterea Gregorius (Greg.) lib. 6. epiſt. 22. ad Gregoriam Auguſtæ cubiculariam, quæ petierat à S. Gregorio, vt ſcriberet, ſi peccata illi fuerant remiſſa, cui reſpondens ait, *Rem difficilem, & inutilem poſtulaſti.* difficilē, *quia ego indignus ſum, cui reuelatio fieri deberet;* inutilem; *quia ſecura de peccatis tuis fieri non deberes, niſi cùm iam in die vltimo vitæ tuæ plangere eadem peccata minimè valebis, quæ dies quouſque veniat ſemper ſuſpecta, ſemper trepida metuere vitam debes, atque eam quotidianis fletibus lauare.*

Ad finem vſque vitæ plāgere noſtra peccata debemus.

Tertiò D. Bernardus (Bern.) epiſt. 42. ad Archiepiſcopum Senonenſem C *prauum* (inquit) *eſt cor hominis, & imperſcrutabile, ita vt nemo ſciat, quæ ſunt in homine, niſi ſpiritus hominis, qui in eo eſt: ſed nec ipſe plenè, cum Apoſtolus* (Paul.) *dicat, mihi pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, dicit, ſed nec ego me ipſum iudico, quare? quoniam poſſum* (ait) *ratam vel ipſe de me proferre ſententiam, ego enim nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, non ex toto corde credo mihi, nec ipſi conſcientiæ meæ, quippe cum nec ipſe quidem queo me comprehendere totum: nec poteſt iudicare de toto, qui totum non audit, qui autem iudicat me Dominus eſt. Dominus* (inquit) *cuius ſcientiam non effugit, & quod propriam latet conſcientiam, audit Deus in corde cogitationes, quas non audit vel ipſe qui cogitat.* Notandum autem eſt quòd hic Bernardus excludit tantùm certitudinem diuinam, D nam humanam admittit, vt patet ex locis ſuprà citatis.

Nemo poteſt credere ſe eſſe iuſtificatum.

Et hæc quidem reſponſio colligitur ex Cardinale Bellarmino (Card. Bell.) ſuprà citato, qui cum dixiſſet teſtimoniū humanum, quod ſufficit, ne fallatur Eccleſia in canonizatione alicuius ſancti, non ſufficere ad certificandum hominem infallibiliter de propria gratia; ſubdit huius rei rationem in cap. 8. quia (inquit) non eſt expediens, & ideò non concurrit Deus peculiari aſſiſtentia, ne teſtimonio humano ſubſit falſum, ſicut concurrit cum Eccleſia, vt dixerat tomo 1. contr. 4. lib. 1. cap. 9.

Cur Deus nō reuelet cuique ſe eſſe in gratia.

Quid ſenſerit S. Thomas.

E

15\. Ex D. Thoma tria habemus, primum non poſſe haberi certitudinem diuinam de propria gratia. hoc habemus in duobus locis præcipuè, primus eſt in 1. 2. quæſt. 112. art. 5. vbi adducit illud Iob 9. *Si venerit ad me non videbo eum,* &c. & locum primæ ad Cor. 4. *neque me ipſum iudico.* Sed aliqui volunt hunc locum D. Thomæ in 1. 2. q. 112. art. 5. vt videre eſt apud Sotum cap. 11. de natura, & gratia circa finem, intelligi de cognitione ſcientiæ. & ita interpretatur Catharinus, quòd ſcilicet non poſſit haberi ſcientia

Vbi dicat S. Thomas neminem ſcire ſe eſſe in gratia.

A de noſtra gratia, & quòd hæc ſit mens D. Thomæ in illo loco probat, nam proponit quæſtionis titulū ſub terminis ſcientiæ, & inter reſpondendum proponit exemplum de ſcientia, quæ procedit ex principiis indemonſtrabilibus. Sed reſpondetur; quamuis benè probet argumentum, D. Thomam loqui de cognitione ſcientiæ, quòd ſcilicet non poſſit haberi cognitio ſcientifica de noſtra gratia, tamen cognitionem ſcientificam ſumit D. Thomas quatenus dicit certitudinem. nam de cognitione ſcientifica, quatenus dicit euidentiam, non poterat eſſe dubium, quòd nō poſſit haberi talis euidentia pro hoc ſtatu: ſed difficultas erat, an poſſit eſſe certitudo de propria gratia, cui non poſſit ſubeſſe falſum, qualis eſt certitudo ſcientifica. quare ceſſant argumenta Catharini, quæ B facit contra Sotum de intelligentia huius textus.

Exponitur D. Thomas.

Secundus locus eſt expreſſius, quodlibeto 7. art. 16. vbi ex reſponſione ad primum, & ad ſecundum habetur, quòd tam Eccleſia in canonizatione, quàm homo de propria gratia procedit ex teſtimonio humano, cui poteſt ſubeſſe falſum, ſed cum hac differentia, quòd Eccleſia per inſtinctum Spiritus ſancti non errat, quia diuina prouidentia præſeruat Eccleſiam, ne per fallibile teſtimonium fallatur, non tamen præſeruat hominem iudicantem de propria gratia, licet de teſtimonio, quod habet homo de ſua propria gratia ſit magis certus homo humanitus, quam Eccleſia, quia vt dicitur 1. ad Cor. 2. *Quæ ſunt hominis, nemo nouit niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt.*

Cur Eccleſia errare nō poteſt in canonizatione Sanctorum.

C Ex quo loco habemus etiam ſecundum, quod intendimus, quòd ſcilicet ex diſcurſu, non poteſt haberi concluſio Theologica certa certitudine fidei diuinæ, quòd homo ſcilicet ſit in gratia, & quòd hoc non proueniat ex eo, quia teſtimonium humanum non ſit ſufficiens ad explicandum propoſitionem de fide diuina. eſt enim idem teſtimonium ſufficiens ad hoc, vt Eccleſia non erret in canonizatione, vt ſuprà dictum eſt. Sed prouenit ex eo, quia Spiritus ſanctus homini iudicanti de propria gratia non aſſiſtit, vt non fallatur per fallibile teſtimonium, quia Deus non firmat illud teſtimonium auctoritate ſua diuina. At verò aſſiſtit Eccleſiæ iudicanti de gratia conſummata alicuius ſancti, firmans illud teſtimonium humanum auctoritate ſua diuina, vt non poſſit D Eccleſia falli in ſuo iudicio. 16.

Non poteſt haberi cognitio certa, quòd homo ſit in gratia.

Tertium, quod habemus apud D. Thomam, eſt, quòd cognitio, quæ habetur de propria gratia, ſit certa certitudine humana, cui poteſt ſubeſſe falſum, aliquando quidem excludente omnem metum humanum in aliquo viro inſigniter Sancto, vt patet ex quodlib. 7. allegato, vt plurimùm autem coniecturalis, vt habetur 1. 2. loco citato. 17. Quòd ſi obiiciatur ex Scoto in 3. diſt. 24. quòd notitia experimentalis per actus eſt euidens à poſteriori ad notificandum ipſum intellectum, vnde procedit actus intelligendi; ergo & actus charitatis erit ſufficiens ad notificandum euidenter ipſum habitum charitatis, ſeu gratiæ, vnde procedit talis actus.

Cognitio quæ habetur de propria gratia eſt certa humana certitudine.

Obiectio ex Scoto.

E Reſpondet Caietanus 1. 2. vbi ſuprà, & colligitur reſponſio ex D. Thoma in 1. ſenten. diſt. 17. q. 1. artic. 4. eſſe diſparem rationem, quia actus, quo homo, verbi gratia, amat Deum, poteſt eſſe putatus, & procedere ab habitu acquiſito propter ſimilitudinē, quam habet actus extra gratiam cum actu in gratia, & præſertim quia ab vtroque habitu poteſt procedere cum facilitate, & delectatione: at verò actus intelligendi non poteſt eſſe niſi ab intellectu. 18.

Solutio ex Caiet.

Conueniunt etiam in ſententia noſtri Corollarij communiter Scholaſtici in 1. diſt. 16. Durandus, Richardus,

Communis ſent. Scholaſt.

Dur. Rich.

Digitized by Google

Bonauent. Sotus. Vega. Card. Bell. Quid ſenſerit Scotus.

Richardus, Bonauentura, & recentiores, Sotus in Apologia, & in 4. d. 17. q. 2. Caſtro de hæreſib. Vega loco cit. & Cardinalis Bellarminus ſuprà citatus.

De Scoto eſt aliquod dubium. nam in 3. diſt. 24. dicit, quod charitas poteſt oſtendi ex actu interiori, quem in ſe quis experitur ad promptè diligendum Deum, & ex actu exteriori, quo feruet in exercitiis pro Deo dilecto, ſed oppoſitum habet in 1. diſt. 27. quæ. 1. vbi reputat tamquam abſurdum, poſſe hominem ſcire certitudinaliter ſe eſſe in charitate ex actibus. quare Scotus in tertio interpretari debet de cognitione experimentali, cui poteſt ſubeſſe falſum. ita illum interpretatur Sotus lib. 3. de natura, & gratia. Pro defenſione Scoti videndus eſt Caſtro lib. de hæreſ. verbo, hæreſis 3. & Vega loco citato, cap. 15. idem tenet Alenſis tertia parte, tract. de gratia, vbi ait experimento cognoſci poſſe charitatem, ſed iuxta Hippocratem, experimentum fallax.

Alenſ. Hippocr.

Quid ſenſerit Catharinus.

19. OPINIO Catharini, vt communiter circumfertur poſt definitionem Tridentinam, vel cenſetur erronea, vt dicit Bellarminus grauiſſimus doctor, cap. 2. vel quòd defendi non poſſit; vt dicit Valentia, cócl. 2. ita etiam illam exiſtimant Sotus, Vega, Alfonſus, à Caſtr. celebres doctores, tamen poſſet aliquo modo fortè reduci ad bonum ſenſum, non enim videtur veriſimile, vt Catharinus voluerit defendere hãc opinionem poſt Tridentinum: quare videtur hanc ſuam opinionem magis explicare in Apologia cótra Sotum, in qua reſpondet ad obiecta ipſius. Sunt autem duo dicta, quæ colliguntur ex Catharino in Apologia citata. Primum dictum, quòd Catharinus loquatur de certitudine diuina, non ſimpliciter, ſed de ea, quæ ſecundum ſubſtantiam eadem eſt, ac certitudo humana, excludés metũ. quod probo ex duobus locis in fine illius Apolog. vbi allegat Vegã pro ſua opinione, & dicit, quòd Vega in calce illius diſputationis, cap. 9. in Triden. idem ſentit quod ipſe; conſtat autem Vegam expreſsè intelligere de certitudine humana, quia antea excluſerat certitudinem diuinã; prætereà idem dicit ſentire Ioannem de Baccone Carmelit. qui tamen loquitur de certa cognitione conſequente fidem, quæ quidem certa cognitio non eſt infallibilis, ſed moralis, vt Bacconem interpretatur Vega lib. 9. in Triden. c. 36. & Valentia loco allegato. Secundus locus eſt, in fine eiuſdem

Val. Vega. Caſtr. Bellar. grauiſſimus doctor.

PrimumDictũ pro defẽſione Catharini ex Apolog. cõtra Sotum.

Sẽt. Baccon.

A Apolog. quia Catharinus loco citato dicit, huic fidei diuinæ poſſe ſubeſſe falſum; at ſi fidem diuinam acciperet in rigore, falſum diceret, & inauditum, quia fides diuina fundatur immediatè in auctoritate diuina reuelante, quæ nec falli, nec fallere poteſt. Intelligit ergo Catharinus per certitudinem diuinam illam concluſionem certam de propria iuſtitia, quæ habetur per deductionem ex vna propoſitione de fide, & altera naturali. Nam, vt diximus Coroll. 1. concluſio Theologica ex vna de fide, & alia naturali eſt certior, quàm ſi concluſio deduceretur ex vtraque naturali, & hanc ipſe vocat certitudinem diuinã, & hanc fortè cognitionem certam intellexit Ioãnes B Bacconus, quam vocauit cognitionem conſequẽtem fidem, quia concluditur ex vi luminis diuini miſti cum lumine naturali, ſcilicet ex vna præmiſſa de fide diuina, quòd, ſcilicet contritus ſit in gratia, & alia humana, ſcilicet, quòd ego ſum contritus, & cõfirmatur; nam, inquit Catharinus, quòd in diuina certitudine ſunt multi gradus, infimus autem de propria iuſtitia, cui poteſt ſubeſſe falſum, vel dici poſſet diuina, vt dicit Sotus in Apologia contra Catharinum, quia ſcilicet eſt ex teſtimonio Spiritus Sãcti modo humano; non enim habetur per reuelationem quòd ſit teſtimonium diuinum, ſed habetur per coniecturas, & exiſtimo hanc interpretationem bonam eſſe pro Catharino.

Per fidem diuinam quid Catharinus intelligat.

Explicatur ſent. Bacco.

In diuina certitudine ſunt multi gradus.

Secundum dictum pro defenſione Cathar. quòd C iſtam certitudinẽ, quam ipſe appellat diuinã, non habent omnes iuſti. Hoc ſecundum dictum habetur apud Catharinum in fine ſuæ Apolog. Falsò igitur forraſſe impoſuerat Sot. Cathar. quòd exiſtimauerit hanc certitudinem diuinam de propria gratia habere omnes iuſtos: ſolùm ergo quod colligitur ex Catharino in illa Apologia eſt, quòd teſtimonium diuinum ex ſe eſt validum ad certificandum omnes. quòd verò non omnes certificet, plura ſunt in cauſa; ſcilicet inconſideratio, frigiditas charitatis, peccata venialia, perturbationes, vnde fit, vt talis certificatio ſolùm reperiatur, vt ipſe dicit, in viris perfectis. 20.

Secundũ dictũ pro defẽſione Cat.

D Sed quicquid ſit de intentione Catharini, tamen modus loquendi non eſt bonus. Primò, quia fides diuina propriè eſt illa, cui non poteſt ſubeſſe falſum. Secundò, quia aliquo modo videtur fauere hæreticis noſtri temporis, aſſerentibus quemlibet fide diuina teneri credere ſe eſſe in gratia, vel ſaltem videtur modus loquendi contra Tridentinum allegatum.

Reprehẽditur modus loquẽdi Catharini.

Digitized by Google

QVARTVM PRINCIPIVM PHILOSOPHICVM.

De futuris contingentibus non eſt determinata veritas in cauſa, ſed in effectu.

QVÆSTIO QVARTA PHILOSOPHICA.

Vtrùm hoc quartum principium Philoſophicum ſit verum.

SVNT IN HAC QVÆSTIONE DVÆ Dubitationes, altera de effectu contingenti abſolutè futuro, altera de effectu contingenti ſub conditione futuro.

Qui de hac quæſtione egerunt.

Materiam huius primæ dubitationis tractant Ariſt. 1. Peri her. cap. 8. vbi cùm ſuprà docuiſſet, contradictionis alteram partem veram, alteram falſam, examinat, An hæc regula habeat locum in propoſitione de effectu ſingulari futuro contingenti, & hic communiter expoſitores Peripatetici, & idem Ariſt. 2. de gener. text. 63. Theologi in 1. diſt. 38. Ocham quæſt. 1. & in tract. de hipoc. Gregorius quæſt. 1. artic. 2. Gabriel quæſt. 1. artic. 1. Maior. quæſt. 1. Marſilius quæſt. 40. Bonauent. artic. 2. quæſt. 1. Richardus quæſt. 5. artic. 1. Capreolus quæſt. 1. artic. 3. Alij in 1. diſt. 39. idem Capreolus quæſt. 1. artic. 2. ad argum. contra 6. concl. Scotus ibidem quæſt. 1. Holcot in 2. quæſt. 2. artic. 7. S. Thomas cum ſuis 1. part. quæſt. 14. artic. 13. & 1. cont. gent. cap. 66. & 67. Inter recentiores Catharinus in Opuſc. de præſc. Sotus in Epiſtolam ad Romanos, *cap. 8. Cordubenſis lib. 1. quæſt. 55. Valentia 1. part. quæſt. 14. punct. 5. in 2. quæſt. Vaſquez diſput. 66. Suar. opuſc. 2. de ſcientia futur. contingent. lib. 1. Ex Patribus Auguſtinus, de ciuit. lib. 5. cap. 10. Origenes ad Rom. 8. & Anſelmus de concor. præſc. & liberi arbitrij, & alij.*

PRIMA DVBITATIO.

Vtrùm propoſitio de effectu contingenti abſolutè futuro ſit determinatè, & diſtinctè vera, vel falſa.

1\. *1. ſuppoſitũ. Complexum eorum continens vtramque contradictionẽ eſt verum.*

VT punctus difficultatis appareat, ſupponẽdum eſt primò, tamquam certum, in contradictionibus ſingularibus de futuro contingenti, quãdo totum complexum in vna propoſitione diſiuncta ſimul accipitur, exempli gratia: Petrus peccabit, vel non peccabit, eam propoſitionem A eſſe determinatè veram, & neceſſariam: Ratio eſt quia totum illum complexum ſimul ſumptum, ſub diſiunctione eſt prædicatum neceſſarium: quamuis in ſenſu diſiunctiuo reſolubili in duas propoſitiones prædicatum ſit contingens. Simile quid etiam dicendum eſt, cùm enunciatur in ſenſu diſiuncto, hoc totum complexum verum, vel falſum, tanquam prædicatum vnius partis contradictoriæ propoſitionis tamquam ſubiecti, exempli gratia, hæc propoſitio

Petrus

Digitized by Google

Petrus peccabit, eſt vera, vel falſa.

2. Secundum ſuppoſitum.

Secundò ſupponendum eſt, tamquam certum propoſitionem disjunctiuam de effectu futuro contingenti, ſecundum quid, qui ſcilicet eſt à cauſa naturali determinata ad vnum, ſed impedibili ab alia cauſa naturali, eſſe determinatè, & diſtinctè veram, vel falſam, quia habet eſſe determinatum in cauſa, ſiue, vt ponatur in eſſe, ſiue vt impediatur ab eſſe.

3. Punctus difficultatis.

Punctus igitur difficultatis eſt, verum propoſitio disjunctiua de effectu abſolutè futuro contingenti ſimpliciter, qui ſcilicet efficiendus eſt à cauſa indeterminata, qualis eſt ſola libera, ſit determinatè, ſeu diſtinctè vera, vel falſa, quia tamen talis effectus ſimpliciter contingens duplex eſt, alter, qui eſt à cauſa æquè propenſa ad vtramque partem, alter qui eſt à cauſa quidem libera, ſed magis propenſa ad vnam partem; ideo de vtroque effectu eſt difficultas; & quidem præcipuè difficultas, inter Doctores eſt de propoſitione ſingulari, ſed quid dicendum ſit de vniuerſali, infrà oſtendemus in quarta aſſertione.

3. Prima opinio. Arimin. & aliquorum recentiorũ opinio affirmat huiuſmodi propoſitionem eſſe diſtinctè veram, vel falſam. Ariſtotelem erraſſe exiſtimant Arimin. & aliqui inſignes recentiores.

Circa igitur propoſitionem, de effectu ſingulari eſt prima opinio Ariminenſis loco citato, exiſtimantis propoſitionem huiuſmodi de effectu ſingulari ſimpliciter contingenti futuro, ſiue primo, ſiue ſecundo modo eſſe in re diſtinctè, & ſimpliciter verã, vel falſam, licet nos lateat, quænam ſit vera, & quæ falſa. Ariſtotelem autem exiſtimantem propoſitionem huiuſmodi in re, neque eſſe diſtinctè veram, neque falſam erraſſe: eiuſdem opinionis ſunt etiam Vaſquez, & alij recentiores noſtræ ætatis. Fundamẽtum eſt, quia propoſitio vera eſt illa, quæ eſt conformis rei enunciatæ, falſa autem, quæ eſt difformis. Si igitur de re enunciata aliquando verum erit dicere in aliqua differentia temporis *eſt*, iam propoſitio de tali futuro eſt vera, quia eſt conformis rei enunciatæ, cùm enunciet id in tali differentia temporis eſſe futurum, quod re vera futurum eſt. An autem proferenti propoſitionem illud ſit notum, necne, extrinſecum eſt ad propoſitionis veritatem.

4. Secunda opinio, neque eſſe veram, neque falſam.

Secunda opinio, propoſitionem huiuſmodi neque eſſe veram, neque falſam. Hæc opinio communiter, ſed immeritò, vt infrà probabimus, tribuitur Ariſtoteli. Sequitur eam Catharinus, & aliqui recentiores. Fundamentum eſt, quia exiſtimant auctores huius opinionis, futurum contingens neque eſſe determinatum in cauſa, vt patet, neque in ſe, quia nondum eſt, atque adeo eſſe omnino indifferens ad fore, & non fore, eſſe autem determinatum eſt fundamentum veritatis, vel falſitatis in propoſitione; quia nihil aliud ſunt, quàm conformitas, & difformitas ad rem enunciatam.

Secundò probatur ratione Ariſtot. Si futurum (inquit) haberet eſſe determinatum, omnia ex neceſſitate euenirent. Sed in proſequendis huiuſmodi argumentis hîc non amplius immoror: commodiùs enim hæc, & alia huiuſmodi examinabimus infrà in ſecunda noſtra aſſertione.

5. Tertia opinio *Duplex eſt veritas, vna complexa, altera incomplexa.*

Tertia opinio videtur eſſe Alberti de Saxonia, qui diſtinguit duplicem veritatem, quæ poteſt concipi in propoſitione de futuro contingenti. Vna eſt (inquit) complexa, altera incomplexa: veritas complexa eſt in ordine ad rem futuram, circa quam fertur iudicium, in quo formaliter eſt iſta veritas complexa, vel falſitas complexa in ordine ad rem. Veritas autem incomplexa eſt in ipſa enunciatione, quatenus ipſa enunciatio eſt ſignum determinationis in cauſa. Signum autem eſt verum incomplexè, licèt ipſa enunciatio ſit quid complexum: ſicut oratio vocalis eſt quid complexum, & tamen eſt ſignum incomplexum conceptus mentalis, & A contingit aliquando ipſam orationem, quatenus eſt ſignum conceptus mentalis, aliquo modo eſſe falſã incomplexè, quia poteſt contingere non conformari iudicio interiori, & tamen ipſam orationem eſſe veram veritate complexa, quia contingit adæquari rei enunciatæ. Sic etiam propoſitio de futuro contingenti, cùm adæquatur rei futuræ, eſt diſtinctè vera veritate complexa quatenus autem conſideratur, vt ſignum determinationis in cauſa, neque eſt vera, neque falſa, quia nullius determinationis eſt ſignũ, neque ad eſſe, neque ad non eſſe. & de hac veritate, vel falſitate incomplexa loquutus eſt (inquit) Ariſtoteles.

6. Quarta opinio. *Capreolus quid de Ariſt. ſententia ſentiat.*

Quarta opinio Capreoli, in 1. diſtinct. 39. quæſt. 1. B artic. 2. ad 3. contra ſextam concluſionem aſſerentis duo, primum, Ariſtotelem non negaſſe in his contradictionibus alteram partem eſſe veram, alteram falſam diſtinctè. Hoc enim (inquit) eſt falſum propter rationem allatam in prima opinione. Secundũ quod aſſerit eſt, Ariſtotelem ſolùm docuiſſe vnamquamque partem contradictionis æquè ad veritatẽ, & falſitatem ſe habere, quia vnaquæque pars eſt indifferens ad fore, & non fore. Sed contra hanc opinionem arguit Catharinus, & aliqui recentiores. Quid eſt (inquiunt) aliud non magis ad veritatem quàm ad falſitatem determinari, quàm non eſſe alteram partem diſtinctè veram, alteram falſam? Ad hanc opinionem accedit Richardus ſuprà citatus.

7. Sententia Auctoris.

In tanta varietate opinionum, mihi videtur diſtinguendum de primario, & ſecundario ſignificato propoſitionis de futuro contingenti, C qua diſtinctione multis ab hinc annis, cùm hanc materiam legerem, vſus ſum ad conciliandas omnes ſuprà allatas opiniones. & colligitur hæc diſtinctio ex Capreolo, & Richardo locis citatis, & ex ipſo Ariſtot. 2. de Gener. text. 64.

Quid ſit primarium, & quid ſecundarium ſignificatum in propoſitione de futuro contingenti.

Primarium ſignificatum voco illud, quod immediatè enunciatur in actu ſignato, & eſt ipſe effectus futurus. Secundarium verò id, quod enunciatur in actu exercito, & eſt ipſa determinatio in cauſa. Hæc enim eſt, quæ ex Ariſtot. 1. peri her. c. 8. mouere debet enunciantem, qui non habet ſcientiã per propriam ſpeciẽ de effectu futuro contingenti, ad enunciandam ſine temeritate ipſam propoſitionẽ D de ipſo futuro cõtingenti: ac propterea in actu exercito enunciat illam determinationem, quia illa eſt ipſi præſens, vt bene notaſſe videtur Ariſtoteles 2. de gener. text. 64. vt infrà oſtendetur. Hac ſtante diſtinctione pono quatuor aſſertiones.

PRIMA ASSERTIO.

Propoſitio de futuro ſingulari ſimpliciter contingenti æquè ad vtrumlibet, neque eſt vera, neque falſa, quoad ſecundarium ſignificatum enunciatum in actu exercito.

8. *Propoſitio vt ſit vera, debet eſſe aliqua determinatio in cauſa, cui ſit conformis.* Ariſtot.

Probatur hæc aſſertio vnica ratione fundamentali, quia neque eſt determinatio in cauſa ad fore, neque determinatio ad oppoſitum, ſcilicet ad non fore. E Vt autem ſit vera propoſitio, debet eſſe aliqua determinatio in cauſa, cui ſit conformis illa propoſitio: vt autem ſit falſa, debet eſſe determinatio ad oppoſitum, cui ſit difformis. & hoc voluit Ariſtoteles 1. peri herm. capite octauo, cùm dixit propoſitionem de futuro contingenti, neque eſſe veram determinatè, neque falſam, vt Ariſtotelem videtur interpretari Capreolus, & Richardus locis citatis. (Capr. Rich.) Et hanc aſſertionem probat argumentum ab ipſo Ariſtotele allatum, quòd nimirum ſi eſſet determinatè vera, omnia euenirent ex neceſſitate. eſſet enim determinatio ad vnum in ipſa cauſa,

Digitized by Google

cauſa, quæ determinatio opponitur indifferentiæ, & A hoc eſt, quod dixit Capreolus docuiſſe nimirum Ariſtotelem, vtramque partem contradictionis æquè ſe habere ad veritatem, & falſitatem propter indifferentiam, quæ eſt in cauſa.

9. Inſtantiæ contra primam aſſertionem. *Verum & falſum ſunt contraria, ſed æquiualent contradictoriis.*

Sed contra hanc primam aſſertionem inſtatur primò. Verum & falſum opponuntur contradictoriè, erit ergo propoſitio vel vera, vel falſa.

Reſpondetur verum, & falſum ſecundum ſe opponi contrariè; vtrumque enim eſt poſitiuum, alterum conforme, alterum difforme: tamen in propoſitione de præſenti, & de præterito æquiualent contradictoriis reſpectu fundamentorum, quæ ſunt contradictoria, ſcilicet, eſſe, & non eſſe. Sic etiam in propoſitione de futuro; quantùm ad primarium ſignificatum, vt dicemus in ſequenti aſſertione. At B verò in propoſitione de futuro contingenti, quantum ad ſecundarium ſignificatum retinent vim contrariorum. Ratio eſt, quia fundamenta veritatis, & falſitatis, non ſunt oppoſita contradictoriè; ſed contrariè. nam fundamentum veritatis eſt determinatio in cauſa ad fore; fundamentum falſitatis eſt determinatio in cauſa ad non fore. Cùm igitur futurum contingens nullam habeat determinationem in cauſa ad fore, & non fore, ſequitur propoſitionem de tali futuro, neque eſſe conformem, neque difformem ſecundario ſignificato; atque adeo neque veram, neque falſam.

10. Secunda inſtantia.

Secundò inſtatur contra eamdem aſſertionem. Enunciatur determinatio, & non eſt determinatio; C ergo etiam fundamenta ſe habent contradictoriè; & ſic erit propoſitio falſa.

Reſpondetur, propter hoc argumentum quidam dixerunt cum tertia opinione, propoſitionem de futuro contingenti eſſe falſam falſitate ſigni incomplexa, quia talis propoſitio eſt ſignum determinationis in cauſa, & tamen nulla eſt determinatio in cauſa, quod quidem verum eſt. ſed quia quæſtio eſt de veritate complexa, de qua ſecundum communem expoſitionem loquitur Ariſtot. cap. illo 8. & 2. de gen. text. 64. Ideo aliter reſpondendum eſt ad inſtantiam factam, quòd medium, ſiue ratio cognoſcendi enunciari poteſt, vel in actu ſignato, vel in actu exercito. Si enunciaretur in actu ſignato, certum eſt, quod dicitur in argumento, verum, & falſum retinere vim contradictoriorum, quia fun- D damenta ſunt contradictoria. nam vel determinatio, quæ enuntiatur, eſt in cauſa, & ſic propoſitio eſt falſa: vel enunciatur indifferentia in cauſa, quòd ſcilicet nulla eſt determinatio in cauſa; & ſic vtraque propoſitio eſt vera. Nam licet videantur in modo ſignificandi quo ad primarium ſignificatum in re contradictoria, cùm dicitur, Petrus peccabit, Petrus non peccabit; tamen quantùm ad ſecundarium, non enunciatur niſi indifferentia in cauſa ad fore, & non fore; hæ autem duæ propoſitiones nullam dicunt oppoſitionem, ſcilicet, Petrus eſt indifferens ad non peccandum; Petrus eſt indifferens ad peccandum. Si verò medium, ſeu ratio cognoſcendi enunciatur in actu exercito, vt diximus enunciari in tali propoſitione de futuro contingenti, tunc ta- E lis propoſitio neque eſt vera, neque falſa, quia in actu exercito, neque dicitur eſſe determinatio in cauſa, neque determinatio ad eſſe oppoſitum; ſed tantùm negatiuè ſe habet intellectus proferentis, ſicut etiam cauſa æquè ſe habet vt indifferens ad vtrumque futurum; atque adeo talis propoſitio neque erit vera, neque falſa; erit igitur non vera negatiuè, ſed temerè prolata, ſi non cognoſcatur effectus futurus in ſe.

Quomodo talis propoſitio ſit neque vera, neque falſa.

SECVNDA ASSERTIO.

PRopoſitio de ſingulari futuro contingenti æquè ad vtrumlibet quantum ad primarium ſignificatum in actu ſignato, eſt ſimpliciter, & diſtinctè vera, vel falſa; contra ſecundam opinionem. 11.

Hæc ſecunda aſſertio eſt Ariſtotelis 2. de gen. text. 64. vbi ponit differentiam inter Erit, & Futurum eſt; quæ quidem licet fortaſſe non habeat locum apud Latinos, habet tamen apud Græcos. nam quando propoſitio enunciatur per verbum Erit, exempli gratia, cùm dicitur, *Socrates ambulabit*; vt ſit vera propoſitio, ſufficit vt in aliqua differentia temporis verum ſit dicere, *Socrates ambulat*, & hoc eſt, quod nos dicimus eſſe veram propoſitionem de futuro contingenti quantùm ad primarium ſignificatum in actu ſignato. Quando verò propoſitio enunciatur per verbum, eſt, futurum; exempli gratia, cùm dicitur Socrates eſt ambulaturus; tunc talis propoſitio dicit contingentiam, in cauſa: ambulaturus enim, ait Ariſtot. quis non ambulabit, & hoc eſt, quod nos diximus in prima aſſertione, quantum ad ſecundarium ſignificatum in actu exercito, huiuſmodi propoſitionem neque eſſe veram, neque falſam: Eſt etiam hæc aſſertio communis Scholaſticorum Ariminenſis, Gabrielis, Maioris, Ocham, Bonauenturæ, Richardi, Scoti, Marſilij, locis citatis tertio fauent huic ſententiæ Patres Auguſtinus, Origenes locis ſuprà citatis; ſed difficultas eſt in aſſignanda ratione, & quidem variæ afferuntur rationes. Sed non omnes ſatis probant.

Secunda Aſſertio. Ariſtot.

Arim. Gab. Maior. Och. Bonauent. Rich. Scot. Marſil. Auguſt.

Prima igitur ratio eſt aliquorum recentiorum propoſitio vniuerſalis (inquiunt) de futuro contingenti eſt determinatè falſa ex Ariſtotel. peri her. c. 8. ergo ſingularis eſt determinatè vera. Conſequentia probatur, quia ſi vniuerſalis eſt falſa, particularis verificatur reſpectu alicuius ſingularis; ergo ſingularis eſt vera determinatè.

Confutatur hæc prima ratio. nam Ariſtot. vt dictum eſt, loquitur in eo loco de futuro contingenti, quo ad ſecundarium ſignificatum enunciatum in actu exercito, quod eſt determinatio in cauſa. Quia igitur in toto collectiuo, vt in 5. quæſtione Philoſophica probatur, eſt determinatio ad oppoſitum pro aliquo particulari vagè, & indeterminatè ſumpto, cum indifferentia in ſingulis partibus diſtributiui determinatè ſumptis: hinc fit, vt vniuerſalis, ſiue negatiua, ſiue affirmatiua ſit determinatè falſa, exempli gratia, Omnis homo in hoc momento temporis curret; & hæc, nullus homo curret: particularis autem vagè ſumpta, eſt etiam determinatè falſa; & eadem particularis eſt determinatè vera, quatenus ſupponit pro aliquo alio ſingulari; in tanta enim multitudine hominum neceſſe eſt ſaltem moraliter, quòd aliquis currat, & aliquis non currat, ſupponendo vagè pro diuerſis; particularis autem nō vagè, ſed determinatè ſumpta, qualis eſt ſingularis, neque eſt vera, neque falſa ſecundum Ariſt. loco citato quo ad ipſum ſecundariū ſignificatum, quia in ſingulis partibus diſtributiui ſigillatim ſumptis nulla eſt determinatio, vt dicetur in illa quæſtione Philoſophica citata, quando agitur de rebus liberis, vt eſt in caſu noſtro. Quid verò dicendum ſit de propoſitione vniuerſali quo ad primarium ſignificatum, infrà examinabitur.

12. *Confutatur prima ratio.*

Secunda ratio, quæ affertur à recentioribus, hæc eſt: illud diſiunctum, exempli gratia, Petrus peccabit,

13. *Impugnatur 2. ratio.*

Digitized by Google

bit, vel non peccabit, in tali differentia temporis eſt verum, vt patet: ergo eſt verum ratione alterius partis, quia ad veritatẽ diſiunctiuæ neceſſarium eſt, vt altera pars ſit vera. Quòd ſi dicatur illam propoſitionem diſiunctam eſſe veram in ſenſu diſiuncto, & confuſo, non autem in ſenſu diſiunctiuo determinato, vt loquuntur Logici: contrà adhuc inſtant; hæc confuſio (inquiunt) eſt ex parte cognitionis noſtræ, quia neſcimus in quo membro illud diſiunctum, verificandum ſit, ſed in re eſt determinatum.

Confutatur hæc ſecunda ratio. nam diſiunctum illud non ſolùm ſecundum cognitionem noſtram, ſed etiam in ſe eſt confuſum; nam ipſe Petrus in ſe eſt determinatus, vt non poſſit ſimul peccare, & non peccare, pro eadem differentia temporis.

14. Impugnatur tertia ratio Vaſquez.

Tertia ratio affertur à Vaſquez, impugnando ſecundam opinionem, quæ eſt directè contra hanc ſecundam aſſertionem noſtram: Si contingens (inquit) non eſt determinatè futurum, ſed eſt indifferens ad fore, & non fore, vt dicit ſecunda opinio, ſequitur cõtra eamdem opinionem, propoſitionem enunciantẽ fore eſſe determinatè falſam, quia enunciat aliquod determinatè fore, quod eſt indifferens; ac proinde ſequitur adhuc propoſitionem negatiuam eſſe veram, vel vtramque falſam, quia etiam negatiua negat fore, quod tamen eſt indifferens ad fore, & non fore. Sed hæc ratio quamuis acuta ſit, impugnari tamen poteſt. Nam Auctores ſecundæ opinionis dicunt iuxta ipſorum ſententiam, quòd quando enunciatur effectus indifferens, exempli gratia, cùm dicitur Petrus peccabit, tunc huiuſmodi propoſitionem non enunciare, vt falsò hæc tertia ratio ſupponit, ipſum fore determinatum, quia tunc vtraque propoſitio, tam affirmans, quàm negans eſſet falſa: neque enunciare in actu ſignato ipſam indifferentiam rei, quia vtraque eſſet vera; ſed enunciare ipſum effectum contingentem futurum, vt ſtat ſub indifferentia, de qua nihil affirmatur, aut negatur poſitiuè. Quoniam igitur, vt hæc opinio affirmat, talis effectus nullum habet eſſe determinatum, nec in cauſa, quia eſt contingens, nec in ſe, quia non eſt præſens, ſed futurus; fit, vt propoſitio ipſa non ſit determinatè vera, nec determinatè falſa.

15. Verior ratio ad probandã hanc ſecundam aſſertionem.

Quare, vt & veritas huius ſecundæ aſſertionis, & falſitas ſecundæ opinionis appareat, opus eſt meo iudicio, euellere fundamentum illud ſecundæ opinionis, demonſtrando rem futuram, vt futuram, habere aliquam determinationem in ſe, & non eſſe indifferentem ad fore, & non fore. Quod ſic probatur, vt colligitur ex Ariſtotele 2. de generat. text. 64. cum dicitur, Petrus peccabit, & Petrus non peccabit, impoſſibile eſt, vt pro eadem differentia temporis à parte rei, ſit ſimul peccare, & non peccare; vnde fit, vt diſiunctum illud, ſcilicet peccabit; vel non peccabit, ſit determinatè verum, ſiue ſciatur à nobis, ſiue non ſciatur, in quo membro diſiunctum verificandum ſit, atque adeò impoſſibile eſt, vt correſpondeat vtraque propoſitio vera de præſenti, ſcilicet Petrus peccat, Petrus non peccat; ergo illud futurum eſt diſtinctè, & determinatè futurum, antequam ſit præſens, de quo de facto verum eſt dicere quandoque *eſt* de præſenti: ergo & illa enunciatio eſt determinatè vera, quæ enunciat à parte rei, illud futurum, de quo verum eſt dicere quandoque *eſt*, quia eſt conformis ſuo obiecto; enunciat enim futurũ, quod verè eſt futurum. Et hæc quidem ratio confirmari

17. Cõfirmatur ratio præcedens.

ſolet ab aliis hoc modo: Si Deus, inquiunt præſciuerit rem futuram, exempli gratia, Petrum peccaturum, tunc determinatè hoc futurum erit futurum, & tamen præſcientia Dei non eſt cauſa, vt

A res ſit futura, præſertim ſi res futura eſt peccatum, quia Deus non poteſt eſſe cauſa peccati, ſed potiùs, quia res eſt futura, Deus præſcit: ergo ante præſcientiam Dei res erat determinatè futura, quia à parte rei verum erat dicere quandoque *eſt* ſiue Deus præſciuerit, ſiue non, quia hæc ſcientia ſe habet extrinſecè ad eſſe futurum. Sed quoniam, quod dicitur de præſcientia Dei, potius eſt ex hoc Philoſophico principio in Corollariis à nobis deducendum, quam ex alio, tamquam ſuppoſito principium probandum; ideò aliter confirmatur, nempe, quia totum hoc coniunctum, ſeu compoſitum, ſcilicet, *res futura eſt futura*, eſt propoſitio æternæ veritatis determinata, & neceſſaria, neceſſitate ſuppoſitionis intrinſecæ, quia quod eſt futurum, neceſſariò eſt futurum: hoc autem inde

Deus nõ poteſt eſſe cauſa peccati.

B eſt, quia propoſitioni de futuro ſemper correſpondet terminatè aliqua propoſitio de præſenti, vnde ſumit propoſitio de futuro ſuam determinationem, & veritatem, vt infrà clariùs explicabitur.

17. Inſtãtiæ cõtra hanc ſecundam aſſertionem.

Sed contra hanc ſecundam aſſertionem inſtatur primò. Veritas & falſitas fundari debent in aliquo eſſe obiecti: nam hæ ſunt conformitas, vel difformitas ipſius eſſe obiecti: ſed obiectum futurum contingens nullum habet eſſe determinatum; ergo non poteſt propoſitio de tali obiecto, dici vera, vel falſa determinatè. Maior patet; Minor probatur, non habet eſſe, dum res actu exiſtit, quia cùm res eſt præſens, deſinit veritas de futuro, neque habet eſſe in cauſa, quia nullam dicit determinationem, neque in ſe, quia nondum eſt.

Reſpõſio ad 1. inſtãtiam.

C Reſpondetur ex dictis habere eſſe determinatum in ſe, quia futurum verè eſt futurum, correſpondebit enim illi quandoque *eſt* de præſenti, & hoc eſſe ſufficit ad fundandam veritatem de futuro, cùm enũciatur, quod verè futurum eſt. Sed adhuc replicatur

Replica.

hoc eſſe futurum; Non eſt aliud eſſe præter illud, quod eſt de præſenti: ſed cùm res eſt præſens, ceſſat ratio futuri; ergo non poteſt fundare veritatem de futuro.

Solutio. *Vnum & idẽ eſſe in ordine ad diuerſa tempora eſt præſens, præteritum, & futurum.*

Reſpondetur, vnum, & idem eſſe realiter in ordine ad diuerſa tempora, dici præſens, præteritum, & futurum: hoc igitur eſſe in ordine ad tempus futurũ; poteſt fundare in priore ſigno cognoſcibilitatem paſſiuam ex parte obiecti, cui correſpondet ipſum cognoſci ex parte intellectus, & in alio poſteriori ſigno D fundare veritatem fundamentalem paſſiuam, cui ſcilicet intellectus poſſit conformari, & huic correſpõdet in intellectu veritas formalis, quæ eſt conformitas cognitionis ad rem.

18. 2. Inſtantia ex Ariſt.

Inſtatur ſecundò contra eandem aſſertionem ex Ariſtotele qui eſt in oppoſitum. 1. peri herm. cap. 8. vbi expreſsè aſſerit propoſitionem de futuro contingenti, neque eſſe veram, neque falſam: & reddit rationem, quia alioquin, omnia ex neceſſitate euenirent; quare tolleretur etiam conſultatio.

Examinatur mens Ariſt. circa propoſitionem de futuro contingenti. 1. Reſponſio Arim, Vaſq. in 1. pag. & eiuſdẽ recentioris.

Reſpondetur, Ariminenſis, quem ſequuntur aliqui inſignes noſtræ ætatis recentiores, exiſtimat Ariſtotelem erraſſe; ſed exiſtimo Ariſtotelem rectè philoſophatum eſſe circa huiuſmodi propoſitionem de fuE turo contingenti. nam in loco citato, 1. peri herm. loquitur de ſecundario ſignificato propoſitionis, enunciato in actu exercito. & quantùm ad hoc, dicit propoſitionem, neque eſſe veram, neque falſam, vt ſatis oſtendimus in prima aſſertione. & hoc probat ratio ab ipſo allata. Quòd ſi talis propoſitio eſſet determinatè vera, omnia ex neceſſitate euenirent, quia ſupponeretur determinatio in cauſa. In ſecun-

Ariſtot. 2. de gener.

do verò de gener. text. 64. innuit huiuſmodi propoſitionem, quo ad primarium ſignificatum, eſſe determinatè veram, vel falſam per determinationem,

quam

Digitized by Google

quam habet in ſe, illam enim dicere videtur eſſe veram determinatè, quæ eſt conformis rei enunciatæ, de qua verum eſt dicere quandoque *eſt*.

2. Reſpõſio. Reſpondet ſecundò Richardus ſuprà citatus, & reſponſio ipſius coincidit ferè cum hac noſtra reſponſione, ſcilicet Ariſtotelem, dũ dicit 1. peri herm. huiuſmodi propoſitionem, neque eſſe determinatè veram, neque falſam interpretandum eſſe, propoſitionem huiuſmodi, neque eſſe determinatè, id eſt, neceſſariò veram, neque falſam, quod patet ex ratione, quam Ariſtot. affert ad hoc probandum, quòd, ſcilicet ſequeretur omnia ex neceſſitate euenire. Sed cõtra hanc reſponſionem Richardi arguunt ſuprà citati recentiores, quia (inquiunt) ſemel Ariſtoteles vſus eſt hoc verbo *determinatè*, ſæpè autem vſus eſt verbo *diſtinctè*: interdum autem abſolutè loquutus eſt ſine vlla modificatione. Sed facilè reſpondetur pro Richardo, quòd ſufficit aliquando vſum fuiſſe verbo hoc *determinatè* ad explicandam ſuam mentem, quòd ſcilicet loquatur de propoſitione neceſſariò vera per determinationem in cauſa. quòd autem vtatur hoc verbo *diſtinctè*, hoc facit, vt ſignificaret ſe non loqui de propoſitione vera, vel falſa determinatè diſiunctim, & confusè, ſed de diſiunctiua determinatè.

Ariſtot. dum ait propoſitionem hanc nõ eſſe determinatè veram, intelligit neceſſariò.

19. *3. Inſtantia.* Inſtatur tertiò. Si huiuſmodi propoſitio eſſet vera determinatè quo ad primarium ſignificatum, ſequeretur ex hoc, quod infert Ariſtot. 1. peri her. cap. 8. omnia ex neceſſitate euenire, & tolli conſultationẽ. Sequelam probant tripliciter. Primò huiuſmodi propoſitio eſt determinata; non ergo eſt indifferens, quia hæc opponuntur. ſi nõ eſt indifferens; ergo non contingens, ergo neceſſaria. Contingens enim, & neceſſarium opponuntur. Secundò eſſet impoſſibile pro aliquo tempore non verificari; ergo neceſſariò verificabitur. Tertiò, ſi eſt determinatè vera, ergo ſecundum aliquod eſſe, quo habet antequam fiat, præſertim cũm propoſitio de futuro, vt dictum eſt, non incipiat eſſe vera quando res eſt, quia tunc deſinit veritas illius: ſed incipit eſſe vera, antequam res eſt. Vel ergo eſt vera ſecundum eſſe, quod habet in cauſa: & ſic effectus non eſſet contingens: vel ſecundum eſſe, quod habet in ſe; & ſic non poterit non eſſe aliquando: ergo effectus eueniet neceſſariò.

Reſpõſio ad 3. inſtantiã. Ad hanc tertiam inſtantiam negatur ſequela. Ad primam probationem ſequelæ reſpondetur, eſſe determinatam extrinſecè, non intrinſecè: hæc autem determinatio extrinſeca ratione actionis, ſeu effectus poteſt ſtare cũm indifferentia cauſæ, vt dictum eſt.

Ad ſecundam probationem reſpondetur talem propoſitionem determinatè futuram verificari neceſſariò ex ſuppoſitione.

Ad tertiam probationem ſequelæ, reſpondetur eſſe veram ſecundum eſſe, quod habet in ſe, quia vt dictũ eſt, non requiritur actualis exiſtentia ad hoc, vt futurum habeat aliquam determinationem in ſe; ſed ſufficit, ſi illi reſpondeat actualis exiſtentia in aliqua differentia temporis, quia tunc verum eſt de facto eſſe futuram, à nobis autem non poteſt ſciri, niſi quando actu eſt, quia quod non eſt, non ſcitur, ex Ariſtot. 1. poſter. capite ſecundo, negatur tamen inde ſequi neceſſariò euenire, quia contingenter dependet à propoſitione de præſenti, à qua ſumit propoſitio de futuro ſuam veritatem.

Quod nõ eſt, non ſcitur.

20. *Replica.* Sed adhuc ſiſtendo in eadem tertia inſtantia, replicatur primò, ſi admittatur propoſitionem huiuſmodi eſſe determinatè, ſeu diſtinctè veram, ſequeretur hanc propoſitionem, videlicet, *Res futura eſt futura*, eſſe propoſitionem neceſſariam, & æternæ veritatis: ſed hoc eſt abſurdum; tolleretur enim poteſtas libera à cauſa, quòd enim neceſſariò, & ab æterno eſt futurum, eſt impoſſibile, vt non ſit futurum.

Solutio. Reſpondetur, hanc neceſſitatem eſſe ex ſuppoſitione conſequenti, ſicut de præſenti dixit Ariſtot. *quòd res quando eſt, neceſſariò eſt*: quòd verò ſit ab æterno, non tollit contingentiam, quòd enim ſit vera ab æterno, dependet, vt paulò antè dictum eſt, ex propoſitione de præſenti, quæ eſt contingens.

Res quando eſt, neceſſariò eſt.

Contingentiã non tollit id, quod ab æterno verũ eſt.

Replica. Contrà adhuc replicatur ſecundò afferendo diſparitatem rationis inter propoſitionem de præſenti, & de futuro. nam propoſitio de præſenti, ideo eſt cõtingens, quia vel tempore præcedenti cauſa eſt indifferens, vt voluit Magiſter in 4. diſt. 25. & Hugo lib. 4. de Sacram. pag. 5. cap. 22. & Olchot. in 2. quæſt. 3. vel quia, vt communior eſt opinio, licet effectus ſit ſimul tempore cum cauſa, tamen cauſa ſaltẽ in priori naturæ ante compoſitionem conſequentem erat libera ad operandum, & non operandum, numquam tamen effectus antecedit cauſam, ſed eſt ſimul cum cauſa. At verò in propoſitione de futuro res futura antecedit cauſam duratione, quia res futura ab æterno eſt futura, quare videtur in quocumque priori imponere neceſſitatem cauſæ operaturæ. Confirmatur, quia ſi propoſitio de præterito dicitur eſſe abſolutè neceſſaria, multò magis de futuro, cũm antecedat cauſam.

Magiſter. Hugo. Olchot.

Effectus nũquam antecedit ſuam cauſam.

Solutio. Reſpondetur ad ſecundam replicam, concedendo rem futuram ſub hac formalitate, vt futura eſt, antecedere duratione cauſam ſuam, vt actu producentẽ. ſed negatur hinc ſequi imponi neceſſitatem cauſæ, quia eſt poſterior natura ſuæ cauſæ. Dependet enim à ſua cauſa in veritate propoſitionis, de præſenti. ideo enim verum eſt, quòd res futura verè erit, quia, vt notauit Ariſtot. 2. de gen. text. 64. verum eſt dicere aliquando *eſt*. Ad confirmationem reſpondetur, omnes propoſitiones, ſiue de præſenti, ſiue de præterito, ſiue de futuro contingenti conuenire in contingentia ſimpliciter, & neceſſitate quadam conſequenti, quæ quidem neceſſitas conſiſtit in compoſitione cõſequenti, ſcilicet dum res eſt, neceſſariò eſt, & res futura, neceſſariò eſt futura, & res præterita, neceſſariò eſt præterita. per quas locutiones ſolùm ſignificatur impoſſibile eſſe, vt res ſimul ſit, & non ſit, non autem, quòd ſit à cauſa determinata; & quòd res futura ſit futura, & non futura, & quòd res præterita ſit præterita, & non præterita. & ideò benè dixit Auguſt. 26. contra Fauſtum, cap. 4. tam non poſſe futurum non fieri, quàm non facta præterita. Differt autem propoſitio de præterito, à propoſitione de futuro in hoc ſolùm, vt notat Anſelmus, quòd ad præteritum non eſt potentia, quia quod eſt præteritum, fieri nequit, vt non ſit præteritum: at verò, quod eſt futurum, poteſt deſinere eſſe futurum, deſinit autem quando iam eſt præſens, & res præſens poteſt deſinere eſſe præſens, & propter hanc differentiam ſolet dici; Propoſitionem de præterito eſſe abſolutè neceſſariam, quia etiam ſi non fiat, compoſitio intelligitur. non enim opus eſt, vt dicatur res dum eſt præterita, neceſſariò eſt præterita, ſicut de re futura cum compoſitione dicitur, dum eſt futura, eſt neceſſariò futura, quia poteſt deſinere eſſe futura; hæc autem differentia, vt patet, non tollit contingentiam ſimpliciter, quæ eſt in re præterita.

Ariſtot.

Auguſt.

Propoſitio de præterito, ab ea, quæ eſt de futuro in quo differat. *Anſelm.*

Quare propoſitio de præterito dicatur abſolutè neceſſaria.

TERTIA ASSERTIO.

21. *Propoſitio de futuro contingente dupliciter enunciari poteſt.* Propoſitio de effectu futuro ſingulari contingenti, qui eſt à cauſa magis propenſa ad vnam partẽ, eſt quo ad primarium ſignificatum vera, vel falſa determinatè; & etiam quo ad ſecundarium eſt vera determinatè,

terminatè, veritate tam complexa quàm incomplexa. Pro explicatione, ſciendum eſt in tali cauſa aſſertionis, poſſe huiuſmodi propoſitionem dupliciter proferri: primò, ſi effectus futurus tamquam primarium ſignificatum enuncietur in actu ſignato, determinatio autem illa ſecundum quid, ſeu propenſio in cauſa enuncietur in actu exercito, tamquam ſecundarium ſignificatum, exempli gratia, ſi dicatur, Petrus peccabit, non enunciando in actu ſignato occaſionem, per quam Petrus ſolet pecare.

Secundò etiam effectus futurus, quàm ipſa determinatio ſeu propenſio in cauſa enuncietur in actu ſignato, exempli gratia, poſita tali occaſione Petrus peccabit, in quo caſu ſunt duæ propoſitiones, altera antecedens, quæ enunciat determinationem in cauſa, altera conſequens, quæ enunciat effectum futurum, & hæc ſimul eſt conſequentia, & propoſitio.

Quando talis propoſitio eſt diſtinctè vera, vel falſa.

Si primo modo proferatur propoſitio, tunc dico primò in hac tertia aſſertione, quantùm ad effectum enunciatum in actu ſignato, eam eſſe diſtinctè veram, vel falſam; veram, ſi illi quandoque correſpondet propoſitio de præſenti, Petrus peccat; falſam, ſi non correſpondet. Probatur iiſdem rationibus, quibus probauimus ſecundam aſſertionem. Quantùm verò ad propenſionem in cauſa, quod eſt ſecundarium ſignificatum, ſemper eſt vera determinatè, quia quamuis in cauſa, non ſit determinatio ſimpliciter, ſed tantùm ſecundum quid: hæc tamen ſatis eſt, vt ſit motiuum ſufficiens in nobis ad proferendam propoſitionem ſine temeritate; hoc autem motiuum ideò enunciatur in actu exercito, vt ſecundarium ſignificatum, quia ex communi conſenſu concipientium, cùm profertur talis propoſitio, affirmatur ipſa determinatio ſecundum quid, vnde oritur aliud ſecundarium ſignificatum, ſcilicet, probabilitas in dicente. illa enim determinatio in cauſa mouet enunciantem, qui non videt in ſe rem enunciatam ad enunciandam illam propoſitionem, ſine temeritate, & ita quaſi in actu exercito enunciat ipſam determinationem, quæ eſt in cauſa, & ipſam probabilitatem, quæ ſe tenet ex parte enunciantis: quatenus verò huiuſmodi propoſitio eſt ſignum determinationis in cauſa, eſt vera veritate incomplexa.

2. Dictum.

Si verò proferatur ſecundo modo, tunc dico ſecundò, propoſitionem eſſe diſtinctè veram, vel falſam, veram quidem ſi à parte rei, quandoque eſt verum dicere de præſenti, tali occaſione Petrus pecat: falſam autem, ſi Petrus, vel non peccat, vel ſi pecat, non peccat ex tali occaſione, nam propoſitio enuncians effectum futurum, eſt ſimul propoſitio & conſequentia. Si igitur, vt conſequentia non eſt bona; nec vt propoſitio eſt vera, vt diffuſiùs explicabitur in ſecunda dubitatione. Hoc ſecundum dictum non indiget probatione, quia applicari poſſunt eædem rationes, quibus probauimus ſecundam aſſertionem: ſolùm difficultas eſt; quia hæc profertur per modum antecedentis, & conſequentis. hæc enim propoſitio, *poſita tali occaſione, Petrus peccabit*, æquiualet huic, *erit talis occaſio: ergo Petrus peccabit.* Quare videndum eſt ſi eſt bona conſequentia: & ratio dubitandi eſt, quia non infertur neceſſariò, vt in ſecunda dubitatione commodiùs explicabitur. Quantùm verò ad ſecundarium ſignificatum huius propoſitionis, dicendum eſt ſecundarium ſignificatum eſſe probabilitatem, quæ ſe tenet ex parte enunciantis, quæ oritur ex illa determinatione,

Propoſitio enuncians effectum futurum, eſt ſimul propoſitio & conſequentia.

A quæ eſt in cauſa; & hæc quidem probabilitas tamquam ſecundarium ſignificatum, enunciatur in actu exercito; & quantum ad hoc propoſitio ſemper eſt determinatè vera, quia ſemper eſt talis probabilitas, ſiue effectus ſit futurus, ſiue non.

22.

Probabilitas ab ipſa determinatione diſtinguitur.

Quidam autem non diſtinguentes inter probabilitatem, quæ ſe tenet ex parte enunciantis, & inter determinationem propoſitionis in cauſa, exiſtimarunt ipſam probabilitatem enunciari in actu ſignato. ſed errant, quia probabilitas diſtinguitur ab ipſa determinatione, tum quia oritur ab ipſa, tum quia probabilitas eſt modus quidam ſe tenens extrinſecè ex parte rei enunciatæ, & intrinſecè ex parte enunciantis. At verò illa determinatio in B cauſa, ſe tenet intrinſecè ex parte rei enunciatæ. Secundò, ſi probabilitas enunciaretur in actu ſignato, ſequeretur propoſitionem enunciatam eſſe certam, & euidentem; certum eſt enim, & euidens, probabile eſſe Petrum ſolitum cum tali occaſione peccare, fore peccaturum, & tamen cùm profertur propoſitio tali modo contingens, ſcilicet, poſita tali occaſione Petrus eſt peccaturus, cum formidine profertur: ergo ſignum eſt rem ipſam immediatè enunciari in actu ſignato tamquam conſequens; determinationem verò, tamquam antecedens; ipſam autem probabilitatem in actu exercito, tamquam ſecundarium ſignificatum.

Tertiò, quia propoſitio eſt de ineſſe, & tamen C ſi in actu ſignato enuncietur probabilitas, eſſet propoſitio modalis.

QVARTA ASSERTIO.

De Propoſitione vniuerſali, & particulari enunciante futurum contingens.

23.

Prima opinio impugnatur. Sent. auct.

PEripatetici communiter tenent ex Ariſtot. 1. peri herm. cap. 8. propoſitionem vniuerſalem, ſiue affirmatiuam, ſiue negatiuam de futuro contingenti eſſe determinatè falſam, particularem verò vagè vtramque veram. Mihi verò videtur diſtinguendum de primario, & ſecundario ſignificato, ſicut diſtinximus in propoſitione ſingulari.

Primum dictum.

Propoſitio vniuerſalis, & particularis diſſentiunt in enunciando ſecundarium ſignificatum.

D Dico igitur primò in hac quarta aſſertione, propoſitionem vniuerſalem ſiue affirmatiuam, ſiue negatiuam de futuro ſimpliciter contingenti, quantùm ad ſecundarium ſignificatum in actu exercito enunciatum, quod eſt ipſa determinatio in cauſa, ſemper eſſe falſam, exempli gratia. Omnis homo erit iuſtus; nullus homo erit iuſtus. Probatur, quia in toto collectiuo eſt impotentia moralis ad eſſe omnem iuſtum, vel nullum iuſtum, vt in quinta quæſtione philoſophica latè probabimus. & de hac neceſſitate verificatur propoſitio illa Euangelica, *Neceſſe eſt enim, vt veniant ſcandala*: Particularem autem vagè, & indeterminatè, ſcilicet, Aliquis erit iuſtus, & aliquis non erit iuſtus; vtramque E eſſe veram, quantùm ad ſecundarium ſignificatum, quia in partibus diſtributiui hoc, vel illo homine vagè ſumpto, eſt potentia ad eſſe iuſtum, & potentia ad non eſſe iuſtum, quia in tanta hominum multitudine, impoſſibile eſt moraliter non reperiri aliquem hominem iuſtum, & impoſſibile eſt non reperiri aliquem iniuſtum.

Matth. 18.

2. Dictũ 4. aſſertionis. *Conueniunt in enunciãdo primarium.*

Quantùm verò ad primarium ſignificatum, quod eſt res ipſa enunciata in actu ſignato, dico ſecundò in hac eadem quarta aſſertione poſitionem tam vniuerſalem, quàm particularem vagè pendere ex facto, vt ſit vera, vel falſa. Si enim impotentia moralis eſt, vt plurimùm, ſicut tenet Caietanus 1. 2. quæſtione 109. articulo octauo, & Vega in opuſc.

Caietan. Vega.

Digitized by Google

de gratia,& iuſtificatione, quæſt.13.tunc propoſitio tam vniuerſalis,quàm particularis eſt diſtinctè vera, vel falſa. vera quidem ſi de tali effectu futuro, verum eſt dicere quandoque *eſt*, falſa, ſi numquam ſit verum dicere *eſt*. Si verò talis impotentia ſit ad ſemper de facto, vt contra Caietanum, & Vegam oſtendemus,quæſt.5.citata,tunc vniuerſalis ſemper eſt falſa, tam affirmatiua,quàm negatiua;particularis verò, quæ eſt ſua contradictoria, vtraque vera. Siue autem impotentia ſit vt ſemper, ſiue vt plurimùm,ſemper pendet ex facto,& in ipſo facto Deus cognoſcit veritatem,& falſitatem propoſitionis vniuerſalis,& non in ipſa impotentia, quæ eſt moralis, & conſequitur factum.

Reſponſio ad argumenta primæ, ſecundæ, tertiæ,& quartæ opinionis.

24. Reſpõſio ad argumenta initio allata. Ad argumẽtum primæ opinionis. *Ariſtoteles non errauit dicens propoſitionem, neque eſſe veram, neque falſam.*

Ad argumentum primæ opinionis reſpondetur, probare ſecundam noſtram aſſertionem. Negamus tamen Ariſtotelem erraſſe,cùm dixit propoſitionem de futuro contingenti,neque eſſe veram,neque falſam, quia interpretandus eſt de ſecundario ſignificato,iuxta ſenſum primæ aſſertionis.

Ad argumẽtum ſecundæ opinionis.

Argumenta ſecundæ opinionis quatenus videntur militare contra ſecundam aſſertionem,ſatis diffusè ſoluta ſunt ſuprà in ſecunda Aſſertione.

Ad argumẽtum tertiæ opinionis.

Argumentum verò tertiæ opinionis,quo probatur propoſitionem de futuro contingenti æquè ad vtrumlibet eſſe falſam, falſitate incomplexa ſigni, concedimus totum; ſed dicimus vlteriùs inquirendum eſſe, quomodo in actu exercito huiuſmodi propoſitio neque ſit vera, neque falſa, veritate, & falſitate complexa, de qua loquitur Ariſtot. & hoc quidem conati ſumus oſtendere in prima noſtra aſſertione.

Capreol. Richard.

Argumentum verò quartæ opinionis Capreoli, & Richardi,ſi quid probare videtur, probat, vt dictum eſt,ſententiam noſtram, propoſitionem, ſcilicet, ſingularem de futuro contingenti æquè ad vtrumlibet, quoad primarium ſignificatum enunciatum in actu ſignato, eſſe veram, vel falſam diſtinctè,quoad verò ſecundarium ſignificatum enunciatum in actu exercito, neque eſſe veram, neque falſam.

Ad argumentum poſitum ſuprà, quo communis Peripateticorum ſententia, cùm Ariſt. probat propoſitionem vniuerſalem de futuro contingenti eſſe ſemper falſam,particularem autem vagè ſemper veram. Reſpondetur iuxta quartam aſſertionem noſtram probare quoad ſecundarium ſignificatum tantùm: at verò quoad primarium pendere ex facto,vt explicatum eſt.

SECVNDA DVBITATIO.

Vtrum propoſitio de futuro contingenti ſub conditione ſit determinatè,ſeu diſtinctè vera, vel falſa.

HAnc materiam non attigêre veteres Scholaſtici, ſaltem ſub his terminis,quamuis ex doctrina ipſorum colligi poſſit, recentiores autem ſub his terminis illam examinant, Driedo de concord.part.1.cap.4.ad tertium argumentum, & Richardus,artic.9. Vuald.libro primo,de Trinit. Præcipuè autem aliqui ingenioſi recentiores, Suarius opuſc.2.& Vaſquez part.1.diſp.63. Molina part. prima, quæſt.14.& alij communiter recentiores tractant ibidem, & meminit huius Ariſtot.1.periherm.cap.4.

Rationes ſeu Capita dubitandi,pro parte negatiua.

HABET hæc dubitatio maiorem,quàm prima, difficultatem;maior autem difficultas oritur ex duplici capite. 1.

Prima ratio dubitandi. *Futurum ſub conditione nullam habet determinationem.*

Primum eſt, quia effectus contingens futurus ſub conditione, neque habet determinationem in cauſa, quia eſt contingens,neque determinationem in effectu, in quo poſſit fundari determinatio futuritionis, ſicut habet effectus contingens abſolutus, quia talis effectus ſub conditione nullum habet eſſe,neque in tempore,vt ſupponitur, neque in æternitate. nam qui admittunt præſentiam realem in æternitate, ſupponunt abſolutè futurum in tempore.

2. Secunda ratio dubitandi,

Secundum, quia ipſa conditio ſemper enunciatur in actu ſignato, tamquam quoddam antecedens, futurum autem contingens enunciatur in actu ſignato,tamquam conſequens:vnde fit,vt propoſitio de futuro contingenti ſimul ſit propoſitio; & conſequentia. quare, ſi vt conſequentia eſt bona, eſt etiam vera, vt propoſitio; & ſi vt conſequentia eſt mala, nec vt propoſitio eſt vera, quia tam veritas, quàm bonitas conſiſtunt in connexione antecedentis cum conſequenti.Sed in his loquutionibus de futuro contingenti conſequentia non poteſt eſſe bona; ergo talis conſequentia quatenus eſt propoſitio, ſemper eſt falſa. Quòd verè conſequentia non poſſit eſſe bona,ſed mala, probatur; nam vel conditio, quæ enunciatur vt antecedens,eſt cauſalis,exempli gratia,ſi talis occurret occaſio,Petrus peccabit,vel eſt merè conditionalis, in qua ponitur conditio neceſſaria requiſita, non autem,vt cauſa,exempli gratia,ſi Petrus creabitur,fiet religioſus, vel eſt diſparata, vt ſi Sortes ambulabit, cœlum coruſcabit,ſi eſt cauſalis non infert neceſſariò conſequentiam. Probatur, quia conſequentia bona ſemper eſt bona:ſed hîc non ſemper poteſt eſſe bona,cùm cauſa ſit contingens. Si verò propoſitio eſt merè conditionalis,vel diſparata, multò magis conſequentia non eſt bona,quia nullo modo influit in ipſius bonitatem. Afferuntur aliorũ opin.

3. Pr.opinio.

PROPTER primum caput difficultatis, quidam primò dixerunt, propoſitionem de futuro contingenti ſub conditione, neque eſſe veram diſtinctè, neque falſam.

2.Opinio.

Alij verò ſecundò propter ſecundum dixerunt propoſitionem de futuro contingenti ſub conditione eſſe ſemper falſam.

3.Opinio.

Tertiò, propter idem caput difficultatis Vaſquez in prima parte loco citato, diſtinguit ſubtiliter de conditione. nam vel conditio (inquit) eſt cauſalis; & tunc altera pars eſt diſtinctè vera,altera falſa. nam conſequentia eſt bona; ſupponitur enim de facto talem conditionem, tamquam cauſam, concurrere ad effectum,vnde hæc cauſalis de facto poteſt eſſe vera, exempli gratia, Ideo Petrus peccabit,quia tali cogitatione præuenietur: quando verò conditio non eſt cauſalis, tunc propoſitio eſt falſa, quia conſequentia eſt mala, exempli gratia,ſuppoſita illa opinione, quæ aſſerit voluntatem ex ſe determinari concurrentibus duobus obiectis æqualibus,hęc propoſitio eſt falſa: Si hac cogitatione Petrus præuenietur peccabit: contradictoria autem eſt vera; contradictoria autem eſt cùm negatio apponitur

Digitized by Google

apponitur contradictioni, & non effectui, exempli A gratia, non, ſi hac cognitione Petrus præuenietur, peccabit.

4. *4. Opinio. Suarij.* Suarius verò in opuſcula ſecunda. Satis ingenioſè exiſtimat omnem propoſitionem conditionalem, etiam ſi conditio fuerit diſparata, eſſe veram, vel falſam, diſtinctè, exempli gratia, hanc: Si Petrus ambulabit, cœlum coruſcabit. dicit eſſe veram, ſi purificata conditione verum eſt de præſenti dicere, dum Petrus ambulat, cœlum coruſcat.

5. *Sententia auctoris. Quadruplex eſt conditio prima cauſalis, ſecunda merè conditionalis, tertia ſigni, quarta diſparata.* In hac controuerſia exiſtimo reſpondendum eſſe cum duplici diſtinctione, & primò diſtinguendum eſt de quadruplici conditione.

Prima eſt cauſalis, quæ concurrit tamquam cauſa ad effectum futurum, exempli gratia. Si talis occaſio ponetur, Petrus peccabit. B Altera eſt merè conditionalis, quæ quidem eſt neceſſaria antecedenter, ſed non influit in effectum futurum, exempli gratia. Si Petrus creabitur, peccabit; requiritur enim exiſtentia ad operandum: ſed exiſtentia non influit, vel ſuppoſita illa opinione, quæ tenet voluntatem ex ſe determinari, concurrentibus duobus obiectis æqualibus, hæc propoſitio eſſet merè conditionalis: Si Petrus hac cogitatione præuenietur, peccabit. nam talis cogitatio non influit in peccatum Petri, eſt tamen conditio neceſſariò requiſita, quia prærequiritur propoſitio obiecti. Tertia eſt ſigni, quæ eſt cauſa cognitionis; exempli gratia, ſi alicui reueletur, vel magis ad rem noſtram, ſi probabiliter ſciatur, quòd ſi gallus cantabit, Pe- C trus eſt negaturus Chriſtum; tunc hæc propoſitio, ſi gallus cantabit, Petrus negabit, eſt propoſitio conditionalis conditione ſigni, & hæc reducitur ad cauſalem, quia quamuis non ſit cauſa rei, eſt tamen cauſa cognitionis. Quarta eſt concomitans, ſeu diſparata, quæ neque influit in rem, neque in cognitionem, neque eſt conditio neceſſariò requiſita, vt ſi Sortes ambulabit, cœlum coruſcabit; nulla enim eſt connexio inter effectum, & conditionem niſi concomitantiæ, quam connexionem vocat Ariſtot. in propoſitione de præſenti, per accidens, ſicut inquit, Sorte ambulante coruſcat.

6. Secundò diſtinguendum eſt, ſicut in ſuperiori dubitatione diſtinximus: de primario ſignificato, in actu ſignato, & de ſecundario enunciatur in a- D ctu exercito. *Primarium ſignificatum in propoſitione conditionali quid.* Primarium ſignificatum in propoſitione conditionali, non ſolùm eſt effectus futurus, ſicut in propoſitione abſoluta, ſed etiam eſt ipſa conditio, quæ enunciatur etiam actu ſignato ſimul cum effectu conditionaliter futuro. Secundarium autem ſignificatum non eſt ſicut in propoſitione abſoluta, ipſa determinatio in cauſa ſaltem, in ipſa propoſitione cauſali, quia hæc enunciatur in actu ſignato, ſed eſt ipſa probabilitas, quæ ſe tenet ex parte enunciantis, & oritur ex illa determinatione in cauſa. In propoſitione autem merè conditionali, quia quod aſſumitur in antecedenti, non eſt propriè cauſa, ſed potiùs conditio prærequiſita, poteſt dici quòd ſecundarium ſignificatum ſit E ipſa determinatio in cauſa, & etiam ipſa probabilitas, quæ oritur ex determinatione, hac ſtante diſtinctione ſit.

PRIMA ASSERTIO.

7. *Recentiores de hac aſſertione quid ſentiant.* PRopoſitio cauſalis, ſiue rei, ſiue ſigni, & merè conditionalis quo ad primarium ſignificatum, eſt determinatè vera, vel falſa. Circa hanc primam aſſertionem diſſenſio eſt inter eximios recentiores: nam veteres, vt dictum eſt, hanc non attigère. Aliqui igitur recentiores negant vtramque partem aſſertionis, propter rationem ſuprà allatam, quia propoſitio conditionalis contingens, quæ ſimul eſt propoſitio, & conſequentia, non poteſt habere rationem conſequentiæ, quæ ſemper debet eſſe neceſſaria.

Alij verò, inter quos eſt Vaſquez, concedunt primam partem aſſertionis, quantùm ſcilicet ad propoſitionem cauſalem, quia habet veram rationem conſequentiæ: cauſa enim de facto purificata conditione influit in effectum: negant autem ſecundam partem quo ad propoſitionem merè conditionalem, quia non habet rationem conſequentiæ, cùm antecedens non habet rationem cauſæ. *Vaſquez relatus in tertia opinione.*

Alij verò vt Suarius, concedunt aſſertionem quoad vtramque partem, ſiue propoſitio ſit cauſalis, ſiue merè conditionalis. Notandum tamen, quòd quantùm ad cognitionem, per accidens eſt, vt ſit cauſalis, quia non cognoſcitur ex vi cauſæ, quia cauſa non ſupponitur neceſſaria, quia alioquin effectus non eſſet contingens, per ſe autem concurrit ad rem futuram enunciatam; tota autem difficultas in hac aſſertione eſt in probatione ipſius: & primò; *Tenenda opinio Suarij in opuſc. 2.*

Probant aliqui recentiores, quia poſita (inquiunt) conditione, non poteſt vtrumque oppoſitum de facto poni in re. Sed alterum ipſorum determinatè; vnde fit, vt conditionalis de extremo diſiuncto ſit vera determinatè, exempli gratia, Si talis occaſio poneretur, Petrus eſſet peccaturus, vel non peccaturus: ergo in ſenſu diſiunctiuo illa propoſitio conditionalis eſt vera, quæ enunciat effectum, qui de facto eſt futurus: ſed aduertendum eſt hanc rationem manifeſtè probare propoſitionem abſolutam de futuro contingenti eſſe determinatè veram, vel falſam, non autem ita manifeſtè probare, hoc etiam dicendum eſſe de propoſitione conditionali, quia hæc non ſolùm eſt propoſitio, ſed conſequentia; neceſſe eſt igitur probare priùs eſſe bonam conſequentiam, quòd infrà mox probabitur. nam alioquin hæc prima ratio probaret etiam propoſitionem conditionalem diſparatam eſſe veram, vel falſam diſtinctè. nam hæc de extremo diſiuncto etiam eſt determinatè vera, exempli gratia, Si Sortes ambulabit, cœlum coruſcabit, vel non coruſcabit, quia impoſſibile eſt vtrumque poni ineſſe, coruſcabit, & non coruſcabit: ergo ſequeretur, quod in ſenſu diſiunctiuo illa propoſitio diſparata eſſet vera, quæ enunciat effectum, qui de facto eſt futurus; & tamen infrà oſtendemus contra eoſdem auctores huiuſmodi propoſitionem eſſe falſam non ſolùm diſiunctiuè, ſed etiam diſiunctim ſumptam. nam quamuis impoſſibile ſit, quòd cœlum coruſcet, & non coruſcet, tamen falſum eſt, quod hoc ſequitur ex illo antecedenti, ſcilicet, Si Sortes ambulabit. *Prima ratio aliorum.*

Secundò probant, quia ſicut ſe habet propoſitio de futuro contingenti, exempli gratia (poſita tali occaſione, Petrus peccabit) ita ſe habet propoſitio de futuro contingenti ſub conditione, exempli gratia: Si poneretur talis occaſio, Petrus peccabit: ſed probatum eſt in prima dubitatione de futuro contingenti abſolutè, eſſe determinatè, & diſtinctè veram, vel falſam; ergo & propoſitio de futuro contingenti ſub conditione eſt vera, vel falſa. Probatur paritas; nam propoſitio ſub conditione abſoluta, differt ſola conditione: purificata enim *Secunda ratio aliorum.*

Digitized by Google

Propoſitio abſoluta, & conditionalis in quo differant.

conditione, propoſitio redditur abſoluta: eamdem ergo veritatem, vel falſitatem determinatè habet propoſitio conditionalis, quam habet abſoluta, cum hac ſola differentia, quòd propoſitio abſoluta de futuro contingenti habet veritatem, vel falſitatem determinatè abſolutam, conditionalis verò habet eamdem ſub conditione, quia conditio cauſæ redundat in effectum.

Hæc ratio, vt habeat vim, ſupponere debet abſolutam propoſitionem, in qua in actu ſignato enunciatur determinatio, ſeu propenſio in cauſa ad vnam partem, vel ſaltem aliquod neceſſariò requiſitum ad conſequens eſſe diſtinctè veram, vel falſam, quod quidem habet eandem prorſus difficultatem quam habet conditionalis. quòd enim propoſitio ſit abſoluta, quantùm ad hoc nihil facit: nam ratio difficultatis conſiſtit ſolùm in hoc, quomodo propoſitio illa, quæ enunciat effectum contingentem, vt futurum ex aliquo antecedenti contingenti, poſſit eſſe bona conſequentia, cùm non ſit neceſſaria, quare vt hæc ſecunda ratio ſit bona, oſtendendum eſt eſſe bonam conſequentiam, quod in tertia ratione oſtendemus. Stante igitur ratione bonæ conſequentiæ, idem dicendum eſt in abſoluta, ac in conditionali: ſi enim abſoluta eſt diſtinctè vera, vel falſa, non obſtat conditio appoſita, quin etiam conditionalis propoſitio ſit vera, vel falſa diſtinctè, cùm ſit eadem veritas, & falſitas vtriuſque, vt probat hæc ſecunda ratio.

Tertia ratio à priori.
Veritas & falſitas quid ſint.

Tertiò probatur à priori, quia veritas, & falſitas ſunt conformitas, & difformitas ad rem ſignificatam, eo modo, quo ſignificantur. Si igitur propoſitio conditionalis eſt conformis rei ſignificatæ, eo modo, quo ſignificatur, ſcilicet per modum conſequentiæ eſt vera; ſi difformis, eſt falſa, quod clariùs exemplo fiet manifeſtum. Ponatur Petrus in tali occaſione, & quòd de facto peccet in illa occaſione; tunc propoſitio illa conditionalis, exempli gratia, Si talis occaſio poneretur, Petrus eſſet peccaturus, eſſet conformis rei ſignificatæ, quia purificata conditione verum eſt quandoque dicere, Petrus peccat; & etiam eſt conformis modo ſignificandi, quia verè peccat ex tali occaſione. Hanc autem conformitatem effectus præſens non facit: ſed manifeſtat. Quòd autem antequam ſit effectus præſens, ab enunciante ſciatur, vel non ſciatur futurus, eſt impertinens ad veritatem, quæ eſt determinata à parte rei, & hæc quidem ratio applicari etiam poteſt eodem modo propoſitioni merè conditionali: exempli gratia, ſuppoſita opinione, quòd poſitis duobus obiectis æqualibus, voluntas à neutro moueatur, hæc propoſitio eſt merè conditionalis, Si Petrus præuenietur tali cogitatione, peccabit. Si igitur purificata conditione verum eſt dicere, quandoque poſita illa cogitatione, Petrus peccat, iam illa conditionalis propoſitio eſt vera, quia à parte rei eſt conformis rei ſignificatæ, vt patet, & etiam modo ſignificandi, quia ſignificatur peccatum, vt ſequens, & ſi non ex illa, ſaltem ad illam cogitationem; & verè ſequitur, quia quamuis cogitatio illa non ſit cauſa, vt ſupponitur, tamen eſt conditio neceſſariò requiſita, ita vt ſine illa Petrus non peccaret. hæc eadem ratio applicari poteſt propoſitioni cauſali ſigni; quia etſi non ſit cauſa rei, eſt tamen cauſa cognitionis.

8.
Prima inſtantia.

Sed contra hanc primam aſſertionem inſtatur primò: Effectus contingens ſub conditione futurus, nec habet eſſe determinatum in cauſa, quia eſt ſimpliciter contingens; nec in ſe, quia numquam eſt futurus, & conſequenter non poteſt accipere aliquam determinationem ab effectu, qui quandoque præſens eſt: ergo propoſitio enuncians talem effectum, non poteſt eſſe vera, quia veritas eſt conformitas ad rem, quæ habet aliquod eſſe.

Soluitur.
Effectus futurus conditionaliter habet eãdem veritatem, quam abſolutè futurus

Reſpondetur habere eſſe determinatum conditionaliter, & eamdem veritatem conditionaliter, quam habet effectus abſolutè futurus. hæc enim propoſitio, Si talis occaſio ponatur, Petrus peccabit; non differt ab hac alia abſoluta; Ponetur talis occaſio, & Petrus peccabit; niſi ſola conditione. purificata enim conditione fit abſoluta; ergo eadem veritas eſt in vtraque, &c.

9.
2. inſtantia.

Inſtatur ſecundò contra eamdem aſſertionem. Propoſitio conditionalis ſimul debet eſſe propoſitio & conſequentia: ſi igitur, vt conſequentia non eſt bona, neque vt propoſitio eſt vera. Sed in huiuſmodi conditionalibus de futuro contingenti, numquam conſequentia eſt bona, quia antecedens non infert neceſſariò conſequentiam: ergo poteſt eſſe aliquando mala, ſed conſequentia bona ſemper eſt bona; ergo, &c.

Solutio.

Reſpondetur, argumentum tantum probare conſequentiam non eſſe formalem ex vi, & natura illationis; non enim eſt neceſſaria connexio antecedentis cum conſequenti, nec ratione formæ ſyllogiſticæ, vt cùm ex vniuerſali infertur particularis: nec ex vi materiæ, quia ſupponitur materia contingens: Non tamen probare conſequentiam non eſſe bonam de facto; in huiuſmodi autem propoſitionibus attenditur tantùm coniunctio conſequentis cum antecedenti per modum cuiuſdam ſequelæ, quam de facto habiturus eſſet effectus contingens cum ſuo antecedenti, ſi purificaretur conditio.

Difficultas tamen eſt, an hæc conſequentia dicenda ſit formalis, vel materialis. Aliqui exiſtimant conſequentiam ſemper eſſe materialem ſiue propoſitio ſit cauſalis, ſiue merè conditionalis: alij verò quando propoſitio eſt cauſalis, conſequentiam eſſe formalem de facto, quando verò eſt merè conditionalis, eſſe materialem. Mihi videtur dicendum, quòd quando propoſitio eſt cauſalis, conſequentia eſt formalis de facto, quia verè de facto purificata conditione, infertur conſequens ex antecedenti; quando verò propoſitio eſt merè conditionalis, conſequentia non eſt purè materialis, ſicut tenent aliqui eſſe propoſitionem diſparatam, de qua infrà dicemus, ſed eſt conſequentia formalis, ſed non propriè: eſt quidem formalis, quia conſequens ſequitur ad propoſitionem antecedentem. ſupponitur enim in antecedenti enunciari conditionem ſaltem prærequiſitam ad effectum, quia tamen non ſequitur ex antecedenti tamquam ex quo, ideo non eſt propriè formalis.

10.
3. Inſtantia.

Inſtatur 3. Propoſitio ſaltem merè conditionalis ſemper eſt falſa, quia ſemper conſequentia eſt mala; nam non ſequitur ex antecedenti: non enim antecedens habet rationem cauſæ.

Propter hoc argumentum, Vaſquez & alij recentiores tenent, vt dictum eſt, huiuſmodi propoſitionem conditionalem, ſemper eſſe falſam; contradictoriam autem ſemper veram. Contradictoriam autem vocant eam, quando negatio apponitur conditioni, & non effectui.

Soluitur.

Reſpondetur ex dictis, conſequens verè inferri ex antecedenti, non quidem tamquam ex cauſa, ſed tamquam conditione neceſſariò requiſita, quod potiùs explicatur negatiuè, quòd, ſcilicet, ſi non eſſet tale antecedens, non ſequeretur illud conſequens; vnde potiùs dicendum eſſet ſequi ad antecedens, quàm ex antecedenti: quamuis ergo non ſit

propriè

Digitized by Google

propriè conſequentia formalis, eſt tamen aliquo modo formalis per rationem allatam; & ideò bona conſequentia, quia non eſt purè materialis, ſicut dicitur de diſparata, de qua infrà dicetur.

SECVNDA ASSERTIO.

11. Secunda Aſſertio cōtra ſecundam opinionem.

PRopoſitio conditionalis, conditione diſparata, quoad primarium ſignificatum, ſemper eſt falſa; vt, Si Sortes ambulabit, cœlum coruſcabit. Probatur, quia talis propoſitio, quę conſequitur, ſimul eſt, & propoſitio, & conſequentia: ſed vt conſequentia non eſt bona; ergo nec vt propoſitio eſt vera. Quod verò quatenus conſequentia non ſit bona, probatur ex dictis in ſecundo notabili, quia nec eſt conſequentia formalis, nec materialis. cùm id, quod aſſumitur vt conſequens, nullo modo pendeat ab antecedenti conditionali, in quo ponitur conditio omnino diſparata.

Conditio diſparata non facit propoſitionem veram.

Quod verò nec vt propoſitio ſit vera, probatur. nam cùm enuntiatur talis propoſitio, non enunciatur, vt ſolùm propoſitio eſt, ſed quatenus talis, quæ ſequitur ad antecedens. Si igitur vt conſequentia non eſt bona, nec eſt vera vt propoſitio; hoc autem intelligitur, quando conditio eſt merè diſparata, vt volunt aduerſarij. Nam quando talis conditio, quæ ſecundum ſe eſt diſparata, aſſumitur vt ſignum, tunc philoſophandum eſt de tali conditione, ſicut de cauſali, vt ſuprà dictum eſt, quia conſequens ſequitur ex antecedenti ſecundum cognitionem, exempli gratia, cùm Deus reuelat alicui, vel probabiliter ſciatur, ſi Gallus cantabit, Petrum negaturum Chriſtum, vel iuxta illud Prophetæ dictum, *Quòd ſi Rex ſepties percuſſiſſet terram, ad nihilum ferè redacti fuiſſent inimici.*

Matth. 26.

4. Reg. 13.

12. Suarius in opuſc. citato. Prima inſtātia cōtra hāc ſecūdam aſſertionem.

Sed contra hanc ſecundam aſſertionem inſtant primò Auctores quartæ opinionis. Eadem ratio (inquiunt) poſita in prima aſſertione, quæ militat in propoſitione conditionali cauſali, & merè conditionali, videtur militare in conditionali diſparata, nam ſicut conditionalis cauſalis, & merè conditionalis, quia differunt ſolùm conditione ab abſoluta, habent eamdem veritatem, vel falſitatem determinatè ſub conditione, quam habet abſoluta. ſine conditione: ita etiam conditionalis diſparata differt ſolùm conditione ab abſoluta. ſed abſoluta eſt determinatè vera, vt, Dum cœlum coruſcabit, Sortes ambulabit; ergo & conditionalis eſt determinatè vera ſub conditione, vt, Si Sortes ambulabit, cœlum coruſcabit.

Solutio 1. inſtantiæ.

Reſpondetur eſſe diſparem rationem. nam in propoſitione conditionali cauſali, vel merè conditionali, propoſitio vt conſequentia eſt bona, ſic etiam in abſoluta: at propoſitio conditionalis diſparata, vt conſequentia non eſt bona, nec etiam abſoluta, ſi fiat per modum conſequentiæ, exempli gratia, Sortes ambulabit; ergo cœlum coruſcabit. Si verò abſoluta fiat per modum copulationis, & concomitantiæ, exempli gratia, Dum Sortes ambulabit, cœlum coruſcabit; eſt propoſitio determinatè vera, vel falſa: ſed conditionalis non poteſt eſſe hoc modo; nam enunciat per modum antecedentis, & conſequentis, cùm tamen ibi nulla ſit ratio conſequentis.

13. 2. Inſtantia eiuſdē Suarij, ibidem.

Secundò inſtant, & eſt fundamentum ipſorum. Verè enunciatur effectus in tali propoſitione conditionali diſparata, qui de facto eſſet futurus purificata conditione; ergo, &c. & ponatur maioris claritatis gratia, quòd nunc Sortes ambulet, & cœlum coruſcet, tunc illa conditionalis, Si Sortes ambulabit, cœlum coruſcabit, ab æterno erat vera, quia habebat conformitatem ad rem ſignificatam de præſenti, quam conformitatem res de præſenti non facit, ſed manifeſtat, ſicut à ſimili argumentabamur ſuprà de conditionali non diſparata.

Solutio ſecundæ inſtantiæ.

Reſpondetur, quamuis in tali conditionali diſparata enuncietur verè coniunctio rei cum re, quia tamen enunciatur per modum conſequentis; quod verè non eſt conſequens; fit, & vt conſequentia ſit mala, & vt res enunciata falsò enuncietur, quod non eſt ſimile in conditionali non diſparata.

14. 3. Inſtantia.

Tertiò inſtatur contra eandem; illa conditionalis diſparata, poteſt apprehendi ad modum conſequentiæ, ergo enunciari. Conſequentia eſt manifeſta. Antecedens probatur; nam ſuppoſito, quòd ambulatio Sortis de facto, & neceſſariò ex ſuppoſitione concomitetur coruſcationem, poteſt intellectus apprehendere hanc conditionalem, quòd ſi erit ambulatio Petri, erit coruſcatio cœli.

Solutio.

Intellectus has conditionales diſparatas apprehendens tripliciter ſe habere poteſt.

Reſpondetur, intellectus dum hoc apprehendit, vel enunciat, poteſt tripliciter ſe habere. Primò, vel tantùm apprehendit concomitantiam illarum duarum propoſitionum, & tunc vnam non apprehendit, vt antecedentem, & alteram, vt conſequentem, ſed ambas inuicem concomitantes. Secundò poteſt apprehendere vtramque, vt vnam copulatiuam conſequentem ad antecedens quoddam tacitè intellectum, exempli gratia, Si Sortes, & cœlum ponantur in eadem differentia temporis, & Sortes ambulabit, & cœlum coruſcabit.

Tertio modo poteſt intellectus apprehendere vnam propoſitionem, vt antecedentem, & alteram, vt conſequentem ex illa, exempli gratia. Si apprehendat, quòd ſi Sortes ambulabit, ſequatur hinc, quòd cœlum coruſcabit, & non modo eſt impoſſibile, quia nec à parte rei eſt iſta ſequela, cùm nulla ſit dependentia, nec mutua vnius ab alia in aliquo genere cauſæ, neque non mutua, nec etiam ratione cognitionis, quia ſupponitur eſſe conditio omnino diſparata: ſupponitur enim iſtam conditionem diſparatam non aſſumi, vt ſignum, vel quia eſt magis nota, vel quia Deus reuelauit, vel alio modo. ſi enim verè eſſet ſignum, etiam ſi lateret enunciantem, vera eſſet propoſitio, ſed temerè prolata: ſed tunc, non eſſemus in caſu, quia conditio non eſſet diſparata.

15. 4. Inſtantia.

Quartò inſtatur. Contradictoria eſt falſa, ſcilicet, ſi Sortes ambulabit, cœlum non coruſcabit, ſuppoſito, quòd de facto futurum eſſet oppoſitum purificata conditione: ergo & alia contradictoria affirmās vera, ſcilicet, ſi Sortes ambulabit, cœlum coruſcabit.

Solutio 4.

Contradictoria negās debet ſemper deſtruere affirmantem.

Reſpondetur contradictoriam eſſe illam, in qua negatio ponitur ipſi conditioni, exempli gratia, Non ſi Sortes ambulabit, cœlum coruſcabit. & ratio eſt, quia contradictoria negans debet deſtruere penitus affirmantem. cùm igitur affirmans ſit propoſitio, & conſequentia ſimul; negans debet vtrumque negare, & tunc neceſſariò affirmans eſt falſa, & negans ſemper eſt vera.

16. 5. Inſtantia.

Quintò inſtatur. Diſparata de extremo diſiuncto eſt vera determinatè; exempli gratia. Si Sortes ambulabit, cœlum coruſcabit, vel non coruſcabit, quia non poteſt vtrumque oppoſitum poni in re determinatè; ergo in ſenſu diſiunctiuo illa propoſitio eſt vera, quæ enunciat effectum, qui purificata conditione futurus eſſet, ſicut à ſimili argumentabamur de abſoluta.

Reſpondetur ex dictis, conſequentiam non eſſe bonam, & conſequenter propoſitionem diſiunctam eſſe falſam, quia enunciatur ſequi ex antecedenti, cùm tamen non ſequatur.

TERTIA ASSERTIO.

17. PRopoſitio cauſalis quo ad ſecundarium ſignificatum eſt determinatè vera, merè autem conditionalis; neque vera, neque falſa; diſparata verò ſemper falſa. Pro expoſitione huius noſtræ aſſertionis, nota quòd ſi eſt ſermo de ſecundario ſignificato enunciato in actu exercito, tunc diſtinguendum exiſtimo, de propoſitione conditionali cauſali, vel non cauſali. & dico primò in hac tertia aſſertione, cauſalem eſſe determinatè veram; nam enunciatur in actu exercito probabilitas, quæ verè eſt. Quòd autem in actu exercito enuncietur, probabilitas probatur, probabilitas enunciatur, & non in actu ſignato; ergo in actu exercito. Quòd enuncietur, probatur; quia probabilitas licet ſit modus extrinſecus rei enunciatæ, eſt tamen intrinſecè pertinens ad enunciantem, ne temerè proferat propoſitionem de futuro contingenti ſub conditione, cùm veritas talis propoſitionis in ſe ipſa lateat enunciantem: vnde fit, vt intellectus enuncians dicat in actu exercito illam probabilitatem, à qua mouetur ad enunciandum talem propoſitionem. Quod verò probabilitas non enuncietur in actu ſignato, probatur, quia ſi ſic enunciaretur, non eſſet propoſitio de ineſſe, ſed modalis. nam conſequentia hæc eſſet ſi talis occaſio poneretur, probabile eſt Petrum peccaturum. Quòd verò conſequentia debeat eſſe non modalis, ſed de ineſſe probatur, quia experimur intellectum inferre A conſequentiam cum formidine, quia cauſa poſita in antecedenti non eſt cauſa neceſſaria effectus enunciati. Si autem conſequentia eſſet modalis, intellectus non formidaret, quia ex antecedenti neceſſariò inferretur conſequentia modalis, exempli gratia, ſi talis occaſio occurret Petro, cum qua ſolitus eſt peccare, euidenter ſequitur probabile eſſe Petrum peccaturum: concluditur igitur, propoſitionem conditionalem cauſalem, ſiue illa ſit rei, ſiue ſigni, eſſe determinatè, & diſtinctè veram, quo ad ſecundarium ſignificatum enunciatum in actu exercito, quod eſt probabilitas.

Si verò propoſitio conditionalis non ſit cauſalis, 18.
B dico ſecundò talem propoſitionem neque eſſe veram; neque falſam quo ad ſecundarium ſignificatum enunciatum in actu exercito, quia neque affirmatur eſſe probabilitas, neque improbabilitas: ſed tantùm negatiuè ſe habet intellectus enuncians, ſicut conditio enunciata æquè ſe habet, & indifferenter ad effectum futurum, vnde ſequitur propoſitionem quatenus ſtat ſub modo enunciantis, neque conformem, neque difformem eſſe rei enunciatæ in actu exercito. Argumenta quæ contra hæc fieri poſſunt, ſoluta iam ſunt in ſuperiori dubitatione in prima aſſertione, & iuxta hunc ſenſum poteſt C verificari prima opinio. Diſparatam autem ſemper eſſe falſam ex defectu bonæ conſequentiæ, patet ex dictis ſuprà.

Quando propoſitio eſt merè cõditionalis quo ad ſecundarium ſignificatum, neque eſt vera, neque eſt falſa.

Ad duo illa capita difficultatis poſita initio quæſtionis, facilè patet reſponſio ex dictis in prima aſſertione.

COROLLA

Digitized by Google

CORORLLARIA

THEOLOGICA EX HOC QVARTO PRINCIPIO PHILOSOPHICO.

I. *Deus præſcit futura ſimpliciter contingentia.*

II. *Modus cognoſcendi hæc futura contingentia eſt in entitate ipſa futurorum quam habitura ſunt in tempore.*

III. *Quamuis Deus non cognoſcat, in aliquo priori ſigno libera ſua diuina decreta, vt futura, non tamen hoc repugnat ex eo, quia huiuſmodi decreta diuina non habeant determinatam veritatem.*

IV. *Deus cognoſcit futura contingentia ſub conditione.*

V. *Enunciatio prophetarum de futuro contingenti aliquando verificatur iuxta ſecundarium ſignificatum enunciatum in actu exercito, aliquando verò iuxta primarium enunciatum in actu ſignato.*

Sunt alia Corollaria, quæ quoniam præter hoc principium ſupponunt etiam quintum philoſophicum, ideò commodiùs differuntur in illum locum.

Singula autem Corollaria ſingulis quæſtionibus Theologicis examinabimus.

QVÆSTIO PRIMA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia primi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, Deus præſciat futura contingentia.

Hanc materiam tractant Scholaſtici in 1.diſt.38. Durandus, Scotus, Ocham, Gabriel, Gregorius, & Capreolus ibidem, Richardus art.1.q.5. Idem Scotus diſtinct.39.q. vnica, & in quodlib. quæſt.14. Alenſis 1.part.quæſt.24. Argentina in 2.diſt. 40.art.3. S. Thom.1.contragent.cap.66. & hic Ferrarienſis & par.1.quæſt.53.art.3.& 86.ar.4.& præcipuè quæſt.14.art.13.& hic Caietanus, Vaſquez, Valentia & alij communiter Thomiſtæ, Suarius tom.2.opuſc.lib.1.à cap.3.

1. Primũ not. PRo explicatione huius primæ quæſtionjs notandum eſt ex quęſtione Philoſophica ſermonem eſſe de effectu futuro contingenti, qui intrinſecè, & ſimpliciter eſt contingens, qui, ſcilicet, dependet à cauſa intrinſecè indeterminata ad vnum, qualis eſt ſola libera voluntas; ſiue dependeat ab ipſa, vt efficiente, ſiue vt ab applicante, & approximante; de aliis autem effecti- A bus futuris contingentibus ſecundum quid, qui ſunt à cauſa naturali, & determinata ad vnum, ſed impedibili ab alia cauſa naturali, iam dictum eſt ſuprà in 1.qu. Philoſophica Corollario 12. poſſe illa, etiam ab Angelo cognoſci.

His poſitis ſupponenda eſt ſententia Corollarij tamquam certa; & probatur ex principio Philoſophico, quia habent futura contingentia determinatam veritatem, vt fuſiùs probabitur in ſequenti Corollario. Eſt etiam hæc ſententia non ſolùm communis Philoſophorum; & ipſius Ariſtotelis, quic- 2. Sentẽti 1C rollarij p batur.

Y 4 quid

Digitized by Google

quid dicant Arim.& alij recentiores,vt infrà oſtendemus; ſed etiam de fide,Pſal.13. *Intellexiſti cogitationes meas de longè.* Ioan.14. (*dixi priùs quàm fiat*) omitto multa alia loca, quia interpretari poſſunt de effectu futuro contingenti ſecundum quid. Sunt autem contra hanc ſententiam Corollarij duæ præcipuæ difficultates.

3.
Prima difficultas vtrũ cognitio Dei feratur in rẽ futuram, vt futuram, vel vt præſentẽ.

Prima difficultas eſt,quia cognitio Dei vel fertur in rem futurã,vt futurã, vel in rem præſentem,ſi ſecundo modo non infertur intentũ, quia Deus non cognoſceret futurum, quia futurum cùm ſit præſens deſinit eſſe futurum. Si primo modo cognitio Dei quę fertur in rem futuram diceret imperfectionem, quod ſic probatur. Talis cognitio eſſet abſtractiua,ergo diceret imperfectionem,antecedens patet,quia talis cognitio in rem futuram, vt futuram, vt probatum eſt, eſſet ſimilis cognitioni, quam habet Aſtrologus de Eclipſi futura, quæ quidem eſt abſtractiua. Conſequentia probatur, quia per cognitionem abſtractiuam,vt abſtractiua eſt,non poteſt cognoſci res præſens ipſa cognitione manente inuariata; ergo oportet cognitionem Dei accipere variationem, quando cognoſceretur illa res futura, vt præſens. Confirmatur,ex Gregorio lib.2.moral. cap.24. vbi expreſsè habet, præſcientiam non dici poſſe de Deo, quia nihil eſt ei futurum. Idem ferè habet Auguſtinus lib.2.ad Simplicianum, quæſt.2. quare per hanc difficultatem videtur concludi, quòd Deus non cognoſcat futurum ſub ratione futuri: ergo impertinens eſt, quòd futurum, vt futurum habeat determinatam veritatem ad hoc vt futurum à Deo cognoſci poſſit, ſicut inferebamus ex principio Philoſophico.

Gregor. Auguſt.

4.
Reſponſio ad primam difficultatem.
Dei cognitio futurorum non eſt abſtractiua, ſed intuitiua.

Ad hanc primam difficultatem reſpondetur, cognitionem futuri in Deo non eſſe abſtractiuam,ſcilicet futuri, vt futuri propter argumentum factum, ſed eſſe intuitiuam tantùm,& ad argumẽtum,quòd ſcilicet tunc non cognoſceretur futurum, vt futurum,ſed vt præſens,reſpondetur,quòd cognitio Dei fertur in rem, ſecundum quod eſt actu; res autem, quæ futura eſt, habet in aliqua differentia temporis exiſtentiam actualem & pręſentem,quamuis reſpectu alterius differentiæ ſit futura; ergo eodem modo cognoſci debet à Deo. Huiuſmodi verò cognitio,quæ repræſentat exiſtentiam rei,& variationem illius,ita vt ex vi talis ſcientię cognoſcatur futurum ſecundum omnem modum exiſtentiæ, quem habet à parte rei,pro tali,ſcilicet, tempore exiſtere, & pro tali non exiſtere,eſt intuitiua. Secundò probatur ex communi Sanctorum Patrum Gregorij lib.2.moral.cap.24 Auguſtini lib.2.ad Simplic.quæſt 2. qui immeritò ſunt in oppoſitum citati,vt infrà oſtendetur, Ambroſij lib.1. de fide. cap.7. Hieronymi ad Epheſ.1.ſuper illa verba *elegit nos.* Bedæ, lib.7.var. quæſt.q 17. Anſelmi lib.de Concordia cap.1.& 2. & lib.cur Deus homo.cap.18.& S.Thomæ.part.1. quæſt.14.art.13.ad ſecũdum,& art.nono, & quæſt. 86.artic.1. & eſt communis.Scholaſticorum in 1. diſt.38.& 39.

Gregor. Auguſt. Ambroſ. Hieron. Beda. Anſelm. S.Thom.

Dei cognitio non eſt tãtum intuitiua.

Ad argumentum in forma reſpondetur, cognitionem Dei non terminari ad futurum primo modo, quatenus eſt tantùm præſens in hac differentia temporis, quia hæc cognitio, quamuis eſſet intuitiua,eſſet tamen valdè imperfecta, quia non eſſet ſecundum omnem modum exiſtentiæ, quam res habet à parte rei, quia non cognoſceretur vt futura in alia differentia temporis, in qua verè habet eſſe futurum: neque cognitio Dei terminatur ad futurum ſecundo modo, quatenus, ſcilicet, eſt futurum tantùm pro alia differentia temporis,quia hæc eſſet cognitio abſtractiua, qualem habet Aſtrologus de Eclipſi futura: ſed datur tertius modus, ſecundum quem cognitio Dei terminatur ad rem, ſecundum quod eſt actu,id eſt,ſecundum omnem modum exiſtentiæ pro hac quidẽ differentia temporis ad rem, vt præſens eſt; pro alia verò ad rem vt futura eſt; pro alia ad rem,vt præterita eſt.

Cognitio Dei terminatur ad rẽ ſecundum omnem modum exiſtentiæ.

Ad confirmationem ex S.Gregorio reſpondetur, Gregorium,& Auguſtinum eſſe pro nobis, in Deo ſcilicet non eſſe propriè præſcientiam futurorum, ſcilicet abſtractiuam eo modo, quo explicatum eſt.

5.
Quæſitum.
An cognitio Dei quatenus terminatur ad futurum diſtinguatur, ſaltẽ ratione à ſcientia quatenus terminatur ad præſens.

Sed adhuc dubitari poſſet, an in hac cognitione Dei, qua res cognoſcitur, vt actu eſt, ſit diſtinctio, ſaltem ſecundum rationem: & ratio dubitandi pro parte affirmatiua eſt. Primò, quia quatenus terminatur ad futurum, habet (vt patet ex Patribus, & Scholaſticis) rationem præſcientiæ, & vt ſic videtur eſſe abſtractiua; quatenus verò terminatur ad præſens, videtur habere rationem ſcientiæ, & quatenus terminatur ad præteritum, rationem memoriæ. Secundò,quia ſcientia ſimplicis intelligentiæ, quatenus terminatur ad rem tantùm poſſibilem,diſtinguitur à ſcientia viſionis,quæ terminatur ad exiſtentiam.

6.
In cognitione Dei non eſt diſtinctio ſecundum rationem.

Reſpondetur, non eſſe hanc diſtinctionem ſecundum rationem, quia ad diſtinctionem ſecũdum rationem,requiritur,vt ſit variatio, vel in cognitione, quæ in Deo cadere non poteſt; vel ſaltem in re cognita, ratione cuius intelligitur aliquo modo addi aliquid in ſcientia Dei,ſicut eſt cognitio rei poſſibilis, quæ dicitur diſtingui ratione à cognitione rei præſentis, quia variatio eſt in re cognita; nam per cognitionem rei poſſibilis cognoſcitur res ſine exiſtentia; per cognitionem autem rei præſentis, cognoſcitur cum exiſtentia; & ideo à Theologis ad hanc diſtinctionem rationis denotandam,prior cognitio vocatur ſimplicis intelligentiæ, poſterior cognitio viſionis, ſeu intuitiua. At verò cognitio rei præſentis, præteritæ, & futuræ, non eſt hoc modo ratione diſtincta. nulla enim aſſignari poteſt variatio in re cognita,cùm ſemper cognitio Dei feratur in rem ſecundum eſſentiam, & exiſtentiam in actu. Quòd verò intelligatur vt præſens, aut præterita, aut futura,nulla ſit variatio in re cognita,ſed tãtùm in tempore,ad quod res cognita refertur, eadẽ enim res cognita, prout eſt actu ſecundum ſuam exiſtentiam,quatenus relata ad vnum tempus, eſt præſens, & quatenus ad aliud, eſt præterita, & quatenus ad aliud, eſt futura; & ideo ſemper eſt eadem cognitio, ſeu ſcientia viſionis terminata ad eamdem rem, vt eſt actu. Si autem aliqui contendant, vt Gabriel in 1.diſtinct.39. dari diſtinctionem rationis inter ſcientiam rei præſentis,præteritæ,& futuræ propter variationem in tempore; ita vt prior dicatur Scientia, ſecunda dicatur Memoria, tertia dicatur Præſcientia, non admodum laborauerim, quia iam ſit quæſtio de nomine.

Cognitio Dei poſſibilis eſt ſine rei exiſtentia.

Secunda difficultas.

7.
Secunda difficultas vtrũ per præſcientiã Dei tollatur libertas.

SECVNDÒ contra eamdem ſententiam Corollarij, inſurgit difficultas: ſi futurum contingens præſcitur à Deo; ſequeretur tolli omninò contingentiam ab obiecto, & liberam poteſtatem ab ipſa cauſa, ſed hoc dicit imperfectionem in Deo; ergo non eſt dicendum,quòd futurum contingens præſciatur à Deo. Minor probatur, quia ſcientia Dei ſpeculatiua, ſeu viſionis, de qua hîc eſt ſermo,conformari debet obiecto,quod eſt contingens. Si ergo præſcientia Dei mutat obiectum de contingenti in neceſſarium,ſequitur quòd ipſa ſciẽtia Dei deſtrueret ſui

Probatur ſequela maioris.

ret ſui ipſius veritatem, quod quidem eſt maxima imperfectio in Deo: ſequela illa maioris, quod ſcilicet, per præſcientiam Dei tollatur omninò contingentia ab obiecto, & libera poteſtas à cauſa multipliciter, probari poteſt, vt videre eſt apud S. Thomam 1. part. quæſt. 14. art. 13. ſed argumentum, ad quòd omnes illæ rationes reduci poſſunt, hoc eſt; Deus neceſſariò præſciuit ab æterno Petrum peccaturum pro tali differentia temporis: ergo Petrus neceſſariò peccabit in tali differentia. Antecedens probant ex triplici capite eſſe neceſſarium compoſitione, & neceſſitate antecedenti. Primò in æternitate hæc propoſitio, Deus ſcit Petrum peccaturum, eſt neceſſaria ex ſuppoſitione, quia dum res eſt, non poteſt per vllam potentiam non eſſe in illo inſtanti, ergo dum pro illo inſtanti æternitatis Deus ſcit Petrum eſſe peccaturum, non poteſt non ſcire pro illo inſtanti, & præſcientia Dei non expectat rem futuram; ſed antecedit illam. Secundum caput ex Dei immutabilitate, ex qua fit, vt ſi ſemel Deus habet hanc ſcientiam, impoſſibile ſit, vt aliquando non habeat, quia alioquin talis ſcientia mutaretur de vera in falſam. Tertium caput eſt, ex abſoluta neceſſitate temporis præteriti. nam tranſacta æternitate à parte antè, quamuis ſcientia Dei ſemper dici poſſit præſens, quia ſemper eſt, tamen in ordine ad noſtrum tempus coëxiſtit tempori noſtro, & quantùm ad hoc ſcientia Dei habet rationem præteriti, & hoc modo vera eſt propoſitio, Deus pręſciuit Petrum peccaturum. Propoſitio autem de præterito non ſolùm eſt neceſſaria prolata cum compoſitione, exempli gratia, Deus poſtquàm præſciuit, neceſſariò præſciuit, quod etiam eſt commune propoſitioni de præſenti, exempli gratia, Petrus dum ſedet, neceſſariò ſedet, ſed etiam eſt neceſſaria, cùm profertur ſine compoſitione, quod eſt peculiare propoſitioni de præterito. & ratio eſt, quia res quo ad hoc, ſcilicet, aliquando fuiſſe, nullo modo pendet ab aliqua potentia, quę poſſit facere, vt non fuerit, & ideo dici ſolet, ad præteritum nullam eſſe potentiam: at verò quantùm ad præſens, non eſt ſimile, quia poteſt res præſens deſinere eſſe. & per hoc remanet probatum antecedens illud: Deus neceſſariò præſciuit ab æterno Petrum peccaturum. Modò probanda eſt conſequentia quæ erat hæc, ergo Petrus neceſſariò peccabit. hæc autem conſequentia poteſt habere duplicem ſenſum; primus eſt, vt intelligatur de neceſſitate conſequentiæ, & in hoc ſenſu certum eſt conſequentiam eſſe neceſſariam, ſed hæc neceſſitas non facit ad propoſitum, quia non tollit, vt falsò aliqui ex aduerſariis minus cautè opinati ſunt, contingentiam ſimpliciter, & libertatem à cauſa, eſt enim neceſſitas conſequens, vt ſæpè dictum eſt, ſicut cùm Paulus videt Petrum ſedentem, valet conſequentia, ergo Petrus ſedet: non tamen viſio Pauli neceſſitat Petrum ad ſedendum, ſed potiùs viſio Pauli ſubſequitur ſeſſionem Petri. Secundus ſenſus eſt, vt intelligatur de neceſſitate conſequētis: per quam tollitur contingentia ſimpliciter, ſeu indifferentia à cauſa, ita vt nō ſit ampliùs in libera poteſtate cauſæ, vt ſit operatura, vel non operatura, & iuxta hunc ſecundum ſenſum inferunt aduerſarij doctiores ex illo antecedenti conſequentiam, & probant tripliciter. Primò, quia ſuppoſitio, ſeu cōmpoſitio antecedens, independens à libera voluntate eius, in quo ponitur, infert neceſſitatem abſolutam, quæ dici ſolet neceſſitas conſequentis: at verò cùm componitur præſcientia Dei cum peccato Petri, eſt compoſitio antecedens, & independens à voluntate Petri; eſt quidem antecedens, quia præſcientia Dei eſt ab æterno, & non expectat peccatum Petri, vt videat illud, imò potiùs præuenit ipſam voluntatem peccandi; independens autem, quia non eſt in voluntate Petri impedire præſcientiam Dei, cùm fuerit ab æterno, patet igitur ex illo antecedente, Deus præſcit Petrum peccaturum, inferri conſequens, ſcilicet, peccabit, tamquam neceſſarium non ſolùm neceſſitate conſequentiæ; ſed etiam neceſſitate conſequentis, & abſoluta: quare non eſt huic ſimile exemplum allatum, cùm Paulus, exempli gratia, videt Petrum ſedentem. nam licet in vtroque caſu ſit compoſitio extrinſeca, tamen in hoc compoſitio viſionis Pauli cum Petro ſedente eſt conſequens, vel ſaltem concomitans, & dependens à voluntate Petri. conſequens quidem, quando priùs tempore ſupponitur Petrus ſedere, concomitans autem, quando eſt in eodem inſtanti cum viſione Pauli, quòd autem ſit dependens probatur, quia pro illo inſtanti, in quo videt Paulus Petrum ſedentem, poterat non ſedere.

Argumentū quo probatur per præſcientiā Dei tolli omnino contingentiā, & libertatem à cauſa.

Ad præteritū nulla eſt potentia.

Neceſſitas conſequentiæ non tollit libertatem.

Secundò probatur conſequentia, in nullius poteſtate eſt, nec ipſius quidem Dei: vt ſcientia ipſa Dei mutetur de vera in falſam; tollitur igitur poteſtas à cauſa creata, vt non ſit operatura talem effectum, quia alioquin eſſet poteſtas in creatura ad mutandum ſcientiam Dei de vera in falſam. Tertiò probatur eadem conſequentia, antecedens eſt abſolutè neceſſarium; quia non manet in poteſtate creaturæ, nec ipſius Dei, vt illa præſcientia iam reducta ad actum non fuerit: ergo & conſequens non eſt amplius in poteſtate operantis; quia ſi eſſet in poteſtate operantis non operari, iam in poteſtate etiam ipſius eſſet, vt Deus non præſciuerit, & ſic daretur potentia ad præteritum, quod eſt impoſſibile.

In nullius poteſtate mutare ſcientiam Dei.

Ad hanc ſecundam difficultatem reſpondent primò aliqui concedentes ſequelam maioris, ſcilicet per præſcientiam Dei tolli omnino contingentiam ab obiecto, concedunt etiam in Deo non eſſe præſcientiam futurorum, propter abſurdum ibi allatum. & hi quidem conſequenter loquuntur, errant tamen in concedendo illam ſequelam maioris, vt infrà oſtendetur in ſolutione argumenti. Alij verò concedentes ſequelam Maioris, negant inde inferri non dari præſciētiam futurorum in Deo, ſed hi non conſequenter loquuntur propter abſurdum ibi allatum; quia ſuppoſita ſequela Maioris, quòd ſcilicet per talem præſcientiam omnino tollitur contingentia, & libera poteſtas à cauſa, ſequitur, vt ibidem probatum eſt, ſcientiam Dei deſtruere veritatem ſui ipſius. Sed poſſent fortè acutè dicere, hoc abſurdum non ſequi; diſtinguendo in Deo tria ſigna, ita vt in primo ſigno Deus cognoſcat futurum contingens, vt contingens, in ſecundo ſigno, præſuppoſita præſcientia, habita in ſuperiori ſigno, illud obiectum contingens mutetur in neceſſarium. In tertio ſigno cognoſcatur obiectum illud vt neceſſarium: ſed hæc ſignorum diſtinctio nihil facit. nam hæc propoſitio, futurum contingens eſt futurum, eſt propoſitio æternæ veritatis: quare pro quocumque ſigno debet eſſe vera, præſertim in caſu difficultatis, in quo ſuppoſitio præſcientiæ ſubſequitur rem futuram contingentem; ideo enim Deus, vt infrà probabitur, in primo ſigno cognoſcit futurum contingens, quia eſt futurum contingens. Quare non poteſt talis ſuppoſitio conſequens mutare obiectum ſimpliciter contingens in neceſſarium ſimpliciter, ſeu ex ſuppoſitione antecedenti, ita vt omninò tollatur contingentia, & libera poteſtas à cauſa, ſed tantùm facit obiectum neceſſarium ſecundum quid ex ſuppoſitione, ſcilicet, extrinſeca conſequenti, ſicut in

8\. *Prima reſpōſio ad ſecundam difficultatem.*

Signorum diſtinctio nihil facit.

Digitized by Google

in propoſitione de præſenti, dum Paulus videt Petrum ſedentem, neceſſariò Petrus ſedet ſuppoſita viſione Pauli, quæ conſequitur ipſam ſeſſionem Petri, & hanc neceſſitatem ex ſuppoſitione conſequenti probat ad ſummum illa diſtinctio trium ſignorum.

9. Secunda & verior reſp. veterũ Scholaſticorũ ad ſecundam difficultatẽ.

Quare ad hanc ſecundam difficultatem reſpondetur communiter concedendo, ſequi ſcilicet ex illa ſequela maioris illud abſurdum allatum, ſcilicet, ſcientiam Dei deſtruere ſeipſam. Sed negando ſequelam illam maioris ex præſcientia, ſcilicet Dei tolli omninò contingentiam ab obiecto, & libertatem à cauſa; tota autem difficultas ſita eſt in ſolutione argumenti, quod ad hanc ſequelam maioris probandam allatum eſt, erat autem huiuſmodi. Deus neceſſariò præſciuit Petrum peccaturum, ergo Petrus neceſſariò peccabit neceſſitate non ſolùm conſequentiæ, ſed etiam conſequentis, antecedens, & conſequentia probata ſunt ſuprà ex multis capitibus.

Bonau. Rich. Alber. Duraud. Marſ. Ochã. Gabr. Vega. Ferrar. Dried.

Ad quod argumentum communiter reſpondent veteres Doctores Scholaſtici, in 1. diſt. 38. Bonauentura quæſt. 2. Richardus q. 6. ad 7. Albertus art. 4. Durand. q. 3. Marſil. quæſt. 40. ad 4. & 5. Ocham q. 1. Gabriel q. 1. art. 1. Gregorius qu. 2. art. 3. Quos ſequuntur aliqui Recentiores, Vega in Trid. quæſt. 2. cap. 7. & lib. 2. cap. 22. Ferrarienſis 1. cont. Gent. cap. 67. Driedo de concord. 2. part. cap. 2. & 3. & alij negando, ſcilicet, antecedens illud Deus ſciuit Petrum peccaturum, eſſe neceſſarium; ſed dicunt eſſe ſimpliciter contingens, ſic etiam conſequens: in libera enim poteſtate Dei, & creaturæ ſitum erat, vt Deus non ſciret, quod ſcit, ſiue quia Deus noluiſſet concurrere cum Petro ad actum peccati; ſiue quia ipſe Petrus noluiſſet peccare, imò addunt aliqui modò etiam in poteſtate Dei, & Petri eſſe, vt Deus non ſciat illud, ſi Deus, ſcilicet, nollet concurrere, vel ſi Petrus nollet peccare, quia ſemper manet tum in poteſtate Dei non concurrere, tum in poteſtate Petri non peccare, vſque dum non eſt talis poteſtas reducta ad actum.

Defenditur ab auctore hęc reſp veterũ Schol-

Sed hæc ſolutio veterum Scholaſticorum communiter impugnatur à recentioribus, quia ſequeretur, inquiunt, ad præteritum dari potentiam: quod falſum eſſe probatur in argumento facto, & oſtendimus in quæſtione philoſophica, & peculiariter in Deo falſum eſt propter eius immutabilitatem.

Aliqua notantur pro defenſione reſponſionis veterũ Scholaſt. *Futurum contingens non ideo eſt futurũ quia ſcitur à Deo.* Beda.

Sed mihi videtur hæc communis veterum Scholaſticorum reſponſio tangere radicem ſolutionis huius ſecundæ difficultatis. Ad explicationem autem ſciendum eſt primò futurum cõtingens, non ideo eſſe futurum, quia ſcitur à Deo, ſed è conuerſo: quia futurum eſt, ſcitur à Deo, quare præſcientia ſupponit futurum: non poteſt igitur ſcientia Dei, nec in ſecundo ſigno mutare naturam obiecti, vnde optimè dixit Beda in 8. tom. lib. quæſt. q. 3. *quid ergo? cogit nos Deus aut malis ſibi videremur ab æterno? abſit, ſed nos potius cogimus Deum, vt nos malos videret, ſicut ſi video: inquit, iacentem neceſſitas ei non infertur à viſu meo, vt iaceat, ſed potius à iacente infertur mihi neceſſitas, vt videam*, idem dicit Auguſt. lib. 3. de lib. arb. cap. 7. Chryſoſt. hom. 60. in Matt. cap. 18. ſuper illa verba (*væh mundo à ſcandalis*) Auguſtinus 4. de ciuit. cap. 10. Cyrillus lib. 9. in Ioan. ca. 10. alij apud Valdenſem primo doctrinalis fidei art. 1. cap. 16. Nec obſtat, ſi dicatur in oppoſitum, quòd cùm video iacentem, expectat viſio mea ipſum iacentem: at verò ſcientia Dei non expectat: ſed potiùs antecedit, & cùm ſit extrinſeca ſuppoſitio videtur imponere neceſſitatem rei futuræ ſcitæ; facilè

Auguſt. Chryſ. Matth. 18. Cyrill. Vald. Replica. *Scientia Dei non expectat, ſed antecedit futurum.* Solutio.

A enim huic inſtantiæ occurritur, quòd etiam ſcientia Dei expectat rem: nam in priori ſigno intelligitur res futura, & in ſecundo intelligitur ſcientia: quia, vt dictum eſt, res futura ordine cuiuſdam cauſalitatis præcedit ſcientiam Dei, imò nec duratione ſcientia Dei antecedit rem futuram, quamuis enim ſcientia Dei præcedat in tempore rem præſentem, & actu exiſtentem, non autem futuram, vt futuram, quia futurum vt ſic, eſt coæternum ſcientiæ Dei: ſed quia poſſet aliquis dicere hinc ſequi; primò poſſe dari potentiam ad præteritum, Deum ſcilicet præſciuiſſe Petrum peccaturum, vt non fuerit præteritum: quod quidem eſt impoſſibile, vt ſuprà dictum eſt. Sequela probatur, quia in cauſa remanet adhuc contingentia, & potentia libera ad faciendum, & B non faciendum, ergo ad faciendum, vt Deus non præſciuerit. Secundò ſequeretur, quòd Deus præſcit id poſſe non eſſe, & conſequenter Dei ſcientiam eſſe fallibilem, & mutabilem.

Res futura ordine cuiuſdã cauſalitatis præcedit ſcientiam Dei.

10. 2. Not. *Duplex eſt neceſſarium, quoddam ſimpliciter aliud ex ſuppoſitione.*

Ideo ſecundò ſciendum eſt, duplex eſſe neceſſarium, vt ex quæſtione philoſophica colligi poteſt, quoddam ſimpliciter, quòd, ſcilicet, in extrinſecis principiis ſuis eſt tale, exempli gratia, quòd homo ſit rationalis, vel riſibilis, quoddam ex ſuppoſitione, ſcilicet ab aliqua forma extrinſeca, ſuperaddita, & hæc duplex, vel ex ſuppoſitione antecedenti, ſicut aquam calidam calefacere: vel ex ſuppoſitione conſequenti, quòd ſcilicet conſequitur factum, ſicut dum res eſt, neceſſariò eſt: dicitur autem conſequens, quia ante compoſitionem, ſeu ſuppoſitionem concipitur iam res, ſicut patet in exemplo allato: C dum res eſt, neceſſariò eſt, & in hoc alio exemplo, dum video Petrum iacentem, neceſſariò iacet: viſio enim verè ſequitur rem viſam: ſed prior compoſitio dici poteſt intrinſeca reſpectu poſterioris, quãuis vtraque ſit compoſitio: & neceſſitas extrinſeca, quatenus non eſt ex intrinſecis principiis, datur etiã alia neceſſitas conſequens abſoluta, quæ tantùm eſt in propoſitione de præterito in materia contingenti, exempli gratia, Petrus peccauit, licèt enim hæc propoſitio ſimpliciter ſit contingens, quia pendet à veritate propoſitionis de præſenti, ſcilicet, Petrus peccat, tamen talis propoſitio eſt neceſſaria neceſſitate abſoluta propter duo. Primùm, quia propoſitio de præterito, ſi ſemel eſt vera, ſemper eſt vera, D quia ad præteritum non datur potentia, quæ poſſit facere, vt non ſit præteritum, non ſic autem propoſitio de præſenti, vel de futuro, quia cùm res exiſtens poſſit deſinere, deſinet etiam veritas propoſitionis de præſenti, & cùm res futura eſt reducta ad actum, deſinit veritas propoſitionis de futuro. Secundùm, quia propoſitio de præterito, eſt neceſſaria nulla facta compoſitione, nec extrinſeca, nec intrinſeca: at propoſitio de præſenti, vel de futuro in materia contingenti, non eſt neceſſaria neceſſitate conſequenti; niſi facta compoſitione, vel intrinſeca, vel extrinſeca: quamuis autem hęc neceſſitas propoſitionis de præterito ſit abſoluta propter illa duo, non tamen eſt abſoluta antecedens, ſed conſequens. pendet enim à veritate propoſitionis de E præſenti, & ideo, vt ſuprà diximus, eſt ſimpliciter contingens. Nos igitur non negamus ex præſcientia Dei oriri in re ſcita neceſſitatem quandam conſequentem, tamquam ex propoſitione conſequenti, neque propoſitionem de præterito eſſe neceſſariam abſolutè, ſed tantùm negamus huiuſmodi neceſſitatem tollere contingentiam ſimpliciter, & liberam poteſtatem à cauſa, quia potiùs eſt neceſſitas facti, quàm cauſę: conſequitur enim factum, vnde in huiuſmodi propoſitionibus proprius modus loquendi eſt is,

Propoſitio de præterito ſi ſemel eſt vera ſemper eſt vera.

Ex præſcitia Dei oritur quędam neceſſitas, ſed ea nõ tollit contingẽtiam nec libertatem.

Primus modus loquẽdi in propoſitionibus de futuro.

Digitized by Google

Auguſt. Anſelm.

eſt is, quem ſignificat Auguſt. lib. de correct. & gratia cap. 7. & Anſelm. loco citato, quãdo ſcilicet contingentia cadit ſupra cauſam, exempli gratia, poteſt homo non peccare, etiam ſi præſciuerit Deus eum peccaturum.

2. Modus.

Admitti etiam poteſt alius modus loquendi, quãdo neceſſitas cadit ſupra cauſam, exempli gratia, non poteſt homo non peccare, ſi Deus ſciuerit illum peccaturum; quia intelligitur in ſenſu compoſito, præſertim ſi poſſet eſt de præſenti. ſed melior eſt ille, vt dictum eſt, modus loquendi, quem ponit Auguſt. loco citato, ſi in loquutionibus de poſſibili ſignificetur contingentia, & libera poteſtas, exempli gratia, homo poteſt, vel potuit non peccare, quamuis Deus ſciat ipſum peccaturum.

11.

Scientia Dei eſt immutabilis, quãuis obiectum ſit mutabile.

Ex hoc notabili ſequens hanc neceſſitatem conſequentem eſſe ſufficientem; Primò, vt ſciẽtia Dei ſit immutabilis, quia numquam de facto mutabitur de vera in falſam, quamuis enim ex intrinſecis principiis habeat Deus, vt eius ſcientia non mutetur, & è contrario obiectum ad extrà, ſit mutabile ex principiis intrinſecis, tamen ſufficit, vt ſuppoſita ſcientia Dei cadens ſuper tale obiectum numquam de facto mutetur. Sic enim fiet, vt quod ſemel Deus ſciuerit, ſemper ſciat, & numquam eius ſcientia mutetur de vera in falſam. Secundò ſequitur eſſe ſufficientem ad ſaluandum, quomodo ad præteritum nulla detur potentia; nam impoſſibile eſt, vt de facto potentia non operatura ſit, id quod Deus præſciuit operaturam in tali differentia temporis, & conſequenter fit, vt ſit impoſſibile, vt Deus non præſciuerit id, quod præſciuit.

Compoſitio conſequens intrinſeca ſufficit ad ſaluandam certitudinẽ, & infallibilitatem ſciẽtiæ Dei

Tertiò ſufficit compoſitio conſequens intrinſeca, ſcilicet, quòd res futura neceſſariò ſit futura, ad ſaluandam certitudinem, & infallibilitatem ſcientiæ diuinę; quia talis compoſitio, & neceſſitas antecedit ſcientiam Dei, & res futura, vt ſic compoſita attingitur à ſcientia Dei.

12.

Reſp in forma ad ſecũdã difficultatem.

His poſitis reſpondetur ad ſecundam difficultatem in forma negando ſequelam illam maioris, quòd, ſcilicet, ſi Deus præſciret futurum contingens tolleretur contingentia ab obiecto, & poteſtas libera à cauſa, & ad probationem ipſius, cùm dicitur, Deus præſciuit neceſſariò ab æterno Petrum peccaturum: ergo Petrus peccabit neceſſariò. Reſpondetur, ſi conſequentia intelligatur de neceſſitate conſequenti, tranſeat, quia hæc, vt dictum eſt, non tollit contingentiam ab obiecto, nec poteſtatem liberam à cauſa: ſi verò intelligatur de neceſſitate abſoluta antecedenti, negatur conſequentia, & ad antecedens reſpondetur, negando Deum præſcire ab æterno futura contingentia neceſſitate abſoluta, ſeu antecedenti: & ad illa tria capita aduerſariorum quibus conabantur probare Deum neceſſariò neceſſitate abſoluta præſcire futurum, reſpondetur ſigillatim.

Deum nõ præſcit futura contingentia neceſſitate abſoluta, ſed conſequenti.

Ad primum caput reſpondetur, tantùm inferri in conſequenti neceſſitatem conſequentem; nam ſcientia Dei ſubſequitur rem futuram, & quodammodo expectat illam, vt in primo notabili probatum eſt.

Ad ſecundum caput de immutabilitate, patet ex dictis in ſecundo notabili circa finem, nimirum ad immutabilitatem ſcientię diuinæ ſufficere in conſequenti neceſſitatem conſequentem, ex compoſitione extrinſeca; Ad infallibilitatem autem ſufficere neceſſitatem conſequentem ex compoſitione intrinſeca.

Ad tertium caput de impotentia ad præteritum, patet etiam ex dictis in ſecundo notabili, nimirum, ſufficere hanc neceſſitatem conſequentem ad hoc, vt ad præteritum nulla detur potentia; ex dictis igitur patet bonam eſſe ſolutionem veterum ſuprà allatam, cùm negabant antecedens illud, ſcilicet, Deus præſciuit neceſſariò Petrum peccaturum, ſi intelligatur eo modo, quo intelligebant aduerſarij, de neceſſitate illa abſoluta, quæ eſt antecedens, ac proinde negabant conſequens ſequi neceſſarium neceſſitate antecedenti.

Examinatur reſponſio S. Thomæ ad hanc ſecundam difficultatem.

13.

PRIMA facie S. Thomas videtur eſſe contra reſponſionem à nobis ſuprà allatam, quam diximus eſſe veterum omnium ferè Scholaſticorum, præter paucos eximios recentiores; nam S. Thomas 1. par. quæſt. 4. art. 13. ad ſecundum reſpondet ad hanc ſecundam difficultatem propoſitam negando illam ſequelam maioris ex præſcientia, ſcilicet Dei tolli contingentiam ab obiecto: ad argumentum autem quod ad illam probandum factum eſt, ſcilicet, Deus præſciuit neceſſariò ab æterno Petrum peccaturum: ex quo inferebatur, quòd Petrus neceſſariò peccabit, reſpondet antecedens illud eſſe abſolutè neceſſarium.

Sententia D. Thomæ de hac difficultate.

Conſequens autem, ſcilicet, Petrus peccabit, habere eamdem neceſſitatem quatenus ſubeſt antecedenti, ſcilicet, ſcientiæ Dei; ſed conſideratum quatenus non ſubeſt antecedenti, non eſſe neceſſarium, reddit rationem, quia quoties in antecedente ponitur verbum ſignificans animæ operationem, aut voluntatis, aut intellectus: conſequens non eſt accipiendum ſecundum eſſe, quod res ipſa in ſe habet, ſed ſecundum eſſe, quod habet in anima, & dat exemplum: eo quod anima, inquit, intelligit ſine materia, ſequitur illud, quod intelligitur, eſſe ſine materia, ſi accipiatur quatenus eſt in intellectu, quia vt ſic, eſt ſine materia, intelligitur enim modo ſpirituali, per ſpeciem ſcilicet ſpiritualem: non autem eſt verum ſecundum eſſe, quod habet à parte rei.

14.

Impugnatur ſolutio S. Th. ab Arim.

Contra hanc ſolutionem arguit Ariminenſis loco citato. Primò impugnando doctrinam traditam circa antecedens. Secundò circa conſequens. Circa antecedens, falsò inquit conceditur antecedens illud, ſcilicet, Deus ſciuit Petrum peccaturum, eſſe neceſſarium abſolutè, quia eſt ſimpliciter, & abſolutè contingens. nam poterat Deus non ſcire, & in libera poteſtate ipſius Dei, & cauſæ creatæ ſitum erat, vt Deus non ſciret, vt ſuprà probatum eſt. Circa verò conſequens; primò impugnat dictum, ſecundò rationem. Dictum ſic impugnat. ſi in conſequenti inferatur, Petrum peccaturum, vt eſt in ſciẽtia Dei, & non eſt vt in re ipſa, eſſet inutilis conſequentia, & nugatoria propoſitio; nam eſſet idem dicere, ac dicere, hæc propoſitio, Petrus peccabit, eſt obiectiuè in mente diuina, quod eſt idem cum antecedenti, id eſt, Deus ſciuit Petrum peccaturum. Secundò benè inferimus, Deus cognoſcit hominem compoſitum ex materia, & forma, ergo verè homo eſt compoſitus ex materia, & forma, & ratio eſt, quia neceſſariò Deus cognoſcit rem, ſicuti eſt à parte rei, igitur ſemper bona eſt illatio ex cognitione Dei ad eſſe, quod res cognita habet in ſe. Tertiò, quia ex ſcientia non ponitur in cauſa neceſſitas abſoluta; quia ſcientia Dei ſubſequitur rem cognitam, atque adeo non poteſt tollere contingentiam ſimpliciter, & liberam poteſtatem à cauſa.

Rationem verò ſic impugnat; nam illa ratio valet in exemplo allato, quando res non affirmatur,

Digitized by Google

cùm enim Deus intelligit rem materialem modò immateriali per ſpeciem ſpiritualem, non affirmat rem cognitam à parte rei eſſe immaterialem, licèt vt habet eſſe in intellectu per ſpeciem ſpiritualem, recipiat modum quemdam immaterialitatis; qui quidem modus non affirmatur eſſe à parte rei, at in caſu noſtro affirmatur, & infertur Petrum peccaturum à parte rei. Sed his non obſtantibus reſponſio S. Thomæ, ſi benè intelligatur cohæret cum reſponſione noſtra, quam eſſe veterum Scholaſticorum ſuprà probauimus, quod autem S. Thomas idem ſentiat, patebit ex ſolutione, quam afferemus ad inſtantiam factam ab Ariminenſi contra hanc reſponſionem S. Thomæ, ſed oportet priùs examinare ſolutiones aliorum Thomiſtarum ad eamdem inſtantiam.

Defenditur S. Thom. ſolutio.

15.

Prima ſolutio Ferrar. ad inſtantiã Arimin. impugnatur.

Ferrarienſis primò contra gent. cap. 67. quem ſequuntur aliqui recentiores, reſpondet ad inſtantiam Ariminenſis, quod illud antecedens, ſcilicet, Deus ſciuit Petrum peccaturum, dicitur à S. Thoma abſolutè neceſſarium, non quatenus eſt neceſſarium ex principiis intrinſecis, quia hoc modo eſt falſum; nam propoſitio de præterito ſupponit propoſitionem de præſenti, quæ non eſt neceſſaria ex connexione terminorum in materia contingenti; ſed dicitur abſolutè neceſſarium: quatenus non refertur ad aliud, ſicut refertur neceſſitas conſequentis ad antecedens, quatenus ſcilicet, conſequens ſubſtat antecedenti. Sed hæc doctrina Ferrarienſis, licet ſit vera, tamen non omninò ſoluit difficultatem; quia T.Dhomas dicit conſequens habere eamdem neceſſitatem, quam habet antecedens, & tamen, ſi intelligatur neceſſitas eo modo in antecedenti, quo intelligit Ferrarienſis, repugnat illam habere conſequens, ex eo, quia ſubſtat antecedenti, eſt enim implicantia in adiecto; quòd ſcilicet conſequens referatur ad antecedens, & quòd habeat neceſſitatem abſolutam, quam habet aatecedens.

16.

2. Solutio Caiet. ad inſtantiam Arim,

Secundò reſpondet Caietanus 1. par. q. 14. ar. 13. ad ſecundum, quem ſequuntur recentiores, illud antecedens, ſcilicet, Deus præſciuit Petrum peccaturum, dici abſolutè eſſe neceſſarium, quatenus, vt dictum eſt ſuprà. Propoſitio de præterito, ita eſt vera, vt numquam poſſit eſſe falſa, quod non eſt ſimile in propoſitione de præſenti, quæ poteſt deſinere, nec eſt ſimile in propoſitione de futuro, cuius veritas ceſſit, cùm effectus eſt reductus ad actú. Sed hæc interpretatio non omninò ſatisfacit; nam D. Thomas dicit conſequens. vt ſubſtat antecedenti, habere eamdem neceſſitatem antecedentis, non poteſt autem conſequens habere eamdem neceſſitatem, etiam vt ſubſtat antecedenti, quam habet antecedens, quia propoſitio de futuro, quæ enunciat conſequens, cùm eſt reducta ad actum, eſt falſa pro illo inſtanti præſenti, & etiam ſequenti tempore; ſed propoſitio de præterito, quæ enunciat antecedens in quolibet inſtanti, quod etiam admittit Caietanus, eſt vera; hæc ſcil. Deus ſciuit Petrũ peccaturũ.

Impugn. ſolutio Caiet.

Defenditur S. Thomas.

Quare tertiò reſpondeo, ſeu explico ſolutiones Ferrarienſis, & Caietani, D. Thomam poſſe interpretari, quòd illud antecedens ſit neceſſarium abſolutè: ſcilicet Deus præſciuit Petrum peccaturum, quatenus propoſitio de præterito eſt neceſſaria ſine compoſitione ſui ipſius, vt dictum eſt ſuprà: at verò propoſitio de præſenti, vel de futuro eſt neceſſaria, quando fit, vel compoſitio intrinſeca ſui ipſius, v.g. res dum eſt, non poteſt non eſſe, & res futura neceſſariò eſt futura, vel quando fit compoſitio extrinſeca, v.g. dum video Petrum iacentem, neceſſariò iacet, & dum Deus ſcit Petrum peccaturum, neceſ-A ſariò peccabit; & in hoc ſenſu conſequens habet eamdem neceſſitatem, quam habet antecedẽs, quatenus conſequens ſubſtat antecedenti, id eſt, ſicut antecedens eſt neceſſarium neceſſitate conſequenti ſine vlla compoſitione intrinſeca, ita conſequens habet eamdem neceſſitatem conſequentem, vt ſubſtat antecedenti, facta ſcilicet compoſitione extrinſeca ſcientiæ Dei cum re futura; non quòd conſequens habeat neceſſitatem abſolutè, ſicut antecedens, ſed eamdem, id eſt, ſicut antecedens eſt neceſſarium neceſſitate cõſequenti, ſic conſequens eſt neceſſarium neceſſitate cõſequenti, & in hoc ſtat paritas: ſed eſt differentia, quia neceſſitas conſequens B in antecedenti eſt ſine vlla compoſitione, vt explicatum eſt, & ideo dicitur antecedens abſolutè neceſſarium, neceſſitas autem conſequens in conſequenti non eſt abſoluta, ſed quatenus, vt ſe ipſum explicet D. Thomas ſubſtat antecedenti, id eſt, facta compoſitione extrinſeca ſcientiæ Dei cum conſequenti, quod idem dixerat Auguſtinus contra Fauſtum loco ſuprà allegato loquens de compoſitione conſequenti intrinſeca rei futuræ, *tam*, inquit, *non poſſunt futura non fieri, quam non fuiſſe facta præterita.*

Auguſt.

Soluitur impugn. Arim. contra conſequens S. Thom. & primo cõtra dictum.

Ad impugnationem verò factam ab Ariminenſi contra dictum S. Thomæ reſpondetur intelligi conſequens in re ipſa, ſcilicet, Petrus de facto in re ipſa C peccabit neceſſariò neceſſitate, quæ oritur ex compoſitione peccati cum ſcientia Dei: ad impugnationem verò rationis à S. Thoma allatæ, dicimus rationem illam bonam eſſe. nam ſolùm facit ſenſum, rem in intellectu recipere quemdam modum diuerſum à modo eſſendi in re, & ad hoc adducitur à S. Thoma exemplum de re intellecta, quæ ex modo intelligendi, ſcilicet per ſpeciem ſpiritualem recipit eſſe immateriale in intellectu, quem modum non habet in ſe: ſic etiam res futura contingens ratione compoſitionis ipſius cognitionis cum re futura, vt cognita recipit modum quẽdam neceſſitatis; quem in ſe conſiderata res illa non habet. Quòd ſi quis quærat, cur modus neceſſitatis, qui oritur ex compoſitione ſcientiæ Dei affirmatur de re futura à D parte rei, non autem modus immaterialitatis de re materiali cognitâ. Reſpondetur, quamuis ratio diſparitatis non tangatur à D. Thoma hîc, ea autem eſt, quia ex ipſa intellectione non reſultat à parte rei in ipſo obiecto modus aliquis immaterialitatis, ſed ipſum obiectum dicitur in intellectu habere eſſe immateriale non vt quod, ſed vt quo, quatenus ſpecies illius habet eſſe immateriale: at verò modus neceſſitatis reſultat extrinſecè in re ipſa ex compoſitione præſcientiæ cum re præſcita: eſt enim impoſſibile à parte rei effectum non fieri, ſuppoſita extrinſeca compoſitione præſcientiæ Dei cum re præſcita. Et hæc reſponſio coincidit cum reſponE ſione eiuſdem D. Thomæ ibidem ad tertium, cùm dixit hanc propoſitionem, omne ſcitum à Deo, eſt neceſſarium, eſſe veram, ſi intelligatur de neceſſitate dicti, & in ſenſu compoſito; quia facta compoſitione ſcientiæ infallibilis Dei cum re futura, verum eſt dicere rem illam neceſſariò futuram, eſſe verè falſam, ſi intelligatur de neceſſitate rei in ſenſu diuiſo; quia res, quæ ſcitur, non eſt in ſe neceſſaria, ſed contingens: patet igitur reſponſionem Diui Thomæ ad argumentum, cohærere cum reſponſione priùs à nobis aſſignata; iuxta communem veterum Scholaſticorum; negando, ſcilicet, Antecedens eſſe neceſſarium neceſſitate antecedenti; ſed vtrumque tam antecedens, quàm conſequens, eſſe neceſſarium neceſſitate conſequenti ſeu conſequentiæ: ſimpliciter autem eſſe vtrumque contingens.

Quæſitum.

Cur modus immaterialis non affirmatur de re materiali cognita.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO SECVNDA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia ſecundi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, modus cognoſcendi futura contingentia in Deo, ſit in ipſa entitate futurorum, quam habitura ſunt in tempore.

1\. PRIMA ſententia eſt Nominalium Ocham, Gabrielis, & Gregorij in primo diſtinct. 38. aſſerentium non poſſe intellectum humanum explicare modum, quo Deus cognoſcat futura contingentia.

2\. Sed hæc ſententia non placet, quia eſt contra communem Doctorum, & nos infrà oſtendemus modum, præſertim in ſeptima noſtra ſententia.

2\. Sententia. Secunda ſententia eſt aſſerentium poſſe cognoſci rem futuram à Deo in ipſa voluntate humana, præſuppoſitis omnibus prærequiſitis ad operandum, tamquam in cauſa proxima eſt Durandi, & Argentinæ locis citatis.

Durand. Argent.

3\. Impugnatur S. Thom. Caie. Ferrar. Scot. Capr. Recent.

Impugnatur hæc ſententia ex communi doctorum S. Thomæ part. 1. quæſt. 14. artic. 13. Caietani, Ferrarienſis, Scoti, Ocham; Capreoli, & Recentiorum, vel voluntas eſt cauſa indifferens ſiue ad producendum effectum futurum contingentem, ſiue ad non producendum, vel eſt neceſſaria, & determinata ad vnum. Si primo modo non poteſt cognoſci effectus futurus contingens, cùm talis effectus non magis habeat eſſe determinatum in cauſſa, quàm non eſſe: ſi verò cauſa eſt determinata ad vnum, non ſumus in caſu quæſtionis, quia iam effectus non eſt contingens, & liber, de quo loquimur, & quem ſupponimus.

4\. 1. Reſp. aduerſariorũ.

Sed aliqui ex aduerſariis reſpondent ad hanc impugnationem factam. Primò poſſe dari quidem cauſam indifferentem, vt dicitur in antecedenti; ſed quia hæc cauſa eſt infallibiliter operatura propter proportionem, & commenſurationem voluntatis cum obiecto, ideò non ſequitur, quòd effectus contingens nõ ſit cognoſcibilis in voluntate ipſa. Quòd verò detur cauſa indifferens, & infallibiliter operatura; probatur primò, quia poteſt dari obiectum ita proportionatum, & commenſuratum cum voluntate, & poſſunt etiam auferri omnia alia impedimenta extrinſeca, & impediri intellectus per potentiam diuinam, ne aliud obiectum repræſentet ſub ratione boni, nec ipſam ſuſpenſionem actus; in quo caſu intrinſecè remanet ipſa voluntas indifferens, quia obiectum non eſt neceſſitans, & tamen infallibiliter operabitur effectum. Secundò vt dictum eſt, propter commenſurationem obiecti cum potentia. Tertiò, quia omnia alia extrinſeca impedimenta ſunt ſublata, quæ poterant voluntatem impedire, ne ad hoc obiectum inclinetur. In hac igitur commenſuratione infallibiliter cognoſcetur futurus effectus contingens.

5\. Inſtatur cõtra reſponſionem.

Sed contrà, vel illud obiectum determinat phyſicè obiectiuè; ita vt implicet contradictionem, voluntatem non eſſe operaturam, ſicut eſt Deus clarè viſus in patria, qui repræſentatur ſub omni ratione boni, & hoc præterquam quod dici non poteſt de obiecto creato; tamen etiam ſi per impoſſibile daretur, non eſſemus in caſu, quia effectus futurus non eſſet contingens, vel determinat vt ipſi volunt, moraliter; quatenus tollerentur omnia impedimenta, & impediretur ipſe intellectus ad non aduertendum ad aliam rationem boni, quæ eſſet in obiecto, & tunc inſtatur contrà. Primò, quia ſaltem voluntas ſine alio iudicio practico poſſet ſuſpendere actum negatiuè ex parte actus, cùm in obiecto non videat omnem rationem boni. Secundò, quia non ſemper hoc modo proponitur obiectum, in quo caſu quæritur, quomodo cognoſcatur futurum contingens.

Inſtatur cõtra determinationẽ moralẽ. Primò

Tertiò conceſſo, quòd voluntas non poſſit ſuſpendere actum, & quòd obiectum ſemper hoc modo proponatur, adhuc non poſſet Deus intueri effectum contingentem futurum in illa propoſitione, & commenſuratione potentiæ cum obiecto. Et ratio eſt manifeſta, quia iudicium Dei eſt ita certum, & infallibile, vt oppoſitum implicet contradictionem, at in tali caſu, in quo neceſſitas, & determinatio eſt moralis, non implicat contradictionem voluntatem non eſſe operaturam, licèt de facto ſit operatura, quia neceſſitas eſſet potiùs conſequens factum, quàm antecedens.

6\. 2. reſponſio

Secundò, alij grauiſſimi, & doctiſſimi auctores reſpondent voluntatem prædeterminari efficienter phyſicè ad vnum in ſenſu compoſito, in ſenſu autem diuiſo, manere indifferentem; quare poteſt Deus videre in ipſa cauſa prædeterminata effectum contingentem futurum, & hi quidem optimè ſaluant modum cognoſcendi huiuſmodi futura, ſuppoſita hac prædeterminatione.

7\. Sed non eſt modò diſputandum de hac reſponſione: inuoluit enim controuerſiam de efficacia gratiæ, quæ agitatur apud ſanctiſſimum Dominum: dicam tantùm vnum, quòd ſaltem hi, qui non tenent prædeterminationem phyſicam ad actus malos, vel ad materiale peccati, ad quod conſequitur neceſſariò malitia, debent aſſignare modum, quo Deus cognoſcat ipſos actus malos. Quòd ſi reſpondeant cognoſci à Deo actum malum in ipſa negatione prædeterminationis, quia ſecundum regulam Logicorum, ſicut affirmatio eſt cauſa affirmationis, ita negatio eſt cauſa negationis. Contra inſtatur: quia ex negatione prædeterminationis ſolùm ſecundum regulam allatam inferri poteſt voluntatem non conſentire vocationi, non autem actu poſitiuo diſſentire, & de hoc actu malo eſt ſermo.

Sicut affirmatio eſt cauſa affirmationis: ita negatio negationis.

Impugnatur 3. ſententia.

Tertia ſententia eſt Richardi & Scoti, aſſerentium Deum præcognoſcere huiuſmodi futura in decreto ſuæ diuinæ voluntatis.

8\. Gregor. Gabriel. Ocham.

Hanc tertiam ſententiam impugnant primò Gregorius diſtinctione 38. quæſt. 2. articul. 2, Gabriel, & Ocham in 1. diſtinct. 38. quæſt. 1. quia daretur in Deo inſtantia prioris, & poſterioris: in priori enim inſtanti eſſet in Deo decretum, quod eſt ratio cognoſcendi futura; & in poſteriori eſſet ſcientia viſionis ipſorum, quia talis ſcientia intelligitur ſubſequi decretum: ſed dare huiuſmodi inſtantia in Deo exiſtimant eſſe abſurdum. Sed hæc impugnatio facilè ſoluitur, negando hoc eſſe abſurdum, quia hæc prioritas, & poſterioritas, vt infrà probabitur, ſunt in ipſis obiectis, & non in Deo.

Vide infrà hic & in 1. Coroll. Secunda impugnatio confutatur.

Secundò impugnant alij, quia hoc decretum, inquiunt, addit ſupra diuinam voluntatem ſolum reſpectum rationis, cuius fundamentum non eſt ipſa Dei volitio, ſed res, quæ eſt futura: quare priùs deberet cognoſci res futura, quàm talis reſpectus, & ſic non poſſet talis reſpectus eſſe medium, in quo

Digitized by Google

in quo cognoſcatur tes futura.

Sed hæc impugnatio confutatur; Primò, ſi teneatur ſecundum doctrinam Caietani, volitionem liberam in Deo, addere aliquod poſitiuum reale ab æterno, tunc dici poſſet, quòd in illo cognoſcatur res futura ab æterno, tamquam in medio in quo. Secundò confutatur etiamſi teneatur, quod verius eſt, addi tantùm reſpectum rationis, quia dici poſſet, quòd res futura cognoſcatur in ipſa Dei volitione, quæ ſicut eſt ſufficiens propter ſui infinitatem, vt extendatur ad obiectum ad extra ſine aliquo ſuperaddito: ſic etiam eſt ſufficiens ratiò, vt in illa tamquam in medio, in quo cognoſcatur obiectum ad extra, quod eſt effectus futurus contingens. Quo modo autem volitio illa diuina, cùm ſit actus neceſſarius, poſſet eſſe fundamentum ſufficiens ipſius reſpectus rationis ad rem liberam, dicetur fusè in quæſtione ſexta philoſophica, Corollario ſecundo. Tertiò ſi dicatur cum Richardo, huiuſmodi decretum non eſſe medium, in quo cognoſcatur res futura, ſed tantùm eſſe cauſam, ex qua Deus cognoſcit futura ſimpliciſſimo quodã modo ex parte Dei cognoſcentis, ſed virtuali diſcurſu incluſo in obiecto; hoc modo, Quicquid Deus vult, erit, Hoc Deus vult, ergo erit. faciliùs dici poſſet, Deum poſſe cognoſcere huiuſmodi futura in ſuo decreto, ſeu ex ſuo decreto, quia verè illa vult vitaliter, quicquid ſit de modo volendi, quod clariùs patebit ex his, quæ dicemus in quæſtione ſexta philoſophica, Corollario citato.

9. *Vera impugnatio huius 3. ſententiæ.*

Impugnatur igitur tertiò, non poſſe nimirum Deum cognoſcere effectum futurum contingentem in ſuo decreto, quia vel hoc eſt prædefinitiuum, vel tantùm dandi concurſum, qui ex parte Dei requiritur ad actum. Si primo modo, debet tale decretum, vt patet, habere infallibilem connexionem cum influxu cauſæ ſecundæ: ſed hęc connexio, vel fundatur in cauſalitate, qua Deus ad extrà prædeterminat voluntatem ad eliciendum actum; vel fundatur in præſcientia conditionalium. Si fundatur in cauſalitate, optimè ſaluatur quomodo Deus in ſuo decreto præcognoſceret futurum, ſed vt dixi paulò ſuperius de hac materia hîc non eſt diſputandum, ſed ſaltem, vt ibidem probatum eſt, qui non tenent prædeterminationem phyſicam ad actum malum, non poſſunt commodè ſaluare, quomodo Deus cognoſcat hunc actum in ſuo decreto.

10. Si verò fundatur in præſcientia conditionalium: contrà, etiam admiſſa hac pręſcientia non poſſet adhuc ſaluari quomodo Deus cognoſcat huiuſmodi futura in ſuo decreto. nam vel cognoſceret, vt aliqui recentiores exiſtimant, in decreto conditionali, & contrà, quia decretum illud conditionale non includit concurſum ſe ſolo ſufficientem ad actum, cùm adhuc relinquat voluntatem humanam indifferentem ad influendum & non influendum; neque (vt alij iuniores exiſtimant) cognoſci poteſt in decreto abſoluto. nam decretum abſolutum nihil aliud efficit, niſi purificare conditionem, qua purificata effectus, qui antea cognoſcebatur futurus ſub conditione, factus poſtea per decretum abſolutus, ac determinatus, cognoſcitur abſolutè: ergo ſicut dum adhuc non erat impleta conditio, cognoſcebatur effectus in ſe ipſo ſub conditione: ſic etiam poſt impletam conditionem, dicendus eſt cognoſci in ſe ipſo abſolutè. Poſſet tamen aliquo modo dici, cognoſci etiam in decreto abſoluto, non quia non cognoſcatur in ſeipſo, vt probatum eſt, ſed quia per decretum abſolutum purificatur, & adimpletur conditio, & hoc modo iuxta hanc opinionem intelligi poſſet Hilarius lib. 9. de Trin. cùm dixit, *quod ea, quæ Deus facere decreuit, in ſua voluntate cognoſcit*, & præterea verificari poſſent, quæ habentur in Scripturis, quòd nemo poteſt voluntati Dei reſiſtere.

Quomodo futura cognoſcuntur à Deo in ſuo decreto. *S. Hilar.* *Deus ea, quæ facere decreuit, in ſua voluntate cognoſcit.*

11. Si verò decretum ſit ſecundo modo, ſcilicet dandi concurſum, qui requiritur ad hoc, vt voluntas humana influat in actum liberum, tunc duplici ratione arguitur, non poſſe eſſe rationem ſufficientem ad cognoſcendum effectum futurum contingentem, primò arguunt, quia voluntas Dei non determinatur ad hunc concurſum, ſed eſt parata ad dandum alium concurſum circa oppoſitum, vel alium actum bonum, ſiue admittatur ſcientia conditionata, per quam cognouerit voluntatem humanam ſe fore determinaturam ad hunc actum cum tali concurſu, ſiue non. hoc enim (inquiunt) requirit natura voluntatis humanæ, quæ non ſolùm debet eſſe indifferens quo ad exercitium, ſed etiam quo ad ſpecificationem. Secundò, arguo quia voluntas diuina reſpectu illius concurſus, quem de facto determinatè præſtat ad actum faciendum, adhuc non eſt ratio ſufficiens, vt effectus futurus cognoſcatur in tali decreto, quia in hac opinione, talis Dei concurſus non præcedit cauſalitate concurſum voluntatis humanæ, ſed illum concomitatur, vel ſubſequitur.

12. *Aſſeritur quarta ſententia Bonauenturæ & Durandi, & impugnatur.*

Quarta ſententia eſt Bonauenturæ, & Durandi, aſſerentium effectum futurum contingentem cognoſci à Deo in ſuis Ideis. Sed contra hunc modum ſic arguitur: Vel Idea eſt conceptus obiectiuus, ſcilicet ipſa res cognita à Deo, vel ipſe conceptus formalis, ſiue directus, qui eſt ipſum cognoſci, ſiue reflexus, qui poteſt habere rationem aliquam obiecti: & hoc modo non poteſt eſſe ratio cognoſcendi futura, quia Idea hoc modo ſumpta, ſupponit rem futuram, à qua determinetur. Vel ſecundò, Idea ſumitur pro ipſa eſſentia diuina, vt repræſentatiua in actu primo per modum ſpeciei impreſſæ cum diuerſis reſpectibus ad creaturas repræſentatas in actu primo ante vllum decretum diuinæ voluntatis: & hæc non poteſt contra Bonauenturam art. 2. quæſt. 3. & Durandum quæſt. etiam 3. eſſe ratio cognoſcendi talia futura contingentia, quia, vt benè arguit Scotus quæſt. 1. tales Ideæ cùm repræſentent ante omne decretum diuinæ voluntatis, repræſentant naturaliter, & conſequenter tantùm entia neceſſaria incomplexa, vel neceſſarias complexiones, quorum extrema ſunt neceſſaria: huiuſmodi autem non ſunt futura contingentia. Quòd ſi admittatur illa opinio, quam in ſequenti Corollario examinabimus, quæ aſſerit eſſentiam diuinam, vt ſpeciem repræſentare in priori quodam ſigno decreta diuina, vt futura, quæ poſtea erunt præſentia in poſteriori ſigno, & conſequenter repræſentare omnes res futuras, tunc dicendum eſt talem repræſentationem ſupponere rem futuram in ſe determinatè: potiùs igitur res futura videretur in ſeipſa per eſſentiam diuinam tamquam medium quo, & non in quo. Vel tertiò Idea ſumitur pro ipſa eſſentia diuina quatenus eſt repræſentatiua etiam in actu primo poſt decretum diuinæ voluntatis, & eſt potiùs pertinens ad ſcientiam ſpeculatiuam, & tunc neceſſariò talis repræſentatio ſupponit rem determinatè futuram in ſe, quia nullam aliam habet determinationem, non in cauſa creata, vt ſupponitur, nec in ipſa eſſentia diuina tamquam cauſa remota; quia cùm ſit cauſa libera, operatur per voluntatem. deberet ergo Deus rem futuram contingentem cognoſcere vel in ſuo decreto, vel ſuppoſito decreto in ſua eſſentia repræſentante ad modum ſpeciei impreſſæ.

Bonau. Durand. *Scot.* *Idea eſt ipſa eſſentia diuina quatenus eſt repræſentatiua.*

Digitized by Google

impreſſæ. Primum autem eſſe non poſſe, patet ex A eo, quod ſupra probatum eſt, decretum diuinum non eſſe ſufficientem, & adæquatam rationem cognoſcendi futura contingentia. Secundum conceditur; ſed tunc eſſentia diuina, quatenus ponitur vt ſic repræſentatiua, potiùs eſt medium, quo res futuræ videntur in ſcipſis, quàm medium in quo.

Obiectio. S.Thom. Quòd ſi quis obiiciat S.Thomam par. 1. quæſt. 14. art. 13. vbi dicit futura contingentia non ſolùm cognoſci à Deo, quia in ſe habet rationes rerum, ſed propter præſentiam æternitatis. *Solutio.* Reſponderi poſſet, hinc potiùs colligi non ſufficere Ideas: nam præſentiam æternitatis requirit S.Thomas tamquam neceſſariam, vt patet ex eo articulo; quare cùm dicit, futura non ſolùm cognoſci in Ideis, idem eſt, ac ſi diceret, non ſufficere Ideas: quid autem ſit iſta præ- B ſentia æternitatis, quæ neceſſariò requiritur, infrà mox examinabitur.

Affertur 5. ſententia & impugnatur. Quinta ſententia eſt aſſerentium rationem cognoſcendi futura contingentia eſſe realem illorum præſentiam in menſura æternitatis.

13\. *Quartus modus. Rich. Capr. Caiet. Fer. Cath.* Hæc opinio eſt Richardi in 1. diſt. 38. & diſt. 39. art. 1. quæſt. 1. Capreoli in 1. diſt. 36. art. 2. quæſt. 1. & diſt. 38. quæſt. 1. art. 2. concl. 1. & 2. Caietani par. 1. quæſt. 14. art. 13. Ferrarienſis 1. cont. gent. cap. 69. Catharini in opuſc. de præſc. & prouid.

Bonau. Scot. Gabr. Greg. Alenſ. Marſ. Sed communis opinio Doctorum eſt in oppoſitum in 1. diſt. 39. Bonau. artic. 2. quæſt. 3. Scot. qu. 1. Gab. & Greg. diſt. 35. Alenſis p. 1. quæſt. 25 mem. 4. C art. 3. citatur Marſilius, ſed oppoſitum videtur dixiſſe in 1. quæſt. 40. art. 2.

Impugnatur hic 4 modus. Sed contra hanc opinionem tria ſunt probanda. Primum, nec futura contingentia, nec neceſſaria, quæ in tempore fiunt, eſſe præſentia æternitati Dei ſecundum realem coëxiſtentiam. *Tria proponuntur probanda cõtra 4. modum.* Secundum admiſſa hac reali coëxiſtentia quamuis ſufficiens aſſignari poſſit ratio in Deo cognoſcendi futura contingentia, tamen aliunde includit abſurdum. Tertium admiſſa tali coëxiſtentia tamquam ſufficienti ratione ad cognoſcenda futura contingentia, adhuc non eſſe ſolam, & priorem rationem cognoſcendi, contra Catharinum loco citato, & hoc quidem vltimum magis directè facit ad rem noſtram.

14\. *Primũ probatur. ſ. futura contingentia non eſſe præſentia æternitati Dei ſecũdum realem coëxiſtentiam.* Primùm probatur præſertim contra Caietanum, qui accuratiùs, & acutiùs, vt ſolet, explicat hanc opi- D nionem; Aut hæc opinio, quæ admittit ſecundum Caietanum huiuſmodi loquutiones. Primò, omnia ſunt præſentia æternitati: Secundò, omnia ſunt ſemper præſentia: Tertiò, omnia ab æterno ſunt; intelligitur res futuras in quolibet inſtanti temporis eſſe præſentes æternitati, ita vt copula *eſt* refetatur ad tempus, ſeu propriam durationem rei futuræ; & tunc huiuſmodi loquutiones, ſeu propoſitiones eſſe falſas concedit etiam ipſe Caietanus. Nam effectus futurus ſolùm habet exiſtentiam ſecundum propriam durationem in determinata parte temporis; non ergo poteſt coëxiſtere ab æterno æternitati Dei. Dices, res futura in illa determinata parte tem- E poris, in qua dicitur exiſtere ſecundum propriam durationem; coëxiſtit toti æternitati Dei, quia æternitas Dei adhuc perſeuerat tota, & indiuiſibiliter: ergo res futura ab æterno coëxiſtit æternitati Dei. Reſpondetur negando conſequentiam, quia cùm dicitur in antecedenti, res futuras coëxiſtit toti æternitati pro illa determinata parte temporis, in qua exiſtit, intelligendum eſt inadæquatè, non autem totaliter, & adæquatè: nam duratio Dei eſt infinita, creatura autem finita, vnde fit, vt æternitas Dei coëxiſtat durationi rei creatæ ſecundum exceſſum: duratio autem rei creatæ coëxiſtat æternitati Dei inadæquatè, & ſecundum defectum.

Vel intelligitur hæc opinio, in quolibet nũc, aut inſtanti æternitatis reali præſentiæ, aut coëxiſtentiæ res futuras eſſe præſentes æternitati, ita vt copula *eſt* ſignificet ſolam durationem, & menſuram æternitatis, iuxta quem ſenſum veras eſſe eas loquutiones contendit Caietanus. *Impugnatur modus Caietani.* Sed contrà, quia ſequeretur huiuſmodi res futuras, vel non habere in illo nunc æternitatis exiſtentiam propriam ab æterno coëxiſtentem ſub menſura æternitatis Dei, vel habere. Primum dici non poteſt, quia, vt benè notat Durandus, coëxiſtentia realis inter duas res nihil aliud eſt, niſi ſimultanea exiſtentia vtriuſque extremi, neque aliam habitudinem videtur poſſe dicere coëxiſtentia. *Quid ſit coëxiſtentia realis. Dur.* Et confirmatur, quia res futuræ dicuntur coëxiſtere præſentialiter cum æternitate Dei, tamquam menſura; ergo vel eſt menſura intrinſeca, vel extrinſeca; non intrinſeca, quia repugnat creaturæ, cùm talis menſura ſit propria, & intrinſeca exiſtentiæ Diuinæ. Sicut igitur res futuræ non poſſunt exiſtere ab æterno exiſtentia diuina ſibi propria, & intrinſeca, ita nec menſura intrinſeca durationis Dei. ſi verò extrinſeca, tunc talis menſura neceſſariò ſupponit exiſtentiam propriam rei creatæ: quod enim nihil eſt non poteſt (vt per ſe patet) comprehendi ab aliena menſura.

Neque ſecundum dici poteſt, habere ſcilicet rem futuram exiſtentiam propriam; nam ſequerentur duo abſurda. Primum, rem creatam habuiſſe ſuum eſſe ab æterno, cùm tamen de fide ſit in tempore habuiſſe ſuum eſſe. Et hoc primum abſurdum præcipuè videtur continere modus ille loquendi, res futuræ ſunt ab æterno coëxiſtentes æternitatiænam hæc loquutio ſignificat talem exiſtentiam ſemper abſque initio fuiſſe: quod falſum eſt, quia exiſtentia vnius extremi, ſcilicet rei futuræ, non ſemper fuit.

Impugnatur reſponſio Caietani. Quòd ſi dicat Caietanus, de nouo produci in tempore in propria menſura: Contrà, de nouo non incipit exiſtentia rei creatæ, quæ iam ſupponitur eſſe, incipit igitur ſolùm noua menſura rei creatæ. *Secundum abſurdum.* Secundò ſequeretur (vt ait Scotus) idem bis produci, manens in ſuo eſſe. Reſpondebis cum Caietano, rem, quia eſt ſub aliena menſura, ſcilicet æternitate Dei, poſſe de nouo produci in propria menſura. *Reſp. Caiet. impugnatur.* Contrà, nam dictum eſt, coëxiſtentiam dicere exiſtentiam vtriuſque extremi; ergo vel res creata non acciperet de nouo exiſtentiam in tempore, ſed tantùm de nouo acciperet menſuram; vel ſi de nouo produceretur in tempore accipiendo nouam exiſtentiam, bis produceretur; vt benè deduxit Scotus.

Secunda reſponſio, quæ eſt fundamentũ Cai. impugnatur. Quòd ſi adhuc inſtes ex eodem Caietano; æternitas Dei, quia in ſe eſt indiuiſibilis, & infinita ſimpliciter in ratione durationis, omnia tempora complectitur in illo Nunc ſuo indiuiſibili æternitatis, & hoc eſt fundamentum huius opinionis. Contrà; nam hoc tantùm probat, res creatas in quacumque temporis differentia exiſtant ſecundum propriam durationem, coëxiſtere toti æternitati Dei inadæquatè. non enim ipſa æternitas Dei facit, vt res ab æterno coëxiſtant, quia non dat illis eſſe, quod ſupponi debet ab æterno, ad hoc vt ab æterno poſſint coëxiſtere æternitati Dei, ſicut etiam, vt benè argumentatur Scotus, immenſitas Dei, licet ſit infinita ſimpliciter, non tamen facit, vt loca realia, quæ ſunt in tempore, ſint ab æterno, & illis coëxiſtat replendo ab æterno. *Æternitas Dei non facit vt res ab æterno coëxiſtant.* Et ratio à priori fortaſſe meo iudicio contra fundamentum Caietani hæc eſt, quia licet Deus dicatur habere durationem æternam, & infinitam ſimpliciter in ſuo genere, non tamen quo ad exercitium actus dicitur Deus duraſſe ſecundum

15\. *Aſſignatur ratio à priori cõtra fundamentum Caiet.*

Digitized by Google

noſtrum modum concipiendi per coëxiſtentiam ad A noſtrum tempus futurum, & ideo non poteſt complecti realiter illud, antequàm ſit. Quod explicari ſic poteſt ſecundum noſtram conſiderationem: fingamus Deum æternum à parte antè in iſto Nunc temporis noſtri deſinere eſſe, certè non diceretur actu duraſſe per æternitatem à parte pòſt, ſecundum coëxiſtentiam ad tempus noſtrum futurum, quod quidem dici non poteſt de ſcientia Dei, quia per eam Deus actu ſcit quidquid eſt ſcibile: & ratio diuerſitatis eſt, quia æternitas dicit, ſeu explicatur per aliquod extrinſecum, videlicet per coëxiſtentiam cum re, ſeu duratione futura. Supponere igitur debet eſſe præſens rei futuræ, non ſic autem ſcientia, B vt patet. Quare rectè concludimus cum Auguſtino lib. 12. de Ciuitate capite 5. res antequàm fierent non fuiſſe, non ſolùm in tempore, ſed ne in æternitate quidem.

Deus actu ſcit quidquid eſt ſcibile.

August. *Res antequã fieret nõ fuit non ſolùm in tempore, ſed nec in æternitate.*

16\. Greg. Hier. Beda. Probatur teſtimonio Auguſt. & explicantur Patres qui videntur dicere oppoſitum.

Quòd ſi aliqui Patres videantur dicere oppoſitum, vt Gregorius lib. 2. moralium cap. 24. & idem Auguſtinus lib. 2. ad Simplicianum quæſt. 2. & alibi. Hieronymus in Epheſios 1. Beda lib. 1. variarum reſolutionum quæſt. 17. & alij explicandi ſunt de præſentia obiectiua ab æterno, & non de reali, ſicut intelligit Caietanus. Quòd ſi aliquis ipſorum videatur expreſſiùs loqui de reali, explicandus eſt de reali, coëxiſtentia cum æternitate, & non ab æterni- C tate, id eſt, de coëxiſtentia rei exiſtentis in tempore ſimul cum æternitate Dei, quæ eſt tota ſimul, non autem de reali coëxiſtentia ab æterno. Quid autem ſenſerit Sanctus Thomas dicemus in fine Corollarij.

17\. Secundum principale probãdum. *Admiſſa rerum coëxiſtentia ab æterno benè infertur cognitio.* Abſurdum quod inde ſequitur. *Angelus non cognoſcit futuras actiones contingentes.*

Quo ad ſecundum, quod probandum propoſuimus, Dico duo: Primùm conſequenter loqui Doctores huius opinionis, cùm inde inferunt talem coëxiſtentiam rerum cum æternitate Dei eſſe ſufficientem rationem in Deo cognoſcendi futura contingentia, quia cùm iam illa futura ſint determinata, & præſentia in æternitate, poſſunt ab intellectu habente vim ſufficientem, cuiuſmodi eſt diuinus, cognoſci. Dico ſecundò, ex hoc poſſe inferri abſurdum contra eorumdem opinionem, ſcilicet Ange- D lum cognoſcere futuras actiones contingentes talem externas; quod quidem eſſe abſurdum. Probatur primò ex communi Thomiſtarum, & Scholaſticorum in 2. diſtinct. 37. Secundò ex ſcripturis. Iſai. 48. *Ego ſum ſolus, &c. enuncians ab exordio nouiſſima*, & 42. *dicite quæ ventura ſunt*, & ſciemus, *quòd dij eſtis vos*, & Matth. 24. & Marci 13. *de die autem illa nemo ſcit*. Tertiò probatur ex communi conſenſu Patrum ſuprà loco citato, & nos fusè hoc probauimus in quæſtione prima Philoſophica in proprio Corollario. Quòd autem ex eorum opinione ſequatur hoc abſurdum, probatur, quia ſi daretur talis coëxiſtentia rerum futurarum ab æterno, cum æternitate E Dei, tamquam ratio ſufficiens cognoſcendi futura, daretur etiam coëxiſtentia, ſeu præſentia rerum futurarum cum æuo, quo menſuratur ſubſtantia Angeli, tamquam ratio ſufficiens in Angelo cognoſcendi futura. nam æuum, ſicut & æternitas, eſt duratio tota ſimul coëxiſtens omnibus rebus futuris.

Aeuum eſt duratio tota ſimul ſicut & æternitas.

18\. Reſpondet Caiet. ad abſurdum allatum.

Sed ad hoc abſurdum conantur auctores huius opinionis reſpondere, & primò aliqui concedunt Angelum cognoſcere futura, vt præſentia æuo, ſed tunc, inquiunt, non cognoſcuntur vt futura. Sed hæc reſponſio facilè confutatur ex locis Scripturæ citatis, in quibus habetur ſcientiam futurorum negari ab Angelo quomodocumque. Imò ſecundum hanc reſponſionem Angelus non ſolùm cognoſceret futura, ſed etiam eodem modo, quo cognoſcit A Deus, ſcilicet vt præſentia. Secundò Caietanus reſpondet non ſufficere ſolam præſentiam rerum futurarum in æternitate, ſeu æuo, quo ſubſtantia cognoſcentis menſuratur, ſed requiritur præſentia in æternitate, ſeu æuo intellectionis. At intellectio Angelica non menſuratur æuo, ſicut, & intellectio Dei menſuratur æternitate, ſed menſuratur inſtanti temporis diſcreti. Contra quam reſponſionem Caietani inſtat quidam recentior tripliciter. Primò, quia hęc reſponſio eſſet nugatoria; nam idem eſſet dicere, cognoſcuntur quia ſunt præſentia obiectiuè, ac dicere cognoſcuntur. Sed hęc inſtantia poſſet ſolui à Caietano, quia ille intendit cognitionem B Angeli debere menſurari æuo ad hoc, vt illa futura, quæ ſunt præſentia realiter æuo, quo menſuratur ſubſtantia Angeli, poſſint eſſe præſentia obiectiuè, id eſt, ab intellectu Angelico cognoſci. Secundò inſtat contra rationem Caietani, quia in eius doctrina aliqua intellectio menſuratur æuo. Sed ſolui poſſet, quia deberet illa intellectio menſurari æuo, quo intelliguntur futura contingentia, ſicut illa intellectio menſuratur æternitate, qua intelliguntur ipſa futura; nam illa intellectio debet eſſe inuariabilis; at verò etiamſi ipſa intellectio Angeli, qua intelligit ſeipſum & Deum menſuretur æuo, non tamen intellectio, qua intelligit futura contingentia C menſuratur æuo, ſed inſtanti temporis diſcreti in quo poteſt eſſe variatio. Tertiò inſtat, quia inſtans temporis diſcreti, quo menſuratur cognitio Angelica futurorum contingentium, adhuc eſt coëxiſtens illi parti temporis, quam determinat Angelus; ergo ſaltem futura contingentia, quæ ſunt futura pro illa parte temporis, deberent cognoſci ab Angelo. Sed ſolui poteſt, quia illa duratio inſtantis temporis diſcreti coëxiſtens determinatæ parti temporis eſt libera; at deberet eſſe duratio neceſſaria, ſicut eſt æternitas Dei, & æuum ad hoc, vt illa futura contingentia habeant veritatem determinatam, & neceſſariam in ordine ad cognitionem Angeli, cui debent eſſe præſentia. Et quamuis contra hanc ſolutionem poſſet dici, quod ſuppoſi- D to, quòd Angelus liberè determinauerit illam durationem inſtantis diſcreti, quæ coëxiſteret, tantæ parti temporis, neceſſariò coëxiſteret, tamen adhuc non omninò poſſet conuinci Caietanus: poſſet enim dicere requiri inuariabilem durationem in cognitione ad hoc, vt cognoſcantur futura, quæ debent eſſe determinatæ, & inuariabilis veritatis, alioquin corrumperetur præſentia realis rerum futurarũ ad libitum Angeli. Nam poſtquàm Angelus determinauit tantam partem temporis, poteſt ipſum pœnitere, & determinare minorem, & ſic in infinitum; cùm autem determinat minorem, iam corrumpitur tota illa realis præſentia futurorum, quæ futura erant pro illa parte temporis determinata, quod E quidem Caietanus non immeritò haberet pro abſurdo. Quare contra reſponſionem Caietani inſtatur quartò à priori; ſi res futuræ ſunt determinatę, & præſentes realiter æuo, quo menſuratur ſubſtantia Angeli, ergo poſſunt cognoſci ab Angelo ex parte obiecti, & ex parte etiam Angeli, eſt ſufficiẽs virtus; quia non opus eſt, vt cognitio menſuretur eadem duratione, qua menſuratur res cognita. Angelus enim cognoſcit alium Angelum quoad ſubſtantiam, quę menſuratur æuo, & tamẽ cognitio Angeli cognoſcentis menſuratur inſtanti temporis diſcreti, cùm poſſit dari mutatio in illa cognitione.

Reſponſio Caiet. cõtra abſurdum allatum.

Soluuntur tres inſtãtiæ cuiuſdam recentioris contra hãc reſponſionẽ Caiet.

Ratio cur eadẽ cognitio, qua cognoſcuntur res futura, debet eſſe inuariabilis. vide infrà in 3. inſtantia.

Verior inſtantia, & à priori cõtra reſp. Caiet.

19\. Tertiũ principale probandum.

Quo ad tertium, quod propoſuimus probandum contra Caietanum, nimirum hanc realem præſentiam ſi etiam admittatur, non eſſe rationem ſolam,

Digitized by Google

Admiſſa coëxiſtētia reali creaturarū ab æterno benè infertur cognitio futurorum, ſed non à priori.

lam, nec priorem, nec neceſſariam cognoſcendi futura contingentia, probatur clarè, quia res priùs eſt futura, quàm præſens æternitati: ideo enim eſt præſens æternitati, vt etiam aduerſarij fatentur, quia ſupponitur futura in aliqua differentia temporis; ergo in illo priori eſt cognoſcibilis ab intellectu habente ſufficientem vim, qualis eſt diuinus, quia, vt ſuprà probatum eſt, ſecundum ipſos aduerſarios habet res futura in illo priori determinatam veritatem: ideo enim eſt præſens æternitati, quia eſt futura; ergo habet cognoſcibilitatem; ergo poteſt in illo priori ab intellectu infinito cognoſc

20. *Aſſertur 6. ſententia Molinæ ingenioſi Doctoris, & impugnatur.*

Sexta ſententie eſt Molinæ ingenioſi Doctoris aſſerentis ex eminentia infinitę ſcientiæ Dei cognoſci futurum contingens, etiamſi nullam habeat determinationem in ſe, ſed contra hanc ſextam ſententiam arguitur, ſi futurum contingens non habet determinatam entitatem, & conſequenter determinatam veritatem in ſe fundamentalem, ergo nullus intellectus poteſt habere de illo formalem. Probatur conſequentia, quia obiectum, & ſcientia habent proportionem, & commenſurationem ad inuicem, quod probatur primò ex Ariſtotele ſuprà citato in lib. de Anima, vbi ex obiecto ſenſibili arguit ſenſum; ergo etiam à negatione obiecti valet conſequentia ad negationem ſcientię. Si igitur futurum contingens non eſt obiectum ſcibile, non poteſt de illo dari ſcientia. Secundò, intellectus, qui certò cognoſcit obiectum, debet cognoſcere verè ſicuti eſt, quia veritas in intellectu eſt conformitas cognitionis ad rem. ſi igitur obiectum futurum nullam habet entitatem determinatam, nec veritatem, non poteſt cognoſci, vt ens determinatè futurum. Tertium à ſimili, ſicut ad non factibile non poteſt dari potentia diuina faciens, etiamſi ſit infinita; ergo neque ad id, quod non eſt ſcibile, poteſt dari ſcientia diuina, quamuis infinita, & ſuper comprehendens rem cognitam.

Obiectum & potentia habēt commenſurationem ad inuicem.

Veritas eſt conformitas cognitionis ad rem.

21. *Reſpōſio ad impugnationem.*

Sed pro hac ſexta opinione Molinæ, poſſet aliquis fortè reſpondere, illud contingēs futurum, quia eſt indeterminatæ veritatis, & entitatis non cognoſcitur à Deo, vt futurum, ſed propter eminentiam infinitæ ſcientiæ diuinæ cognoſcitur vt præſens eſt in tali differentia, in qua non eſt verum dicere, eſt futurum.

Inſtatur contra ſextā opinionem.

Sed contra hanc reſponſionem inſtatur primò. Hinc argui poteſt futurum habere determinatam entitatem, & veritatem futuram in tali differentia temporis, in qua verum eſt dicere *eſt*.

Secundò inſtatur directè, Deus ab æterno cognoſcit obiectum, quod ab æterno non habet exiſtentiam realem, ſed eſt futurum, & tamen cognoſcit ſecundum quod eſt actu, & vt eſt præſens in tali differentia temporis, idémque obiectum cognoſcit, vt futurum pro alia priori differentia temporis: ergo meritò à Patribus & Scholaſticis dicitur in Deo eſſe præſcientiam rei futuræ: & falſum eſt, quod aſſumitur, Deum non cognoſcere obiectum, vt futurum in ordine ad tempus, licet non cognoſcat futurum ſecundum variationem rei cognitæ, quia Deus obiectum cognoſcit ſecundum quod eſt actu, atque adeo in ordine ad talem differentiam temporis cognoſcit, vt præſens, & ad priorem cognoſcit, vt futurum. Infinitas autem ſcientię Dei facit, vt eſſentia diuina tamquam ſpecies repræſentet obiectum, vt pręſens in tali differentia temporis, & conſequenter non indigeat reali exiſtentia obiecti, tamquam principio motiuo; non autem facit, vt ſi non habeat potentiam obiectiuam in ſe, poſſit terminare ipſam ſcientiam diuinam, quia cùm non ſit ſcibile, non poteſt illi correſpondere potentia obiectiua ex parte actus ſecundi, quod eſt ipſum cognoſci, quia cognoſci non facit obiectum reale, ſed ſupponit obiectum, ad quod terminatur.

Deus cognoſcit futurum ſecundū quod eſt actu.

22. *Septimus & verior modus ex principio Philoſophico*

Septima & verior ſententia, eſt ſententia Corollarij, quòd ſcilicer futurum contingens cognoſcatur in ipſa entitate determinata quam ipſum futurum habet in ſe. Probatur hæc noſtra ſententia ex principio Philoſophico. Futura contingentia ſunt determinatæ entitatis in ſe, & conſequenter determinatæ veritatis; ergo, & cognoſcibilia à Deo in ſeipſis. Veritas antecedentis patet ex principio Philoſophico, vbi ſatis fusè probauimus propoſitionem de futuro contingenti, quo ad primarium ſignificatum eſſe determinatè veram ex Ariſtotele 2. de gener. t. 64. quia illi correſpondet quandoque *eſt*. Conſequentia probatur: Intellectus Diuinus eſt infinitus ſimpliciter quo ad actiuitatem, & eſſentia diuina tamquam ſpecies eſt infinita ſimpliciter in repræſentando, vt ſupponitur; ergo habet virtutem ſufficientem ad intelligendum omne cognoſcibile. Hæc ſecunda conſequentia eſt clara, quia nulla eſt repugnantia, vt probatum eſt, neque ex parte obiecti, neque ex parte intellectus diuini, neque ex parte ſpeciei increatæ. Atque id quidem verum eſt, etiam ſi per impoſſibile Deus ſua omnipotentia non eſſet cauſa futurorum, vt benè notat Gregorius, & Gabriel locis citatis. Greg. Gabr.

23. *Obiectio.*

Sed dicet aliquis: Deus comprehendit effectum futurum contingentem; ergo videt illum vt dependentem, & ab ipſius Dei voluntate tamquam cauſa remota, & ab ipſa voluntate creata, tamquam à cauſa proxima: ergo videt in cauſa talem effectum, cùm videat in cauſa determinationem ad illum, non ergo videt in ſeipſo.

Reſponſio. Videre in cauſa quid ſit.

Reſpondetur, concedendo totum antecedens, & negando primam conſequentiam, quia videre in cauſa tunc eſt, quando videt cauſam intrinſecè, & antecedenter determinatam ad effectum; ſed in effectibus contingentibus cauſa non eſt intrinſecè, & antecedenter determinata ad productionem effectus, ſed extrinſecè, & conſequenter; nam per ſuam actionem denominatur determinata. priùs igitur ratione effectus ipſe contingens eſt determinatus in ſe; argumenta contra hunc modum infrà ſoluemus.

Expenditur ſententia D. Thomæ.

24. *Eſt deductio Sc. & D. Th. Deus cognoſcit futura contingentia in ſeipſis, non in cauſis.*

Hæc ſeptima ſententia eſt Scoti in 1. diſt. 39. q. 2. & communis recentiorum, eſt etiam S. Thomæ in 1. par. quæſt. 14. art. 13. vbi habet Deum cognoſcere futura contingentia in ſeipſis, & non in cauſis, & reddit rationem. Quia quod cognoſcitur debet habere aliquod eſſe; at in cauſa non eſt magis eſſe effectus futuri, quàm non eſſe, quia eſt indifferens ad vtramque partem. Sed contra hoc ſunt loci duo S. Thomæ in eodem art. 13.

Secundo inſtatur quòd non ſit ſententia D. Tho. 1. locus D. Thom.

Primus locus eſt, in quo reddit rationem, cur Deus cognoſcat futura contingentia; & ait, quia comprehendit omnia, quæ ſunt in ſua, & creaturæ potentia; ergo futurum contingens cognoſcit in cauſa, & non in ſeipſo.

2. Locus ex iuſdem.

Secundus locus eſt, in quo videtur dicere, non cognoſcere Deum futura contingentia, prout ſunt in ſeipſis in menſura aliqua temporis, ſed cognoſcere in ſeipſis, prout ſunt realiter ab æterno in menſura æternitatis Dei; & reddit rationem. nam omnia, quæ ſunt in tempore, ſunt Deo pręſentia, eo, quòd eius

Digitized by Google

eius intuitus feratur ab æterno ſuper omnia, qui locus non poteſt intelligi de præſentia obiectiua, ſed reali. nam alioqui ratio eius eſſet nugatoria; idem enim eſſet dicere, ideò cognoſcit, quia eſt obiectiuè præſens, ac dicere, ideò cognoſcit, quia cognoſcit.

Reſponſio ad primum locum.

Certitudo cũ metu in eodẽ inſtanti ſtare non poteſt.

Ad primum aliqui reſpondent, Deum cognoſcere in aliquo priori, quæ ſunt in ſua, & creaturæ potentia probabiliter. Sed contrà, quia non poteſt in eodem inſtanti durationis ſecũdum rem ſtare certitudo cũ metu, etiãſi metus ſit in aliquo ſigno priori, ſicut nec tenebræ, & lumen, nec alia contradictoria, vel includentia contradictionem, quia formaliter ſe expellunt pro illo inſtanti durationis, ſecundum Durandum, in 3. diſt. 3. quæſt. 2. Sed Deus in inſtanti æternitatis eſt certus de obiecto, quod cognoſcit ſecundum S. Thomam ex loco ſuprà citato; ergo non poteſt habere cognitionem probabilẽ, quæ comparata ad ſcientiam ſemper eſt cum metu pro eodem inſtanti æternitatis, etiamſi admittatur hæc cognitio probabilis in aliquo ſigno priori, in quo priùs comprehenditur cauſa, quam cognoſcatur effectus in ſe. Alij reſpondent S. Thom. intelligere de cognitione probabili non ſubiectiuè, ſed obiectiuè, quam ſcilicet poſſet habere intellectus creatus. Sed contrà, quia S. Thomas in illo artic. videtur loqui, vt patet ex toto progreſſu, de cognitione certa, & non coniecturali, & de cognitione, quam habet ipſe Deus ſubiectiuè. Dicendum igitur exiſtimo, S. Thomam intelligere de comprehenſione effectus, quæ tunc eſt, quando cognoſcitur, vt eſt ab illa cauſa.

Reſponſio ad ſecũdum.

Præſentia realis futurorum ab æterno impugnata eſt ſuprà.

Ad ſecundum; non poteſt locus citatus intelligi de præſentia reali rerum ab æterno, quam ſuprà impugnauimus. nam talis præſentia eſſet cauſa cognitionis, & tamen Sanctus Thomas dicit intuitum, ſeu cognitionem Dei, quæ fertur ab æterno ſuper omnia, eſſe cauſam talis præſentię. Dicendum eſt igitur, S. Doctorem non reddere cauſam, ſed explicare modum, quo cognitio Dei ſit infallibilis, quia intuitus eius (inquit) fertur in res, quas habet pręſentes, licet in cauſis ſint contingentes. Et hanc eſſe mentem S. Thomæ colligo ex ipſis Thomiſtis, Heruæo in 1. diſt 28. Syluestro in defenſione doctrinæ S. Thomæ, & Ægidio in ſuo commentario, qui dicunt S. Thomam, cùm dicit futura eſſe ab æterno præſentia æternitati Dei, non intelligi de præſentia reali; ſed quòd intuitus eius, quia menſuratur æternitate, feratur in omnia tempora, ac ſi eſſent præſentia: & Ægidius loco citato defendit S. Thomam à calumnia doctorum Pariſienſium, qui hanc præſentiam realem in æternitate tribuunt S. Doctori. & probari etiam poteſt ex eodem S. Thoma, quæſtione 14. Eſt etiam hæc ſententia noſtra communis Philoſophorum, exceptis paucis, qui quantum exiſtimant futurum contingens non habere determinatam veritatem, conſequenter dicunt non poſſe cognoſci à Deo: ita tenet Cicero libro ſecundo, de Diuinat. quamuis oppoſitum dicat libro tertio de natur. Deorum, idem in Ariſtotele tenent Ariminenſis, & aliqui recentiores, ex eo, quia exiſtimant Ariſtotelem tenere propoſitionem de futuro contingenti non eſſe determinatè veram. Sed non benè arguunt: nam ſuprà in quæſt. Philoſophica oſtendimus Ariſtotelem tenere propoſitionem de futuro contingenti eſſe determinatè veram, vel determinatè falſam quo ad primarium ſignificatum, vt patet ex 2. de gen. t. 64. & quamuis in 1. peri herm. videatur dicere oppoſitum, intelligit de ſecundario ſignificato, vt ibidem viſum eſt.

Heru. Silu. Ægid.

QVÆSTIO TERTIA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia ſecundi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, quamuis Deus non cognoſcat in aliquo priori ſigno decreta libera ſuæ voluntatis tamquam futura, antequam ſint actu poſita in poſteriori ſigno, non tamen repugnet ex eo, quia huiuſmodi futura decreta diuina non habent determinatam veritatem.

HÆc quæſtio præcipuè agitur inter recentiores; nam veteres Scholaſtici non admodum curarunt.

1. Prima ſententia Suarij in opuſc. 2.

Prima opinio tenet Deum cognoſcere ſua decreta libera, eſt Suarij in opuſculo 2. punct. 2. cap. 8. & probat ea ſatis probabiliter ex principio noſtro Philoſophico, quia in priori quodam ſigno, antequam concipiantur in actu, habent determinatam veritatem.

2. Secũda ſententia Vaſq. & Mol.

Secunda opinio negat: eſt Vaſquez 1. par. diſp. 66. vbi breuiſſimè tractat hanc materiam; & Molinæ 1. par. quæſt. 14 & aliorum. Sed varia ſunt iſtorum Doctorum fundamenta, ac modi ad probandam hanc ipſorum opinionem.

1. Ratio Molinæ pro 2. opinione.

Primus modus probandi eſt Molinæ, ex illo ſuo principio, futura ſcilicet, contingentia non habere determinatam veritatem, ac proinde non eſſe cognoſci, niſi ſupercomprehendantur ab intellectu infinito, qualia ſunt decreta voluntatis creatæ. At verò, quia voluntas diuina non poteſt ſupercomprehendi ab intellectu diuino, quia illi adæquatur, ideo nec poſſunt decreta voluntatis diuinæ cognoſci ab intellectu diuino.

2. Ratio Vaſ.

Secundus modus probandi eſt Vaſquez loco citato, ex duplici capite. Primo, decretum diuinum non poteſt habere rationem futuri, quia ipſe Deus ad hoc, vt cognoſceret ſuum decretum, vt futurum, deberet diſtinguere iſta inſtantia, ſeu ſigna prioris; & poſterioris: quod quidem eſt impoſſibile, quia hoc diceret imperfectionem in Deo. Probat præterea ex ſecundo capite, quia decretum diuinum ſupra voluntatem diuinam nihil addit reale diſtinctum, nec ipſa ratione ratiocinata. reſpectus autem rationis ad futuras creaturas, qui concipitur aduenire, ſubſequitur futuras creaturas, quia non poteſt eſſe ſine ipſis futuris.

3. Ratio aliorum.

Tertius modus probandi, quia tolleretur libertas à Deo; nam hæc præſcientia futuri decreti eſt in ipſomet Deo, qui voliturus eſt decretum, ex quo fit, vt hæc præſcientia proponendo obiectum neceſſariò futurum prædeterminet intrinſecè voluntatem diuinam ad volendum illud.

3. Tertia & verior ſententia.

Mea ſententia in hac controuerſia eſt ferè media; explico illam quinque aſſertionibus.

PRIMA ASSERTIO.

DIco primò contra ſecundum modum Vaſquez; Non repugnat decretum diuinum pręcognoſci in aliquo priori ſigno à Deo ex eo, quia non habet rationem futuri in aliquo priori inſtanti, ſeu

Digitized by Google

ti, ſeu ſigno rationis in diuina ſcientia: ſed quia hæc prima aſſertio inuoluit diffiultatem de inſtantibus, ſeu ſignis rationis in diuina ſcientia, ideo breuiter illam examinabimus quantùm facit ad rem noſtram. Et quidem Gabriel in 3. diſt. 2. quæſt. vnica, art. 3. dub. 3. ad tertiam rationem Scoti, negat huiuſmodi inſtantia in decretis diuinis, quia Deus vnico, & ſimplici actu omnia decernit. Ocham in 1. diſt. 9. quęſt. 3. negat magis vniuerſaliter huiuſmodi inſtantia, tam in voluntate diuina, quàm in intellectu propter eamdem rationem, quia vnico, & ſimplici actu omnia intelligit, & vult.

Gabr.

Ocham.

4.

Inſtantia in diuinis decretis qui admittunt.

Scot. Capr.

Sed communis ſententia admittit huiuſmodi inſtantia, ſeu ſigna tam in intellectu, quàm in voluntate. Scotus in 3. diſt. 19. quæſt. vnica §. in iſta quæſtione, & 3. quæſt 3. ad 7. Capreolus in 3. diſt. 1. quæſt. 1. & alij Thomiſtę, cum S. Thoma ſupponunt huiuſmodi ſigna in 3. part. vbi agit de ordine, quo fuit decreta incarnatio Verbi. Sed in aſſignandis iſtis ſignis, ſeu inſtantibus rationis ſunt varij modi dicendi. Primus modus eſt aliquorum, qui illa diſtinguunt ex parte actus diuini, & ex natura rei. ſed iſte modus impugnatur, quia à parte rei ille ordo prioritatis, & poſterioritatis in actibus diuinis, dicit imperfectionem in Deo, & iuxta hunc ſenſum negat huiuſmodi inſtantia. S. Thom. par. 1. quæſt. 14. art. 3. ad 7. & quæſt. 19. art. 5.

Inſtantia in quo ſenſu quidam admittat.

Secundus modus dicendi eſt cuiuſdam recentioris, qui aſſignat in intellectu diuino plura ſigna per abſtractionem præciſiuam. Primum, in quo Deus cognoſcit neceſſaria ſimpliciter. In quo ſigno vult decreta diuina non habere determinatam veritatem, quia adhuc non concipiuntur, nec vt futura, nec vt non futura. Alterum, in quo cognoſcuntur contingentia, qualia ſunt decreta diuina, vt futura, vel ſub conditione, vel abſolutè per connexionem cum aliqua cauſa, vt exempli gratia in illo priori ſigno, in quo cognoſcit Deus liberam naturam ſuæ voluntatis. cognoſcit decretum ſuum futurum; & ponendum in actu in ſequenti ſigno, non quidem ex vi penetrationis ſuæ voluntatis, quia tunc, vt dictum eſt in ſuperiori Corollario, decretum eſſet neceſſarium, ſed per connexionem, quam de facto habebit in ſequenti ſigno ſuum decretum cum ſua voluntate tamquam cum cauſa libera, quod quidem decretum diuinum, vt futurum in illo priori ſigno abſtrahebat, & præſcindebat ab actuali exiſtentia. Probat autem hanc ſignorum prioritatem, quia Verbum (inquit) procedit ex cognitione in primo ſigno, & non ex cognitione in ſecundo ſigno, quia procedit neceſſariò ex cognitione neceſſaria.

Arguitur hic modus inſtātia in Deo collocandi.

Sed hic modus non placet; primò arguendo ad hominem, daretur primum ſignum, in quo Deus cognoſceret ſe ipſum, tamquam ens maximè neceſſarium, & omninò independens, & vt cauſam reliquorum neceſſariorum. Quòd ſi dicas ens primum, & poſſibile licèt ſe excedant in gradu neceſſitatis, eſt tamen vtrumq; ſub neceſſario ſimpliciter, quod ſecundum aduerſarios ſpecificat primum ſignum. Reſpondetur, quòd ens primum, eſt ens independens, & imparticipatum, & cauſa exemplaris in illo ſigno; alia verò neceſſaria ſunt entia participata, & exemplata, & dicunt ordinem ad exiſtentiam, vt dependentem neceſſariò ab ipſo ente primo: ergo non poſſunt eſſe in eodem ſigno. Nam maximè prioritas ſignorum ſumitur ex ratione cauſæ. Quare in ſecundo ſigno Deus cognoſceret poſſibilia tamquam entia minùs neceſſaria. Ex quo vlterius ſequeretur contra ipſos Verbum nō procedere formaliter ex cognitione omnium poſſibilium, ſicut dicunt opinari D. Thomam in 1. par. q. 14. art. 3. quia cognitio in primo ſigno eſſet ſatis ſufficiens ad productionem Verbi. Secundò ſequeretur futura contingentia cognoſci in ſecundo ſigno, in quo cognoſcuntur poſſibilia. nam in primo ſigno cognoſcitur à Deo natura ſuæ liberæ voluntatis; ergo ſaltem in ſequenti ſigno cognoſcuntur futura contingentia, quæ habebunt connexionem de facto cum ipſa libera voluntate. Tertiò ſequeretur non poſſe aſſignari ſufficientem rationem, quare non admitti debeat ſignum, in quo cognoſcitur futuritio futuritionis, ſcilicet fore futurum; quia fore futurum præſcindit ab eſſe futuro, ſicut eſſe futurum ab eſſe pręſentiali, & rurſus aliud ſignum, in quo ſit futuritio fore futura propter eamdem rationem, & ſic in infinitum. Quartò, & eſt ratio à priori, quia hic ordo aſſignatus non eſt ordo prioris, & poſterioris in ipſo actu diuino, quia actus terminatus ad poſſibilia, non eſt ratio, cur terminetur ad contingentia, ſed tantùm eſt ordo obiectorum inter ſe.

5.

Sētentia Auctoris cum inſtantia in actu diuino.

Quare exiſtimo ordinem inſtantium, ſeu ſignorum in Deo ſumendum eſſe ex ordine prioris, & poſterioris ſecundum quamdam rationem cauſalitatis, quæ reperitur in ipſo actu diuino, qui licet ſit vnicus, & ſimplex: tamen, vt terminatus ad vnam rem, eſt ratio quare terminetur ad aliam, & hoc modo ratione huius dependentiæ, talis actus habet rationem prioris, hinc fit, vt in intellectu duplex tantùm ſit inſtans, ſeu ſignum prioritatis, primum, in quo Deus cognoſcit ſeipſum.

Duplex tantum in Deo eſt ſignum prioritatis.

Secundum, in quo cognoſcit reliqua eo modo, quo ſunt, ſiue vt poſſibilia tantum, quatenus numquam futura ſunt, ſiue vt futura ſub conditione, ſiue vt futura abſolutè; nam qui tenent decretum diuinum poſſe præcognoſci, concedunt etiam præcognoſci creaturas, vt abſolutè futuras, antequam decretum ſit actu poſitum, & ratio horum eſt, quia cognitio illa in primo ſigno eſt ratio, cur cognoſcantur reliqua. nam Deus ex eo quia cognoſcit ſeipſum tamquam primarium obiectum, & cauſam, fit vt ille idem actus ſuæ cognitionis terminetur ad reliqua obiecta ſecundaria, quia cognoſcit reliqua tamquam effectus. In hoc autem ſecundo ſigno licet aſſignari poſſit ordo obiectorum inter ſe, quatenus vnum eſt neceſſarium, & alterum contingens, ratione cuius ordinis poteſt fieri abſtractio præciſiua: non tamen poteſt aſſignari ordo cauſalitatis in cognitione Dei, vt terminata ad obiecta, quia cognitio quatenus terminata ad vnum obiectum, non eſt ratio, cur terminetur ad aliud: ſed Deus, in eodem ſecundo ſigno, cùm eius cognitio perfectiſſima ſit, cognoſcit omnia obiecta ſecundaria, vt ſunt, vel vt futura ſunt, aliqua quidem vt poſſibilia numquā futura, alia futura ſi eſſet talis, & talis conditio: exēpli gratia, ſi ego decernerem, inquit Deus, me concurſurum cum tali occaſione illud futurum, erit; alia abſolutè futura. An autem cognitio terminata ad Verbum ſit poſterior ratione, quàm cognitio terminata ad eſſentiam, tamquam ratio cognitionis Verbi, quod eminenter continetur in eſſentia, & ipſa cognitio Verbi ſit prior ratione, quàm cognitio terminata ad creaturas, tamquam ratio cognoſcendi illas, non eſt præſentis ſpeculationis.

In ſecundo ſigno aſſignari poteſt ordo quidam.

Quòd ſi obiicias, cognitio futuri decreti abſolutè non videtur eſſe in aliquo priori ſigno, quàm ſit decretum diuinum actu poſitū, quia talis cognitio non eſt ratio volendi in Deo, cùm per illam non proponatur obiectum, ſed potiùs ſupponatur. Reſpondere poſſent, qui tenent decretum præcognoſci, antequàm ſit actu poſitum, quòd non propter

Obiectio.

Reſponſio.

hoc eſt prior,ſed quia cognitio futurorum abſolutè habet connexionem cum cognitione,qua Deus cognoſcit naturam liberam ſuæ voluntatis taliter propenſæ,quæ quidem cognitio terminata ad naturam voluntatis, in primo ſigno eſt ratio,cur in ſequenti ſignó cognitionis terminetur ad obiecta futura, quæ de facto habent connexionem cum ipſa natura libera,& infinitè bona; bonitas enim quamuis non ſit cauſa neceſſaria creaturarum, eſt tamen cauſa ſecundum aliquam propenſionem, & hæc ſufficit, vt futurum decretum de creatione in ipſa, quamuis non ex ipſa cognoſcatur, vt infrà in ſequenti Corollario dicetur.

Bonitas Dei eſt cauſa neceſſaria creaturarum,ſed ſecundum quandã propenſionem.

6. *In voluntate diuina unde ſumenda ſit illa prioritas.*

In voluntate verò diuina eodem modo ſumenda eſt prioritas ſignorum, ita vt illa volitio dicatur in priori ſigno, quæ terminata ad vnum obiectum eſt ratio, cur eadem terminetur ad aliud obiectum. Si verò in obiectis volitis ſit mutua dependentia, ſicut eſt,cùm Deus vult aliquem finem per vnicum medium tantùm,tunc ſecundum rationem ſunt ſimul volita, poteſt tamen à parte rei vnum eſſe prius altero in diuerſo genere cauſæ, vt dicemus in quæſtione ſexta Philoſophica.

Tria ſigna prioritatis precedũt decretũ diuinum.

Hinc fit, vt tria ſaltem ſigna prioritatis præcedant decretum diuinum, vt actu poſitum. Primum eſt in quo Deus cognoſcit omnes creaturas,ſiue vt poſſibiles, ſiue vt futuras ſub conditione, ſeu vt abſolutè futuras Secundum eſt, primum ſignum voluntatis, in quo Deus vult ſe ipſum vt finem vltimatum, quia hæc volitio eſt ratio, cur idem actus volitionis terminetur ad reliqua obiecta. Tertium ſignum eſt indifferentia voluntatis, in quo voluntas diuina intelligitur indifferens, antequam determinetur ad volendum obiectum ad extrà, vel ad non volendum.

7. *Ex quarum rerum cognitione producatur Verbum.*

Ad argumentum verò de productione Verbi, reſpondetur, Verbum produci formaliter in primo ſigno ex cognitione eſſentiæ, & concomitanter ex cognitione non ſolùm perſonarum, vt exiſtimauit Scotus in 2.diſt.1. qu.1.art.2. Sed etiam ex cognitione omnium obiectorum, quæ ſunt in ſecundo ſigno,ſcilicet, poſſibilium,& futurorum ſub conditione, & etiam futurorum abſolutè, ſi illa poſſent præcognoſci, de qua re infrà eſt ſententia Auguſt. lib.5.de Trinitate cap.13. & 14. Alenſ.part.1.q.62. mem.1.art.4.Richardi in 1.diſt.27.& 2.q.3.& aliorum,& etiam ipſius S.Thomæ,qui par.1.q.34.art.3. dicit expreſsè Verbum procedere ex cognitione omnium, quod quidem dictum S. Thomæ multi Thomiſtæ interpretantur de cognitione etiam futurorum, quæ ſubſequitur decretum voluntatis diuinæ.At nos interpretamur de ſcientia rerum futurarum, ſub conditione,quæ antecedit ipſum decretum:nam Verbum producitur ex ſcientia perfectiſſima,quæ eſt in primo ſigno. in quo intelligitur Pater perfectiſſimè conſtitutus quaſi in actu primo ad producendum Verbum.

Vide in 3. inſtãtia cõtra 4.Aſſert. Auguſt. Alenſ. Richard. S.Thom.

SECVNDA ASSERTIO.

8. 2.Aſſert. *Nõ repugnat diuinum decretum præcognoſci à Deo,vt futurum.*

SECVNDÒ dico contra primum modum Molinæ, non repugnat diuinum decretum præcognoſci à Deo, vt futurum in aliquo priori ſigno ex eo, quia non habet determinatam veritatem. In hac aſſertione non eſt immorandum, ſatis enim probauimus contra Molinam in quæſtione Philoſophica in prima dubitatione, futurum, vt futurum habere determinatam veritatem. Quòd ſi non haberet determinatam veritatem, nec ipſæ creaturæ, vt futuræ, poſſent à Deo cognoſci, quia quamuis Scientia Dei ſit excedens; non tamen propter hoc poteſt terminari ad obiectum, quod ex natura ſua non eſt ſcibile, vt ſuprà probauimus contra eumdem in primo Corollario huius quartæ quæſtionis philoſophicæ.

TERTIA ASSERTIO.

TERTIÒ dico contra tertium modum,non repugnat à Deo præcognoſci in aliquo priori ſigno ſuum decretum diuinum, vt futurum, ex eo quia talis præſcientia, quæ eſſet in ipſomet Deo, tolleret ab ipſo libertatem : nam, vt dictum eſt in primo Corollario, præſcientia nullam rei imponit neceſſitatem, quia priùs eſt rem eſſe futuram, quàm præuideri : tamen, quoniam maiorem quamdam difficultatis rationem in hac re innuere videtur argumentum factum in tertio modo, cùm in ipſo Deo,qui eſt voliturus, ſit præſcientia; ideo reſpondendum eſt, concedendo obiectum, vt cognitum à Deo, antecedere ſe ipſum, vt actu volitum ab eodem Deo; ſed negando talem præſcientiam ſe habere ad modum proponentis obiectum,& determinantis voluntatem diuinam, ſed tantùm ad modum intuitionis ſpeculatiuæ obiecti, quod iam ſupponitur futurum,& probatur primò à priori,quia decretum futurum eſt priùs ratione, quàm præſcientia, ergo ipſa præſcientia non poteſt determinare voluntatem diuinam neque quoad exercitium, neque quoad ſpecificationem, cùm iam præſupponat ipſam determinationem diuinæ voluntatis liberam, & quoad exercitium,& quoad ſpecificationem.Secundò probatur ex tribus abſurdis, quæ alioquin ſequerentur, ſi talis præſcientia neceſſitaret diuinam voluntatem. Primum eſt,quòd per talem præſcientiam Deus non attingeret obiectum vt eſt,quia non præſciret, quòd decretum eſſet futurum ex vi determinationis ipſius præſcientiæ : nam priùs intelligitur præſcire decretum,ex quo poſtea reſultat, quòd ſit futurum ex vi determinationis ipſius præſcientiæ. Secundum eſt, quòd deciperetur Deus in ſua præſcientia,quia præſciuerat decretum futurum ex ſua libera voluntate, & tamen erat futurum ex vi determinationis præſcientiæ.Tertium abſurdum, quia talis præſcientia,vt patet, deſtrueret obiectum ſuum,& ſe ipſam.

9. 3.Aſſert. *Non repugnat à Deo præcognoſci ſuum decretum in aliquo priori ſigno.*

Decretũ diuinum futurũ eſt prius ratione, quã præſcientia.

Abſurda quæ ſequuntur ex alia opinione.

QVARTA ASSERTIO.

Per quam reſoluitur quæſtio.

QVARTÒ dico contra primam opinionem, non poſſe à Deo, præcognoſci ſuum decretum diuinum in aliquo priori ſigno, vt futurum. Cuius aſſertionis hæc ſola mihi videtur eſſe ratio, quia decretum diuinum,quo Deus liberè vult creaturas,nihil addit ſupra ſuam volũtatem, ſeu actum, quo Deus neceſſariò ſeipſum vult, præter reſpectũ rationis ad creaturas futuras. Sed hæc ratio duplicem poteſt habere ſenſum.Primus ſenſus eſt,quem videtur ſequi Vaſquez loco citato, quia ille reſpectus fundatur in denominatione ſumpta ab ipſa creatura,& ideo conſequitur res futuras,quare non poteſt concipi ſine illis.Sed hic ſenſus impugnatur, quia omnis creatura eſt, eo quòd per voluntatem ſuam Deus vult illam eſſe : ergo relatio, quam dicit Deus,vt volens ad creaturam,non poteſt fundari in creatura, ſed potiùs fundatur, vt benè dicit Henricus

10. 4.Aſſert. Reſoluitur punct.diffic.

Omnis creatura eſt,quia Deus vult eam eſſe.

Digitized by Google

Heur. Henricus quodl. 9. q. 1. in ipſomet Deo, cuiuſmodi non ſunt relatio Creatoris, & Domini, quæ ſunt in creaturis, & per correſpondentiam, vt loquitur Henricus, ſunt in ipſo Deo.

Decretū diuinum nihil addit reale ſupra volūtatem diuinam. Secundus ſenſus eſt, quòd decretum diuinum non addat aliquid reale ſupra voluntatem diuinam, ſeu actum diuinum, quo Deus vult neceſſariò ſeipſum, quod reale ſit diſtinctum ſaltem ratione ratiocinata ab ipſa voluntate, ſeu actu Dei volendi ſeipſum: quare in illo priori ſigno non poteſt decretum diuinum, vt futurum repræſentari Deo. nam quidquid reale includitur in hoc decreto diuino, quod eſt fundamentum reſpectus rationis, ſeu terminationis ad creaturas, totum hoc (vt ſupponimus ex dicendis in quæſt. ſexta philoſophica, in Corollario ſecundo de hac materia) totum, inquam, hoc eſt ens neceſſarium, at repræſentari debet in illo ſigno volitio libera, nec poteſt repræſentari in illo priori ſigno ipſe reſpectus rationis, tum quia non eſt quid reale, nec negatio alicuius realis, tum quia fundatur in illo exercitio vitali volitionis liberæ, quo Deus vult vitaliter, & liberè, vt ſupponimus, creaturam ad extra, quod quidem, vt probatum eſt, non poteſt repræſentari, & tamen illud deberet repræſentari, quia illud eſt formaliter decretum Dei, ad quod conſequitur ille reſpectus rationis.

11\. *Prima inſtātia cōtra aſſertionē 4.* Sed contra hanc quartam Aſſertionem, inſtatur primò, Deus cognoſcit ſuum decretum, cùm actu eſt poſitum, illud, ſcilicet, exercitium vitale volitionis liberæ, quo vult creaturam ad extrà; ad quod conſequitur ille reſpectus rationis, & tamen non diſtinguitur, nec ratione ratiocinata ab ipſa entitate actus, quo Deus neceſſariò vult ſe; ergo poteſt etiam repræſentari in illo priori ſigno, vt futurum. Antecedens eſt manifeſtum. nam Deus non dicitur velle, quatenus ponitur res futura, ſed verè vitaliter vult rem futuram, vt hîc ſupponimus, quod eſt cauſa rei futuræ, quare cognoſcit velle vt terminatum ad creaturas. Conſequentia probatur, quia ſi cognoſcitur vt actu poſitum, cùm tamen non ſit diſtinctum ab actu, quo vult neceſſariò ſeipſum; ergo etiam in aliquo priori poteſt cognoſci, vt futurum, quia habet determinatam veritatem, vt ſupponitur ex principio Philoſophico. Nec obſtat, quòd non ſit diſtinctum, vt probatum eſt, ergo, &c.

Reſp. ad 1. inſtantiam. Reſpondetur, hanc inſtantiam habere maximam difficultatem; ſed aſſignari poteſt ratio diſparitatis. nam cùm decretum eſt poſitum, Deus experitur in ſe illud exercitium vitale ſuæ volitionis circa creaturas. At verò in priori ſigno, in quo non eſt actu poſitum, debet repræſentari per eſſentiam ſuam, tamquam per ſpeciem, vt futurum, & liberum: ad hoc autem requiritur, vt dictum eſt, diſtinctio ſaltem rationis ratiocinatæ ab actu neceſſario, quo vult ſeipſum. Hæc reſponſio clareſcet magis, ſi breuiter attingamus opinionem noſtram, quam tenebimus de volitione libera Dei in quæſtione ſexta Philoſophica, Corollario ſecundo: eſt autem hæc

In Deo datur entitas actus ſub diſiunctione volendi, & non volendi creaturas. quòd in Deo datur entitas actus, ſub diſiunctione volendi, vel non volendi creaturas: hoc enim non repugnat; quia hic actus ſub diſiunctione eſt neceſſarius: ſiue autem ſit diſtinctus ratione ratiocinata ab actu, quo Deus vult ſeipſum, ſiue non, parùm curo. Ad maiorem autem claritatem ponatur diſtinctus; vt autem hic actus habeat exercitium volendi potiùs creaturas in Deo, quàm non volendi, requiritur quædam volitio virtualis libera in ipſa voluntate diuina, per quam potiùs ſe applicat ad volendum, quàm ad non volendum, ſicut in voluntate creata eſt quædam volitio libera virtualis ad

A producendum potiùs hunc actum, quàm illum. Et fingamus, vt res magis clareſcat, quòd Deus infundat, & conſeruet ſe ſolo duos actus voluntati creatæ, alterum volendi, alterum nolendi: & ſupponamus, quòd iſti actus non habeant ſuum exercitium, quia ad illos non intelligitur concurſus voluntatis, nec quo ad fieri, nec quo ad conſeruari, vt ſupponitur. In hoc caſu poſſumus concipere, quòd ille actus ex illis duobus habebit ſuum exercitium, ad cuius productionem voluntas volitione illa libera virtuali concurreret, ſi non eſſet productus, ſicut enim ſufficit volitio libera virtualis ad producendum potiùs hunc actum, quàm illum, ita ſufficere videtur ad exercitium huius potiùs, quàm illius,

B quando à cauſa extrinſeca in ipſa voluntate eſſent producti ſine vllo concurſu intrinſeco ipſius voluntatis creatæ. In hoc igitur caſu voluntas creata experiretur in ſe exercitium liberum actus volendi potiùs, quàm non volendi, & tamen iſtud exercitium non poſſet repræſentari per ſpeciem, quia ſolùm per ſpeciem poſſet repræſentari voluntas, & actus: at per horum repræſentationem non cognoſceretur exercitium huius actus potiùs, quàm alterius oppoſiti, quia quod ſit exercitium huius potiùs, quàm illius, nihil aliud additur præter volitionem virtualem liberam, quæ non poteſt repræſentari per ſpeciem, ſed bene potentia illam experitur in ipſo exercitio actus, ſicut nec volitio virtualis vo-

C luntatis noſtræ, per quam voluntas potiùs ſe inclinat ad hunc actum producendum, quàm illum, poteſt in ſeipſa repræſentari, poteſt tamen cognoſci in actu, quem producit, quia actus eſt aliquid additum ſupra illam. At verò in illo caſu ſuperiùs allato, in quo Deus produceret duos actus, alterum volendi, & alterum nolendi, non poteſt volitio virtualis repræſentari per ſpeciem, nec ſeipſa, nec per exercitium actus, quia exercitium actus nihil aliud eſt in caſu aſſignato, quàm ipſemet actus connotando volitionem virtualem liberam, & potentiam vitalem appetitiuam, in qua proportionatè recipitur ipſe actus. Eodem igitur modo dicimus in Deo, quòd præter actum volitionis, vel nolitionis circa creaturas ſub diſiunctione, qui vt ſic, eſt neceſſa-

D rius in Deo, vel præter actum, quo vult ſeipſum, nihil aliud reale additur ad volendum in actu exercito potiùs, quàm nolendum creaturas. præter volitionem virtualem liberam, qua potiùs ſe applicat ad volendum, & ideo poteſt experiri Deus in ſe hoc exercitium volendi creaturas, non autem in aliquo priori ſigno repræſentari per eſſentiam ſuam tamquam per ſpeciem, quia illud exercitium dicit tria. Primum ipſum actum neceſſarium, & in hoc non poteſt cognoſci decretum liberum. Secundum connotat ipſam voluntatem diuinam, quæ concipitur informari per identificationem ab illo actu, & neque in hac, cùm ſit indifferens, poteſt repræſentari decretum liberum. Tertium in opinione no- *Exercitium actus, quo Deus vult creaturas, tria dicit.*

E ſtra, ipſam volitionem virtualem liberam, per quam Deus virtualiter ſe potiùs applicat ad hunc actum volendi, quàm nolendi, ſicut ſi Deus deberet producere hunc, vel illum actum, illa volitio virtualis eſſet ſufficiens ad determinandum ipſam voluntatem Dei ad productionem potiùs huius, quàm illius: hæc autem volitio virtualis libera non poteſt, vt probatum eſt, repræſentari per ſpeciem. reſtat igitur quòd decretum liberum diuinum, vt eſt in ſe formaliter, non poſſit præcognoſci à Deo in aliquo priori ſigno, vt futurum.

Inſtatur ſecundò contra eamdem quartam aſſertionem: Poteſt decretum diuinum, vt futurum cognoſci 12. *Secunda inſtātia cōtra 4. Aſſert.*

Digitized by Google

cognoſci à Deo per connexionem, quam de facto A habebit cum ſua voluntate, ſcilicet poſita tali naturæ ſuæ voluntatis propenſiæ ad communicandum ſe, præcognoſcere ſuum decretum futurum circa creationem mundi.

Reſpondetur, quòd non poteſt tale decretum cognoſci ex vi ſuæ voluntatis, tamquam cauſæ, quia adhuc ſtante illa maiori propenſione ad communicandum ſe, adhuc eſt libera, & decretum ipſum futurum contingens: debet igitur tale decretum præcognoſci vt determinatum in ſe; hoc autem modo cognoſci non poteſt, non quia non eſt determinatum in ſe, ſed quia non addit aliquid reale ſaltem diſtinctum ratione ratiocinata ab actu neceſſariò, quo Deus vult ſeipſum; ac propterea, vt ſuprà fusè probatum eſt, non poteſt repræſentari B per ſpeciem, quare nec cognoſci, vt futurum.

13. Tertia inſtantia contra eandem 4 Aſſert. Inſtatur tertiò. Res creata in aliquo priori ſigno ante diuinum decretum poſſet præcognoſci, quia eſt determinatæ entitatis, & veritatis, correſpondebit enim illi aliquando propoſitio de præſenti; ergo poteſt ſaltem arguitiuè præcognoſci à Deo ſuum decretum.

Reſpondetur, quòd hic modus præcognoſcendi arguitiuè dicit imperfectionem, & præterea ipſa eſſentia diuina, vt ſpecies, debet repræſentare Deo rem perfecto modo, repræſentando priùs cauſam, quàm effectum, cùm igitur ipſum decretum diuinum, quod eſt cauſa rei futuræ, non poſſit per eſſentiam diuinam in aliquo priori repræſentari, antequam ſit actu poſitum, nec repræſentari poſſunt C ipſæ res futuræ.

QVINTA ASSERTIO.

14. *De creto diuinum liberum circa creaturas poteſt à Deo præcognoſci.* QVINTÒ dico, & concludo ex dictis quòd decretum diuinum liberum circa creaturas ſi adderet aliquid diſtinctum à parte rei, ſiue ſaltem ratione ratiocinata ſupra actum neceſſarium, quo Deus vult ſeipſum, ſicut tenet Caietanus & alij, poſſet tale decretum præcognoſci à Deo, probatur, quia tunc nihil obſtaret; quia poteſt habere rationem futuri in aliquo priori ſigno, vt probatum eſt contra Vaſquez in prima aſſertione, ſecundo habet determinatam entitatem, & veritatem, vt proba- D tum eſt contra Molinam in ſecunda aſſertione. Neque ex hac præſcientia tolleretur libertas ab ipſo Deo, vt probatum eſt contra aliquos recentiores in tertia aſſertione, & quartò adderetur in hac opinione aliquid reale ſupra actum neceſſarium, quo Deus vult neceſſariò ſeipſum, ergo poſſet in tali caſu repræſentari ipſum futurum per eſſentiam diuinam tanquam per ſpeciem, quare, & præcognoſci à Deo, vt futurum. Quoniam verò, vt in quæſtione ſexta, Corollario ſecundo dicemus, hæc opinio Caietani, & aliorum habet multas difficultates, ideò dicendum eſt non poſſe decretum diuinum, vt futurum, præcognoſci ab ipſo Deo in aliquo priori ſigno, non nego tamen primam opinionem oppo- E ſitam aſſerentem decretum diuinum poſſe præcognoſci, eſſe probabilem, quamuis contra illam valde vrgeat inſtantia à nobis facta in 4. aſſertione.

* * *

QVÆSTIO QVARTA THEOLOGICA.

Vtrùm ſententia tertij Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, Deus cognoſcat futura contingentia ſub conditione; dummodo cognitio non ſit diſparata.

IN HAC QVÆSTIONE Theologica ſunt duæ dubitationes examinandæ.

I. *Vtrùm Deus cognoſcat contingentia ſub conditione.*

II. *Vtrùm illa poſſit Deus cognoſcere in ſuo decreto, præſertim ea, quæ pendent à ſola Dei voluntate.*

Argumenta pro parte negatiua.

NAIOR eſt ratio dubitandi, An Deus cognoſcat futura contingentia ſub conditione, quàm futura contingentia abſolutè; de quibus in ſuperiori Corollario egimus. Maior autem ratio dubitandi oriri videtur ex ſex capitibus, ſeu argumentis. 1.

Primum; probatum eſt ſuprà, futura contingentia ideo eſſe ſcibilia, quia habent determinatam entitatem; hæc autem determinata entitas ſumitur in ordine ad entitatem, quam habitura eſt res futura contingens in aliqua differentia temporis, in qua verum eſt dicere, *eſt*: ſed futurum contingens ſub conditione non poteſt habere huiuſmodi entitatem, & veritatem determinatam, quia nunquam eſt habiturum exiſtentiam: non ergo poteſt eſſe ſcibile: Quod enim non eſt, ſciri non poteſt, ex Ariſtotele primo poſt. cap. 2. 1. Argum. *Futurũ contingens poſſibile nõ poteſt habere entitatẽ determinatam.* *Quod nõ eſt ſciri non poteſt.*

Secundùm; propoſitio conditionalis de futuro contingenti, non ſolùm eſt propoſitio, ſicut eſt propoſitio de futuro contingẽti abſolutè: ſed etiam eſt conſequentia: ſi igitur conſequentia non eſt bona, nec etiam propoſitio erit vera: nam veritas propoſitionis idem eſt, quòd bonitas conſequentiæ. Sed in huiuſmodi conditionalibus propoſitionibus de futuro contingenti conſequentia non eſt bona, quia ſi eſſet bona, eſſet conſequenter neceſſaria: neceſſaria autem eſſe non poteſt, quia tolleretur libertas, & ſic non eſſemus in caſu contingentiæ: quia tunc conditionalis propoſitio de futuro contingenti, non eſſet de futuro contingenti. 2. Argum.

Tertium, videtur repugnare bonitati diuinæ: nam creaſſet homines, & Angelos, quos præſciuiſſet peccaturos, & damnandos. Secundò, poſtquam creauit homines illos, repugnaret adhuc ſuæ bonitati, ſi non præmaturè raperet, antequam peccarent, quos præſciuiſſet, ſi diu viuerent, peccaturos. 3. Argum.

Quartum, ex teſtimonio Scripturarum, in quibus habetur expreſsè reuelatum, Deum cognoſcere certò futura contingentia abſolutè: vt ſuprà probatum eſt. At verò circa futura contingentia ſub conditione potiùs habetur oppoſitum ex Scripturis: nam in multis locis, in quibus fit mentio de tali cognitione Dei ponitur particula dubitatiua *fortè*. Matth. 11. *Et tu Capharnaum numquid vſque* 4. Argum. ex Script.

Digitized by Google

vſque in cœlum exaltaberis? vſque in infernum deſcendes? quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent vſque in hanc diem. & apud Ezech. habetur, *Si fortè, vel ipſi audiant*, & apud Ioannem, *Si me ſciretis, forſitan, & Patrem meum ſciretis.* & Exod. 4. *Si non audient ſermonem ſigni prioris: credent verbo ſigni ſequentis: quòd ſi nec duobus his ſignis audierint, credent tertio:* quibus verbis videtur Deus quaſi dubitare de euentu.

Ezech. 3. Ioan. 8.

5. Argum. ex Auguſt. Quintum ex teſtimonio Auguſtini, qui lib. de præd. Sanct. cap. 14. arguens contra Maſſilienſes, qui aſſerebant quibuſdam infantibus baptiſma non fuiſſe conceſſum, quia Deus præſciuit eos pœnitentiam non acturos; *Si vix eſſet* (inquit) *quod Deus præſcit id quod futurum erat de illo infante, quod mortem immaturam eſſet incurſurus, vt tentationum ſubtraheretur incertò: neſcinit autem quod futurum non erat: quòd ſcilicet puer peccaturus eſſet: niſi fortè per coniecturam ſecundum pericula vitæ præſentis.* Accedit eodem teſtimonium Proſperi in Epiſtola ad eumdem Auguſtinum: vbi arguit eoſdem Maſſilienſes abſurditatis, dicentes non agenda præſcita eſſe à Deo. Qui quidem Proſper benè nouerat mentem Auguſtini.

6. Ex mente Scholaſt. *Duplex in Deo eſt ſcientia, viſionis & ſimplicis intelligentiæ.* Sextò ex teſtimonio Scholaſticorum, qui duplicem tantùm cognoſcunt ſcientiam in Deo. Alteram poſſibilium tantùm, quam vocant ſimplicis intelligentiæ. Alteram viſionis, quæ eſt rerum ſecundùm quod ſunt in actu: quæ relatæ ad diuerſas differentias temporum dicuntur præſentes, præteritæ, & futuræ; cognitio autem futurorum ſub conditione neque in priori, neque in poſteriori membro continetur; non in priori, quia non ſunt poſſibilia tantùm, cùm ſint futura ſub conditione; neque in poſteriori, quia numquam futura ſunt actu.

2. Explicatur Corollariū. Hæc quæſtio controuertitur inter recentiores; nam veteres Scholaſtici, vt dicemus infrà in hac quæſtione non meminerunt: hîc autem examinabo præcipuè ea, in quibus mihi videtur ab ipſis recedendum. Antequàm verò referamus opiniones, pro explicatione ipſarum breuiter recolendum eſt ex quæſtione Philoſophica, Dubitatione ſecunda, triplicem eſſe cōditionem: Vnam cauſalem, aliam non cauſalem, ſed meram conditionalem: tertiam omninò diſparatam. Cauſalis illa eſt, quæ verè de facto concurreret ad effectū, purificata conditione: Exempli gratia, ſi talis occaſio occurret Petro, Petrus peccabit: ſupponitur autem, quòd occaſio incliner Petrum ad peccandum. Mera, & pura conditio eſt illa, quæ quamuis prærequiratur ad effectum: nullo tamen modo influit in illum, v.g. ſi duo obiecta æquè proponantur Petro, in hoc caſu à neutro Petrus mouebitur ad peccandum, quia non eſt maior ratio, quare magis inclinetur ad vnum quàm ad alterum: prærequiritur tamen obiecti cognitio, quia voluntas fertur in cognitum. Diſparata eſt, quæ concomitanter ſe habet, & quaſi caſu; exempli gratia, ſi Petrus ambulabit, cœlum coruſcabit. His poſitis.

Conditio triplex eſt, cauſalis, mera conditionalis & diſparata.

3. 1. opi. Cath. Eſt opinio Catharini in opuſculo de præd. Sanctor. aſſerentis propter primum, & ſecundum argumentum poſita ſuprà. Deum non poſſe certò cognoſcere contingentia futura ſub conditione cauſali; ſed tantùm cognoſcere per coniecturam: quia talis cauſa, cùm ſit contingens, non inclinat neceſſariò ad effectum.

4. Sed communis Recentiorum tenet oppoſitum: diſſentio autem eſt inter ipſos recentiores: quænam futura conditionalia cognoſcantur. Eſt igitur ſe-
2. opi. Vaſq. cunda opinio Vaſquez, qui negat poſſe à Deo cognoſci contingens futurum merè conditionale: quia nulla eſt determinatio, nec in ipſa re, cùm nunquam futura ſit, nec inclinatio in cauſa: ſupponitur enim eſſe mera conditio. Vnde vlteriùs infert propoſitionem huiuſmodi ſemper eſſe falſam, quia enunciatur per modum cauſalitatis, & conſequentiæ, cùm tamen nulla ſit ratio cauſæ, & conſequentiæ: contradictoriam autem ſemper eſſe veram. tunc autem eſt contradictoria quorumdam recentiorum, quando negatio additur conditioni.

Tertia opinio Suarij in opuſc. de hac materia, qui non ſolùm concedi poſſe cognoſci à Deo contingens futurum merè conditionale, ſed etiam quando conditio eſt diſparata, quia ſufficit (inquit) materialis, & de facto connexio, quæ futura eſſet inter terminos propoſitionis antecedentis; & conſequentis. 5. 3. opinio Suarij.

PRIMA ASSERTIO.

Mihi verò media via videtur tenenda, & dico primò, futura contingentia ſub conditione cognoſcuntur certè à Deo, ſiue conditio ſit cauſalis, contra Catharinum: ſiue ſit merè conditionalis contra Vaſquez. 6. Sent. Auct. cōtra nonnullos Rec.

Probatur primò ex principio Philoſophico. In propoſitione de contingenti futuro ſub conditione, ſiue conditio ſit cauſalis: ſiue pura conditio, altera pars eſt determinatè vera, vel falſa in ſenſu diſiunctiuo: ergo eſt cognoſcibilis ab intellectu diuino. Conſequentia probatur eadem ratione qua probatum eſt dari in Deo cognitionem futurorum contingentium abſolutè: nam non datur repugnantia ex parte rei ſcibilis, vt ſupponitur in antecedenti, nec ex parte intellectus diuini, qui eſt infinitus ſimpliciter: nec ex parte eſſentiæ diuinæ, quæ eſt ſpecies infinita ſimpliciter in repræſentando. Antecedens probatur ex principio Philoſophico: poſita enim conditione cauſali, ſiue non cauſali, ſed pura conditione, non poteſt, vt ibi probatum eſt, vtrumque oppoſitum de facto poni in re; ſed alterum ipſorum determinatè: ergo illa pars propoſitionis conditionalis eſt vera, quæ enunciat effectum, qui de facto eſſet futurus purificata conditione. Et confirmatur, quia non videtur maior eſſe difficultas in cognitione futuri contingentis ſub conditione, quàm in cognitione futuri contingentis abſolutè: ſolùm enim conditione differt propoſitio conditionalis ab abſoluta, eadem autem veritas eſt in vtraque propoſitione. Si igitur veritas abſolutè eſt cognoſcibilis: erit & veritas propoſitionis conditionalis etiam cognoſcibilis: cùm ſit eadem veritas, cum hac ſola differentia, quòd in propoſitione abſoluta veritas cognoſcitur vt eſt abſolutè determinata: in conditionali verò eadem cognoſcitur vt eſt determinata ſub conditione, quod exemplo de futuro merè conditionali, de quo maior eſt difficultas, perſpicuum fiet. Ponatur Petrus peccaturus, ſi duo obiecta illi æquè proponantur; & ad maiorem claritatem ponatur de facto Petrum peccare de præſenti, tunc illa propoſitio merè conditionalis, nimirum. Si duo obiecta æquè proponantur Petro, Petrus peccabit; eſt verè determinata ſub conditione propter conformitatem ad rem ſignificatam: quia ita eſſet futurum à parte rei purificata ſolùm conditione. Et cùm arguitur à Vaſquez, ab aliis recētioribus futurum merè conditionale non cognoſcitur in ſe, quia numquam futurum eſt; nec in cauſa, quia nulla ſupponitur cauſa in propoſitione merè conditionali. Reſpondetur non cognoſci ex vi cauſæ; ſed propter connexio

7. Probatur 1. Aſſertió ex Princ. phil.

Vide Cor. 2

Digitized by Google

connexionem materialem, quæ de facto futura eſſet inter terminos antecedẽtis, & conſequentis. Et cùm ſecundò arguitur, ſaltem non poſſe cognoſci ſub formalitate antecedentis, & conſequentis, cùm nulla detur ratio cauſalitatis, & conſequentiæ: Reſpondetur, ſufficere ad veritatem conſequentiæ, ſi conditio aliquo modo prærequiratur ad effectum: ſicut eſt in caſu noſtro, quia tunc poteſt habere aliquo modo rationem antecedentis, quia antecedit effectum, vt prærequiſitum ad illam: Imò exiſtimo contra eoſdem recentiores, quòd in propoſitione cauſali eſt per accidens reſpectu cognitionis diuinæ, vt cauſa concurrat, vel non concurrat, quia non cognoſcitur effectus contingens ex vi cauſæ; quare reſpectu cognitionis diuinæ ſe habet propoſitio cauſalis, ac ſi eſſet conditionalis.

Secundò probatur eadem aſſertio contra Catharinum à quibuſdam recentioribus, ex multis locis ſacræ Scripturæ: ſed non omnia meo iudicio euidenter conuincunt Catharinum. nam ad aliqua poſſet Catharinus reſpondere illa intelligi de ſcientia coniecturali: qualia ſunt Sap. 4. *Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius*: & Iſai. 1. *Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma fuiſſemus*, & illud Matth. 24. *Niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fuiſſet ſalua omnis caro, ſed propter electos breuiabuntur dies illi*, & illud: *Nec vxorem de filiabus eorum accipies filijs tuis, ne poſtquam ipſæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in Deos ſuos*. Exod. 34. & illud Deuter. 7. *quia ſeducet filium tuum ne ſequatur me.* & Ezech. cap. 3. *Non ad populum profundi ſermonis, & ignotæ linguæ tum mitteris, & ſi ad illos mittereris, audirent te.* & Ierem. cap. 26. *Noli ſubtrahere verbum, ſi fortè audiant.* Alia verò tria loca allata ab iiſdem recentioribus, quæ indicant non coniecturalem, ſed certam ſcientiam interpretari poſſunt de effectu contingenti abſolutè futuro, quamuis videatur conditionaliter reuelari: Qualia ſunt hæc: primus eſt Exod. 3. *Ego autem ſcio, quod non relinquet vos Pharao, niſi per magnam manum.* Quo in loco videntur duæ propoſitiones conditionales, eſſe reuelatæ. Prima; quòd per ordinaria media Pharao non eſſet dimiſſurus populum. Secunda, quòd per extraordinaria media eſſet dimiſſurus. Sed meo iudicio iſtæ duæ propoſitiones, quas dicunt eſſe conditionales, ſunt abſolutè futuræ, quamuis videantur conditionales reſpectu eius, cui fit reuelatio. Nam prima propoſitio de facto fuit: Moyſes enim, vt in eodem libro Exodi legimus, primò verbis conatus eſt mouere Pharaonem ad dimittendum populum, ſed induratum fuit cor Pharaonis. Secunda propoſitio eſt etiam eodem modo abſolutè futura: ibidem enim dicitur abſolutè, *ego extendam manum meam.* Secundus locus eſt 3. Reg. 11. vbi prohibetur. *ne filij Iſraël ducant vxores alienigenas: certiſſimè enim* (inquit) *auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos alienos.* Qui locus quamuis videatur includere conditionem, eſt tamen de futuro contingenti, quod abſolutè futurum erat; conſtat enim hoc fuiſſe verificatum in Rege Salomone, qui adamauit mulieres alienigenas, & præuaricatum eſt cor eius, & etiam valde probabile eſt, fuiſſe verificatum in multis aliis. Tertius locus eſt Ioan. 5. *ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis.* qui locus eſt quidem conditionalis ſecundum reuelationem: tamen re vera à Deo cognoſcitur abſolutè ſcientia viſionis: quia ita futurum eſt, Iudæos nempe credituros eſſe Antichriſto.

Loca Scrip. quæ interpretari poſſunt de cognitione cõiecturali. Loca Script. quæ quãuis in licẽt certam ſcientiam, interpretari tamẽ poſſunt de effectu contingenti abſolutè futuro.

9. Loca Scrip. quæ probãt intentum.

Loca igitur, quæ clariùs probant in Deo eſſe ſcientiam certam futurorum contingentium ſub

A conditione, quæ numquam futura ſunt, duo ſunt præcipua.

Primus locus eſt Lucæ 10. *Væ tibi Corozaim: Væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ in te factæ ſunt, olim in cinere, & cilicio pœnitentiam egiſſent*: qui quidem locus non poteſt intelligi de cognitione coniecturali: tùm quia coniecturæ potiùs erant in oppoſitum, tùm quia ſi Chriſtus non cognouiſſet, certo non potuiſſet id exprobrare Iudæis. Omitto locum Mat. 11. vbi additur particula dubitatiua *fortè*, ſed ibi non eſt ſermo de Tyriis, ſed de Sodomis: quomodo autem intelligitur illud *fortè*, dicemus reſpondendo ad quartũ argumẽtum. Hinc ſequitur multò magis improbabilem eſſe interpretationẽ Ianſenij c. 47. Chriſtum loquutũ eſſe per exaggerationem quamdam, præſertim cùm in contrarium accedat communis expoſitio Patrum. Prim. locus.

Secundus locus eſt primo Reg. 23. vbi Dauid conſuluit Dominum dicens; *ſi tradent me viri Ceilæ in manus Saulis, & ſi deſcẽdet Saul, ſicut audiuit ſeruus tuus.* & ad vtrũque reſpondit Dominus: *& Saul veniet, & hi tradent te*, qui locus non poteſt intelligi de effectu contingẽti abſolutè futuro: quia neque Saul venit: neque viri Ceilæ tradiderunt Dauid. Neque poteſt intelligi de cognitione coniecturali: nam Dauid conſuluit Dominum, vt certam haberet ſcientiam, & non coniecturalem, quam ſufficienter habebat abſque eo, quòd conſuleret Dominum. Secund. locus.

C Præterea hæc ſententia meo iudicio probari poteſt ex omnibus locis Scripturæ, in quibus facta eſt reuelatio de re abſolutè futura: ita vt illa reuelatio potuerit eſſe cauſa impeditiua, ne reuelatum eueniret, v.g. Deus prædixit Petro, *antequàm Gallus cantet ter me negabis*: Hæc reuelatio poterat mouere Petrum ad non negandum, quia audita hac reuelatione, Petrus magis confirmatus eſt in non negando Chriſtum: *Et ſi oportuerit* (inquit) *me mori tecum, non te negabo.* Deus igitur non ſolùm antequàm reuelaret, ſed antequam decerneret reuelare, debebat eſſe certus de negatione Petri: alioquin euentus non fuiſſet infallibilis: ſed ante decretum non potuiſſet eſſe certus, niſi conditionatè ſciuiſſet, quod ſi reuelaret Petro, adhuc Petrus eſſet ipſum negaturus.

10. Auctoris ratio ad idem probãdũ ex locis Scripturæ in quibus fit reuelatio certa de effectu contingenti abſolutè futuro. *Matth.* 26.

D Quòd ſi quis dicat, quando Deus decreuit reuelare Petro: decreuit ſimul impedire, ne reuelatio proficeret Petro, qui iam in priori ſigno fuerat negaturus abſque reuelatione. Contra nam primò id videtur durum, vt Deus impediat Petrum ad non benè vtendum mediis, ſubtrahendo ſuum concurſum ad bonum vſum, vel impediendo, ne ſubeat menti talis reuelatio. Secundò de facto legimus in multis hiſtoriis reuelationem de conuerſione fuiſſe medium efficax ad conuerſionem: ſicut eleganter ſcribit Maffæus noſter in vita Beati Andreæ confeſſoriis: oportebat igitur Deum, antequam reuelaret, vel decreuiſſet reuelare talem conuerſionem, præſciuiſſe futurum ſub conditione; nimirum ſi talis reuelatio fieret, ſequeretur conuerſio ex ipſamet reuelatione tanquam ex medio efficaci, alioquin nec decretum de reuelando, nec ipſa reuelatio potuiſſent eſſe certa, & infallibilis.

Reuelatio de conuerſione fuit multis medium efficax ad conuerſionem.

Quòd ſi quis dicat ſecundò: Deus videbat effectum futurum in ipſomet effectu ante decretum de reuelando, quia ſic futurus erat; non tamen videbat cauſas impeditiuas; vel impulſiuas. Contrà: nam hoc diceret imperfectionem in Deo, quia eſſentia diuina; cùm ſit ſpecies perfectè repræſentatiua, repræſentat ſuo ordine id, quod futurum eſt eo modo quo futurum eſt, & conſequenter id, quod eſt priùs, & quaſi cauſa alterius.

SECVN

Digitized by Google

SECVNDA ASSERTIO.

11. *Conditio quã do eſt diſparata, non poteſt cognoſci à Deo futurũ ſub illa conditione.*

QVANDO conditio eſt diſparata, non poteſt futurum contingens ſub illa conditione cognoſci à Deo, eſt contra tertiam opinionem.

Probatur ex eodem principio Philoſophico, quia in huiuſmodi propoſitione diſparata, qualis eſt : Si Petrus ambulabit cœlum coruſcabit; nulla eſt ratio antecedentis, & conſequentis, ſed tantùm eſt quædam concomitantia; non ergo poteſt à Deo cognoſci ſub ratione conſequentis. Antecedens probatur, quia propoſitio illa antecedens, exempli gratia; Si Aquila volabit, &c. nec eſt cauſalis, vt patet, B nec merè conditionalis, quia illa conditio non eſt neceſſariò requiſita, nec habet aliquam rationem ſigni, quia tunc ſaltem à poſteriori talis propoſitio haberet aliquam rationem antecedentis; qualis eſſet hæc : Si Petrus negabit Chriſtum, Gallus cantabit. nam ſuppoſita reuelatione, peccatum Petri erat ſignum cantus Galli. Conſequentia probatur; quia cognoſceretur falſum : nam propoſitio de futuro contingenti conditionali, non ſolùm eſt propoſitio, ſed etiam conſequentia. Si igitur conſequentia non eſt bona, propoſitio conſequens, vt conſequens, erit falſa : nam veritas propoſitionis conſequentis, vt conſequentis, idem eſt quod bonitas conſequentiæ, ſed in huiuſmodi conditionalibus diſparatis, vt probatum eſt, conſequentia non eſt bona; ergo propoſitio eſt falſa : non ergo poteſt eſſe cognoſcibi- C lis à Deo; vt determinatè vera, quatenus propoſitio conſequens eſt. At verò, quia eſt quædam concomitantia inter terminos propoſitionum, poteſt talis propoſitio diſparata cognoſci à Deo ſub ratione cuiuſdam concomitantiæ, ita vt ex vtraque propoſitione antecedenti, & conſequenti fiat vna propoſitio copulatiua tamquam vnum conſequens dependens ab alio antecedenti merè conditionato, exempli gratia, ſi cœlum, & Petrus ponantur in eadem differentia temporis, cognoſcit Deus, & cœlum coruſcaturum, & Petrum ambulaturum: diſparata igitur, vt diſparata numquam eſt conditionalis.

Talis tamen propoſitio cognoſci poteſt ſub ratione concomitantiæ.

Notandum tamen eſt, quòd ad cognoſcendum veritatem contradictoriæ illius propoſitionis con- D ditionalis diſparatæ, non ſolùm intellectus diuinus, ſed etiam creatus eſt ſufficiens, quia ex ſtatura ſua ſemper eſt vera, & neceſſaria. contradictoria enim tunc eſt, cùm negatio cadit ſupra conditionem, exempli gratia, ſi dicatur, Non ſi Aquila volabit, Petrus ambulabit; hæc autem eſt vera, & neceſſaria, quia verè negatur ratio conſequentis; atque adeò eſt conformis rei ſignificatæ, quia à parte rei nulla eſt ratio dependentiæ, ſed tantùm concomitantiæ: ſecus autem eſſet, ſi propoſitio antecedens haberet aliquam rationem ſigni, quia tunc propoſitio antecedens haberet aliquam rationem antecedentis ſaltem à poſteriori, qualis eſſet hæc, Si Petrus negabit, Gallus cantabit : nam ſuppoſita re- E uelatione, peccatum Petri erat ſignum cantus Galli.

Obiicies illud 4. Reg. 13. quòd ſi Ioas percuſſiſſet terram quinquies, Deus fuiſſet conſummaturus Syriam; & tamen hæc propoſitio eſt diſparata, & vt ſic cognita eſt à Deo.

Conditio diſparata à Deo præcognita.

Reſpondetur, ſiue dicatur, quòd Deus iam viderat ſcientia viſionis, Ioam liberè ter tantùm percuſſurum terram, ſiue dicatur, quòd Deus concurrerit, cùm Ioas ad percutiendum ter tantùm terram, poterat A reuelare prophetæ tamquam ſignum, quòd quia rex ter tantùm percuſſurus erit terram; ter etiam percutiet Syriam: quòd ſi percuſſiſſet quinquies, aut ſepties, Deus conſummaturus fuiſſet terram, non quòd percuſſio, ſeu conſummatio Syriæ dependeret tamquam à cauſa à percuſſione terræ, ſed tamquam à ſigno, quod dederat Deus prophetæ.

12. *Nulla eſt diſtinctio cõditionis quãtũ ſpectat ad Dei cognitionem.*

Concludo igitur ex dictis meam ſententiam cõtra illos recentiores, quæ quamuis ſit noua, exiſtimo tamen veram, quod quantùm ſpectat ad cognitionem Dei, nulla eſt diſtinctio conditionis in cauſalem, meram conditionalem, & diſparatam. nam cauſalis, vt cauſalis nihil confert, ad cognitionem, ſed confert, quatenus conditio eſt; non enim cognoſcitur futurum conditionatum ex vi cauſæ, quia ſupponitur B adhuc voluntas libera; diſparata autem eſt impertinens, & tantùm cognoſcitur vt vna propoſitio copulatiua conſequens ex alio antecedenti, quod eſt tamquam conditio, exempli gratia, ſi ponatur Petrus & cœlum in eadem differentia temporis, Petrus ambulabit, & cœlum coruſcabit; falſa eſt igitur illa diſtinctio trimembris.

Reſpondetur ad ſex argumenta in oppoſitum pro parte negatiua.

13. Ad primum Reſp. ad 2.

AD primum patet ex dictis ſuprà. Ad ſecundum reſpondetur ex quæſtione Philoſophica, in huiuſmodi conditionalibus conſequentiam eſſe C materialem, quia non attenditur vis illationis, quia ſiue conditio ſit cauſalis, ſiue non cauſalis, non infertur effectus futurus ex vi formæ ſyllogiſticæ ſecundum diſpoſitionem terminorum, ſed tantùm coniunctio conſequentis de facto futura cum cauſa antecedenti conditionali purificata conditione: quòd verò hæc materialis conſequentia ſufficit ad ſcientiam, iam ſatis eſt probatum ſuprà, & in quæſt. Philoſophica, Dubitatione ſecunda. Argumentum autem benè probat contra tertiam opinionem illorum recentiorum, quando conditio eſt diſparata: quia ſignificatur per modum conſequentis: cùm tamen nulla ſit ratio conſequentis, & dependentiæ de facto etiam purificata conditione, nec tamquam à mera conditione, vt diximus in ſecunda noſtra D aſſertione.

Reſp. ad 3. Aug.

Ad tertium reſpondetur cum Auguſtino de origine Animæ. cap. 21. & Chryſoſtomo homil. de Adamo, & Eua, qui eam rationem reddunt, quòd bonitas (inquiunt) Dei vincat præſcientiam : pertinet enim ad bonitatem Dei non iudicare ex facto conditionali; iudicaret autem non creatum, ſi creare noluiſſet; ex eo, quia peccaturum præſciiſſet. Sic etiam videtur dicendum de his, qui non præmaturè rapiuntur: ſed exiſtimo dicendum cum eodem Auguſtino de correctione, & gratia, cap. 8. eſſe additum myſterium. & exclamandum cum Paulo, *O Altitudo diuitiarum Sapientiæ, & ſcientiæ Dei.*

Bonitas Dei vincit præſcientiam.

Auguſt. Rom. 11. Reſp. ad 3.

E Ad quartum ex ſcripturis reſpondetur; particulam *fortè* ſecundum communem Patrum ſententiam non ſemper ſignificare dubitationem, ſed poni interdum, vt eorum, qui conuertuntur paucitas denotetur: ita etiam exponit Greg. 9. in Ezech. loc. adductum in oppoſitum, *ſi forte, vel ipſi audient*, ſic etiã exponi poteſt Exodi 4. Secundò interdum poni, vt denotetur, indifferentia noſtri liberi arbitrij; ſecundum Hieronym. ſuper cap. 26. Ierem. & hoc modo interpretari poteſt locus Matth. 11. *Si in Sodomis, &c. fortè manſiſſent vſque in hanc diem* Secundò, reſponderi poteſt meo iudicio ad hunc locum Matth.

Forſitan non ſemper ſignificat dubitationem.

Ezech. Hom. Greg. Exod. Hier.

Matth. 11. 11. particulam *fortè* non cadere ſuper pœnitentiam Sodomorum, ſed ſuper pœnam *fortè*, inquit, *manſiſſent vſque in hanc diem*. Nam etiam ſi conuerſi fuiſſent, non erat certum, Deum remiſſurum fortè illis pœnam, ſicut multi ſecundum Rupertum, conuerſi ſunt tempore Noe, & tamen adhuc ſubmerſi ſunt aquis, de quibus intelligitur locus ille difficilis Petri 4. *quod Chriſtus euangelizauiis, qui erant in carcere, qui increduli aliquando fuerant temporibus Noe.* Sed tempore diluuij conuerſi ſunt. Additur autem fortè vel quia Deus nihil decreuit abſolutè de hac remiſſione conditionali pœnæ, vt dicetur infrà: vel ſi decreuit iſta particula, *fortè*, non poteſt eſſe dubitantis. nam Deus certus erat de ſuo decreto, quare denotat potiùs dubitationem aliorum, ſicut Auguſtinus explicat illud. Pſal. 2. *ne fortè*, ſicut ipſe legit, *iraſcatur Deus*, ratione (inquit) eorum, qui commonentur, qui cum dubitatione ſolent exiſtimare Dei futuram irã, apud eumdem verò, & S. Luc. non additur, *fortè*, cùm ſermo eſt de pœnitentia, & conuerſione Tyriorum, & non de pœna *olim*, inquit, *in cinere, & cilicio pœnitentiam egiſſent*.

Ruper. · Petri 4. · Aug. Pſal. 2. · Mat. Luc.

14. Reſpõſio ad 5. Ad quintũ de mente Auguſtini reſpondeo, quòd quamuis Auguſtinus loco citato in argumento, videatur eſſe contra primam aſſertionem noſtram, tamen claram habemus mentem Auguſtini pro noſtra Sententia in multis locis, ſed præcipuè de correct. & gratia, cap. 8. vbi quærit, quare multi iuſti non rapiuntur, dum iuſti ſunt? Reſpondet, an quia non potuit, vel quia eorũ mala non præſciuit, nihil horũ niſi peruerſiſſime, ac impiiſſime dicitur. & lib. de bono perſeuerantiæ, cap. 9. Loquens de Tyriis, quòd credituri fuiſſent, reddit rationẽ: *Ipſe Dominus* (inquit) *atteſtatur quòd acturi eſſent magnæ humilitatis pœnitentiam, ſi in eis facta eſſent diuinarum illa ſigna virtutum.*

Aug. tria dicta de hac materia. Ad argumentum igitur in oppoſitum, dicendum eſt loqui de præſcientia abſoluta, quæ eſt cauſa præmij, vel pœnæ: dicit autem Auguſtinus in illo loc. cit. tria. Primùm, quòd Deus præſciuit ſecundum pericula vitæ præſentis infantem peccaturum, id eſt, ſcientia conditionata, & hoc quidem certò, & non per coniecturam, vt falsò tribuitur Auguſtino. Secundò dicit Deum præſciuiſſe ſcientia abſoluta infantem incurſurum mortem immaturam, vt tentationum ſubtraheretur incerto. Tertiò dicit non præſciuiſſe præſcientia abſoluta infantem peccaturũ ſi non fuiſſet ſubtractus: & ratio eſt illa, quam idem Auguſtinus aſſignat libro primo de anima, & eius origine cap. 12. *quod omnino*, inquit, *ipſa exinanitur præſcientia, ſi quod præſcitur non erit, quomodo enim poteſt præſciri futurum, quod non eſt futurum?*

Quod nõ eſt futurum præſciri non poteſt.

15. Reſponſio ad 6. Ad ſextum de mente Scholaſticorum reſpondeo, mentem S. Thomæ infrà explicabimus in fine, circa verò mentem aliorum Scholaſticorum fateor illos expreſsè huius ſcientiæ non meminiſſe, ſed multis ex ipſis, qui exiſtimabant futura contingentia abſoluta cognoſci in cauſa vel prima, vel proxima creata, ſupponebant idem eſſe dicendum de futuris ſub conditione, ſed non eſt concedendum veteres Scholaſticos poſitiuè negaſſe hanc ſcientiam. hoc enim apud eos nullibi reperitur. Quod verò adducitur de illa diſtributione ſcientiæ in ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, & viſionis, per quam videbatur excludi hæc ſcientia conditionalium, quia neque eſt ſimplicis intelligentiæ, cùm non ſit poſſibilium tantùm, nec viſionis, cùm non ſit futurorum abſolutè. Reſpondent recentiores communiter ſatis probabiliter, hanc ſcientiam conditionalium comprehenſam fuiſſe à veteribus Scholaſticis ſub ſcientia ſimplicis intelligentiæ, per quam cognoſcuntur

A poſſibilia, quia vtrumque obiectum eſt neceſſarium, cùm antecedat decretum abſolutum Dei, ſed ſi diſtinctè aſſignari debeat (inquit differentia inter ſcientiam poſſibilium tantùm & conditionalium, tunc ſcientia poſſibilium dicenda eſt tantùm ſimplicis intelligentiæ, conditionalium autem ſcientia eſt media, quia participat rationem vtriuſque ſcientiæ, & ſimplicis intelligentiæ, & viſionis. ſimplicis quidem intelligentiæ, quatenus antecedit decretum abſolutum Dei, & eſt rei non abſolutè futuræ, viſionis autem; quatenus non eſt rei poſſibilis tantùm, ſed futuræ ſub conditione.

Conditionalium ſcientia media eſt inter ſcientiam ſimplicis intelligẽtiæ, & viſionis.

Sent. Auct. Mihi verò videtur dicendum, conditionalium ſcientiam in Deo veteres Scholaſticos comprehendiſſe quidem ſub ſcientia ſimplicis intelligentiæ, ſed
B non ea ratione, quam adducunt hi recentiores, quia ſcilicet conueniunt ſcientia conditionalis & ſimplicis intelligentiæ in neceſſitate obiecti, quia ſequeretur arguendo ad hominem, quòd ſcientia, quam Deus habet de ſe ipſo, vel quam habet Deus de ipſis perſonis, in priori quodam ſigno, in quo non intelliguntur adhuc perſonæ productæ diſtingueretur à ſcientia, quam habet de poſſibilibus, quod in primo Coroll. ſatis probauimus eſſe contra hanc auctorem. Quòd verò ſequatur, probatur. Deus enim eſt ens magis neceſſarium, & cauſa exemplaris aliorum neceſſariorum. quare rationem diſtinguendi ſcientias in Deo ſumpſerunt veteres
C Scholaſtici ex variatione in re cognita; & hoc modo, vt dictum eſt in primo Corollario, cognitio rei poſſibilis in Deo diſtinguitur ratione à cognitione rei præſentis. nam per cognitionem rei poſſibilis cognoſcitur res ſine exiſtentia: per cognitionem verò rei præſentis cognoſcitur cum exiſtentia, & hoc modo cognitio rei futuræ, & rei præteritæ non diſtinguuntur à cognitione rei præſentis, nec ratione quidem, quia tantùm variatio eſt in tempore, & non in re cognita, ſemper enim res cognita eſt eadem ſecundum eſſentiam, & ſecundum exiſtentiã, prout eſt in actu. Priorem ergo cognitionem vocarunt Scholaſtici ſimplicis intelligentiæ, poſteriorem viſionis. Sub priori autem includitur cognitio conditionalium, quia per conditionem nulla fit variatio in re cognita. cùm verò poſtea cognoſcuntur purificata conditione, iam eſt variatio in re cognita. Cognoſcuntur enim cum exiſtentia, vel habitu-
D dine ad exiſtentiam, quæ habitudo rationis, intelligitur reſultare in re, poſtquam eſt volita à Deo, & ideo cognitio talis rei includitur in ſecundo membro diuiſionis ſcientiæ, ſcilicet viſionis. Hinc eſt, quòd veteres Scholaſtici duplicis tantùm ſcientiæ meminerunt ſimplicis intelligentiæ, & viſionis, quia hæ duæ tantùm diſtinguuntur ratione in Deo, & ſub ſcientia ſimplicis intelligentiæ comprehenderunt hãc ſcientiam mediam; quia vt viſum eſt, nec ratione in Deo diſtinguitur à ſciẽtia ſimplicis intelligentiæ, reſpectu autẽ noſtri poteſt dari diſtincta hæc ſcientia media, ſicut etiã ſcientiã, qua Deus cognoſcit
E abſolutè futurum, ponit Gabriel diſtinctã à ſciẽtia, qua cognoſcit præſens, cùm tamen nulla ſit diſtinctio nec rationis, quia nulla eſt variatio in re cognita: ſed tantùm variatio in tempore. vide quæ diximus circa hanc materiam fuſiùs in primo Corollario.

Deus eſt ens magis neceſſarium, & cauſſa exemplaris aliorũ neceſſariorũ.

Duæ tantùm ſcientiæ à veteribus cognitæ.

Circa verò mentem S. Thomæ, quamuis illam non habeamus expreſſam niſi in opuſculo de præſcientia, & prædeſtinatione, quod non eſt certum an ſit S. Thomæ, quamuis ſuo nomine circumferatur; tamen dicendum eſt primò, ſicut diximus de aliis Scholaſticis, quòd numquam illam poſitiuè negarit, ſed comprehenderit ſub ſcientia ſimplicis intelligentiæ. 16. Mens S. Th. circa futurũ cõditionale.

Digitized by Google

intelligentiæ. Secundò dicendum eſt S.Thomam in cathena adducere multa loca Sanctorum Patrum, qui expreſsè admittunt hanc ſcientiam conditionalium,& præter locum, quem communiter adducũt recentiores Matth. 11. *ſi in Tyro*, &c. ſunt alia loca clariora Mat. 21. ſuper illa verba *verebuntur fortè filium meum*, adducit S. Thomas Hieronymum dicentem. *Quod autem dicit verebuntur filium meum, non de ignorantia venit; quid enim neſcinit paterfamiliâs, qui hoc loco Deus intelligitur? Sed ſemper ambigere Deus dicitur, vt libera voluntas hominis reſeruetur*, & tamen illa propoſitio, *verebuntur filium meum*, eſt propoſitio conditionalis, quæ non fuit poſita in actu, nã Iudæi non honorarunt Chriſtum. Præterea alius locus eſt apud Ioan. 5. *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi*, propoſitio eſt conditionalis: nam hi, de quibus hîc eſt ſermo, mortui ſunt in peccato ſuo, vt dixerat Chriſtus. Adducit autem S.Thomas in hunc locum Alcuinum dicentem, *forſitan autem more noſtro poſuit, non quia dubitatio ſit in Deo.* Præterea tertiò apud Ioan. 8. *Si me ſciretis, forſitan & Patrem meum ſciretis*, adducit Auguſtinum dicẽtem particulam *forſitan*, nõ ſignificare dubitationem in Deo, ſed increpationẽ.

Matth. 11. Matth. 21. Hier. Ioan. 5. Alcuin. Ioan. 8. Auguſt.

Præterea quartò S.Thomas 3.par.q.1.art.3.ad 4. dicit Chriſtum fuiſſe prædeſtinatum poſt præuiſum peccatum, quod quidem quicquid dicant ibi aliqui recentiores. non poteſt intelligi de ſcientia viſionis, intelligendum eſt ergo de ſcientia conditionata, vt oſtendemus infrà q.6.Philoſoph.Coroll.1. Præterea clariùs hoc aſſerit S.Thomas q. 24. de veritat. art. 9. & 3.par.q.1.at.5.ad 2. quem ſequutus eſt Sotus lib. 3. ſummularum, cap. 18.

SECVNDA DVBITATIO.

An futura contingentia conditionalia cognoſci poßint à Deo in ſuo decreto.

1\. Not. *Triplex decretũ in Deo nos poſſumus concipere.*

NOTANDVM triplex decretum nos concipere poſſe in Deo. Primum conditionale, tam ex parte actus, quàm ex parte obiecti, vt exempli gratia, cùm dicit Deus, ſi decernerem concurſurum cum voluntate creata, ſi talis occaſio occurreret, hoc futurum eſſet. Secundum abſolutum ex parte actus, ſed conditionatum ex parte obiecti, exempli gratia, cùm dicit Deus, decerno me concurſurum cum voluntate creata, ſi talis occaſio occurret. Tertium abſolutum ex parte actus, & ex parte obiecti, & hoc ſubſequitur ipſam ſcientiam Dei conditionalium. Quantùm ad primum decretum, certum eſt Deum non poſſe cognoſcere huiuſmodi futura contingentia ſub conditione in illo decreto, quia eſt conditionale, & nihil ponit in eſſe. Quantùm ad tertium decretum etiam certum eſt Deum non cognoſcere huiuſmodi conditionalia in illo; nam per hoc decretum purificatur conditio; ſolùm ergo eſt difficultas de ſecundo decreto. His notatis punctus difficultatis in hoc conſiſtit. Diximus ſuprà contingens abſolutè futurum non poſſe cognoſci à Deo in ſuo decreto, niſi poſita ſcientia conditionata eiuſdem rei futuræ: hac enim poſita poſſet cognoſci in decreto, quia iam eſt purificata conditio, & per ſcientiam cõditionatam non erat cognita in ſeipſa; at verò non poſſunt futura contingentia ſub conditione à Deo cognoſci in ſuo decreto abſoluto ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti, quia per hoc Dei decretum iam purificatur conditio rei futuræ. Quod igitur controuertitur, eſt, An aliqua alia peculiaris ratio ſit, quare contingentia ſub conditione futura non poſſint cognoſci in decreto diuino abſoluto ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti; &, An

Punct. diffi.

A futura quæ poſita conditione pendent à ſola Dei voluntate, poſſint cognoſci in hoc decreto Dei abſoluto ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti. & ratio dubitandi eſt, quia futura abſolutè, quæ dependent à ſola Dei volũtate poſſunt cognoſci à Deo in ſuo decreto omninò abſoluto ex parte actus, & ex parte obiecti; ergo & futura ſub conditione.

2\. 1. opinio Vaſq.

Prima opinio eſt Vaſquez, qui exiſtimat ſatis ingenioſè eſſe impoſſibile hoc decretum; Quia ſuper Dei eſſentiam, vel voluntatem, qua Deus ſe neceſſariò vult, decretum terminatum ad obiectum extrinſecum, nihil aliud addit præter reſpectum rationis. Si igitur tale decretum eſt abſolutum, reſpectus rationis debet eſſe abſolutus; at abſolutus eſſe non poteſt, cùm ipſius fundamentum, quod eſt mutatio in B creatura, non ſit quid abſolutum, ſed conditionatũ.

3\. 2. opinio Suarij in opuſculo de hac materia. 1. Arg.

Secunda opinio aliorum eſt, qui tenent oppoſitum fundamentum ipſorum eſt, & quidem acutum & probabile, quia nihil (inquiunt) obſtat, quin Deus facere poſſit hoc decretum abſolutũ ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti; ſi quid enim obſtaret, eſſet illud, quod deberet intercedere aliqua mutatio, vel in ipſo actu, vel in obiecto. At in actu diuino nulla poteſt eſſe, nec in obiecto, cùm ſit conditionatum, ſed hoc, inquiunt, non obſtat, & probant quatrupliciter. Primò, quia ſufficit aliquãdo mutatio moralis, exẽpli gratia, cùm Deus vult aliquem obligare; ergo ſufficit etiam mutatio conditionalis. Cõſequentia probatur, quia ſi non requiritur mutatio realis, & phyſica, nihil obſtat, quin poſſit eſſe cõdi- C tionalis. Secundò, voluntas, qua Deus eſt paratus concurrere, quantùm eſt ex ſe phyſicè, cùm creatura nullam ponit mutationem in creatura, vel in effectu, qui numquam exiſtet in actu. Tertiò, quia voluntate antecedente Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & tamẽ in multis, qui nõ efficaciter vocãtur, nullam ponit mutationem realẽ in obiecto. Quartò, Deus actu poſitiuo vult negationes, cæcitatem, &c.

2\. Arg. 3. Arg. 4. Arg.

Quintò probari poteſt ex Scripturis Pſalm. 80. *Si populus meus audiſſet me, Iſrael ſi in viis meis ambulaſſet*, &c. *Pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem*, vbi decretum de humiliando eſt certum, vt ibi Baſilius, & Auguſtinus notant. nec obſtat particula, forſitan; nam, vt patet ex ſuperiori dubio, non eſt dubitatiua, & ex illo Matth. *an putas, quia non poſſum* D *rogare Patrem meum, & exhibebit mihi pluſquam duodecim legiones Angelorum*, decretum exhibitionis, de quo certus erat Chriſtus eſt abſolutum. Cõditio verò eſt in obiecto, idẽ enim eſt, ac ſi diceretur, *ſi rogẽ Patrem meum, exhibebit mihi*, &c. Sextò in hominibus datur decretum tale; ergo neque eſt denegandum in in Deo, cùm nullam implicet contradictionem.

5\. Arg. Pſa. 80. Baſi. & Aug. Matth. 26. 6. Arg.

Sententia Auctoris.

4\. Impugnatur fundamentum Vaſq.

IN hac controuerſia, quamuis vtraque opinio ſit probabilis, ſi tamen licet dicere, quod ſentio, profectò prima opinio mihi videtur probabilior, non quidem ex ea ratione, quam ſuprà attulimus. ex Vaſquez erat autem hæc; quòd ſi decretum Dei eſt ab- E ſolutum, reſpectus etiam rationis ad creaturam volitam debet eſſe abſolutus, quia nihil additur actui diuino, quo vult ſeipſum præter hunc reſpectum: ſed hic reſpectus non poteſt eſſe abſolutus, quia fundamentum ipſius, quod eſt mutatio in creatura, non eſt quid abſolutum. Sed hæc ratio non placet, ſupponit enim duo, quæ non ſunt vera. Primò videtur ſupponere, quòd tota ratio, vel ſaltem formalis ratio decreti diuini ſit, reſpectus rationis, quod nõ eſt verum: potiùs enim conſequitur tamquam effectus ad ſuam cauſam, formaliter autem tale decretum

eſt idem in Deo cum actu voluntatis, quo Deus neceſſariò vult ſeipſum, vt ſupponimus ex D. Thoma 1. p. q. 19. præcipuè art. 3. & ex dictis ſuprà Coroll. 2. & infrà fusè oſtendemus qu. 6. Coroll. 2. Et probatur, quia actus, quo Deus vult Creaturas, eſt vitalis, vt patet ex Scripturis Pſ. 113. *Omnia quæcumque voluit fecit.* & præcipuè in operibus gratiæ, ad Eph. 1. *omnia operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, ergo nullo pacto poteſt eſſe reſpectus rationis. Sed quicquid ſit de hoc, id quod ſupponit ſecundò, quòd ſcilicet reſpectus iſte rationis habeat pro fundamēto rem futuram, non eſt verum: nam iſte reſpectus antecedit rem futuram; ideo enim res eſt futura, quia terminatur decretum Dei ad illam, & non è cōuersò; non enim vt Corol. 2. notauimus ex Henrico, ille reſpectus Dei, vt volētis eſt ſicut reſpectus Dei, vt creatoris, qui intelligitur ex creatura reſultare in Deo per correſpōdentiam, ſed ille potiùs ex Deo vt volente reſultat in creatura. B

S. Thom. — *Pſal. 113.*

5\. *Fund. Auct. pro hac ſen.* Fundamentum igitur pro hac noſtra ſententia, hoc eſt, quòd Deus ex non volente negatiuè in priori ſigno, fit abſolutè volens poſitiuè in ſequenti ſigno; ergo tunc debet eſſe aliqua mutatio abſoluta; vel in actu, vel in obiecto: non in actu, vt ſupponitur; ergo in obiecto. In obiecto autem duplex mutatio intelligi poteſt, vel in eſſe reali, quod res habebit in tempore, & hæc non poteſt eſſe coæterna actui, vel ineſſe obiectiuo ſecundum quamdam habitudinem rationis, quam ex actu reali Dei habet creatura ad exiſtentiam, quam ex ſe non habebat, C ratione cuius creatura volita cognoſcitur à Deo ſecundum eſſentiam, & exiſtentiam in actu. At verò in conditionali obiecto non poteſt eſſe talis mutatio; ergo nec actus abſolutus volendi Dei. Quòd ſi inſtetur, ſicut Deus actu poſitiuo vult alias creaturas non eſſe, tranſeundo de non volendo negatiuè in priori ſigno ad non volendum poſitiuè in poſteriori ſigno, & tamen nullam mutationem recipiunt tales creaturæ non volitæ, cùm numquam ſint futuræ; ita pari ratione decretum conditionale fieri poteſt etiam ſi nulla ſit mutatio à parte rei.

Deus nō facit actum poſitiuū circa creaturasqua non ſunt, nec erunt. Reſpondetur negando Deum facere actum poſitiuum circa illas; ſufficit enim negatiuè ſe habere, relinquendo illas in ſua natura, quia talis actus negatiuus eſt ſufficiens, vt reſultet in talibus creaturis D ſaltem proportionata mutatio, quatenus ex tali actu negatiuo reſultat in illis quædam habitudo quaſi poſitiua ad non exiſtendum, quam antea habebant negatiuè tantùm.

6\. *Reſp. ad arg. ſec. opin.* Ad argumenta ſecundæ opinionis quæ militant contra noſtrum fundamentum reſpondetur.

Ad primum. Ad primum, quando Deus vult aliquem obligare, non eſt tantum mutatio moralis, ſed intercedit mutatio Phyſica, ſaltem in aliquo ſigno exteriori, vel dictamine interiori, per quod intimetur talis obligatio. Ad ſecundum reſpondetur, & primò reſpondere poſſet aliquis, quòd ex eo, quia Deus eſt paratus concurrere phyſicè cū creatura, reſultat in ea quædam abſoluta habitudo potentiæ completæ exeundi in actum, & hoc non eſt merè ens rationis, E licet nihil videatur poni in re, quia per talem connexionem potentiæ creatæ cum illo actu diuino, quo Deus eſt paratus ad concurrendum cum ipſa potentia, iam potentia conſtituitur realiter potens in actu primo ad operandum. Sed ſecundò congruentiùs reſpondendum eſt, Deum nullum facere decretum, per quod ſit paratus ad concurrendum ad actum creaturæ, quem præſcit numquam futurum, propter eamdem rationem, quia nullam mutationem ponit in creatura. An autem præſciat ſe

7\. *Reſp. ad 2.*

facturum tale decretum, ſi actus fuiſſet futurus, videbimus in reſponſione ad quintum. Ad tertium reſpondetur, ſi illa voluntas eſt ſigni tantùm, nulla eſt difficultas; ſi verò eſt complacentiæ, tunc dicendum eſt, quamuis nulla ſit mutatio in re volita, quia illa non ponitur à parte rei, ſufficere tamen ſi mutatio ſit formaliter in illo medio ſufficienti. quod à parte rei exhibet Deus, quia per illud ſolùm, & præcisè habet ſimplicem complacentiam ſaluandi. 8. *Reſp. ad 3.*

Ad quartum petit illam difficultatem, An Deus actu poſitiuo velit negationes. quodcumque autem dicatur non videtur eſſe contra opinionem noſtrā. nam vel vult illas actu poſitiuo, & hoc nihil obſtat, quia ad volitionem illarum conſequitur aliqua mutatio à parte rei, exempli gratia, cùm Deus actu poſitiuo vult non conſeruare Angelum, vel cùm vult cæcitatem, vel cùm vult duo corpora glorioſa ſe penetrare (ſuppoſito quòd penetrabilitas nihil aliud ſit, quam negatio virtutis reſiſtitiuæ, quia altera quātitas reſiſtit alteri, ne excludatur) in huiuſmodi caſibus mutatio conſiſtit in hoc, quòd verè à parte rei, res ab eſſe poſitiuo tranſit ad non eſſe, vel non vult huiuſmodi negationes actu poſitiuo. & iſte ſecundus modus fauet opinioni noſtræ, & exiſtimo hoc ſecūdum congruentiùs dici. Nam ad primum exemplum cùm dicitur Deum velle Angelum non conſeruare; reſponderi poſſet Deum non habere actum poſitiuū non concurrendi, ſed negationem actus volendi dare concurſum efficacem. & iuxta hunc ſecundum modum meliùs intelligitur quomodo ſe habet voluntas Dei circa peccatum: Nam Deus non vult peccatum actu poſitiuo, ſed tantùm negatiuè ſe habet circa concurſum efficacem dandi remedia illa, per quæ efficaciter impediretur peccatum, & eius indignitas. Quòd ſi dicas, Deus actu poſitiuo non vult peccatum, quia poſitiuè illi diſplicet peccatum in reprobo, & tamen nulla reſultat mutatio à parte rei. 9. *Reſp. ad 4. An Deus actu poſitiuo velit negationes.* — *Penetrabilitas quid ſit.* — *Deus nō vult peccatū actu poſitiuo, ſed negatiuo.*

Reſpondetur ex dictis ad tertium argumentum, quòd Deus dicitur non velle peccatum, quatenus vult dare medium ſufficiens ad vitandum illud, & per tale medium tantùm habet præcisè complacentiam liberandi à peccato; quo ad verò velle dare medium efficax, ſe habet negatiuè. *Deus vult dare medium ſufficiens ad vitandum peccatum.*

Ad ſecundum exemplum de volitione cæcitatis, reſpondetur iuxta hunc ſecundum modum, Deum velle negatiuè cæcitatem per negationem volitionis efficacis conſeruandi potentiam viſiuam. Ad tertium exemplum de duobus corporibus ſe penetrantibus, dicitur, ſicut dictum eſt ad ſecundum exemplum, quòd Deus habet actum negatiuum volitionis efficacis conſeruandi illam virtutem, ſi impenetrabilitas conſiſtit in illa virtute excludente aliam quantitatem. Vel ſi velimus admittere actum poſitiuum in Deo, dicendum eſt, Deum dare alteri quantitati virtutem, vt alterius quantitatis reſiſtentiam ſuperet, ſicut multi tenent de dote corporis glorioſi: ſi verò impenetrabilitas conſiſtit in quadam incapacitate, tunc cùm Deus vult penetrationem, vult actu poſitiuo aliquod poſitiuum, ſcilicet capacitatem in corpore glorioſo, ſed in corpore non glorioſo vult negationem, ſcilicet incapacitatem: vult autem illam actu negatiuo, relinquendo ſcilicet corpus non glorioſum ſuæ naturæ, & hæc circa quartum argumentum principale ſecundæ opinionis. *Impenetrabilitatem quomodo Deus non concedat.*

Ad quintum reſpondetur, loca Scripturæ intelligi de decreto diuino conditionali, quod aliquando eſt propoſitio antecedens, exempli gratia, cùm dicit Deus, ſi ego decernerem, &c. illud erit, aliquando eſt propoſitio conſequens, exempli gratia, 10. *Reſp. ad 5.*

ſi

ſi illud futurum eſſet, ego decernerem,&c. hæc autem decreta non repugnant fieri, quia non intercedit mutatio, nec obſtat, quòd cognoſceretur decretum Dei vt futurum, quia quamuis hoc fortè repugnet, quando decretum cognoſcitur vt abſolutè futurum, vt diximus in 2. Coroll. non tamen repugnat, quando decretum cognoſcitur ſub conditione, quia non cognoſcitur intuitiuè ſcilicet ſecundum quod eſt in actu, ſed aliquo modo abſtractiuè, ſicut cognoſcitur decretum poſſibile.

11. *Reſp. ad 6.* Ad ſextum reſpondetur in hominibus non implicare, quia datur mutatio in cognoſcendo. ſecundum enim decretum eſt nouus actus, & præterea eſt neceſſarium in hominibus ad varias actiones exercendas, quia dubitant de euentu, quod non eſt in Deo. patet igitur ex dictis, Deum non poſſe cognoſcere futura contingentia ſub conditione in decreto abſoluto ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti, quia tale decretum dari non poteſt in Deo, vt probatum eſt.

QVÆSTIO QVINTA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia quarti Corollarij ſit vera, quòd ſcilicet, Enunciatio Prophetarum de futuro contingenti, aliquando tantùm verificetur iuxtà ſecundarium ſignificatum enunciatum in actu exercito, aliquando verò iuxtà primarium enunciatum in actu ſignato.

1. *Deus tribus modis reuelat in hac vita futurum contingens.*

PRo explicatione quæſtionis notandũ, quòd tribus modis Deus pro hoc ſtatu viæ reuelat Prophetis futurum contingens. Primus modus eſt in cauſa, hoc modo reuelauit Deus Ionæ excidium Niniuæ, oſtendendo totam congeriem cauſarum ſecundarum, quæ naturaliter concurſuræ erant poſt quadraginta dies ad excidium ciuitatis, & per reuelationem factam hoc modo non poteſt Propheta eſſe certus de euentu rei futuræ. quia tota illa congeries cauſarum erat impedibilis à Diuina voluntate per ſubtractionem ſui concurſus. & hinc eſt, quod Ionas timebat, ne argueretur mendacij, ſi talem euentum futurum enunciaret, quia ſuſpicabatur, ne Deus ſua miſericordia impediret, & ideo dicebat, *Scio Domine, quia miſericors es, &c.*

Ion. 4. *Secundus modus reuelãdi rem futurã.*

2. *Tres actus qui occurrũt in atteſtante Prophetiam.*

Secundus modus eſt per reuelationem in atteſtante, & ad hunc concurrunt tres actus. Primus actus eſt primæ operationis intellectus apprehenſiuus, & eſt directus, quo ſuppoſitis ſpeciebus tamquam inſtrumentis ſupernaturalibus apprehendit intellectus totam hanc enunciationem, ſeu totum hoc complexum: *excidiũ Hieruſalem eſt futurum, tali tempore:* & hic actus eſt locutio ex parte Dei, quatenus illæ ſpecies ſunt veluti quædam voces, quæ efficiunt illam apprehenſionem illius locutionis, ſeu enunciationis; & hic actus pertinet potiùs ad primam operationem intellectus. Secundus actus eſt iudicatiuus, & reflexus, quo intellectus Prophetæ intuitiuè cognoſcit naturam illius locutionis diuinæ, quòd ſit ſupernaturalis; & quòd à ſolo Deo effici poſſit, & hic diſtinguitur realiter, vel ſaltem formaliter à primo, quia habet duo, quæ non conueniunt primo actui. Primùm, quia hic ſecundus eſt actus reflexus; flectit enim ſe intellectus ſuper illam locutionem. Secundò, quia habet aliud obiectum à primo, & habet euidentiam intuitiuam ſui obiecti. Nã obiectum huius ſecundi actus eſt ipſa natura locutionis, quam intellectus Prophetæ fruens lumine ſupernaturali, euidenter in ſe ipſa intuetur eſſe ſupernaturalem; & non poſſe effici, niſi à ſolo Deo, & conſequenter cognoſcit eum, qui loquitur, eſſe Deũ; quamuis ipſe Deus non videatur in ſeipſo, ſicut amicus, cùm audit vocem amici ſibi notam, iudicat amicum eſſe, qui loquitur, etiam ſi amicum non videat. At verò obiectum primi actus apprehenſiui eſt ipſa res futura, ſaltem vt apprehenſa, & potiùs eſt cognitio abſtractiua, quia non videt rem futuram, vt in ſe eſt. Tertius actus poteſt addi, qui eſt iudicatiuus, & potiùs videtur pertinere ad tertiam operationem intellectus, quia intercedit aliquis diſcurſus ſaltem virtualis. Iudicat enim rem futuram repræſentatam per apprehenſionem, vt futuram, verè eſſe futuram hoc diſcurſu, Deus non poteſt falli, nec fallere, quod ſupponitur euidenter cognitum lumine naturali, & etiã ſupernaturali, vt diximus in quæſt. 3. Philoſophica, in Corollario quinto. ſed Deus eſt, qui loquitur, vt patet ex ſecundo actu; ergo res futura, quæ per talem locutionem repræſentatur, verè futura eſt. Dixi hanc notitiam de veritate rei futuræ eſſe abſtractiuam, quia ex vi illius Propheta non cognoſcit variationes in ipſa re futura, quæ tamen cognoſcuntur per cognitionem intuitiuam.

Deus nõ poteſt falli, nec fallere, principium eſt lumine naturali cognitum.

3. *Tertius modus reuelãdi rem futurã.*

Tertius modus eſt per ſpeciem ſupernaturalem, quæ intuitiuè repræſentat contingens futurum, vel vt futurum ſub ratione futuritionis, vel futurum ſecundum omnes variationes futuri, ita vt ex vi huius notitiæ Propheta cognoſcat futurum pro tali tempore exiſtere, & pro tali non exiſtere, & iuxta hunc modum Propheta non cognoſcit rem futuram, vt futuram, ſed futuram ſecundum quod actu eſt, dicitur autem res futura, & præſens ſecundum diuerſos reſpectus ad diuerſas differentias temporis. An autem cognitio; qua per hanc ſpeciem cognoſcitur futurum, & qua cognoſcitur præſens, diſtinguatur ſaltem ratione, patet ex dictis in primo Corollario. nam dicendum eſt proportionaliter ſicut ibi diximus de cognitione, qua Deus cognoſcit futurum, & præſens, quam diximus propriè non diſtingui ratione, niſi ſit impropria locutio; quia nulla intercedit variatio, nec in cognitione, nec in re cognita; cognoſcitur enim ſecundum quod eſt actu, ita vt pro vno tempore cognoſcatur, vt futurum, & pro alio, vt præſens, & pro alio, vt præteritum; quod ſi quis cum Gabriele contendat, hanc eſſe diſtinctionem rationis, quæſtio erit de nomine. Quòd autem in Propheta talis ſpecies, & cognitio non repugnẽt, quamuis hoc ſupponi debeat; probatur tamen breuiter ex eo, quia eſt participatio diuinæ eſſentiæ, tãquam ſpeciei, & diuinæ cognitionis, qua intuetur res futuras; nec aliunde videtur repugnantia, non ex parte obiecti futuri nõdum exiſtentis, quia, vt dictum eſt, in quæſtione Philoſophica, habet determinatam veritatem, & ſcibilitatem, & vt in primo Corollario oſtenſum eſt, à Deo cognoſcitur, nec ex parte ipſius ſpeciei, quia non requiritur, vt ſit infinita, ſicut fortaſſe ſecundum aliquos requireretur in ſpecie creata repræſentante diuinam eſſentiam. Dixi (fortaſſe) quia neque in illa videtur manifeſta repugnantia; poſſet enim à Deo, vel liberè produci limitatæ

An poſſet dari ſpecies creata Dei.

Digitized by Google

mitatæ perfectionis, vel limitari ad limitationẽ ſubiecti. in quo eſt determinatum lumen gloriæ, tãquã diſpoſitio neceſſaria ad recipiendum illam ſpeciem ſic limitatam; nec repugnat ratione ſupernaturalitatis, quia concurreret, vt inſtrumentum Dei.

Quartus modus reuelãdi res futuras. Vide in 1. q. Phil. Corol.

Quartus modus poſſet aſſignari, vt eſt in patria, & fuit in Chriſto in hoc ſtatu viæ, cùm res futura videtur in Verbo per eamdem viſionem, & ſpeciem, qua videtur Verbum, de qua diximus ſuprà.

Punctus difficultatis in quo ſit.

His poſitis punctus difficultatis eſt, quando ex his modis enunciatio Prophetæ verificetur ſecundum primarium ſignificatum, & quãdo iuxta ſecundariũ.

4. Reſolutio quæſtionis.

Dico igitur, quòd ad cognoſcendum, quando enunciatio Prophetæ eſt de primario ſignificato, & quando de ſecundario inſpiciendum eſt, quódnam motiuum determinet Prophetam ad proferendum propoſitionem de futuro contingenti ſine temeritate pro quo.

Supponendum eſt quod diximus in quæſtione Philoſophica, dubitatione prima, quòd quando futurum contingens habet determinationem in cauſa, ſed impedibilem, quæ dicitur determinatio ſecundũ quid, tunc propoſitio de tali futuro ſecundum Capreolum eſt vera determinatè, quantùm ad ſecundarium ſignificatum. quod enunciatur in actu exercito, quod eſt ipſa determinatio in cauſa: & ratio eſt, quia proferens talem propoſitionem, ne temerè proferat, attendit magis ipſam determinationem, quæ quamuis non ſit determinatio ſimpliciter neceſſitãs cauſam, ſed ſecundum quid, eſt tamen ſufficiens, ne à proferente temerè proferatur propoſitio, ex quo ſequitur poſſe ſtare falſitatem propoſitionum, quantùm ad primarium ſignificatum enunciatum in actu ſignato cum veritate determinata eiuſdem propoſitionis, quantùm ad ſecundarium ſignificatum enunciatum in actu exercito. Quando verò proferens propoſitionem habet notitiam euidentem de futuro contingenti, tunc proferens magis attendit primariũ ſignificatum enunciatum in actu ſignato, & propoſitio ſemper eſt determinatè vera, quia verè ſic futurum eſt, vt enunciatur, quantùm ad primarium ſignificatum. Quòd ſi quæras, quando propoſitio, quantùm ad ſecundarium ſignificatum, nec eſt vera, nec falſa. Reſpondetur, tunc eſſe, vt patet ex quæſt. Phil. quando nulla eſt determinatio in cauſa, quod tunc eſt cùm enunciatur effectus liber, & contingens, æquè ad vtrumlibet, quia tunc, neque eſt determinatio ad illum effectum. & ſic non poteſt eſſe vera propoſitio, nec determinatio ad oppoſitum, & ſic non poteſt eſſe falſa, erit igitur non vera. nam verum & falſum, in propoſitione de futuro contingenti, quantùm ad ſecundarium ſignificatum diximus in quæſt.

A Philoſophica non eſſe contradictoria, ſed contraria; quantùm verò ad primarium ſignificatum, æquipollere contradictoriis. Quòd ſi inſtetur, quãdo cognoſcitur effectus futurus ex cauſa contingenti, iam etiã cognoſcitur illa cauſa, vt determinata ad illum effectum, ergo ſemper etiam erit vera propoſitio, quantùm ad ſecundarium ſignificatum. Reſpondetur, illa determinatio in cauſa libera, & contingenti ad vtrũlibet. ſubſequitur effectum futurum, quia à determinata entitate effectus denominatur extrinſecè cauſa determinata, & ideo non poteſt talis determinatio enunciari in actu exercito, quia nihil conducit ad effectus determinationem.

5. 1. Illatum. *Prophetia Ionæ quomodo vera fuerit.*

B Ex his igitur deducitur primò, quando Prophetæ ſit reuelatio primo modo, vt facta eſt Ionæ, tũc enũciatio Ionæ de futuro excidio Niniuæ, *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*, eſt vera, quantùm ad ſecundarium ſignificatum enunciatum in actu exercito; non autem quantùm ad primarium enunciatum in actu ſignato, & ſecundarium ſignificatum, attendebat tantùm Propheta, & ideò dubitabat de euentu, quia poterant cauſæ naturales ſubuerſionis impediri à Deo.

2. Illatum.

Secundò deducitur; Quando reuelatio fit ſecundo, tertio, & quarto modo, tunc enunciatio ſemper C eſt vera; quantùm ad primarium ſignificatum, quòd enunciatur in actu ſignato. qui eſt conformis rei futuræ: talis fuit enunciatio Chriſti, & Prophetarum de excidio Hieruſalem.

3. Illatum.

Tertiò deducitur; quando eſt hoc 2. 3. & 4. modo, ſecundarium ſignificatum, quod eſt determinatio ſecundum quid in cauſa, non enunciatur propriè in actu exercito. Ratio eſt, quia enuncians non attendit illam determinationem in cauſa, cùm profert enunciationem: videt enim effectum in ſeipſo; ergo nec enunciat illam determinationem tamquam ſecundarium ſignificatum in actu exercito, & tunc D quantùm ad ſecundarium ſignificatum, enunciatio erit, nec vera, nec falſa. ac ſi nulla eſſet determinatio. Dixi propriè, quia licet ratio enunciandi rem futurã non ſit ſecundarium ſignificatum, tamen aliquo modo, ſicut cùm Deus enunciat effectum futurum contingentem in actu ſignato, enunciat etiam ſuas cauſas in actu exercito, quia eſſentia Diuina tamquã ſpecies ordine quodam repræſentat prius cauſas, & poſtea effectum, atque adeò videtur Deus in actu ſaltem exercito enunciare ipſas cauſas, ita idem poteſt dici de Propheta, poteſt tamen aliquando ſecundarium ſignificatum enunciari in actu ſignaro, ſicut dum Chriſtus enunciauit excidium Hieruſalem, enunciauit etiam in actu ſignato determinationem in cauſa, *quia inimici tui circundabunt te vallo.* Luc. 19.

Ex hoc principio quarto Philoſophico eſſet deducendum Corollarium Theologicum de prædeſtinatione, quatenus dicit præparationem mediorum; ſed quoniam hoc inuoluit diſputationem de efficacia gratiæ, quæ agitatur apud ſanctiſſimum Dominum: ideò differo vſque ad ſecundum tomum.

Poſt Principium quartum Philoſophicum, examinandum eſt hoc quintum, An poſſit ſtare neceſſitas moralis in toto collectiuo mediorum cum contingentia in ſingulis partibus diſtributiuis. habent enim hæc duo principia mutuam quamdam dependentiam. nam quamuis Deus ex quarto principio infallibiliter præſciat contingens ſub conditione futurum, non tamen præſcientia tollit contingentiam à re præſcita, cum illam ſubſequatur, vnde ſi non eſſet neceſſitas ſaltem moralis in toto collectiuo mediorum, poſſet contingere, vt nullum medium præſciretur infallibile ad bonum vſum præcisè ex vi præſcientiæ & collectiui, quicquid ſit de aliis modis in mente Dei, & ex alia parte, ſi eſſet neceſſitas moralis in toto collectiuo mediorum, & non eſſet præſcientia conditionata, non poſſet Deus præcisè ex vi talis neceſſitatis moralis in toto collectiuo ferre iudicium certum de euentu futuro, quia iudicium Dei debet eſſe ita certum, vt oppoſitum implicet phyſicè contradictionem, quod ſi ad neceſſitatem moralem in collectiuo accedat præſcientia conditionata, poteſt Deus ex illo collectiuo accipere quodcumque medium voluerit ex illis, quæ præſciuerit futura, & tunc iudicium Dei erit ita certum vt oppoſitum ex ſuppoſitione implicet phyſicè contradictionem.

QVIN

QVINTVM PRINCIPIVM PHILOSOPHICVM.

A diſtributiuo ad collectiuum non valet conſequentia phyſicè, valet tamen moraliter.

QVÆSTIO QVINTA PHILOSOPHIca: De veritate huius Principij.

Materiam huius quæſtionis breuiter attingunt Logici primo Priorum, & Philoſophi cum Ariſtot. 2. Cæli cap. 12. & quàm breuiſſimè Scholaſtici in 2. diſtinct. 28. occaſione illius Quæſtionis, Vtrùm Peccator poſſit diu cauere ab omni mortali, & Iuſtus ab omni veniali. Scotus quæſtione vnica. Capreolus quæſt. prima, concluſion. 4. in quartam. Henricus quodlibeto 6. quæſtione vndecima, Sanctus Thomas 1. 2. quæſt. 109. articulo octauo, & ibi Caietanus, & 3. contra gent. cap. 160. & ibi Ferrarienſis. Inter Recentiores Molina in Concordia diſputatione vigeſima, Vega in opuſculo de Gratia, & Iuſtificatione, quæſtione decimatertia, Valentia 1. 2. quæſt. 1. diſput. 8. & nonnulli alij. **Doctores qui tractãt hanc materiam.**

Explicatur ſtatus Quæſtionis.

1. ANTE quæſtionis diſcuſſionem, neceſſe eſt ad tollendam æquiuocationem, ponere differentiam inter formam argumentandi à ſenſu diſtributiuo ad collectiuum, & formam argumentandi, ſiue à diſtributiuo ad copulatum, ſiue à diuiſo ad compoſitum, ſiue à toto diſiuncto ad partem diſiuncti; Doctores enim aliquot, tam veteres, vt Henricus quodlib. 6. quæſt. 11. quàm Recentiores, confundunt huiuſmodi formas.

Differentia autem hæc eſt.

Quæ ſit forma argumentandi à diſtributiuo ad copulatum.

IN forma argumentandi à diſtributiuo ad copulatum, termini non ſumuntur eodem modo; nam in copulato includitur ſimultas partium, ex vi cuius aliquod prædicatum conuenit partibus copulatim ſumptis, quod non conuenit ſingulis diſtributiuè ſumptis; ac propterea non valet conſequentia à ſingulis partibus diſtributiuè ſumptis ad copulatum, neque è contra ex vi formæ. Exempli gratia: Deus poteſt producere ſucceſſiuè per totam æternitatem ſine termino, non valet conſequentia, ergo omnia poteſt producere in hoc inA ſtanti, quia in copulato includitur ſimultas partium in eadem duratione, ex vi cuius oritur impoſſibilitas antecedens ad producendum omnia ea, quæ poteſt producere ſucceſſiuè per totam æternitatem.

Quæ ſit forma argumentandi à ſenſu diuiſo, ad ſenſum compoſitum.

Ad hanc reduci poteſt forma argumentandi à ſenſu diuiſo ad ſenſum compoſitum antecedentem; conueniunt enim in hoc, quòd in vtraque includitur aliquid in vno extremo; ex vi cuius antecedenter impoſſibilitatur potentia, quod non includitur in alio extremo; ex quo fit, vt in neutra forma argumentandi valeat conſequentia, & idem proportionaliter dicendum eſt, quando ſenſus cõpoſitus eſt conſequens, quia ex illo B oritur neceſſitas conſequens, quæ quidem non eſt in ſenſu diuiſo: exempli gratia, cùm video Petrum ſedentem ex compoſitione viſionis cum ſeſſione Petri, neceſſariò Petrus ſedet: ſed hæc neceſſitas eſt conſequens, & ſolet dici neceſſitas conſequentiæ, vel neceſſitas ſecundum effectum, quia viſio conſequitur ſaltem in poſteriori natura ſeſſionem, & cauſatur ab illa. At verò neceſſitas, quæ oritur ex ſenſu compoſito antecedente, eſt etiam ipſa antecedens, & dici ſolet neceſſitas conſequentis, vel neceſſitas ſecundùm cauſam.

Differentia inter ſenſum copulatum, & compoſitum.

Differt autem forma argumentandi à diſtributiuo ad copulatum ab ea, quæ eſt à ſenſu diuiſo ad compoſitum, quia impotentia ad faciendum ſimul

totum copulatum, oritur ex vi ſimultatis partium A collectarum: ſicut patet in exemplo allato de diuina potentia, quæ non poteſt facere ſimul in hoc inſtanti determinato quæcunque poteſt facere ſucceſſiuè per totam æternitatem. At verò in ſenſu compoſito neceſſitas, ſeu impoſſibilitas, eſt ad aliquam partem determinatam, & oritur non ex ſimultate partium collectarum, ſed ex compoſitione alterius formæ cum potentia, ex vi cuius impoſſibilitatur antecedenter: potentia ad vnam partem determinatam: contingit autem aliquando hanc impotentiam in ſenſu compoſito reſultare ex dependentia partis poſterioris à priori, exempli gratia. Æger in ſenſu compoſito non poteſt conficere decem paſſus, vnum ſcilicet poſt alium cum ordine, quia ex vi huius compoſitionis ordinatæ B paſſus ad paſſum, ponitur defatigatio, & debilitas in ægro, per quam redditur impotens ad conficiendum determinatum paſſum, ſcilicet decimum; ſed in ſenſu diuiſo poteſt conficere quemlibet paſſum ex illis decem.

3. *Quæ ſit forma argumẽtandi à toto disiuncto ad partem disiuncti.*

Ad hanc eamdem formam à ſenſu diſtributiuo ad copulatum reduci etiam poteſt forma argumẽtandi à toto disiuncto ad partem disiuncti, quia ſicut in illa includitur ſimultas partium, & totum copulatum aſſumitur vt vnus terminus ad verificandam propoſitionem copulatam; ita in toto disiuncto includitur ſimultas partium, & totum disiunctum ſe tenet, vt vnus terminus, ad verificandam propoſitionem disiunctam; vnde ſicut in illa non C valet conſequentia à copulato, ad diſtributiuum, exempli gratia, Deus non poteſt facere omnia ſimul, non valet conſequentia; ergo non poteſt facere diſtributiuè ſucceſſiuè per totam æternitatem, ita neque in hac à toto disiuncto ad partem disiuncti, exempli gratia, cùm dicitur ad videndum eſt neceſſarius oculus, non valet conſequentia ſenſu disiunctiuo: ergo dexter eſt determinatè neceſſarius, vel ſiniſter. Differt autem hæc ab illa, quia in illa ſimultas partium accipitur copulatim: in hac verò ſimultas partium accipitur disiunctim, exempli gratia, hæc propoſitio eſt vera, oculus eſt neceſſarius ad videndum dexter, vel ſiniſter, ſi ſumantur termini disiunctim & indeterminatè, ſecus autem ſi accipiantur copulatim.

Differentia inter ſenſum copulatum, & disiunctũ.

4. *Forma argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum differt à præcedentibus.*

At verò forma argumentandi à diſtributiuo ad D collectiuum differt ab omnibus præcedentibus: quia in hac forma termini ſemper ſumi debent eodem modo: neque aliquid includi debet in collectiuo, quod non includatur in diſtributiuo, ex vi cuius incluſi ſequatur impotentia antecedens, vel ad totum collectiuum, qualem ponebamus in copulato: vel ad partem determinatam diſtributiui, qualem dicebamus eſſe in ſenſu compoſito. Et de hac forma argumentandi eſt præſens quæſtio. His autem poſitis,

Punctus difficultatis in quo conſiſtat.

Punctus difficultatis in hoc conſiſtit, quia in hac forma argumentandi ceſſat illa ratio incluſi, per quam probauimus, non valere conſequentiam in reliquis formis, non eſt igitur, cur in hac non valeat conſequentia, & tamen oppoſitum videmur E dicere in hoc noſtro ſecundo Principio. meritò igitur diſcutiendum nobis eſt. Vtrùm à potentia in ſingulis partibus diſtributiui, valeat ſemper conſequentia, ad potentiam in toto collectiuo.

Quæſtio examinanda.

Referuntur opiniones.

5. Prima opin. Logici probant ſemper valere conſequentiam.

PRIMA opinio Logicorum affirmat à diſtributiuo ad collectiuum ſemper valere conſequentiam, non autem à diſtributiuo ad copulatum. Ratio diſparitatis eſt, quia in priori forma collectiuum nihil includit præter ſingulas partes diſtributiui: ſi igitur datur potentia in ſingulis partibus diſtributiui, datur etiam in toto collectiuo, in poſteriori verò copulatum aliquid includit ex vi collectionis, quod non includunt partes diſtributiui ſigillatim ſumptæ, & ideo non valet conſequentia à copulato ad diſtributiuum: nec è conuerſo.

6. Secũda opi. Falsò tribuitur Hẽr. Bonauent. Dur. Scot.

Secunda opinio negat vniuerſaliter ſemper valere conſequentiam. tribuitur falsò aliquibus veteribus Scholaſticis, Henrico quodlib. 6. quæſt. 11. Bonauenturæ in 2. diſtinct. 28. artic. 2. quæſt. 3. Durando quæſt. 3. Scoto ibid. quæſt. vnica, quia (vt oſtendemus in primo Corollario) iſti Doctores loquuntur non de ſenſu collectiuo, ſed de ſenſu compoſito: imò Scotus potiùs videtur dicere oppoſitum: & quamuis Henricus quodlib. 6. citato videatur loqui de conſequentia ſenſus collectiui: tamen ſe ibi refert ad quæſt. 10. quodlib. 5. vbi per ſenſum collectiuum intellexerat ſenſum compoſitum, eſt tamen hæc opinio S. Thomæ 1. 2. quæſt. 109. art. 8. Capreoli in ſecundo loco citato eſt communis Recentiorum, qui hanc opinionem conantur probare afferendo multos caſus, in quibus non tenet conſequentia à diſtributiuo ad collectiuum.

Eſt S. Tho. Capr. & Recentiorum.

Primum argumentum ex Ariſtotele.

Probant primò ex Ariſtotele 2. Cœli text. 12. qui ad id probandum affert exemplum de talis, qui ſi millies iaciantur, impoſſibile eſt, vt ſemper reddant ſignum Coenſe, ſeu Veneris: & ſi alicui videbitur, eoſdem millies iactos poſſe reddere illud ſignum; amplietur numerus centies millies: ratio huius eſt, quia res fortuitæ non habent cauſam determinatam, ſicut neque liberæ. quocirca concludit Ariſtoteles neque in liberis, neque in fortuitis contingere, vt idem planè ſemper eueniat, in ſingulis autem non repugnare.

Res fortuitæ ſicut nec liberæ non habent cauſam determinatam.

2. Argum.

Secundò, in maxima (inquiunt) Ciuitate per annum infiniti penè coquuntur panes, & poteſt quis comedere quemlibet panem ex illis: & tamen non valet conſequentia, ergo poteſt comedere omnes per annum.

3. Argum.

Tertiò Deus ſucceſſiuè poteſt producere infinitum, & tamen non quodcumque Deus poteſt facere per totam æternitatem; poteſt in hoc inſtanti determinato, quia exhauriretur (inquiunt) potentia Dei.

4. Argum.

Quartò in continuo, quælibet pars diſtributiuè ſumpta habet minorem, non valet conſequentia, ergo omnes partes in continuo collectiuè ſumptæ habent minorem; ſequeretur enim dari minimam, qua non poſſit dari minor, quod implicat continuò, quia cùm illa extenſa ſit, & diuiſibilis, includit minorem.

5. Argum.

Quintò meliùs Deus poteſt facere ſingulas creaturas perfectiores, & perfectiores in infinitum diſtributiuè, ſucceſſiuè per totam æternitatem, & tamen non valet conſequentia, ergo poteſt facere omnes collectiuè, ſucceſſiuè, quia iam daretur terminus, vltra quem non poſſet, quod implicat infinito ſyncategorematico.

6. Argum.

Sextò, quia dari poteſt neceſſitas in communi, & non in particulari: quod oſtendunt duplici exẽplo. Primum eſt: oculus eſt neceſſarius ad videndum, & tamen

Digitized by Google

tamen non valet conſequentia ad neceſſitatem in particulari, quia neque dexter, neque ſiniſter eſt neceſſarius ad videndum. Alterum exemplum eſt ſuppoſita intentione finis, ſi ſint decem media, eſt neceſſitas in communi ad recipiendum medium indeterminatè, & tamen non valet illatio ad neceſſitatem de particulari & determinato medio; quia eſt libertas ad recipiendum quodcunque in particulari determinatum: neque è contrario à libertate, quæ reperitur ad ſingula media recipienda diſtributiuè, valet inferre libertatem in communi, quia in communi eſt neceſſitas, ſuppoſita intentione finis.

Aſſertur verior opinio.

7\. *Tertia opin. Auctoris.*

MIHI verò in hac quæſtione diſtinguendum videtur. nam vel potentia accipitur phyſica in ſingulibus partibus diſtributiui, & in toto collectiuo, & tunc vera eſt prima opinio Logicorum, valere, ſcilicet, ſemper conſequentiam à diſtributiuo ad collectiuum: vel accipitur phyſica in ſingulis partibus diſtributiui, & moralis in toto collectiuo indeterminatè in his rebus, in quibus nulla eſt determinatio, & tunc vera eſt ſecunda opinio Diui Thomæ, & communis Recentiorum non valere ſcilicet conſequentiam à diſtributiuo ad collectiuum.

Sed in explicanda, & probanda hac opinione in multis diſſentio à Recentioribus: primò in modo probandi illam: argumenta enim, quæ afferuntur, vel nihil probant cùm non procedant à diſtributiuo ad collectiuum, ſed vel à ſenſu diſtributiuo ad copulatum, vel à diuiſo ad compoſitum, vel à toto diſiuncto ad partem diſiuncti, vel ſi quid probant: probant etiam contra primum membrum diſtinctionis, non valere nimirum conſequentiam à diſtributiuo ad collectiuum, etiam ſecundùm potentiam phyſicam in vtroque extremo.

Fortuita nullam habere determinationem falſum.

Secundò non exiſtimo verum, quod ipſi aſſerunt, fortuita nullam habere determinationem: atque adeò argui poſſe in illis, ſicut & in rebus liberis, à diſtributiuo ad collectiuum ſecundùm potentiam phyſicam in diſtributiuo, & impotentiam moralem in collectiuo. Puto enim tam in fortuitis, quàm in contingentibus ſecundùm quid eſſe determinationem in cauſa, indeterminata autem eſſe ſolùm ſimpliciter contingentia: ac propterea ſemper argui in fortuitis, & contingentibus ſecundùm quid à diſtributiuo ad copulatum, vel à ſenſu diuiſo ad compoſitum.

Explicatur hæc ſententia Auctoris per aliquas difficultates.

Tertiò mihi videtur non poſſe hanc formam argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum applicari, ſicut ipſi applicant materiæ infinitæ ſyncategorematicæ. ſingula modò, quæ diximus ſunt probanda. Verùm, vt clariùs procedamus, diſtinguimus hanc quæſtionem aliquas per difficultates.

PRIMA DIFFICVLTAS.

An, cùm arguitur à diſtributiuo ad collectiuum, valeat conſequentia in materia finita, ſi in vtroque extremo accipiatur potentia phyſica.

8\. *Aſſer. prima.*

DICO primò: in materia finita, ſi accipiatur potentia phyſica in vtroque extremo, ſcilicet in diſtributiuo, & collectiuo: ſemper valet conſequentia.

Potentia ad ſingulas partes diſtributiui quid ſit.

Probatur, quia potentia ad ſingulas partes diſtributiui nihil aliud eſt, quàm potentia ad totum collectiuum, ſeu ad ad totam collectionem illarum partium; ergo ſi eſt potentia ad ſingulas diſtributiuè, erit potentia ad omnes collectiuè. Conſequentia eſt manifeſta: Antecedens probatur, quia collectiuum, vt explicatum eſt, nihil includit præter ſingulas partes diſtributiui. Et confirmatur primò, quia ſicut poſſe totum collectiuum nihil aliud eſt, quàm poſſe facere ſingulas partes illius collectiui: totum enim collectiuum componitur ex ſingulis partibus; quod patet ex eo, quia ſi potentia ad totum collectiuum reducatur ad actum, nihil aliud ſit, quàm ſingulæ partes illius collectiui; ita poſſe facere ſingulas partes diſtributiui, nihil aliud eſt, quàm poſſe totum collectiuum: ſicut igitur valet conſequentia à collectiuo ad diſtributiuum, ita à diſtributiuo ad collectiuum, eſt etiam impotentia phyſica ad partes diſtributiui, & è conuerſo.

Prima confirmatio.

Secunda confirmatio.

Secundò confirmatur exemplo: ſint quatuor actiones, quas non poteſt omnis homo rectè facere: Quæro, an ad primam actionem habeat potentiam phyſicam: non poteſt dici quòd non: Sequeretur enim non habere potentiam phyſicam ad ſingulas contra ſuppoſitum. Vlteriùs quæro de ſecunda actione; an habeat potentiam phyſicam ad illam faciendam, & non poteſt dici, quòd non, propter eamdem rationem, & ſic de tertia, & quarta actione: ſi igitur homo habet potentiam phyſicam ad ſingulas ſucceſſiuè, habebit etiam eamdem potentiam ad omnes collectiuè, ſucceſſiuè, & è conuerſo.

Tertia confirmatio.

Tertiò confirmatur, quia alioquin ſequeretur dari impotentiam phyſicam ad aliquam partem determinatam diſtributiui, quod eſt contra ſuppoſitum, dari, ſcilicet, in ſingulis partibus diſtributiui potentiam phyſicam. Probatur ſequela: Nam vel aſſignatur terminus intrinſecus illius actionis, quam homo poteſt facere, & immediatè poſt, non poteſt facere, qui eſt maximum quòd ſit, & ſit, exempli gratia, decima actio, aut alia ſimilis finita, vel aſſignatur terminus extrinſecus minimum quod non; ſi detur terminus intrinſecus: iam habet homo potentiam ſingulas actiones faciendi vſque ad vltimam incluſiuè, & tunc quæro, vel immediatè pòſt habet potentiam faciendi ſequentem actionem, vel non. ſi primum, ergo non eſt benè aſſignatus terminus intrinſecus: ſi ſecundum iam datur impotentia phyſica ad faciendam ſequentem actionem immediatam, quæ eſt determinata. ſi verò detur terminus extrinſecus, exempli gratia, decima actio, quam non poteſt facere, & quamcumque infra decimam poteſt; quæro cùm peruenitur ad decimam extrinſecè, ſeu excluſiuè, vel habet homo potentiam ad faciendam decimam actionem, vel non; ſi ſic, ergo non eſt benè aſſignatus terminus extrinſecus: ſi non; ergo iam datur impotentia phyſica ad faciendam determinatam actionem, nimirum decimam.

9\. *Inſtantia contra tertiam confirmationẽ.*

Reſponderi ſolet ad hanc confirmationem; in iis rebus, in quibus nulla eſt determinatio, cuiuſmodi ſunt libera, non dari certum, ac mathematicè definitum terminum ſiue intrinſecum, ſiue extrinſecum, ſed in toto collectiuo eſſe impotentiam indeterminatè.

Soluitur.

Sed contrà, quia hæc reſponſio poteſt quidem habere locum in impotentia morali, quæ conſequitur factum, vt videbimus infrà: non autem valet in impotentia phyſica, de qua eſt ſermo; nam cùm homo non facit actionem aliquam in toto collectiuo, quæro, vel ad illam faciendam non habet potentiam

tiam

Digitized by Google

tiam phyſicam, vel habet; ſi non habet, ergo iam eſt determinatio in ipſa potentia ad non faciendam illam actionem contra ſuppoſitum; quia impotentia phyſica eſt ſemper antecdens, & determinata; ſi habet, iam idem dicendum eſt de quacunque alia actione, quia, vt probatum eſt, ſi daretur actio, ad quam eſſet in impotentia phyſica, illa eſſet determinata contra ſuppoſitum.

Reſp. ad ar. Recentiorum.

Argumenta autem Recentiorum relata in ſecunda opinione, quæ hoc primum dictum impugnare videntur, non procedunt à diſtributiuo ad collectiuum; ſed potiùs, vt oſtendetur in ſequenti difficultate, procedunt, vel à ſenſu diuiſo ad compoſitum; vel à diſtributiuo ad copulatum, vel à toto diſiuncto ad partem diſiuncti.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An à diſtributiuo ad collectiuum valeat conſequentia, ſi termini ſumantur in diſtributiuo ſecundum potentiam phyſicam, & in collectiuo ſecundum potentiam moralem.

10.
Explicatur ſecunda difficultas.
Prima differentia inter potentiam phyſicam, & moralem.
Secunda differentia.

PRo explicatione huius ſecundæ difficultatis, notanda eſt duplex differentia inter potentiam phyſicam, & moralem, quæ eſt in toto collectiuo indeterminatè. Prima, quia phyſica antecedit factum, ita vt ex vi illius ſit impoſſibile, & implicet contradictionem ſaltem naturaliter non ſequi effectum: Impotentia verò moralis conſequitur factum, atque adeo nullam dicit implicantiam contradictionis antecedenter: Secunda differentia, & oritur ex priori, quòd quando eſt impotentia phyſica, Deus videt determinatè effectum futurum in illa impotentia phyſica tamquam in cauſſa: quando autem eſt impotentia moralis, nec determinatè, nec indeterminatè poteſt videre effectum in illa impotentia, tamquam in cauſſa: non determinatè, quia illa impotentia non antecedit factum, ſed conſequitur: nec indeterminatè in toto collectiuo, quia iudicium Dei eſt ita certum, vt implicet contradictionem fieri oppoſitum: at verò, vt dictum eſt, illa impotentia moralis in toto collectiuo nullam dicit implicantiam contradictionis, ſed videt Deus determinatè effectum in ſe ipſo per determinationem quam habet in ſe, qui vbi viſus eſt, tunc ratione ſenſus compoſiti, compoſitionis ſcilicet viſionis cum effectu, implicat contradictionem, effectum illum non eſſe futurum. His poſitis,

Aſſert. 2.

Dico ſecundò in rebus, in quibus nulla eſt determinatio, quales non ſunt fortuitæ, nec contingentes ſecundùm quid, vt in ſequenti puncto oſtēdetur, ſed tantùm ſimpliciter contingentes, vt ſunt liberæ: ſi termini accipiantur in diſtributiuo ſecundùm potentiam phyſicam: & in collectiuo ſecundùm moralem indeterminatè ad hanc, vel illam partem, non valet conſequentia à potentia phyſica in ſingulis partibus diſtributiui ad potentiam moralem in toto collectiuo indeterminatè, ſed poteſt ſtare potentia phyſica, & etiam moralis in partibus determinatè diſtributiui cum impotentia morali, ſeu de facto in toto collectiuo ad hanc, vel illam partem, indeterminatè, & vagè.

Quando non valet conſequentia à potētia phyſica ad moralem.

Hoc ſecundum dictum falsò, vt dictum eſt in ſecundo puncto, tribuitur aliquibus veteribus Scholaſticis, Henrico, Bonauenturæ, & Scoto: loquuntur enim de ſenſu compoſito: eſt tamen expreſsè S. Thomæ in quæſt. de veritate, quæſt. 6. quæ eſt de prædeſtinatione art. 3. in fine corporis 1. 2. quæſt. 109. art. 8. & 3. contra gent. cap. 160. Capreoli in 2. diſt. 28. quæſt. 1. contra quartam: Caiet. in 1. 2. qu. 108. art. 8. Vega in opuſc. de iuſtificat. & gratia, quæſt. 13. concl. 6. ſed iſti duo poſteriores Doctores loquuntur de impotentia morali non ad ſemper, ſed ad plerumque. eſt præterea communis ſententia Recentiorum Theologorum.

Henr. Bon. Scot. S. Thom.

Capr. Caiet. Vega.

11.
Probatur hoc ſecundum dictū Ariſt.

Probatur primò auctoritate Ariſtotelis ſecundo Cœli cap. 12. vbi adducit exemplum de talo, qui ſi millies iaciatur, impoſſibile eſt, vt ſemper reddat idem ſignum: Sed quicquid ſit de hoc exemplo, de quo infrà, ſententia eſt Ariſtotelis in eo loco, non poſſe hominem diu rectè agere: & loqui Ariſtotelem de impotentia morali, probatur, quia quod in vno text. legitur, *impoſſibile* in alio legitur, *difficile*, vt admoneamur eum loqui de impotentia morali, quæ in difficultate fundatur. Secundò probatur, quia eſt conformius aliquibus veritatibus Theologicis: primò non poteſt aliter ſaluari illud Matth. 18. *neceſſe eſt, vt veniant ſcandala; va autem homini illi, per quem veniunt ſcandala.* vbi coniungitur neceſſitas in toto collectiuo cum libertate in diſtributiuo: neque illud, *ſepties in die cadit iuſtus*, neque illud peccatorē non poſſe diu cauere à mortali, de quibus infrà in propriis Corollariis, vbi quamuis ex hoc principio Philoſophico hæc Corollaria deducemus, probabimus tamen ibidem non poſſe hæc, aliáque his ſimilia alio modo ſaluari, quàm per idem principium, quod maximè iuuat ad eiuſdem principij confirmationem.

Non poſſe hominem diu rectè agere ſententia eſt Ariſt.

Prou. 24.

12.
Recentiorū ratio ſumpta ex natura collectiui.

Sed difficultas eſt in aſſignanda ratione à priori huius dicti: aliqui Recentiores ſecundæ opinionis probant illud ex ipſa natura collectiui, quod multis exemplis conantur oſtendere, vt vidimus in ſecunda opinione, quæ iterum breuiter reaſſumenda cenſuimus, vt clariùs perſpiciatur quam vim habeāt; Primum eſt illud Ariſtotelis 2. Cœli cap. 12. de talis, qui ſi millies iaciantur, impoſſibile eſt, vt ſemper reddant idem ſignum veneris, ſeu numerum ſenarium. Secundum, de potentia diuina, quæ non quæcunque poteſt facere per totam æternitatem ſucceſſiuè, poteſt in hoc inſtanti determinato. Tertium, non quæcumque Deus poteſt facere per totam æternitatem ſucceſſiuè, diſtributiuè, poteſt ſucceſſiuè, collectiuè. Quartum, ſint decem media, ad accipiendum medium indeterminatè ſuppoſita intentione finis eſt neceſſitas in communi, à qua non valet conſequentia ad neceſſitatem in particulari; & determinato medio, quia eſt libertas ad accipiendū quodcumque in particulari; neque è contra à potētia libera, quæ reperitur in accipiendis ſingulis mediis diſtributiuè, licet inferre libertatem in communi. Quintò, ſimile quid eſt in aliis huiuſmodi, in quibus datur neceſſitas in communi, & non in particulari, exempli gratia, oculus in communi ſiue dexter, ſiue ſiniſter eſt neceſſarius ad videndum, & tamen in particulari determinatè, neque eſt neceſſarius dexter, neque ſiniſter.

Primum exemplum de talis.

Secundum de potentia diuina.

Tertium de eadem.

Quartum de mediis.

13.
Impugnatur ratio Recentiorū deſumpta ex natura collectiui.

Sed hæc ratio deſumpta præcisè ex natura collectiui, mihi non probatur, imò potiùs eſt in oppoſitum, ſi benè percipiatur natura collectiui ſuprà explicata puncto primo; nihil enim, vt diximus, collectiuum includit præter partes diſtributiui; quare ſi tantùm præcisè ſpectetur natura collectiui, eadem eſt potentia, & totum collectiuum, & ſingulas eius partes faciendi; ergò quantùm eſt ex natura collectiui, præcisè omnes eius partes reducentur ad actum: ſi ergo de facto non reducuntur ad actum, eſt ex aliquo extrinſeco; vt videbimus.

Neque

Digitized by Google

Reſp. ad exempla.

Neque exempla adducta probant intentum, quia non fundantur in forma argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum, de qua eſt ſermo, ſed aliqua procedunt à diſtributiuo ad copulatum, aliqua à toto diſiuncto ad partem diſiuncti, aliqua à ſenſu diuiſo ad compoſitum, in quibus formis argumentandi conſequentia nunquam valet, neque ſecundùm potentiam, phyſicam, neque moralem, quia ſenſus copulatus, ſeu compoſitus, ſeu diſiunctus, aliquid includit ex vi cuius oritur impotentia ad determinatam partem, quod non includunt ſingulæ partes diuiſim ſumptæ.

14. Ad primum de iactu talorum.

Ad primum igitur exemplum reſpondetur falſum ſupponi in huiuſmodi rebus fortuitis nullam eſſe determinationem, vnde ſequitur modum arguendi in huiuſmodi fortuitis non eſſe à diſtributiuo ad collectiuum, ſed à ſenſu diuiſo ad compoſitum vt oſtendetur paulò inferiùs.

Ad ſecundũ exemplum de potentia Dei.

Ad ſecundum exemplum reſpondetur, argui à ſenſu diſtributiuo ad copulatùm, quia in antecedenti termini ſumũtur ſucceſſiuè, Deum ſcilicet per totam æternitatem ſucceſſiuè poſſe producere infinitum; ſed quia in conſequenti ſumuntur ſimul, ideo non valet conſequentia, Ergo omnia illa poteſt facere in hoc inſtanti determinatò, quia ex vi ſimultatis incluſæ in toto copulato repugnat fieri ſimul, quod fit ſucceſſiuè per totam æternitatem: tolleretur enim per illam ſimultatem potentialitas ab obiecto, vt infrà dicetur in hac quæſtione.

Ad 3. de eodem.

Ad tertium modus argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum non poteſt applicari materiæ infinitæ ſyncategorematicè, vt dicemus infrà loco allegato.

Ad quartũ de mediis.

Ad quartum exemplum de mediis, & fine reſpondetur, formam argumentandi eſſe à ſenſu diuiſo ad compoſitum; Nam ſi decem ſint media ad aſſequendum finem, quamuis intendens finem quẽcumque ex illis poſſit accipere diuiſim, tamen ſi reſpuit nouem, neceſſitatur ex intentione finis ad accipiendum determinatè decimum, quod quidem in collectiuo numquam contingit. ſupponitur enim in hoc ſecundo dicto in ſingulis partibus collectiui potentia libera ad quamcumque partem determinatam.

Ad quintum de oculo.

Ad quintum de oculo, modus arguendi non eſt à diſtributiuo ad collectiuum, ſed à toto diſiuncto ad partem diſiuncti, In quo nunquam tenet conſequentia, quia in antecedenti accipitur totum ſimul diſiunctim, in conſequenti verò pars vna determinatè.

15. *Ratio à priori unde ſumenda.*

Ratio igitur à priori mihi videtur ſumenda, tùm formaliter ex conditione noſtræ voluntatis, tùm radicaliter ex conditione intellectus à quo regitur voluntas, adiuncta experientia tamquam ſigno à poſteriori; cùm enim voluntas noſtra ſit potentia ſecundùm ſe indeterminata, etiam poſitis omnibus præuiis requiſitis ad agendum, & non agendum, ex Ariſt. 3. Ethicor. c. 5. & regatur ab intellectu, qui voluntati variis temporibus varia proponit obiecta indifferentia, fit vt voluntas ipſa ſecundùm ſe ſit variabilis, & mutabilis: poſita verò varietate, & mutabilitate noſtræ voluntatis, ſequitur ex multitudine partium diſtributiui, oriri difficultatem, per quam non contingit idem ſemper euenire, tantáque interdum poteſt eſſe multitudo, vt oriatur impotentia moralis, ſecundùm quam de facto voluntas non operetur ſecundùm eamdem actionem priorem, ſed varietur in aliam, & quia hæc impotentia moralis oritur ex tota multitudine collectiui, quatenus eſt multitudo vagè accepta, fit vt non ſit in aliqua parte determinata diſtributiui, ſed indeterminatè & vagè in hac, vel illa. Hæc ratio eſt S. Thomæ 1.2. quæſt. 109. art. 8. & 3. contra gent. cap. 160. & quæſt. 6. de verit. vbi hanc rationem confirmat exemplo multarum cauſarum contingentium, ſucceſſiuè ſibi ſuccedentiũ, vel ne prior deficiat, vel deficiente altera poſterior ſubſtituatur loco illius, in quo caſu impoſſibile eſt, vt tandem non producatur effectus; qui quidem eſt contingens, vt relatus ad quamcunque cauſam determinatam, quia eſt impedibilis: eſt autem neceſſarius, vt relatus, ad totam coordinationem cauſarum collectiuè. Eſt etiam ratio hæc Ariſtot. 2. Cœli cap. 12. vbi probat eamdem exemplo talorum, qui ſi millies iaciantur, nunquam reddent idem ſignum; ſed hæc exempla tam Sancti Doctoris, quàm Ariſtotelis, non ſunt accipienda ſecundùm paritatem, ſed ſecundùm quandam ſimilitudinem, vt dicetur paulò inferiùs.

Effectus quidam contingens & neceſſarius.

16. *Experientia hoc probatur.*

Et confirmatur experientia in quacunque multitudine partium diſtributiui: & primò in illa, quæ ad inuicem non ordinantur ſucceſſiuè; in hac enim experimur, impoſſibile eſſe moraliter in tanta multitudine hominum omnes phyſicè potentes currere, pro hoc momento temporis omnes de facto currere: & omnes phyſicè potentes rectè operari, omnes de facto rectè operari. Secundò probatur in illa multitudine partium diſtributiui, quæ ad inuicem ordinantur ſucceſſiuè: in hac enim multitudine etiam experimur hominem ſucceſſiuè rectè agentem, quamuis phyſicè potentem ad diu rectè agendum, non ſemper rectè agere: quod notauit Ariſtot. 2. Cœl. loco citato. Neque hominem pro quocunque momento, quo poteſt phyſicè currere, in eodem de facto currere.

17. Sed contra hoc ſecundum dictum, non militant argumenta, quæ retulimus ſuprà in prima difficultate ad probandum primum dictum: quòd illa procedunt contra opinionem ponentem contra primum dictum, potentiam phyſicam in ſingulis diſtributiuè cum impotentia phyſica in toto collectiuo, non autem contra hoc ſecundum dictum, in quo aſſerimus poſſe ſtare potentiam phyſicam, & moralem in ſingulis diſtributiuè determinatè, cum impotentia morali in toto collectiuo indeterminatè, quod clariùs patebit ſi breuiter diſcurratur per ſingula.

Prima obiectio.

Eſt igitur primum argumentum, Potentia faciendi ſingulas partes diſtributiui ſucceſſiuè nihil aliud eſt, quàm potentia ad totum collectiuum; nihilque includit collectiuum, niſi ſingulas partes diſtributiui; ſi ergo eſt potentia ad ſingulas partes, eſt etiam ad totum collectiuum. Reſpondetur, concedendo totum de potentia phyſica, & morali in ſingulis diſtributiuè determinatè, negatur de impotentia morali in toto collectiuo indeterminatè: poteſt enim eſſe, vt de facto non fiat aliqua pars diſtributiui, etiam ſi ſit in potentia phyſica ad illam.

Collectiuum ſingulas partes diſtributiui includit.

Reſp. ad primam.

Secunda obiectio.

Secundo arguitur, ſint quatuor actiones, quas homo poteſt facere, quæro ſi primam poteſt facere; non poteſt dici quòd non, quia vt ſupponitur, habet potentiam ad illam; faciat igitur, & ſic quæro de reliquis. Imò addit Scotus potentiam reddi fortiorem ad faciendum ſequentes, ergò omnes faciet de facto. Reſpondetur, negando conſequentiam, quia poteſt ſtare potentia phyſica ad quamcumque actionem determinatè, cum impotentia morali indeterminatè, videlicet poſſe facere, cum ipſo non facere de facto ob difficultatem, quam diximus reperiri in tota multitudine collectiui vagè ſumpta:

Reſp. ad ſecundam. *Poteſt ſtare potentia phyſica cum impotentia morali.*

Digitized by Google

ſumpta: dicitur autem indeterminatè, quia non poteſt aſſignari ante factum, quænam ea ſit. quare neque Deus videt illam in ipſa natura collectiui, ſed videt in ſe ipſa poſtquàm intelligitur facta; ſicut oculus eſt ille quidem neceſſarius ad videndum, & tamen non poteſt aſſignari, quis ſit determinatè neceſſarius, dexter, an ſiniſter; indiget enim animal alterutro indeterminatè ante applicationem: at ſi dexterum non applicauerit, ſiniſtro determinatè ex ſuppoſitione applicationis indigebit; eſt tamen diſcrimen ex alio capite, quia in toto diſiuncto eſt neceſſitas determinatè, & phyſicè, non autem in toto collectiuo.

Tertia obiectio. Arguitur tertiò, ſequeretur ex hac reſponſione, modum arguendi non eſſe à diſtributiuo ad collectiuum; primò quia termini non ſumuntur eodem modo, quia in diſtributiuo ſumuntur ſecundùm potentiam, in collectiuo ſecundùm factum: quòd ſi in diſtributiuo accipiantur etiam ſecundùm factum, ſemper tenet conſequentia. Secundò, quia aliquid includitur in toto collectiuo, ſcilicet difficultas, ex qua oritur, vt de facto res numquam fiat, quod non includitur in ſingulis partibus diſtributiui.

Reſp. ad 3. Reſpondetur, negatur primum, quod aſſumitur ſcilicet terminos non accipi eodem modo: ſicut enim in diſtributiuo accipiuntur ſucceſſiuè, & ſine dependentia partis poſterioris à priori; ſic & in collectiuo, & hanc identitatem terminorum ſufficere oſtendimus ſuprà, qua quidem ſtante dicimus non valere conſequentiam à potentia phyſica in diſtributiuo ad potentiam moralem in collectiuo: neque eſt conſequentia à potentia ad factum ſimpliciter, ſed ad impotentiam moralem. nam propter difficultatem nunquam potentia exibit in actum. Secundum verò, quod aſſumitur, aliquid nimirum includi in toto collectiuo, quod non includitur in diſtributiuo, ſcilicet difficultatem, in qua fundatur impotentia moralis, conceditur, ſed negatur hoc tollere formam argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum, quia vt dictum eſt ſuprà in hac quæſtione, tunc id quod includitur, tollit hanc formam, quando ex vi rei incluſæ impoſſibilitatur potentia determinatè ad actum, quia tunc termini determinatè accepti non ſumuntur eodem modo in vtroque extremo, vt facilè patet intuenti exempla ſuprà allata num. 13.

Quarta obiectio. Quartò arguitur, cùm ſermo ſit de materia finita, aſſignari debet vel terminus intrinſecus eius actionis, quam homo poteſt facere, & ſit decima actio poſt quam immediatè non poteſt facere vndecimam, vel terminus extrinſecus, ita vt decimam non poſſit, poſſit tamen quamcumque infrà decimam attingere: ſed quicumque ex huiuſmodi terminis aſſignetur, iam patet dari impotentiam phyſicam, vel ſaltem moralem antecedentem ad aliquam determinatam actionem.

Reſp. ad 4. Reſpondetur, quamuis ſit materia finita; tamen eſt materia, in qua nulla ſupponitur determinatio. Vnde non ſequitur aſſignari debere terminum definitum, & determinatum, ſiue intrinſecum, ſiue extrinſecum, ad quem perueniatur; ſed terminum finitum, quia vt ſuprà dictum eſt, in huiuſmodi rebus impotentia ob difficultatem, quæ oritur ex tota multitudine, quatenus eſt multitudo vagè, non reperitur in ſingulis partibus determinatè ſumptis.

TERTIA DIFFICVLTAS.

An in rebus contingentibus ſecundum quid, & in rebus fortuitis modus arguendi ſit à diſtributiuo ad collectiuum, vel potius à ſenſu diuiſo ad compoſitum.

18. Ratio dubitãdi, per quã videtur in huiuſmodi rebus modus arguẽdi eſſe à diſtributiuo ad collectiuũ.

Ratio dubitandi eſt, quia in huiuſmodi rebus nulla videtur eſſe determinatio; ſicut nec in liberis. Sicut igitur rebus liberis, verè, vt probatum eſt, applicatur forma argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum, quamuis non teneat conſequentia, à potentia ad vnam partem determinatè diſtributiui ad potentiam moralem, in toto collectiuo indeterminatè: ita etiam dicendum eſt propter eamdem rationem in huiuſmodi rebus, ſiue contingentibus, ſiue fortuitis. Conſequentia eſt manifeſta, Antecedens probatur, & primò de contingentibus; quia effectus contingens eſt impedibilis, ſicut etiam eſt liber, & cauſæ contingentes ſunt impedibiles, ſicut & cauſæ liberæ, & confirmatur ex D. Thoma quæſtio. 6. de veritate, articulo 3. vbi comparat huiuſmodi cauſas contingentes cum mediis, quæ Deus præparat prædeſtinato; ex concurſu enim, inquit, multarum cauſarum contingentium, & deficere poſſibilium peruenitur ad vnum effectum, quorum vnumquemq; Deus ordinat ad conſecutionem effectus loco eius, quæ deficit, vel ne altera deficiat; ſicut videmus, quòd omnia ſingularia vnius ſpeciei ſunt corruptibilia, & tamen per ſucceſſionem vnius ad alterum, poteſt in eis ſecundum numerum ſaluari perpetuitas ſpeciei, diuina prouidentia taliter gubernante, quòd non omnia deficiant vna deficiente. Et hoc modo eſt in prædeſtinatione, liberum enim arbitrium deficere poteſt à ſalute, tamen in eo, quem Deus prædeſtinat: tot alia adminicula præparat, quòd vel non cadat; vel ſi cadat, quòd reſurgat, ſicut exhortationes, & ſuffragia orationum.

Dubitatur primò circa contingentia. S. Thom. *Prædeſtinatio ex multis cauſſis cõſtãs quæ deficere poſſunt quomodo certa reddatur.*

Circa verò fortuita ratio dubitandi ſumitur ex ipſa definitione fortuiti, quod nullam cauſam dicit. & confirmatur ex Ariſtotele 2. Cœli cap. 12. vbi comparat fortuita cum liberis. Sicut enim impoſſibile eſt ſi vnus, & idem talus millies iaciatur, reddi idem ſignum Veneris; ita impoſſibile eſt, hominem ſemper rectè agere.

Dubitatur ſecundò circa fortuita. *Fortuita quæ ſint.*

His tamen non obſtantibus,

Tertia Aſſertio. *Forma argumentandi tã in contingentibus, quàm in fortuitis eſt à ſenſu diuiſo ad compoſitum.*

Dico tertiò, forma argumentandi tam in contingentibus ſecundũ quid, quàm in fortuitis non eſt à diſtributiuo ad collectiuũ, ſed à ſenſu diuiſo ad cõpoſitum, probatur tam contingentia ſecundũ quid, quàm fortuita habẽt determinationem in cauſa. ergo ſuper hæc non poteſt cadere forma argumentãdi à diſtributiuo ad collectiuum, ſed potiùs à ſenſu diuiſo ad cõpoſitum. Conſequentia eſt manifeſta ex naturis huiuſmodi formarum argumentandi, quas ſatis explicuimus ſuprà. Antecedens, in quo eſt tota difficultas, probatur. Et primò de effectu contingenti, quia habet cauſam naturalem determinatam ad vnum. Dicitur autem contingens, quia cauſa ſua naturalis eſt impedibilis ab alia cauſa naturali. Quòd ſi ſua cauſa non impediatur; tunc neceſſariò, & determinatè producit effectum: nam in toto collectiuo cauſarum contingentium aſſignatur determinata cauſa contingens, quæ producit effectum, & quòd illa cauſa cõtingẽs ſuccedat, vel non impediatur, etiam eſt ex alia cauſa naturali, & determinata

Contingentia habẽt determinationem in cauſa. Contingens quid ſit.

(ſupponi

Digitized by Google

(ſupponimus enim hic coordinationem cauſarum naturalium excludendo liberam voluntatem, quæ ſit cauſa impediens.)

Fortuita habēt determinationem in cauſa.

De fortuitis etiam, de quibus eſt maior difficultas, probatur: nam in exemplo adducto de iactu talorum, virtus motiua determinatur phyſicè in diuerſis momentis temporum, ex diuerſo concurſu ſpirituum animalium ad reddendum aliud, & aliud ſignum, ſeu numerum.

Reſp. ad rationē dubitandi circa contingentia.

Ad rationes autem dubitandi poſitas initio huius difficultatis reſpondetur, & primo ad rationem dubitandi circa contingentia reſpondetur; alio modo effectum contingentem eſſe impedibilem; & alio modo liberum: cõtingit enim cauſam effectus contingentis impediri ab alia cauſa; ſi tamen non impediatur, neceſſariò determinatè producit effectũ: & etiam ſi impediatur, impeditur ab alia cauſa naturali determinata: non ſic autem eſt producibilis, & impedibilis effectus liber, quia habet cauſam indeterminatam, & determinatur in poſteriori naturæ extrinſecè per ipſum effectum productum.

Reſp. ad S. Thom.

Ad confirmationem ex S. Thoma, reſpondetur, S. Thomam adducere, exemplum de contingentibus, non ſecundum paritatem, ſed ſecũdum quamdam ſimilitudinem ſuprà explicatam in argumẽto.

Reſp. ad rationem dubitandi circa fortuita. *Fortuita quæ ſint iterum, & melius.*

Ad rationem dubitandi circa fortuita, reſpondetur, non dici fortuita, ex eo quia nullam habeant cauſam determinatam ſecundum ſe, & intrinſecè: ſed dici fortuita reſpectu noſtri, quia ignoramus cauſam.

Reſp. ad exẽplum Ariſt. de talis.

Ad confirmationem ex Ariſtotele, reſpondetur, exemplum de talis adduci ſecundum aliquam ſimilitudinem, non ſecundùm paritatẽ, quare cùm Ariſtoteles loquitur de liberis, dicit iuxta emẽdatiores textus *rectè* (inquit) *agere, aut multa, aut ſæpe difficile eſt.* cùm verò loquitur de iactu talorũ, vtitur verbo impoſſibile: *talos Coënſes* (inquit) *millies procere impoſſibile eſt*: ad oſtendẽdũ impotentiã phyſicam, quã probauimus oriri ex diuerſo concurſu ſpirituum.

QVARTA DIFFICVLTAS.

An quando in eadem potentia ſemper augetur difficultas ad faciendum actum, argui poſſit à diſtributiuo ad collectiuum, & an in tali caſu tollatur libertas.

19. CASVS difficultatis tunc eſſet: cùm pars poſterior habet depẽdentiam à priori, & ex augmẽto ſucceſſiuo difficultatis in eadem potentia peruenitur ad talẽ terminum intrinſecum vel extrinſecũ difficultatis, vt potentia reddatur impotens moraliter ad non faciendam determinatam actionem, vel vſque ad terminum extrinſecè, vel intrinſecè.

In quo caſu quæruntur duo: primum, an argui poſſit à diſtributiuo, ad collectiuum: ſecundum, an tollatur libertas.

Quarta aſſertio. Caſus difficultatis.

Quo ad primũ, dico quartò in tali caſu non poſſe argui à diſtributiuo ad collectiuũ, ſed illatio potiùs eſt à ſenſu diuiſo ad compoſitum, quia termini non ſumuntur eodem modo; Nam actio ſecunda dependet à prima, quæ vt ſuccedens priori redditur difficilior: ſic, vt perueniatur tãdem ad aliquam partem determinatam, in qua eſt impotentia moralis: in forma autem argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum, vt diximus ſuprà, termini ſemper ſumuntur eodem modo, & non eſt dependentia poſterioris actionis à præcedenti, vel ſaltem non debet eſſe talis, vt tandem perueniatur ad impotentiam moralem in aliqua parte determinata, ſed ſolùm difficultas reperitur in toto collectiuo indeterminatè, ita vt ad quamlibet partem determinatam diſtributiui ſit potentia phyſica, & moralis: in tota autem collectione vagè, & indeterminatè ſit impotentia moralis conſequens.

Forma argumentandi à diſtributiuo ad collectiuũ quæ ſit.

1. Pars difficultatis.

Quo ad ſecundum: an ſcilicet per talem impotentiam moralem antecedentem in aliquo ſingulari tollatur libertas.

Impotentia ad aliquem actum determinatum eſt duplex.

Reſpondeo, ſed priùs diſtinguendum eſt de duplici impotentia ad aliquem actum determinatum: vna eſt antecedens factum, impoſſibilitans voluntatem ad actum, ita vt in ipſa impotentia, tanquam in cauſa, videat Deus non ſequi actum; & hæc quidem potiùs dicenda eſt phyſica, quàm moralis, vel ſaltem accedit ad phyſicam: altera eſt conſequens factum, ita tamen, vt quamuis de facto non ſequatur actus ob difficultatem, quæ ſupponitur antecedenter in ipſa voluntate ad aliquam partem determinatam, ceſſatio tamen ab actu nullam inuoluit contradictionem: quare nec Deus videt non ſequi actum in ipſa impotentia, quia iudicium Dei debet eſſe ita certum, vt oppoſitum implicet contradictionẽ; hac poſita diſtinctione, ſi quæratur, an per talem impotẽtiam tollatur libertas: reſpondeo tolli libertatem quæſitã, ſaltem in ſenſu compoſito, quicquid ſit de ſenſu diuiſo, de quo hîc non diſputo, quia hic ſenſus compoſitus, ſi eſt independens à voluntate, vt ponatur, vel non ponatur, vt ſupponit eſſe, impoſſibilitat antecedenter voluntatem ad actum. Per poſteriorem verò impotentiam, non eſt ita certum tolli libertatem, quia eſt potiùs cõſequens; exiſtimo tamen probabiliorem ſententiam inſigniorum noſtræ ætatis Theologorum, tolli moraliter libertatem, ſed non ob eam rationem qua ipſi à ſimili probãt; quia ſcilicet peccatum ex obiecto mortale, ideo ex indeliberatione ſit veniale; quia eſt impotentia moralis ad tantam vigilantiam, ſequeretur enim hinc, quòd neque eſſet culpa venialis, ad quam requiritur etiã illa libertas moraliter, quę faciat actum laudabilem, vel vituperabilem. Ratio autem quare actus ex indeliberatione ſit venialis, eſt, quia Deus non obligat ad tantam vigilantiam ſub mortali.

Impugnatur ratio noſtræ ætatis recentiorum.

20. Ratio auctoris. *Impotentia moralis cur excuſet à culpa.*

Quare hanc ſententiam recentiorum, quam veram eſſe puto, hac alia ratione probo; illa impotentia moralis, quamuis non ſit ita antecedens, vt ex vi illius implicet contradictionem ſequi actum, tamen non eſt ita conſequens, ſicut eſt illa, quæ oritur ex præſcientia. nam præſcientia omnino ſubſequitur actum, & nullo modo influit ipſam potentiam, ſed illa difficultas antecedens, ex qua oritur impotentia moralis ad actionem determinatam, influit in ipſam potentiam voluntatis, quatenus ex illa tanta difficultate oritur, vt non ſit moraliter in poteſtate hominis agere, & non agere. Ad libertatem autem, ſecundum quam actus exiſtimatur laudabilis, vel vituperabilis, requiritur, vt ſuppoſitis omnibus requiſitis in poteſtate, moraliter hominis ſit facere, vel non facere. ſi enim non eſt moraliter in poteſtate ipſius, tunc tollitur conſultatio, nec poteſt dici voluntas domina ſuæ actionis, & hæc eſt communis ſententia tam philoſophorum, quàm Theologorum; Ariſtotelis expreſsè. Ethic. 3. c. 5. vbi videtur loqui de poteſtate morali, quòd clariùs patet ex primo peri herm. c. 6. vbi illud vocat neceſſarium, quod non eſt conſultabile, videndus Damaſcenus 2. de fide c. 7. vbi refert verba Nyſſeni lib. 7. Philoſophiæ c. 2. & 3. & c. 1. Si nullius, inquit Damaſcenus, actionis ita eſt homo principium, vt ſit in eius poteſtate eam facere

Dominus homo eſt ſuarũ actionum.

facere, aut non facere, ex ſuperfluo habet, vnde conſultet, nullius exiſtens actionis Dominus.

QVINTA DIFFICVLTAS.

An in materia infinita ſyncategorematicè modus argumentandi ſit à diſtributiuo ad collectiuum, vel à diſtributiuo ad copulatum, &c.

Quinta Aſſertio. *Modus argumentandi in infinito ſyncategorematico eſt à diſtributiuo ad copulatum.* Exemplum de partibus continui.

DIco, quintò in materia infinita ſyncategorematicè nunquam poteſt argui à diſtributiuo ad collectiuum, ſed ſemper argumētum eſt à diſtributiuo ad copulatum, in qua forma argumentandi nunquam valet conſequentia; exempli gratia, quælibet pars continui habet minorem, non valet conſequentia, ergo omnes partes habent minorem, niſi aliquando per accidens, & ratione materiæ, exempli gratia, ſi omnes partes continui eſſent calidæ, verum eſſet dicere, quælibet pars eſt calida; ergo omnes partes ſunt calidæ, quæ quidem conſequentia eſſet omninò materialis.

11. Impugnatur ratio aliquorum, qui probant formari illam argumentandi eſſe à diſtributiuo ad copulatum. *Ab intellectu diuino accipiuntur omnes partes per cognitionem.*

Ratio autem, quare forma argumentandi non ſit à diſtributiuo ad collectiuū, ſed potiùs à diſtributiuo ad copulatū, ea ab aliquibus affertur, quia in diſtributiuo non poſſunt accipi omnes partes, quæ tamen accipiuntur in collectiuo. Sed hæc ratio non valet, quia etſi non poſſint omnes partes continui accipi per ſignationem, quia in quacumque ſignata includuntur infinitæ, tamen ab intellectu diuino in diſtributiuo accipiuntur omnes per cognitionē, ita vt non remaneant aliæ cognoſcendæ extra cognitas, & tamen modus argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum non tenet in partibus continui, vt cognitis ab intellectu diuino, non enim valet, quælibet pars continui vt cognita à Deo habet minorem, ergo omnes vt cognitæ habent minorem.

Ratio auctoris.

Ratio igitur huius ſexti dicti eſt, quia in ſingulis partibus diſtributiui eſt confuſio, & potentialitas, & vlterior, & quaſi continua tendentia finiti ad infinitum, non ſiſtendo in aliquo finito, nec attingendo infinitum: at verò cùm omnes ſimul accipiuntur, tollitur illa confuſio, & continua tendentia; cùm enim dicitur, omnes partes continui habent minorem, iam in iſta collectione eſt accepta omnis incluſio vnius partis intra aliam.

Partes infinitæ ſyncategorematicè non poſſunt reduci ad actum exiſtentiæ, nec ad actū diuiſionis. Poſſunt partes continui reduci ad actum diſtinctionis.

Hinc etiam eſt, vt implicet omnes partes infinitas ſyncategorematicè reduci ad actum, vel exiſtentiæ, vt in creaturis, quæ poſſunt produci in infinitū, vel diuiſionis, vt eſt in partibus continui: imò aliqui propter hoc tenent, non poſſe reduci ad actum diſtinctionis. Sed fortaſſe eſt diſpar ratio, quia diſtinctio poteſt ſtare cum vnione, & conſequenter cum confuſione non autem diuiſio; & hæc eadem ratio militat in intellectu diuino. Nam quamuis in diſtributiuo omnes partes cognoſcantur, ita vt non remaneant aliæ cognoſcendæ; ex parte tamen obiecti ſingulæ partes cognoſcuntur confuſè, & cum potentialitate, & quaſi continua tendentia, quia quæcumque cognita cognoſcitur, vt includens alias minores, & illæ aliæ incluſæ cognoſcuntur vt includentes alias minores, & ſic in infinitum; cùm ergo à diſtributiuo fit conſequentia ad totum collectiuum partium cognitarum à Deo, vt cùm dicitur, quælibet pars cognita ab intellectu diuino habet minorem; ergo omnes vt cognitæ habent minorem, conſequentia non tenet, ſed potiùs eſt modus argumentandi à diſtributiuo ad copulatum, quia in toto collectiuo accepto non eſt illa confuſio, nec

In intellectu diuino ex parte obiecti eſt cōfuſio in partibus infinitis continui. *In infinito ſyncategorematico cognito à Deo non valet conſequentia à diſtributiuo ad collectiuum: ſoluitur obiectio in oppoſitum.*

A illa vlterior, & quaſi continua tendentia. Quòd ſi dicas, verè in intellectu diuino eſt totum collectiuum actu obiectiuè: ergo eſt obiectiuè, ſeu cognoſcitur ſine vlteriori, & quaſi continua tendentia: Reſpondetur, illam diſtinctionem, & ſimultatem in intellectu diuino tenere ſe ex parte actus cognoſcentis, & non ex parte obiecti, quod ſemper cognoſcitur ab intellectu diuino cum confuſione, & vlteriori, & quaſi continua tendentia, vt dictum eſt.

In infinito ſyncategorematico cum totum collectiuum ſumitur ſecundum partes ſignatas tantum, tūc poteſt argui à diſtributiuo ad collectiuum.

Si verò collectiuum in infinito ſyncategorematico, non ſumatur totum ſecundum omnes partes, ſed ſecundum partes tantùm ſignatas, ſicut ſumuntur in diſtributiuo, poteſt argui à diſtributiuo ad collectiuum, vt quæcumque pars ſignata continui
B eſt diuiſibilis: ergo omnes ſignatæ ſunt diuiſibiles. Ratio eſt, quia termini ſumuntur eodem modo in diſtributiuo, & collectiuo, cum confuſione ſcilicet, & continua tendentia in diſtributiuo, ſicut & in collectiuo; quando verò teneat conſequentia in hac forma argumentandi, idem dicendum eſt, quod diximus in materia finita, vt nimirum ſi ſumuntur termini ſecundum potentiam phyſicam in vtroque extremo ſcilicet in diſtributiuo, & collectiuo, valeat conſequentia: ſi verò termini in diſtributiuo ſumantur ſecundum potentiam phyſicam, & in collectiuo ſecundum potentiam moralem indeterminatè in tota multitudine collectiui, conſequentia non teneat in rebus, in quibus nulla eſt determinatio.
C qualia ſunt libera; quia poteſt ſtare potentia phyſica cum impotentia morali indeterminatè in toto collectiuo; quæ impotentia moralis non eſt reſpectu alicuius partis determinatæ, in qua ſit difficultas, ſed reſpectu difficultatis in tota multitudine ſuppoſita conditione noſtræ voluntatis, quæ eſt variabilis; ex quo fit, vt ſit impotentia moralis in tota multitudine indeterminatè, vt probatum eſt de materia finita in ſecundo dicto: multò magis illa argumenta militant in materia infinita ſyncategorematicè, quia augetur difficultas ex maiore multitudine, exēpli gratia, poteſt homo ſucceſſiuè facere quamcumque actionem rectam, ſignatam ſucceſſiuè per totam æternitatem, hinc non valet inferre, ergo poteſt omnes illas ſignatas ſucceſſiuè per totam æter-
D nitatem, quia reſpectu multitudinis oritur tanta difficultas, vt voluntas, quæ eſt variabilis, aliquam vagè ex omnibus illis ſignatis non faciat per totam æternitatem.

SEXTA DIFFICVLTAS.

An in materia infinita categorematicè argui poſſit à diſtributiuo ad collectiuum: &, An ſemper teneat conſequentia in tali forma argumentandi.

E

12. Sexta Aſſertio.

HÆc difficultas habet duas partes; quantùm ad primam dico ſextò in materia infinita categorematicè, argui poteſt à diſtributiuo ad totum collectiuum. Ratio eſt, quia ideo in infinito ſyncategorematicè non poterat argui hac forma, quia in diſtributiuo termini ſumebantur cum confuſione, potentialitate, & vlteriori & quaſi continua tendentia, quia nec ſiſtitur in aliquo finito, nec attingitur ipſum infinitum; in toto verò collectiuo partium tollitur illa confuſio; & potentialitas, & vlterior, continuáque tendentia. nam extra illud totum collectiuum non datur vlterior pars quæ attingatur; quare,

Digitized by Google

quare, cùm termini non ſumantur eodem modo in diſtributiuo, & collectiuo, fit, vt potiùs ſit forma argumentandi à diſtributiuo ad copulatum. At verò hæc ratio ceſſat in infinito categorematicè; in hoc enim non eſt potentialitas, nec vlterior, & continua tendentia, ſed aliquo modo ſtatus, ac determinatio, quia attingitur diſtinctè ipſum infinitum, & omnes partes eius ſaltem ab intellectu diuino, quod quidẽ non poteſt attingi, quando eſt infinitum ſyncategorematicum, exempli gratia, cognoſcit Deus omnes creaturas poſſibiles perfectiores, & perfectiores in infinitum, ita vt nulla cognoſcenda ſuperſit; nullam tamen attingit cognoſcendo infinitè perfectam.

23.
Dubium, An infinitum ſyncategorematicum in mẽte diuina ſit infinitum categorematicum.

Sed hic occurrit dubium, infinitum ſyncategorematicum cùm eſt in intellectu diuino eſt infinitum categorematicè in eſſe cognito, ſed non poteſt argui in tali infinito à diſtributiuo ad collectiuũ, ſed à diſtributiuo ad copulatum: ergo falſum eſt, quòd in infinito categorematico argui poſſit à diſtributiuo ad collectiuum. Minor probatur, quia in hac forma argumentandi, cùm dicitur quælibet pars continui, quatenus cognita ab intellectu diuino habet minorem; ergo omnes collectiuè ſumptæ habent minorẽ, conſequẽtia non eſt bona, quia deueniretur ad vltimam. Maior probatur, quia, vt ſunt in mente diuina, habent ſimultatem, & conſequenter excluditur potentialitas, & ſucceſſio. ergo ſunt infinita categorematicè. Antecedens probatur, quia extra omnia cognita nihil reſtat cognoſcendum: at verò infinitum ſyncategorematicum ex Ariſtot. 3. Phyſ. cap. 6. ſemper partim eſt in actu, partim in potentia, id eſt, non tot ſunt partes actu, quin plures reſtent in potentia. Conſequentia probatur, primò, quia ſi per impoſſibile omnia futura eſſent ſimul actu, eſſent infinita categorematicè. ergo, quia omnia illa, quæ ſecũdum eſſe reale eſſent ſimul, actu ſunt ſimul in eſſe cognito, ſunt infinita categorematicè, prout ſunt in eſſe cognito, quia eſſet ſublata potentialitas, quia numerus rerũ idem eſt in eſſe cognito, ac eſſet in re. ſi ergo ſimultas in re, efficit infinitatem categorematicè: ergo, & in eſſe cognito facit infinitatem categorematicè ſecundum illud eſſe cognitum, ſecundum quod habent ſimultatem. Probatur ſecundò exemplo in opinione illorum, qui tenent omnia futura coëxiſtere æternitati ſecundum ſuas realitates. Nam in hac opinione omnia illa, vt coëxiſtunt æternitati, ſũt infinita categorematicè, quia ſunt omnia ſimul in illo nunc æternitatis. in ratione tamen propriæ menſuræ, ſunt infinita ſyncategorematicè: ita etiam dicendum eſt, in eſſe cognito eſſe infinita categorematicè, quia omnia ſunt ſimul, ſed ſecundum eſſe reale eſſe infinita ſyncategorematicè.

Ariſt.
Infinitum ſyncategorematicũ quid nã ſit.

24.
Reſp. ad difficultatem.

Reſpondetur ad dubiũ, conceditur minor, ſed negatur maior, in qua dicebatur, quòd quæ ſunt ſecundum eſſe reale infinita ſyncategorematicè, ſint in mente diuina ſecundum eſſe cognitũ infinita categorematicè. Et ratio negationis eſt, quia cognitio, nec variat naturam obiecti, nec numerum obiectorũ, ſed addit tantùm denominationem quamdam extrinſecam cogniti in ipſo obiecto, ſemper autem obiectum cognoſcitur ſecundum quod eſt intrinſecè ſecundũ naturam ſuam, ſcilicet, vt ſucceſſiuè factibile, & numquàm vt attingens ipſam infinitatem.

Cognitio nec variat numerũ obiectorum, nec naturam obiecti.

Inſtatur cõtra reſpõſionem noſtrã.

Quòd ſi dicas eſſe diuerſum modum cognoſcendi, & faciendi: nam Deus cognoſcit ſimul omnia, & tamen non poteſt facere omnia ſimul, ſed ſucceſſiuè, & ideo ex diuerſo modo cognoſcendi, & faciendi, oritur quòd ſit ſyncategorema in rebus, vt factibilibus, & categorema in rebus, vt cognitis.

Solutio.

Reſpõdetur, quòd diuerſus modus cognoſcendi non va-

A riat naturam obiecti, nec numerum obiectorum, ſed tantùm facit, vt ſit diſtinctio ex parte actus intellectus diuini cognoſcentis omnia ſimul, ex quo reſultat denominatio quædam extrinſeca ſimultatis in rebus cognitis. ex parte autem obiecti ſemper eſt confuſio & potentialitas, quod duobus exemplis fit manifeſtum. Primum exemplum eſt in infinito ſyncategorematico partium continui, in quo Deus cognoſcit omnes partes ſimul, ita vt nulla cognoſcenda remaneat; nullam tamen cognoſcit infinitè minimam, ſed ſemper intra latitudinem finiti minorem, & minorem in infinitum. Secundum exemplum eſt in infinito ſyncategorematico creaturarum poſſibilium, in quo Deus cognoſcit ſimul omnes poſſibiles creaturas

B aliam alia perfectiorem, nullam tamen cognoſcit infinitè perfectam, ſed intra latitudinem finiti perfectiorem, & perfectiorem in infinitum. Non variat igitur, vt dictum eſt, illa ſimultas cognitionis numerum & naturam obiecti, quia iſta ſimultas ſe tenet ex parte actus, & in obiecto tantùm reſultat ſimultas per denominationem extrinſecam ab ipſo actu; ex his igitur conſtat rectè negatam eſſe illam maiorem aſſumptam.

Ad probationem autem eiuſdem maioris, cùm dicitur, quòd in mente habent ſimultatem, ergo ſunt infinita categorematicè: Reſpondetur, conceſſo antecedenti negatur conſequentia, quia ſimultas ſe tenet ex parte actus cognoſcendi, & in obiecto ſimul- 25.

C tas reſultat per denominationem tantùm extrinſecam, vt dictum eſt.

Ad primam autem probationem conſequentiæ, cùm dicitur, quòd ſi omnia futura eſſet ſimul actu, eſſent infinita categorematicè; ergo, & in eſſe cognito: reſpondetur, quòd dato vno impoſſibili, ſcilicet, ſimultate in ratione exiſtendi, ſequuntur contradictoria, infinitas, ſcilicet, categorematica, quia tolleretur potentialitas ex parte obiecti, & infinitas ſyncategorematica, quia in illa ſimultate nulla eſſet creatura infinitè perfecta: at verò per ſimultatem cognitionis non tollitur potentialitas, ſiue ſucceſſio ex parte obiecti, & ideò eſt diuerſa ratio in antecedenti, & conſequenti.

Ad ſecundam probationem reſpondeo eodem modo, quòd ſcilicet ob eamdem rationem aſſignatam etiam ſi alia non eſſet, repugnaret omnia futura eſſe ſimul in nunc æternitatis, vel etiam ſi darentur

D ſimul in nunc æternitatis, infinita categorematicè eſſet diuerſa ratio, quia tolleretur per illam ſimultatem potentialitas, ſeu ſucceſſio ex parte obiecti, quæ non tollitur per ſimultatem ex parte cognitionis diuinæ. nam ex illa opinione ſequeretur res nõ accipere de nouo exiſtentiá, vt alibi diximus. Vide in q. 4. Phil. Cor. 1.

Quantùm verò ad ſecundam partem difficultatis, An ſcilicet in forma argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum in materia infinita categorematicè valeat ſemper conſequentia. 26.

Septima Aſſertio.

Dico ſeptimò, ſi termini in vtroque extremo ſcilicet in diſtributiuo, & collectiuo ſumuntur ſecun-

E dum potentiam phyſicam, valet ſemper conſequentia, quia totum collectiuum nihil aliud includit præter partes ſingulas diſtributiui; & è contrà, vt probatum eſt in primo dicto. Si verò termini ſumuntur in diſtributiuo ſecundum potentiam phyſicam; in collectiuo autem ſecundum impotentiam moralem indeterminatè, conſequentia non tenet in rebus, in quibus nulla eſt determinatio, qualia ſunt libera, quia, vt dictum eſt in ſecundo dubio, ex multitudine oritur difficultas ſuppoſita conditione noſtræ voluntatis, quæ eſt variabilis ex natura ſua, quæ difficultas non eſt in aliqua parte determinata di-

Digitized by Google

ſtributiui,ſed in tota multitudine collectiui, & ideo tanta poteſt eſſe difficultas, vt in toto collectiuo ſit impotentia moralis ad aliquam partem diſtributiui indeterminatam, quia ſicut ſuprà probatum eſt, ſi hoc militat in materia finita. multò magis militare debet in materia infinita, quia ex maiori multitudine oritur maior difficultas; cum hac autem impotentia morali poteſt ſtare potentia phyſica, vt ex ſupradictis patet.

27. **Obiectio.** Dices, ſequeretur in multitudine infinita categorematicè eſſe potiùs phyſicam impotentiam, quàm moralem, vel ſaltem moralem antecedẽtem impoſſibilitatem potentiam, quia ex augmento ſucceſſiuo multitudinis oritur sẽper maior difficultas; ergo ex infinito augmento multitudinis oritur infinita difficultas, vt patet calculando, ergo potiùs dicenda eſſet impotentia phyſica, quàm moralis, quia ex vi talis impotentiæ redditur omnino impoſſibilis actus, ita vt ob illam difficultatem infinitam implicet naturaliter contradictionem ſequi actum.

Solutio. Reſpondetur, negando illam vltimam conſequentiam; ex augmento, ſcilicet, infinitæ multitudinis variari impotentiam ex morali in phyſicam. Ratio autem negationis duplex afferri poteſt. Prima, quia in toto collectiuo ratione infinitæ multitudinis obiectorum, non variatur ratio obiecti, quia ſemper obiectum repræſentatur, vt indifferens in ratione boni, vel mali; ex augmento igitur ſucceſſiuo in infinitum, ad ſummum inferri poteſt infinita impo-

A tentia moralis: ad phyſicam enim impotentiam requiritur, vel quòd voluntas efficienter neceſſitetur, vel obiectiuè, cùm ſcilicet, repræſentatur obiectum ſub ratione omnis boni, vt repræſentatur Deus in patria, vel ſub ratione omnis mali, ſi talis ratio obiecti dari poſſet.

Secunda ratio, quia ſicut probatum eſt in 1. qu. Philoſophica de improportione extremorum, quando vnum extremum creſcit in eodem ordine vſque ad ſummum gradum infinitum, numquam attingit intrinſecè infinitum gradum ſuperioris ordinis. Ratio eſt, quia augmentum fit per additionem entitatis in eodem ordine, verbi gratia, ſi cognitio materialis creſcat in infinitum, numquam attinget in-
B trinſecè finitum gradum cognitionis ſpiritualis, qualis eſt Angelica. quare cùm impotentia moralis ſit in alio ordine, quàm ſit impotentia phyſica, quia, vt patet ex dictis, habet diuerſa fundamenta, & cauſas, ex quibus oritur, numquam impotentia moralis, etiam ſi augeatur in infinitum, attinget gradum impotentiæ phyſicæ, quia ſemper cauſæ, & fundamenta erunt diuerſa.

Et per hæc patet reſponſio ad argumenta primæ 28.
& ſecundæ opinionis, quas retulimus initiò quæſtionis. nam ad argumentum primæ opinionis reſpondetur, probare primam aſſertionem noſtram.

Ad ſex argumenta ſecundæ opinionis habetur reſponſio in ſecunda aſſertione, contra quam videntur militare.

COROL

Digitized by Google

27.

COROLLARIA THEOLOGICA EX HOC QVINTO PRINCIPIO PHILOSOPHICO.

I. *Peccator non poteſt diu cauere à nouo mortali.*
II. *Iuſtus non poteſt diu cauere à veniali.*
III. *Conciliatur in Chriſto, quatenus ſpectatur vt purus viator, impeccabilitas phyſica quæ eſt in Chriſto ex vi vnionis, cum libertate.*

Singula autem Corollaria ſingulis quæſtionibus Theologicis examinabimus.

QVÆSTIO PRIMA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia primi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, Peccator non poſſit diu cauere à nouo mortali.

Materiam huius Corollarij tractant Scholaſtici in 2. diſt.28.23 25. Magiſter in 2.diſt.25. Scotus diſtin.28.queſt.vnica.& diſtinct.23. Durandus in 2.diſtin.28.quæſt.8. Marſilius in 2. queſt. 18. art.2. Capreolus in 2.diſtinct. 28. quæſt. 1. ad argumenta Scoti contra 4. concluſionem. S.Thomas in 2.diſt.23.& 1.2.quæſt.108.art.8.& hic Caietanus, & Ferrarienſis 3. contra gent. cap.160. Bonauentura in 2. diſtinct. 28.art.1.quæſt.3. Henricus quodl.5. quæſt.20. vbi hanc tractat ex profeſſo, & quodl. 6.quæſt.11. tangit illam; & alij: Inter Recentiores Vega in opuſculo de Iuſtificatione, & Gratia, quæſt. 13. Molina in concordia diſputatione 20. Valentia 1.2. diſputatione 8. quæſtione 1. puncto primo. Doctores qui tractant hanc materiam.

Explicatur ſtatus quæſtionis.

1. *Homo ſine gratia iuſtificante diu perſeuerare non poteſt, quin incidat in mortale aliquod.*

AD explicationẽ primò ſupponenda ſunt duo tamquàm certa, primum, hominem ſine gratia iuſtificãte exiſtentem, diu perſeuerare non poſſe, quin incidat in aliquod mortale. Probatur primò ex Conciliis, ex Mileuitano, can. quinto, vbi ſic definitur. *Placuit, vt quicumque dixerit, ideo gratiam Iuſtificationis nobis dari, vt quod facere per liberum arbitrium, facilius poſ-* A *ſimus implere, tamquàm & ſi gratia daretur, non quidẽ facilè, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa implere diuina mandata, anathema ſit*, qui canon eſt approbatus ab Innocentio primo initio primæ epiſtolæ decretalis: præterea ex Arauſicano can. 13. vbi habetur; *Quod per peccatum primi hominis, inclinatum, & attenuatum eſt liberum arbitrium ad benè operandum propter Deũ, & quod non poteſt reparari, niſi per gratiam Baptiſmi.* Secundò probatur ex Scripturis, Ioan. 15. *ſine me nihil poteſtis facere*, quem locũ ad idem propoſitum adducit Concilium Mileuitanum, & explicat de Gratia iuſtificante Threnorum 1. *Peccatum peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt.* Tertiò ex Pa-

S. Auguſt.

tribus, ex Auguſtino in multis locis in lib. de cathechizandis rudibus, cap. vltimo, vbi habet, non poſſe aliquem adimplere legem, quæ conſiſtit in illis duobus præceptis dilectionis Dei, & proximi, niſi qui donum acceperit Spiritum ſanctum Patri, & Filio vtique ęqualem. Præterea de ſpiritu, & littera cap. 17. vbi habet, quòd gratia iuſtificationis ſeruamus mandata. & in epiſtol. 106. ait contra Pelagium, non valere voluntatem noſtram ad non peccandum toto tempore: & Gregorius clariùs hom. 13. in Ezechielem: *Peccatum* (inquit) *quod per pœnitentiam non deletur: mox ſuo pondere in aliud trahit.* & lib. 25. moral. cap. 10. ſuper Iob. 39. Præterea Auctor operis imperfecti in Matthæum in cap. 21. ſuper illa verba *ſoluite, & adducite mihi: Sicut nauis* (inquit) *fracto gubernaculo, illuc ducitur, quò tempeſtas voluerit: ſic etiam peccator, diuina gratia auxilio perdito per peccatum, agit quod nō vult*, Gloſſa ſuper illum locum citatum Thren. 1. *Nō poteſt* (inquit) *peccator diu ſtare contra inſidias Diaboli, niſi miſericordia Dei adiuuetur*: quare auxilio ordinario non poterit. Omitto alia loca, quia non ita clarè probant, ex priuatione gratiæ iuſtificantis oriri, vt peccator nō poſſit diu cauere à mortali; exponi enim poſſunt de auxilio gratiæ præuenientis.

S Greg. *Peccatum per pœnitentiam non deletū, trahit ad aliud.*

Gloſſ.

Quartò ex communi conſenſu Scholaſticorum, imò Bonauentura in 2. diſtinct. 28. artic. 1. quæſt. 3. Henricus quodl. 5. quæſt. 20. exiſtimant oppoſitum eſſe hæreſim Pelagianorum, contra quos (inquit Henricus) arguit Auguſtinus, qui quidem doctores ſi intelligantur de obſeruatione præceptorum tam naturalium, quàm ſupernaturaliũ veriſſimum eſt, quia non poteſt ſeruari præceptum ſupernaturale dilectionis ſine gratia iuſtificante, ſaltem concomitante. Si verò intelligatur de obſeruatione præceptorum naturalium tantùm, tunc aliqui Scholaſtici non tenent hoc eſſe impoſſibile, ſed tantùm difficile, vt Caietanus, & Vega, & ita exponunt Concilia, & Scripturas. ſed horum opinio mihi non placet, quod infrà probabimus.

Bonauent. Henric.

2\. 2. Suppoſitū. *Ad peccandū requiritur libertas.*

Supponendum eſt ſecundò ad peccādum requiri libertatem, quæ conſiſtit in quadam poteſtate, & indifferentia faciendi, & non faciendi poſitis ad agendum omnibus prærequiſitis, ita vt relinquatur locus conſultationi, ſicut ex Ariſtotele, & Damaſceno probatum eſt in quæſtione Philoſophica.

3\. Ratio dubitandi.

His poſitis inſurgit ſtatim ratio dubitandi, quia hoc, quod ſupponitur, peccatorem, videlicet impotentem, ex defectu gratiæ iuſtificantis ob infirmitatem liberi arbitrij, ad cauendum diu nouum mortale, videtur includere implicantiam in adiecto; quomodo enim peccat, ſi eſt impotens ad cauendũ peccatum? & quomodo eſt impotens, ſi peccat? ad peccatum enim requiritur libertas, ſeu indifferentia, vt dictum eſt, quæ opponitur impotentiæ. Ad ſoluendam hanc rationem dubitandi variæ à Scholaſticis adinuentæ ſunt viæ, variæ opiniones; ſed nulla earũ plenè, & rectè ſoluit propoſitam rationem, præter eam, quæ habetur in quæſtione Philoſophica, quòd nimirum poſſit ſtare impotentia moralis in toto collectiuo indeterminatè, cum libertate in ſingulis diſtributiuè. Primò igitur ponuntur aliæ viæ, & impugnantur.

Examinatur prima via probandi ſententiam Corollarij.

4\. Pr. via S. Bonau. ad probandum ſētentiam Corollarij.

Sanctus Bonauentura in ſecunda diſtinct. vigeſimaoctaua, articulo primo, quæſtione tertia probat ſententiam Corollarij, & primò ſupponit vnum ſcilicet, præceptum, non ſolùm obligare ſub mortali

A peccatorem ad obſeruationem ipſius, quo ad literã, ſed etiam quo ad intentionem mandantis, quæ eſt, vt præceptum ſeruetur ſecundum motum charitatis ad hoc, vt peccator ponat ſe in gratia. Hoc ſuppoſito, ſequitur neceſſariò, inquit, vt peccator vel ponat ſe in gratia, vel diu cauere non poſſit nouum mortale; nam currente præcepto, vel peccator ſeruat illud ſecundum intentionem mandantis, ſcilicet ex motu charitatis, & ſic ponit ſe in gratia; vel non, & tunc committit nouum peccatum mortale neceſſariò neceſſitate ſuppoſitionis conſequentis, quæ oritur ex eo, quòd liberè non obſeruet præceptum ſecundum intentionem mandantis.

Sed Scotus in ſecunda diſtinct. vigeſimaoctaua, quæſtione vnica, duo affert inconuenientia contra B hanc viam. Primum, ſequeretur, inquit primò, quòd homo exiſtens in peccato mortali, mortaliter peccaret, obſeruando præceptum Dei, tam affirmatiuum, quàm negatiuum, quod quidem dicere eſt inconueniens; ſequeretur enim quòd ſuadendus eſſet peccator, vt nullum opus bonum, præceptum faceret, quod ſit ex natura ſua bonum, & includens omnes alias circumſtantias bonas morales, vel ſaltem non includens oppoſitam, & repugnantem circumſtantiam, cùm tamen ſuadendus ſit, vt faciat, cùm opus illud bonum ſit diſpoſitio ad citiùs, faciliúſque gratiam iuſtificantem impetrandam. Secundum incõueniens eſt, quòd quis exiſtens in gratia, ſi faceret opus bonum, puta eleemoſynam ex naturali cõpaſſione, & manſuetudine, pec- C caret mortaliter, quia non attingeret finem altiorem faciendi illud opus per motum charitatis, qui eſt neceſſarius ad hoc, vt opus ſit meritorium, vt probat idem Scotus in quarta diſtinctione, 57.

5\. Primum abſurdum ex Scoto.

Secundum abſurdum.

Sed hæc inconuenientia, quæ affert Scotus, qui ſequuntur opinionem Sancti Bonauenturæ poſſent ſoluere, ſi illam dupliciter limitarēt ex ſancto Thoma in tertia diſtinctione trigeſimaſexta, quæſtione prima, articulo ſexto, & prima ſecund. quæſtion. 100. articulo decimo. Primò, ſi intelligatur de præcepto affirmatiuo tantùm, exempli gratia, de temperantia, quo occurrente duplex obligatio oritur in peccatore. Prima ad ſeruandum præceptum affirmatiuum temperantiæ, quatenus eſt præceptum temperantiæ, quam primam obligationem D adimpleret peccator ſeruando illud præceptum ſub motiuo temperantiæ, etiam ſi non ſeruet ex motu charitatis. Secunda obligatio, quòd teneatur peccator ſeruare illud ex motu charitatis, ad quem ordinatur præceptum ex intentione mandantis, quem quidem actum charitatis, ſi non faceret, peccabit peccato omiſſionis contra præceptum de charitate, & per hanc primam limitationem ſoluitur primum inconueniens; non enim ſequitur, quòd non ſit ſuadendus peccator ad obſeruandum præceptum ſub motiuo temperantiæ: quia ſi non obſeruaret, peccaret duplici peccato, & peccato contra temperantiam, & peccato omiſſionis contra præceptum de charitate: at ſi obſeruaret præceptum tempe- E rantiæ, peccaret tantùm vnico peccato omiſſionis. Secundò, vt hæc opinio intelligatur de actu bono præcepto, non autem de non præcepto; ratio diuerſitatis eſt, quia cùm actus bonus præcipitur, extrinſecè ordinatur ad finem charitatis, intentio enim vltima mandantis videtur eſſe, vt peccator ponat ſe in gratia: cùm verò non præcipitur, ceſſat illa ordinatio extrinſeca, & per hanc ſecundam limitationem ſoluitur ſecundum inconueniens adductum à Scoto; non enim ſequitur, quòd faciēs eleemoſynam non præceptam ex naturali tantùm compaſ-

6\. Soluūtur abſurda allata à Scoto. S. Thom.

Soluitur 1. abſurdum.

Soluitur 2. abſurdum.

Digitized by Google

compaſſione, peccet mortaliter peccato omiſſionis; quatenus ſcilicet non facit actum charitatis. Quòd ſi inſtes, ergo homo iuſtus ſi faciat eleemoſynã præceptam ex ſola compaſſione, peccabit mortaliter, quia non facit illam ex motu charitatis, ad quem ordinatur extrinſecè præceptum: Reſpondetur, negando conſequentiam, quia finis vltimus præcepti non eſt, vt fiat per motum charitatis, ſed vt peccator ſe ponat in gratia iuſtificante, vt dictum eſt, quod non militat in homine iuſto, cùm iam ſit in gratia.

7. *Prima impugnatio auctoris.*

Sed quicquid ſit de iſtiuſmodi limitationibus, impugnatur, quantùm facit ad noſtrum propoſitum hæc opinio S. Bonauenturæ etiam vt ſic limitata. Primò, quia non ſaluat in peccatore illam impotentiam liberi arbitrij attenuati ex peccato Adæ, neque adhuc reparati per gratiam iuſtificantem ad cauendum nouum mortale, quam impotentiam ſuprà ſuppoſuimus ex Scripturis, Conciliis, & Patribus; ſed ponit tantùm quamdam neceſſitatem ex ſuppoſitione quadam extrinſeca, nulla ſuppoſita impotentia intrinſeca in libero arbitrio peccatoris, exempli gratia ſuppoſito, in hac prima via quòd occurrat præceptum, in hoc caſu peccator conſtituitur in quodam ſtatu, in quo eſt neceſſe ex ſuppoſitione ſtatus, vt peccator vel ſe ponat in gratia ſeruando præceptum per motum charitatis, vel vt peccet nouo peccato ſaltem omiſſionis, ſi non ſeruat, vt debet, præceptum ex motu charitatis.

Secũda impugnatio auctoris.

Secundò hæc opinio non ponit gratiam iuſtificantem tamquam neceſſariam antecedenter ad obſeruationem legis, ſed ponit vt ſubſequentem obſeruationem præcepti; cùm tamen Concilia, & Patres citati dicant, eſſe neceſſariam antecedenter ad obſeruationem legis, per quam gratiam reparetur liberum arbitrium infirmatum, & attenuatum ex peccato Adæ.

Examinatur ſecunda via Henrici.

8. *Henrici opinio.*

Henricus quamuis quodlib. 6. quæſt. 11. dicat peccatorem poſſe ſingula peccata vitare, ſed non omnia, tamen ſe remittit ad quæſt. 20. quodlib. 5. vbi ex profeſſo ſuam ſic explicat opinionem; Peccator (inquit) exiſtens in mortali, non poteſt diu cauere ab alio mortali, intelligi poteſt dupliciter.

Peccator ſecundum ſe cauere poteſt ab omni mortali.

Primò ex parte ſuæ libertatis ſecundum ſe, & hoc modo ſimpliciter poteſt cauere ab omni mortali, quia alioquin neceſſariò incideret in peccatum, & conſequenter illi non imputaretur peccatum, quia non procederet à libera voluntate. Secundo modo quatenus tentationibus occurrentibus, ponitur peccator in tali ſtatu, in quo neceſſe eſt neceſſitate ſuppoſitionis, quæ non tollit libertatem, aut ipſum iuſtificari, aut peccare mortaliter, reſiſtendo diuinæ vocationi; cùm enim occurrit tentatio, vel non reſiſtit, ſed potiùs delectatur tentatione occurrente; & iam peccat mortaliter, vel reſiſtit, & tunc Deus dat gratiam gratis datam, quæ eſt gratia præueniens, & excitans, per quam bono ſimpliciter aſſentiatur, & conuertatur ad Deum, vt vltimum finem, cui ſi non reſiſtat, Deus dat gratiam iuſtificantem: ſi reſiſtat, peccabit mortaliter ex contemptu, & ingratitudine diuinæ vocationis. Ex qua doctrina colligit Henricus, quòd qui eſt implicatus peccatis paucioribus, aut citiùs reducetur ad gratiã, aut priùs cadet, quia priùs offertur gratia gratis data, cui vel reſiſtet, & peccabit mortaliter: vel non reſiſtet, & Deus dabit gratiam iuſtificantem.

9. *Impugnatur hæc ſecunda via primò à Scoto.*

Sed Scotus in ſecunda diſtinct. 28. quæſt. vnica impugnat hanc opinionem Henrici, quia non poteſt (inquit) peccator reſiſtere tentationi in vno inſtanti, & pro eodem reſiſtere vocationi diuinæ, quia dum voluntas cauet vnum peccatum mortale pro vno inſtanti, cauet omnia pro eodem inſtanti, dum enim vno actu obſeruat præceptum Dei etiam ſine charitate, conuertitur, ſi non meritoriè, ſaltem aliquo modo ad Deum; nam obſeruat aliquid, quod eſt neceſſarium ad vltimum finem ex ordinatione diuina. Si igitur pro eodem inſtanti habet conſenſum ad peccatum reſiſtendo vocationi diuinæ, ſequeretur, quòd in eodem inſtanti auerteretur ab vltimo fine, & conuerteretur ad vltimum finem, quod implicat, quæ quidem conſequentia etiam militat contra primam opinionem.

10. *Capreol. Prima confutatio impugnationis Scoti.*

Sed hæc impugnatio Scoti facilè ſoluitur, & primò à Capreolo in 2. diſtinct. 2. quæſt. 1. concl. 4. ad argumenta Scoti, affertur inſtantia, quia poteſt (inquit) quis conari ad vitandum peccatum luxuriæ, & tamen non reprimere motum vanæ gloriæ, ne ſurgat.

Quomodo poſſit in eodem inſtanti ſtare actus bonus cum actu malo.

Sed aſſignanda eſſet ratio directè à Capreolo, cur poſſit ſtare ſimul in eodem inſtanti actus bonus cum actu malo. Ratio mihi ea videtur, quia per actum bonum etiam præceptum, non fit ex vi illius actus totalis conuerſio ad Deum, ſed tantùm fit conuerſio ad particulare bonum, quod eſt reducibile ex natura ſua ad Deum tamquam ad vltimum finem. Si igitur talis actus bonus directè à voluntate non reducatur ad Deum, tamquam ad vltimum finem, non repugnat, vt talis actus poſſit ſtare cum actu malo, quia per hunc actum malum conuertitur faciens ad aliquod obiectum malum particulare, quod non habet oppoſitionem in particulari cum obiecto bono; & ex alio capite actus malus non eſt circumſtantia actus boni, & ideo poteſt actus bonus, etiam ſi ſit coniunctus in eodem inſtanti cum actu malo, retinere quamdam bonitatem moralem.

Prima obiectio contra primam confutationem impugnationis Scoti. Reſponſio ad obiectionem.

Quòd ſi pro Scoto obiicias primò, actus malus prohibitus auertit totaliter à Deo, quia ſaltem indirectè eſt volita talis auerſio; ergo non poteſt ſtare cum actu bono, qui eſt conuerſio partialis ad Deum: Reſpondetur, actum malum, quatenus eſt conuerſio ad obiectum particulare, nullam habere oppoſitionem cum actu bono, qui eſt conuerſio ad aliud obiectum particulare bonum non oppoſitum, vt ſupponitur, illi obiecto malo, ad quod eſt conuerſio per actum malum; quantùm verò ad auerſionem à Deo, non poteſt eſſe oppoſitio, quia per actum bonum, vt dictum eſt, non eſt conuerſio ad Deum, nec totalis, nec partialis; tunc autem eſt conuerſio ad Deum, quando directè actus ille ordinatur ad Deum.

Conuerſio ad Deum totalis quando fit.

At verò in actu malo ſufficit, vt illa auerſio ſit indirectè volita: quare tunc eſſet oppoſitio, & repugnantia, quando actus bonus directè à voluntate ordinaretur ad Deum, & tunc non poſſet ſtare cum actu malo, etiam ſi non directè eſſet volita auerſio à Deo, quia ſufficit in actu malo indirecta ordinatio, vt ſupponitur ex 1. 2.

1. obiectio pro Scoto. Reſponſio.

Quòd ſi obiicias ſecundò, actus bonus eſt ex natura ſua reducibilis ad Deum, actus malus ex natura ſua irreducibilis; ergo opponuntur: Reſpondetur, quatenus dicunt fundamenta, non opponi in particulari, quia actus bonus dicit talem honeſtatem in particulari, & actus malus talem in-

Digitized by Google

honeſtatem, quæ ex particularibus naturis non opponuntur, vt patet ex natura temperantiæ, & natura vanæ gloriæ; formaliter tamen eſſe ex natura ſua actum reducibilem ad Deum, & irreducibilem, facit hunc ſenſum, vel quòd ſit talis actus fundamentaliter, ſuper quem cadere poteſt intentio facientis propter Deum, qui eſt actus dilectionis, & conſequenter conuerſionis: vel quòd ſit talis actus fundamentaliter, ſuper quem non poteſt cadere iſta intentio; & ita poſſunt eſſe ſimul reducibile, & irreducibile in potentia, non autem in actu: ſed ſufficit, quòd in ſenſu diuiſo ſint in actu, ſicut homo poteſt eſſe albus, & niger, quia in ſenſu diuiſo, homo eſt albus, vel niger.

3. obiectio pro Scoto.

Quòd ſi adhuc inſtetur tertiò pro Scoto: Actus bonus debet eſſe ex ordinatione Dei diſpoſitio ad gratiam, ergo non poteſt ſtare cum actu malo. Antecedens ſupponitur in doctrina Scoti, conſequentia probatur, quia vitiaretur ex coniunctione cum actu malo.

Reſponſio.

Ad faciendũ actum bonũ Deus non obligauit hominem vt diſpoſitionem ad gratiam.

Reſpondetur primò, negando antecedens. non enim eſt, vnde probetur, quòd Deus obligauerit hominem ad faciendum actum bonum præceptum, vt diſpoſitionem ad gratiam, quia peccator poſſet implere præceptum aliquod ſine auxilio ſpeciali Dei, & in hoc caſu non eſſet diſpoſitio ad gratiam, quia non eſſet opus ſupernaturale, nec conſequenter proportionatum. Reſpondetur ſecundò, negando conſequentiam. nam etiam ſi concederetur antecedens, actum ſcilicet præceptum ex ordinatione Dei eſſe diſpoſitionem ad gratiam, non propterea tolleretur quin poſſit eſſe coniunctus cum actu malo, quia actus ille malus, vt ſupponitur, non eſt circumſtantia intrinſeca volitionis actus boni: ergo actus bonus ex ſua natura remanet bonus, & ita poteſt eſſe diſpoſitio ad gratiam, ſicut eſt diſpoſitio ad gratiam etiam, quando remanet cum macula virtuali.

2. confutatio impugnationis Scoti.

Secundò principaliter impugnatio facta à Scoto, ſolui poſſet ab Henrico, concedendo, quòd qui cauet vnum mortale pro vno inſtanti cauet omne pro eodem inſtanti: ſed negando, quòd Deus offerat gratiam vocationis in illo inſtanti, in quo reſiſtit tentationi, ſed quòd offerat immediatè poſt illud inſtans: atque adeo non pro eodem inſtanti reſiſtit tentationi, & gratiæ vocationis.

3 Confutatio.

Tertiò poſſet ſolui ab eodem Henrico, quòd eſto totum concedatur, quòd ſcilicet, gratia vocationis offeratur pro eodem inſtanti, in quo reſiſtit tentationi, & quòd reſiſtens tentationi non poſſit reſiſtere vocationi: adhuc etiam Henricus haberet intentum, quòd ſaltem ſi peccator reſiſteret tentationi, poneret ſe in illo ſtatu, vt neceſſe eſſet, ipſum iuſtificari, quia ſecundum Scotum non poſſet reſiſteret vocationi oblatæ pro eo inſtanti, in quo reſiſtit tentationi: ſi verò non reſiſteret tentationi, iam peccaret nouo peccato.

11.

2. Impugnatio contra hanc ſecundam viã Henrici.

Homo quando tenetur ſe ponere in gratia.

Quare contra Henricum ſic meliùs arguitur ſecundò, quia Henricus ſupponit falſum, quòd ſcilicet peccet mortaliter, quotieſcunque peccator reſiſtit diuinæ vocationi: non enim, vt ſupponimus, ex communi Doctorum ſententia, tenetur peccator ponere ſe in gratia, niſi vel in articulo mortis, vel ſi non poteſt vitare aliud mortale, vel fortè in caſu impetrandi aliquod beneficium à Deo in grauiſſima neceſſitate, vel pro aliquo alio huiuſmodi, quæ non faciunt ad propoſitum opinionis Henrici; & ita corruit tota eius probatio, quæ fundabatur in hoc, quòd peccator tenetur ſub mortali conſentire diuinæ vocationi cùm illi offertur.

3. Impugnatio.

Tertiò arguitur contra Henricum, quia, vt viſum eſt ſuprà initio quæſtionis ex Scripturis, Conciliis, & Patribus, peccator manens ſine gratia habet impotentiam ad ſeruandam legem naturalem; at Henricus in ſua opinione aſſerit peccatorem manentem ſine gratia tandem peccare, non quia non ſeruat legẽ naturalẽ, ſed quia non ſeruat præceptum ſupernaturale de cõſentiendo diuinæ vocationi.

4. Impugnatio auctoris.

Quartò arguitur, quia in opinione Henrici poteſt peccator vitare ſine gratia gratũ faciente præcedẽte omnia peccata. nam dum reſiſtit tentationi, non intelligitur habere gratiam iuſtificantem, nec dum obſeruat præceptum de conſentiendo vocationi, habet gratiam iuſtificantem ſaltem in aliquo priori naturæ, quia gratia conſequitur ad obſeruationem illius præcepti: at Scripturæ, Concilia, & Patres ſuprà citati dicunt, ex impotentia liberi arbitrij ſpoliati gratia, non poſſe caueri omnia peccata mortalia diu, atque adeò tenent, ex priuatione gratiæ gratum facientis oriri impotentiam ad obſeruandum omnia præcepta: debet igitur gratia gratum faciens præcedere ad hoc, vt obſeruentur omnia præcepta.

5. Impugnatio auctoris.

Quintò arguitur, ſicut argumentatum eſt contra primam opinionem, quia Henricus ponit in peccatore neceſſitatem ad peccandum ex ſuppoſitione quadam extrinſeca, quatenus occurrit talis caſus, in quo vel oportet illum iuſtificari conſentiendo vocationi, vel peccare non conſentiendo: at verò Concilia, & Patres allati ponunt quamdam impotentiam intrinſecam in peccatore ad benè operandum propter liberum arbitrium attenuatum, & infirmatum ex peccato Adæ, & non reparatum per gratiam iuſtificantem.

Examinatur tertia via Scoti.

12.

Opinio Scoti quæ ſit.

TErtia via eſt Scoti loco citato, qui etſi tenet cum præcedentibus opinionibus, quòd peccator non poteſt cauere omne mortale ſine gratia iuſtificante non ex libero arbitrio abſolutè, ſed ex ſuppoſitione in aliquo caſu ſpeciali, quo occurrente peccator conſtituitur in tali ſtatu, in quo oportet illum vel iuſtificari, vel peccare mortaliter, liberè tamen peccat, quia eſt neceſſitas ex ſuppoſitione extrinſeca illius ſtatus; in aſſignando tamen hoc caſu ſpeciali differt à præcedentibus opinionibus, & ad illum explicandum ſupponit primò, quòd voluntas teneatur aliquando diligere Deum ſuper omnia, vt finem naturalem. Secundò, quòd talis dilectio ſit diſpoſitio ad gratiam iuſtificantem ex ordinatione diuinæ voluntatis. Tertiò, quòd Deus obliget voluntatem ſic diſpoſitam per dilectionem acceptare gratiam iuſtificantem à Deo.

Probatur opinio Scoti.

Stante iſto caſu cum his tribus ſuppoſitis, ſic probat Scotus ſuam opinionem. Vel voluntas diſpoſita per dilectionem non acceptat gratiam iuſtificantem, & peccat mortaliter ex ſuppoſitione; ſi verò acceptat non ponendo, ſcilicet obicem, quia continuat dilectionem vſque ad vltimum inſtans terminatiuum moræ determinatæ, & requiſitæ, tunc peccator ponit ſe in gratia iuſtificante. Si verò quæras à Scoto, quomodo poteſt ſtare, vt voluntas diſpoſita iam per dilectionem, non acceptet gratiam iuſtificantem oblatam à Deo; Reſpondet Vega in opuſcul. de Iuſtificatione. quæſt. 13. concluſione tertia, quòd tunc non acceptat, quando ponit obicem; ponit autem (inquit) obicem in doctrina Scoti, quando dilectio Dei non continua

Digitized by Google

continuatur vſque ad vltimum inſtans terminatiuum moræ requiſitæ, quia dilectio, vt ſit diſpoſitio ad gratiam apud Scotum, debet durare per aliquam moram determinatam.

13. *Prima impugnatio auctoris contra Scotum.* Sed contra hanc viam Scoti arguitur primò communi argumento ſuprà facto contra alias opiniones, quia Scripturæ, Concilia, & Patres dicunt, non poſſe peccatorem vitare peccatum diu ex impotentia intrinſeca liberi arbitrij attenuati ex peccato Adæ, & non adhuc reparati niſi per gratiam iuſtificantem. Sed in iſta opinione Scoti hoc non prouenit ex impotentia intrinſeca, ſed ex ſuppoſitione quadam extrinſeca, quatenus occurrente præcepto de dilectione Dei, ponitur homo in eo ſtatu, in quo neceſſe eſt, aut ipſum iuſtificari, ſi obſeruet præceptum, aut peccare mortaliter, ſi non obſeruet.

Secũda impugnatur. Secundò, quia diligere Deum non tenetur, niſi in fine vitæ, quæ mora eſt valdè longa, vel in aliquo caſu ſpeciali, vt ſuprà tactum eſt: & tamen ex Conciliis, & Patribus videtur aſſignari tempus ante finem vitæ; & extra caſum aliquem ſpecialem. Sed etiamſi detur Scoto, præceptum dilectionis obligare ante finem vitæ, & in aliquo tempore determinato poſt commiſſum peccatum; negatur adhuc illud eiuſdem ſuppoſitum, nam præceptum dilectionis non ita obligat, vt dilectio continuetur per aliquam moram determinatam.

Præceptum dilectionis non obligat per aliquam moram. *Tertia impugnatur.* Tertiò, quia etiam ſi fingatur omni eo modo, quo fingit Scotus; tamen adhuc arguitur eo modo, quo arguebamus contra Henricum, quia poſſet adhuc peccator vitare omne peccatum in ipſo caſu Scoti ſine gratia iuſtificante antecedenti. nam cùm peccator continuet actum dilectionis vſque ad vltimum inſtans terminatiuum, vitat omne peccatum ſine gratia in aliquo priori, quia prior eſt vitatio peccati, quàm infuſio gratiæ. nam infunditur gratia, quia peccator ſeruauit præceptum de diligendo Deum per illam determinatam moram: & tamen Scripturæ, Concilia, & Patres citati ſuprà volunt, vitationem peccati per longum tempus eſſe, ex ipſa gratia iuſtificante, antecedente ſaltem in aliquo priori, & ex defectu ipſius reddi liberum arbitrium impotens ad obſeruationem omnium præceptorum per longum tempus.

Examinatur quarta via Durandi.

14. Qui dupliciter ait, loco citato, poſſe intelligi, quòd peccator poteſt eſſe in peccato mortali, vel actuali, vel virtuali actuali, exempli gratia, cùm vult furari, vel cùm complacet ſibi de peccato commiſſo. Hac ſtante diſtinctione, dicit tria; Primò, quod non

1. dictum Durandi. *Voluntas aſſentiens fini his aſſentitur quæ habent connexionem cum ipſo.* poteſt peccator exiſtens in peccato actuali, mortali cauere ab omni peccato. & rationem aſſignat, quia voluntas aſſentiens alicui fini, neceſſariò aſſentitur his, quæ habent claram, & neceſſariam connexionem cum ipſo fine; quæ quidem ſæpè occurrunt, vt ſi quis vult adulterari, incidit in velle furari, quod eſt medium ad adulterari. Vnde Auguſtinus de vera religione docet, quòd ſuperbus neceſſe habet aliis inuidiſſe; & probatur à ſimili. nam intellectus aſſentiens principiis ſpeculabilibus, neceſſariò aſſentitur concluſionibus habentibus cum eis claram, & neceſſariam connexionem; ſic autem ſe habent principia in ſpeculabilibus, ſicut fines in operabilibus, vel appetibilibus, vt dicitur 2. phyſic.

2. dictum. *Peccator exiſtens in peccato potest vitare peccata, quæ ſunt contra ius naturæ.* Secundò dicit, quòd peccator exiſtens in peccato virtuali poteſt vitare omnia peccata, quæ ſunt contra ius naturale. Ratio fundamentalis eſt, quia A habet potentiam proportionatam ad ſeruandam totam legem naturalem. adhuc enim viget in peccatore, vt experimur, recta ratio agibilium, quæ eſt principium ſufficiens faciendi actiones naturales. Probat etiam aliis argumentis, quæ quoniam afferuntur directè ad impugnandum ſententiam noſtrã, ideo illa examinabimus infrà circa finem.

3. dictum. Tertiò dicit, quòd peccata, quæ ſunt contra ius diuinum ſupernaturale non poteſt peccator exiſtens in mortali virtuali vitare, liberè tamen, non vitat, quia eſt neceſſitas ſuppoſitionis conſequentis, quatenus peccator ponitur in tali ſtatu, in quo neceſſe eſt, aut ipsũ iuſtificari, aut mortaliter peccare, vt quãdo, verbi gratia (inquit) occurrit præceptum ſuſcipiendi Sacramentum Euchariſtiæ, in hoc caſu vel B peccator ſumit dignè; & iuſtificatur, quia ad dignam ſuſceptionem requiritur, vt ponat ſe in gratia: ſi verò non ſumit, vel ſi ſumit, ſumit indignè, iam peccat mortaliter.

15. *Impugnatur 1. dictũ Durandi.* Sed contra hanc viam arguitur, & primò contra primum dictum, in quo licet nihil ſit contra impotentiam liberi arbitrij, quæ eſt in peccatore; ratio tamen aſſignata non eſt adæquata, tum quia non ſemper occurrit materia, ad quam peccator eſt inordinatè conuerſus, nec alia materia, quæ habet neceſſariam connexionem cum illa, tum quia ratio in vniuerſali, quæ aſſignatur à conciliis, & Patribus citatis, eſt ex defectu gratiæ iuſtificantis.

Impugnatur 2. dictũ eiuſdem. Contra verò ſecundum facit ratio ſuprà allata ex Conciliis, & Patribus citatis, peccatorem ſcilicet habere C impotentiam intrinſecam propter liberum arbitrium infirmatum ex peccato Adæ, & nondum reparatum per gratiam iuſtificantem.

Impugnatur 3. dictũ eiuſdem Durandi. Contra tertium arguitur, Primò argumento ipſius, quod ipſe facit contra ſe, ſed non benè ſoluit, cùm occurrit (inquit) præceptum ſumendi Sacramentum Euchariſtiæ, poteſt homo non exiſtens in gratia ſumere abſque nouo peccato, quando, ſcilicet, ſuſcipiens non recolit de peccato, & ita non debet imputari ad culpam; quare poterit diu perſeuerare in peccato abſque eo, quòd incidat in nouum peccatum. Ad quod reſpondet Durandus; vel peccator (inquit) non recolit de peccato, quia ſuam conſcientiam non diligenter diſcuſſit, & tunc D peccat; vel diſcuſſit, & remittitur illud peccatum per contritionem, quia ſine contritione (inquit) non fit ſufficiens diſcuſſio conſcientiæ. Sed contra

Prima inſtantia contra Durandum. *Euchariſtia ſumi poteſt à non exiſtente in gratia ſine nouo mortali.* ſolutionem arguo tripliciter. Primò ad hominem; nam ipſemet Durandus in 4. diſtinct. 9. quæſtion. 4. exiſtimat, quòd poteſt quis ſumere Euchariſtiam cum ignorantia inuincibili. Reſpondet Vega defendens Durandum, concedendo, iſtum non peccare mortaliter. Sed hæc reſponſio nihil facit ad defenſionem Durandi, tum quia videtur Durandus ſibi contradicere, vt probatum eſt, tum quia ſi concedatur non peccare mortaliter, ſequitur contra opinionem Durandi, quod homo non exiſtens in gratia poteſt dignè ſumere Sacramentum Euchariſtiæ, & ita implere præceptum ſupernaturale; E ex quo ſequitur, quòd poſſit perſeuerare in peccato ſine nouo peccato mortali.

Secunda inſtantia. Secundò, arguo principaliter, quia Sacramentum Euchariſtiæ ſecundum communiorem opinionem ſuſcipi poteſt dignè cum putata contritione: ergo ab eo, qui adhuc eſt in peccato mortali, contra Durandum. Quòd ſi dicas pro defenſione Durandi, ex vi Sacramenti ex contrito putatè, fieri verè contritum; ergo non poterit peccator diu perſeuerare in peccato abſque eo, quòd ſe vel ponat in gratia, vel committat nouum

Digitized by Google

nouum mortale; ſi non accedat ſaltem putatè contritus. Reſpondetur, tranſeat antecedens, negatur conſequentiá in eo ſenſu, in quo accipitur in caſu quæſtionis, vt ſcilicet gratia iuſtificans antecedat ſaltem in priori naturæ obſeruationem præceptorum ex Concilijs, & Patribus ſuprà citatis. At verò in hac opinione in priori quodam naturæ ante gratiam iuſtificantem peccator obſeruaret omnia præcepta; gratia autem iuſtificans ſubſequeretur. Quòd ſi dicas, illa putata contritio fit à gratia in genere cauſæ efficientis, & ita in priori naturæ antecedit gratiam. Contrà tripliciter, primò ſaltem gratia conſequeretur ad illam obſeruationem præcepti, vt eſt quædam diſpoſitio ad gratiam, & ita non haberet ſe, vt antecedenter neceſſaria ad obſeruationem omnium præceptorum, contra communem ſenſum Patrum, & Conciliorum. Secundò, non poteſt eſſe à gratia, cùm non ſit vera contritio. Tertiò, eſto detur, quòd poſſit eſſe à gratia quatenus eſt actus bonus, tamen alia via repugnat, quia eſt diſpoſitio ad gratiam. ſi autem eſſet à gratia in genere cauſæ efficientis, iam eſſet ab homine grato, quia ipſa gratia, etiam vt efficiens, intelligeretur inhærere in ipſo homine, quia alioquin non poſſet cauſare, & ita illa putata contritio, vt diſpoſitio, eſſet meritoria de condigno ipſius gratiæ, quod implicat. cauſaret enim gratiam accipiendo ab ipſa gratia vim cauſandi; acciperet enim à gratia rationem merendi, per quam ipſa putata contritio haberet vim cauſandi ipſam gratiam, ſaltem vt diſpoſitio in genere cauſæ materialis: non poſſunt autem duæ cauſæ, vt ſupponimus ex ſecundo Phyſicorum, eſſe ſibi inuicem cauſæ, ita vt vna accipiat rationem cauſandi ab alia. Nam licèt concedi poſſet in doctrina Thomiſtica, materiam accipere exiſtentiam à forma ſaltem tamquam à conditione ſine qua non, & formam materialem à materia; materia tamen non recipit à forma rationem cauſandi, quæ eſt potentia illi eſſentialis, ſed recipit exiſtentiam ſuæ potentiæ. At verò in caſu noſtro illa putata contritio à gratia haberet rationem meriti de condigno non ſolùm exiſtentialiter, ſed etiam ſecundum rationem eſſentialem merendi, quæ fundaretur in ipſa gratia; & tamen ipſa putata contritio, vt diſpoſitio cauſaret ſaltem materialiter ipſam gratiam, à qua reciperet ſuam rationem cauſandi. Tertiò repugnat Scripturæ, quòd gratia cadat ſub merito de condigno. nam Paulus ad Rom. 3. ait, *gratis iuſtificari homines*, &c. Idem ait, capit. quarto, ſexto & vndecimo, eiuſdem epiſtolæ, & Auguſtinus 1. de Gratia & libero arbitrio, capite quinto, probat hoc ex multis locis ſacræ Scripturæ. Idem probat epiſt. 105. ad Sixtum, & eſt Diui Thomæ 114. articulo quinto, & communis Doctorum, & probatur ex Tridentino ſeſſione ſexta, capite quinto. Tertiò arguitur principaliter contra Durandum; non videtur verum, quod ipſe ſupponit, quod ad diligentem diſcuſſionem, quæ excuſet à peccato, requiratur contritio vera; ſed ad ſummum, vel requiritur attritio, vel ſaltem putata contritio, quia Sacramentum Pœnitentiæ, ex Tridentino, vel facit de attrito contritum, quod veriſſimum exiſtimo, vel ſaltem iuuat ad impetrandam contritionem. Quòd ſi ad diligentem diſcuſſionem requireretur ſecundum Durandum vera contritio, iam vera contritio requireretur ad Sacramentum Pœnitentiæ, quia ad illud prærequiritur ſufficiens diſcuſſio. Cùm igitur ad diligentem diſcuſſionem non præræquiratur vera contritio, ſequitur benè probare argumentum factum initio contra ipſum Durandum, quòd poteſt quis accedere ad Sacramentum Euchariſtiæ non exiſtens in gratia, & non committere nouum mortale, quia facta diligenti diſcuſſione non recolit de peccato præterito.

Cõtritio non poteſt eſſe à gratia iuſtificãte tamquã ab efficienti.

Quomodo duæ cauſæ nõ poſſint eſſe ſibi inuicem cauſa.

Gratia non poteſt cadere ſub meritũ.

Tertia inſtantia.
Ad diligentẽ diſcuſſionem conſcientiæ non requiritur vera cõtritio.

16. Præterea vltimò arguitur, etiamſi admittantur omnia, quæ dicit Durandus, adhuc non ſaluaret Concilia, & Patres, qui aſſerunt impotentiam quamdam intrinſecam in peccatore, ex defectu gratiæ iuſtificantis ad obſeruandam totam legem. Sed hæc opinio Durandi primò admittit potentiam naturalem ſufficientem ad ſeruandam totam legem: Secundò ad ſeruandam legem ſupernaturalem admittit auxilium ſufficiens diuinum: neceſſitatem autem peccandi ſolùm ponit ex ſuppoſitione quadam extrinſeca, currente caſu ſumendi Sacramentum Euchariſtiæ, in quo vel debet iuſtificari, ſi ſumat dignè, ad quod habet auxilium ſufficiens, vel peccare nouo peccato, ſi ſe non diſponat ad dignè ſumendum, ad quod peccatum vitandum, etiam habet auxilium ſufficiens.

Quarta inſtantia auctoris cõtra Durandum.

Examinatur quinta via.

17. Quinta via aſſerit, quòd ex ſucceſſiua reſiſtentia deuenitur tamdem ad impotentiam quamdam ſiue phyſicam, ſiue moralem reſiſtendi determinatæ tentationi. & ratio eſt, quia poſterior reſiſtentia dependet à priori: nam quamuis ex vno capite, ex continua reſiſtentia reddatur potentia habilior ad reſiſtendum; tamen ex alio capite natura humana faſtiditur, præſertim repugnante ſenſu in ſæpè reſiſtendo. poteſt igitur tædium ad talem gradum determinatum peruenire, vt impoſſibiliter potentiam peccatoris phyſicè, vel ſaltem moraliter ad reſiſtendum determinatæ tentationi. Quæ quidem opinio optimè ſaluat impotentiam ob debilitatem liberi arbitrij, ex defectu gratiæ iuſtificantis, quam ponunt Concilia, & Patres, vt patet ex primo ſuppoſito: ſed difficultatem habet in ſaluanda libertate, ſeu indifferentia ad peccandum, vel non peccandum, explicatam in ſecundo ſuppoſito; conatur autem illam ſaluare in cauſa, quatenus ſcilicet peccator non ſe diſponit ad gratiam iuſtificantem, cùm teneatur ſe diſponere, quia ex defectu gratiæ iuſtificantis oritur, quòd denegetur peccatori auxilium illud, quod requiritur ad reſiſtendum tentationi cum tanto tædio, ex cuius auxilij negatione oritur hæc impotentia.

Ex ſucceſſiua reſiſtẽtia deuenitur ad moralem impotẽtiam vel phyſicam reſiſtendi.

18. Huius opinionis meminit S. Thomas 3. contra gent. cap. 160. & illam non impugnat, imò probare videtur ex illo Dauid. *Cùm defecerit* (inquit) *virtus mea, ne derelinquas me, &c.* quod etiam probari poteſt ex illo Pauli, *ſupra virtutem grauati ſumus, ita vt tæderet nos viuere.* & probari etiam poteſt ex Hieronymo lib. 3. contra Pelagium, vbi ad hoc propoſitum adducit exemplum de his, qui remigant contra impetum fluminis, quos oportet (inquit) ſemper laborare remigando. nam ſi paululum remittant, ſtatim retrocedunt: ita in vincendis tentationibus propter naturæ infirmitatem eſt continuus labor. Sicut igitur labor corporalis reddit aliquando remigantem impotentem ad remigandum determinatè, ita labor iſte ſuo modo reddit reſiſtentem aliquando impotentem determinatè ad reſiſtendum.

Probatur 5. via ex ſcripturis.
Pſal. 70.
2 Corint. 1.
Probatur ex Hieronymo exemplo remigantium.

19. Sed hæc quinta via, quamuis non ſit dicenda improbabilis, cùm eam non impugnet S. Thomas, & ſaluet aliquo modo libertatem in cauſa cum impotentia ex defectu gratiæ iuſtificantis, vt viſum eſt,

Impugnatur 5 via.

eſt, tamen non videtur tenenda. Primò,quia opinio A S. Thomæ verè videtur ea eſſe, quam aſſerit 1. 2. quæſt. 118. art. 8. peccatorem ſcilicet exiſtentem in mortali poſſe quidem ſingula mortalia vitare, non tamen omnia eo modo,quo iuſtus poteſt ſingula venialia vitare, non tamen omnia:conſtat autem iuſtum,vt in ſequenti Corollario videbimus, ex continua reſiſtentia venialium, non peruenire ad tãtum tædium,vt impoſſibilitetur ad reſiſtendum determinatæ tentationi, quia tunc non peccaret; non enim ſaluari poſſet libertas, nec in illo actu formaliter,vt patet ex dictis,nec in cauſa,quia non obligatur ad ſe diſponendum ad hoc, vt habeat priuilegium, per quod non peccet venialiter, quo autem modo iuſtus poteſt vitare ſingula venialia,& non omnia, infrà videbimus,&oſtendemus eſſe eumdem modum B in iuſto reſpectu venialium,&in peccatore reſpectu mortalium.

Peccator exiſtens in mortali poteſt omnia ſingula mortalia vitare, ſed non ſingula.

Secundũ argumentum contra 5. viam.

Secundò, quia non videtur aſſignari poſſe tempus, in quo talis peccator peccet;cùm enim non reſiſtit tentationi, iam neceſſitatur formaliter ad non reſiſtendum, atque adeò illa non reſiſtentia, vt ſic, non habet rationem peccati, neque poteſt aſſignari tempus in cauſa, quatenus, ſcilicet, non ſe diſpoſuit ad gratiam iuſtificantem, ex cuius defectu non datur auxilium ſufficiens ad reſiſtendum. nam non ſtatim denegatur hoc auxilium,ſed poſt multas tentationes, & longum tempus; hoc autem longum tempus non eſt determinatum: quare non videtur conueniens diuinæ bonitati, vt deneget auxilium ſufficiens circa determinatum actum in tali momẽto temporis,quod eſt ignotum peccatori, præſertim C cùm in hac opinione denegetur hoc auxilium ſufficiens ad vincendum difficultatem, quæ oritur ex continua reſiſtentia, in quo caſu potiùs Deus deberet concedere auxilium, quàm denegare, cùm illa reſiſtentia ſit laudabilis.

Henricus. Tertium argumentum. *In rectè agẽdo magis facilitatur voluntas.*

Tertiò,ex Henrico quodlib. nono, quæſtione vigeſima, in rectè agendo voluntas magis facilitatur; ergo hæc facilitas, ſeu habilitas in rectè agendo, & vincendo tentationes, excedit, vel ſaltem adæquat tædium, vel difficultatem, quæ oritur ex continua reſiſtentia. Sequitur igitur quantùm eſt ex hoc capite, quòd ſi in prima poterat ſuperare tentationes, poterit & in ſecunda,& ſic deinceps quamcumque tentationem determinatam, vt diffuſiùs etiam in D quæſtione philoſophica probauimus.

Quartũ argumentum.

Quartò ſequeretur, quòd homo in puris naturalibus, non eſſet obligatus ad ſeruandum totam legem naturalem. Sed hoc eſt abſurdum; ergo & id vnde ſequitur.

Scotus.

Sequela Maioris probatur, quia, vt inquit Scotus in 2. diſt. 28. quæſt. vnica, Deus obligaret illum ad impoſſibile, quia homo in puris naturalibus in ſucceſſiua illà reſiſtentia etiam perueniret ad tantam difficultatem,vt fieret tamdem impotẽs ad reſiſtendum determinatæ tentationi: & tunc quidem non peccaret, nec formaliter in ipſo actu, quia neceſſitaretũr ad ſuccumbendum tentationi, vt ſupponitur, E nec peccaret in cauſa,quia nullam dediſſet cauſam, nec per peccatum ſuum actuale, nec quia teneretur ſe diſponere ad gratiam iuſtificantem,quia ſupponitur homo in puris naturalibus.

Minor,hoc ſcilicet eſſe abſurdum,probatur. nam ſequeretur,quòd ſi aliquis peccaret in puris naturalibus,non iuſtè puniretur,quia neſciretur,an neceſſariò peccaſſet.

Reſpõſio ad ſcripturas allatas pro hac 5. via.

Ad loca verò, quæ hæc opinio adducit ex ſcripturis, reſpondetur non probare, quòd homo ex continua reſiſtentia deueniat ad tantam difficultatẽ, vt impoſſibilitetur phyſicè, vel moraliter ad reſiſtẽdum determinatæ tentationi: ſed vel ad ſummum oſtendunt difficultatem,vel impotentiam moralem in toto collectiuo indeterminatè, vt dicemus infrà.

Examinatur ſexta via.

20. *Deus denegat peccatori auxiliũ extrinſecum protectionis.*

Sexta via aſſerit, quòd ob pœnam peccati, Deus denegat peccatori auxilium extrinſecum protectionis,quia permittit Dæmoni,vt aliquando tentet vltra vires naturæ, & negat etiam auxilium intrinſecum ſufficiens ad reſiſtendum tali tentationi,ſaluat autem libertatem,quia peccator non ſe diſponit ad gratiam. Hæc ſexta via eſt ferè eadem cum præcedenti; ſolùm differt,quia præcedens ponit impotentiam phyſicam vitandi nouum mortale determinatum procedentem ex continua reſiſtentia: hæc autem ſexta via ponit tentationem vnam determinatam in ſe ipſa grauem, ex qua oritur impotentia.

Probatur 6. via ex Scripturis. Pſalm. 39. Pſalm. 17. 1. ad Cor. 10

Probatur hæc via,ſeu opinio, Pſalm. 39. in perſona peccatoris, inquit Dauid, *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus*; at in perſona iuſti, dicitur. Pſalm. 17. *An te eripiar in tentatione.* & 1. ad Corinth. 10. Paulus alloquens iuſtos, inquit, *Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari vltra id, quod poteſtis.* Huic opinioni fauet ſimilitudo Chryſoſtomi, Pſal. 78. & ſuper Matth. cap. 21. *Sicut nauis*(inquit) *ſine gubernaculo tendit quò impetus trahit,ſic homo ſine gratia quò Diabolus vult.*

Chryſoſtomi ſimilitudo.

21. Impugnatur ſexta via.

Sed contra hanc opinionem faciunt primum,ſecundum, & tertium argumentum facta contra præcedentem opinionem.

Reſpõſio ad ſcripturas allatas pro hac ſexta via.

Ad loca allata ex Scripturis,reſpondetur, intelligenda eſſe, quatenus peccator non habet auxilium ſufficiens ad vitanda omnia mortalia collectiuè indeterminatè, vt probabitur infrà in opinione noſtra. Ad ſimilitudinem Chryſoſtomi reſpondetur, quòd per eam tantùm oſtenditur periculum,in quo eſt peccator,& difficultas; non autem quòd reddatur omninò impotens ad reſiſtendum graui tentationi,per rationem allatam in præcedenti opinione.

Explicatur ſimilitudo Chryſoſtomi.

Aſſertur ſeptima, & verior via, quæ deducitur ex principio.

22. Deducitur Corollariũ ex principio. S. Thom. Ariſtot. *Poteſt ſtare in peccatore reſiſtendi ſingulis tentationibus,cum impotentia reſiſtendi omnibus ſimul.*

Impugnatis omnibus aliis viis, reſtat ſeptima via S. Thomæ 3 contr. gent cap. 160. & clariùs 1. 2. quæſt. 100. art. 10. & quæſt. 75. art. 4. Ariſtotelis 2. cœli cap. 12. qui ex principio Philoſophico, quod ſatis probatum eſt in quæſt. Philoſoph. dubio 2. deducunt, poſſe ſtare in peccatore potentiam liberam reſiſtendi ſingulis grauiſſimis tentationibus ſucceſſiuè occurrentibus diſtributiuè, & ſigillatim ſumptis, cum impotentia morali reſiſtendi in toto collectiuo alicui indeterminatè, & vagè.

Caiet. Vega.

Et ad hanc viam videntur accedere Caietanus 1. 2. quæſt. 108. & Vega in opuſc. de Iuſtificat. & Gratia quæſt. 13. Addunt tamen iſti Doctores, quòd hæc impotentia moralis non eſt in omni peccatore, & ad ſemper, ſed vt in pluribus, & ad plerumque.

Impugnatur modus dicendi Caiet. & Vegæ.

Sed contra iſtos faciunt, primò ea, quæ diximus in probatione principij, in quæſt. Philoſophica, ſecundò ſpecialiter in hac materia faciunt Scripturæ, Patres, & Concilia allata initio quæſtionis; & præſertim Concilium Mileuitanum, in quo definitur dari nobis gratiam Iuſtificationis, non vt faciliùs poſſimus implere diuina mandata, ſed ſimpliciter, vt poſſimus, niſi fortè per gratiam Iuſtificationis intelligant gratiam ſufficientem contra communem ſenſum Scolaſticorum, & Patrum;

Sed

Digitized by Google

Sed in Arauſicano ſuprà citato clariùs habetur, hanc gratiam eſſe gratiam Baptiſmi, quam conſtat eſſe gratiam iuſtificantem.

23. Differentia huius 7. viæ à 5. & 6.

Differt autem hæc ſeptima via à quinta & ſexta. nam illæ ponunt difficultatem, & impotentiam moralem ad aliquam determinatam tētationem, quam quidem impotentiam, probauimus ſuprà, tollere libertatem formaliter in actu, nec poſſe cōmodè ſaluari libertatem in cauſa. At verò hæc via noſtra non ponit impotentiam phyſicè, nec moraliter in aliquo inſtāti determinato, nec ad aliquem actum determinatum, ſed indeterminatè in toto collectiuo; ita vt nec Deus in natura collectiui videre poſſit abſolutè, quænam ſit illa determinata tentatio, cui ſuccumbet peccator, ſed eam præſcit, poſtquam intelligitur res facta in aliqua differentia temporis.

Deus in natura collectiui non videt tentationem cui ſuccumbet peccator.

24. *Explicatur cur in peccatore ſit hæc impotētia & non in homine iuſto.*

Sed difficultas eſt, vnde in peccatore oriatur hæc impotentia moralis ad reſiſtendum in toto collectiuo alicui tentationi, indeterminatè, quæ etiam non ſit in homine iuſto. & ratio dubitandi eſt: nam etiam iuſto aliquando occurrunt variæ, & multæ tentationes, & occaſiones, quod probatur ex Paulo 2. ad Corinth. 1. *Supra virtutem* (inquit) *grauati ſumus, ita vt tæderet nos viuere,* ergo ex principio Philoſophico habebit etiam iuſtus impotentiam reſiſtendi in toto collectiuo alicui tentationi indeterminatè, & vagè.

S. Thom. Vega. Caiet.

Reſpondetur ex S. Thoma 1. 2. quæſt. 75. art. 4. & Vega, vbi ſuprà, & clariùs ex Caietano, hanc maximam difficultatem in peccatore, in qua nos fundamus impotētiam moralem, oriri ex tribus priuationibus, & tribus poſitiuis: Prima, priuatio eſt gratiæ iuſtificantis, ex qua priuatione oritur negatio abundantis auxilij, quod Deus dat tantùm exiſtentibus in gratia, tanquam filiis, hoc autem auxilium duplex eſt, aliud extrinſecū, ſcilicet protectionis, quo Deus protegit iuſtum, ne tot illi occurrant grauiſſimæ tentationes, aliud eſt intrinſecum, auxilium, ſcilicet abundans, quo poſſit reſiſtere tentationibus occurētibus; vtrumque autem auxilium Deus denegat peccatori, & extrinſecum, quia permittit multas, & graues tentationes illi quaſi continuè, & ſucceſſiuè occurrere, & negat etiam auxiliū intrinſecum abundans ad reſiſtendum: & licet det auxilium ſufficiens intrinſecum, eſt tamen ita exiguum, vt quamuis poſſit reſiſtere ſingulis diſtributiuè, tamen de facto numquam reſiſtet in toto collectiuo. & huc tendit ſimilitudo illa Chryſoſtomi ſuper Pſalmum 73. & ſuper Matthæum cap. 21. cuius ſuprà meminimus, quòd peccator eſt ſicut nauis ſine gubernaculo, quæ tendit, quò impetus trahit, & de naui intra duos ſcopulos à ventis validis agitata habente nauclerum debilitatum, & impeditum aliis curis.

Peccatori priuatur auxilio Dei extrinſeco, & intrinſeco moraliter.

Chryſoſtomi duplex ſimilitudo de naui ſine gubernaculo, vel ſine nauclero.

Secunda priuatio eſt veri finis vltimi, quam habet omnis peccator etiam ex ignorantia peccans; habet enim finem amoris ſui ipſius vſque ad contemptum Dei.

2. Priuatur peccator vero vltimo fine.

Tertia, priuatio eſt præmeditationis aſſiduæ quando oportet, quæ quidem præmeditatio, vel non eſt, vel ſaltem cum difficultate in homine auerſo à Deo, non habente Dei timorem, & habente pro vltimo fine ſe ipſum.

3. Priuatur præmeditatione.

Tria autem poſitiua ſunt; Primum motus multiplex occurrentium agendorum, vel vitandorum. Secundum finis malus præconceptus; ſi enim (ait Vega) verum eſt illud de extrinſecis hoſtibus, *cum Sancto Sanctus eris, & cum peruerſo peruerteris,* multò magis eſt verum, cum intrinſeco hoſte ſcilicet, fine malo. Tertium, prauus habitus; licet hoc vltimum non reperiatur in omnibus peccatoribus.

Tria impellunt peccatorem ad peccandum de nouo

1. Varia tentationes occurrentes. Pſalm. 27.

2. Finis malus præconceptus.

3. In aliquibus prauus habitus.

Sed exiſtimo præcipuam, & ſufficientem eſſe primam priuationem ſcilicet abundantis auxilij tam extrinſeci, quàm intrinſeci, reliqua autem priuatiua, & poſitiua adiuuare potiùs, vt peccator citiùs cadat. Ad cuius rei maiorem explicationem.

Cauſa præcipua, & ſufficiens impotentia in peccatore vitādi nouū mortale eſt prima priuatio auxilij.

25. *Tēpus in quo peccator non poteſt vitare omnia mortalia, non eſt idē in omnibus, ex Caiet.*

Quæret aliquis hoc longum tempus, in quo peccator non poteſt vitare omnia mortalia indeterminatè, eſt ne idem in omni peccatore? Reſpondetur, quòd non, ſciendum eſt enim, quod tripliciter contingit ex Caietano eſſe aliquem in peccato mortali. Primo formaliter, & per ſe, vt qui ſcienter vult eſſe in mortali. Secundò, qui per ſe, & formaliter eſt in mortali, non quidem ſcienter, ſed ex parte obiecti, vt qui fecit contractum vſurarium ignorantia iuris non excuſante. Tertiò facti tantùm, vt qui diligenter, & non ſufficienter ſe diſcuſſit, nec vult eſſe in mortali, & hic non eſt affectus mortalis per ſe formaliter, nec primo modo ſcienter, vt patet, nec ſecundo modo ex parte obiecti, quia non habet ignorantiam iuris, ſed tantùm ignorantiam facti. Hac ſtante diſtinctione, dicit Caietanus, quòd exiſtens in mortali per ſe, & formaliter primo modo, id eſt, ſcienter, eſt pronior ad faciendum aliud mortale, tum quia ſæpè occurrit illa materia, ad quam inordinatè eſt conuerſus, vel, vt ait Durandus, occurrit alia materia, quæ habet colligantiam cum illa, exēpli gratia, ſi quis vult adulterari, incidit ad velle furari, quia eſt medium ad adulterari, & Auguſtinus de vera religione docet, quòd ſuperbus neceſſe habet aliis inuidiſſe, circa etiam alia peccata eſt pronior, cum quia habet priuationem præmeditationis aſſiduæ, tum quia habet finem malum, ſcilicet amorem ſui ſcienter præconceptum, qui verò eſt affectus per ſe, & formaliter ſecundo modo, ſcilicet ex parte obiecti, eſt quidem pronus, quia ſæpe poteſt occurrere ea materia, circa quam habet ignorantiam iuris: ſed quia non habet finem malum ſcienter præconceptum, ideo non ita facilè incidet in alia peccata; exiſtens verò tertio modo ſcilicet per ignorantiam facti, non habet tātam difficultatem, quia non habet prauum affectum ad peccatum, neque ex parte operantis, neque ex parte obiecti.

Tribus modis contingit peccatorem eſſe in mortali. Caiet.

Argumenta contra hanc ſeptimam viam noſtram.

26. Scotus. Durand.

Contra hanc ſeptimam viam arguunt Scotus & Durandus vbi ſuprà, probando non dari hanc impotentiam in peccatore, non eſt enim (inquiunt) vnde oriatur quoque, quia neque poteſt oriri ex defectu gratiæ iuſtificantis, neque ex ratione peccati præcedentis; Quòd non oriatur ex defectu gratiæ iuſtificantis, arguit primò Durandus: In ſtatu naturæ integræ poterat homo ſine gratia iuſtificante per longiſſimum tempus vitare omnia peccata mortalia; ergo & in ſtatu naturæ lapſæ. Antecedens ſupponit conceſſum, quia ſi ad præcepta iuris naturalis ſeruāda homo non habuiſſet ſufficientes vires, non fuiſſet in ſtatu naturæ integræ. Conſequentia probatur, quia quæ pertinent ad naturam, per peccatum non ſunt amiſſa, licèt fortè habilitas ſit aliquantulum minuta.

Primum argumentum.

Secundò arguit Durandus in 2. diſt. 28. quæſt. 2. vbi ſunt principia ſufficientia alicuius operationis, ibi poteſt eſſe & illa operatio; ſed in homine in ſtatu naturæ lapſæ ſine gratia iuſtificante ſunt principia ſufficientia bonæ actionis moralis; ergo & homo ſine gratia iuſtificante ex viribus naturæ poteſt facere quodcumque opus bonum morale. Maior

2. argumentum ex Durand.

Digitized by Google

ior eſt manifeſta; Minor probatur, quia recta ratio agibilium,& voluntas cum auxilio naturali ſufficiunt ad bonam actionem naturalem moralem, quia ſunt proportionata obiecto naturali; hæc autem ſunt in homine ſine gratia iuſtificante; ergo homo ſine gratia iuſtificante poteſt ſeruare totam legem naturalem.& confirmari poteſt, quia Paulus ad Rom.2. reprehendit Iudæos, quòd gentes ſeruarent totam legem naturalem, ſine lege ſcripta. *Cum enim* (inquit Paulus) *gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex.*

Ad Rom. 2.

3. Argumẽtũ ex Scoto.

Homo per peccatũ originale nihil amiſit ex naturalibus.

Tertiò arguit Scotus in ſecũdo diſtinct.28.quæſt. vnica, in puris naturalibus poterat homo cauere ab omnibus peccatis, quæ ſunt ex iure naturali; ergo & in natura lapſa. Antecedens probatur. quia alioquin Deus obligaſſet hominem ad impoſſibile: Conſequentia probatur, quia homo per peccatum originale non amiſit aliquid ex naturalibus, vt ſupponimus probatum in materia propria, quia originale eſt tantùm priuatio gratiæ, quæ debebatur ex ordinatione diuina in illo ſtatu.

4. argumentum.

Quartò ſequeretur, quòd pars inferior dominaretur ſuperiori tamquam impotenti ad reſiſtendum, quod eſt abſurdum: abſurditas autem oſtenditur, quia naturæ humanæ non debet denegari auxilium naturale, quia videtur debitum illi naturæ; ſed ad ſeruanda præcepta iuris naturalis non requiritur, niſi auxilium naturale, quia hoc eſt proportionatum obiecto; ergo non debet denegari naturæ humanæ.

5. argumentum ex Durando.

Quintò probat Durandus in 2.diſt. 28. quæſt. 3. non plus tollit priuatio, quam ponat habitus; ſed per gratiam iuſtificantem non ponitur in anima, niſi efficacia ad merendum; ſupponit autem in voluntate potentiam ad bonum faciendum, vel ad malum fugiendum; ergo per gratiæ carentiam hæc potentia totaliter remanet, ſed tantùm efficacia merendi tollitur.

Quod verò hæc impotentia non oriatur ex ratione peccati præcedentis, probat idem Durandus ſaltem de peccatore, qui non eſt in actuali peccato, & ſit.

6. argumentum ex Durando, quo probatur non poſſe in peccatore oriri impotentiã ex peccato præcedente.

August.

Superbus neceſſe habet alios inuidere.

Sextum argumentum, tunc (inquit) vt ſuprà dictum eſt, voluntas neceſſitatur ad volendum aliud, quando illud aliud habet claram, & neceſſariam colligantiam cum illo primo, quod ſolùm accidit, quando voluntas eſt in peccato actuali; quia tunc voluntas actu eſſentiens alicui fini, neceſſariò etiam aſſentitur aliis mediis, quæ habent claram, & neceſſariam colligantiam cum fine, ſicut ſuperbus, inquit Auguſtinus, de vera religione, neceſſe habet aliis inuidere; quòd verò aliunde oriri non poſſit hæc neceſſitas, probatur, quia ſi aliunde eſſet, maximè eſſet ex inclinatione derelicta ex peccato præcedenti: ſed hoc eſſe non poteſt, quia inclinatio derelicta ex bono actu non neceſſitat voluntatem: ergo nec inclinatio derelicta ex malo actu: Quòd ſi dicas, à potentia deprauata non egreditur, niſi actus deprauatus; ſed voluntas eſt deprauata per maculam virtualem: ergo ab illa non egreditur, niſi actus deprauatus: Reſpondet Durandus, quando actus bonus procedit à potentia deprauata per maculam virtualem, non procedit ab ea in quantùm deprauata, niſi voluntas eſſet in actuali peccato: in tali enim caſu actus volendi medium imperaretur ab actu volendi illud peccatum actuale, quod eſt finis, vt dictum eſt ſuprà.

Durand.

27. Reſpõſio ad 1. argumẽtũ

Durandi. Ex Capreolo.

Per peccatũ originale nihil ablatum fuit ad naturã humanã pertinens.

Ad primum argumentum reſpondet Capreolus ſuprà citatus, negando conſequentiam, & ad probationem conſequentiæ reſpondet, quòd per peccatum non fuit ablatum aliquod pertinens ad naturam hominis abſolutè, ſed fuit ablatum donum originalis iuſtitiæ, quod donum non pertinebat ad naturam hominis abſolutè, cum quo dono poterat homo mo ſine gratia iuſtificante in ſtatu naturæ integræ vitare omnia mortalia.

28. Ad ſecundũ Durandi. Scot.

Ad ſecundum reſpondetur, argumentum tantùm probare potentiam phyſicam, non autem potentiam moralem ad totum collectiuum indeterminatè. Ad confirmationem ex Paulo reſpondetur à Scoto in 2. diſt. 28. quæſt. vnica ad primum, quòd S. Paulus loquebatur de illis gentilibus, qui viuebant in gratia Dei, ſine tamen lege ſcripta; non enim obligabantur ad legem ſcriptam, niſi filij Iſrael.

29. Prima reſponſio.

Peccator in tali ſtatu non obligatur ad impoſſibile.

Ad tertium Scoti reſpondetur, & primò negari poteſt antecedens, nam vel intelligitur de homine in puris naturalibus exiſtente in mortali: & tunc negatur antecedens, ſi intelligatur in toto collectiuo indeterminatè: & ad probationem antecedentis reſpondetur, peccatorem in illo ſtatu non obligari ad impoſſibile, tum quia habet auxilium ordinarium, quod eſt ſufficiens, etiam moraliter ad vitandum ſingula mortalia diſtributiuè; tum quia denegatur illi auxilium extraordinarium ad vitanda omnia collectiuè indeterminatè in pœnã, quia quamuis non poſſit ſe diſponere ad gratiam iuſtificantem, ad quam in illo ſtatu non eſt ordinatus, tamen non ſe conuertit ad bonum honeſtum, ad quod eſt ordinatus, & ad quod habet auxilium ſufficiens. vel intelligitur de homine in puris naturalibus non exiſtente adhuc in mortali, & tunc etiam negari poſſet antecedens, ſi intelligatur in toto collectiuo indeterminatè. & ad probationem antecedentis, reſponderi poſſet, quòd homo obligaretur ad vitanda ſingula peccata diſtributiuè, quod non eſt impoſſibile cum auxilio ordinario, vt ſuprà probatum eſt.

2. reſponſio.

Homo eſt ordinatus ad finem ſupernaturalẽ etiã in ſtatu naturæ lapſæ.

Secundò reſpondetur, quicquid ſit de antecedenti, negatur conſequentia; & ratio diſparitatis in puris naturalibus, & in natura lapſa hæc eſt, quia in ſtatu naturæ lapſæ homo eſt ordinatus ad finem ſupernaturalem, & ideò, ſi peccator non ſe diſponit ad gratiam iuſtificantem, redditur indignus, vt habeat auxilium illud abundans, per quod fiat potens ad reſiſtendum omnibus tentationibus, ſecundum totum collectiuum; & quamuis habeat ſufficiens, eſt tamen ita exiguum, ſicut dictum eſt, vt de facto ſuppoſita multitudine tentationum, aliquando ſuccumbat alicui indeterminatè, & vagè, in puris autem naturalibus ceſſat hæc ratio, quia homo non fuiſſet ordinatus in illo ſtatu ad finem ſupernaturalam.

30. Notandum pro ſolutione quarti argumenti.

Duplex auxilium naturale, alterum ordinarium, alterum extraordinariũ.

Ad quartum, pro ſolutione notandum, auxilium naturale eſſe duplex, quoddam ordinarium, quod debetur naturæ habenti quaſi quoddam ius ad illud, non quidem ex iuſtitia, quia Deus nulli creaturæ debet ex iuſtitia, ſed ex quadam exigentia in ipſa natura iuxta ſua principia, ſicut igni debetur calor. Aliud auxilium eſt extraordinarium, quod quamuis quatenus reſpicit obiectum naturale, poſſet dici naturale; non tamen, vt colligitur ex Capreolo ſuprà citato, eſt omnino naturale, ſed ſupra naturam hominis abſolutè, quia non debetur naturæ, quaſi natura habeat ius ad illud ex ſuis principiis naturalibus, ſed eſt fundatum in mera liberalitate Auctoris naturæ. Et quidem nemini datur à Deo, niſi exiſtenti in altiori ordine; ſcilicet, ſupernaturali gratiæ, tamquam filio, vt probatum eſt ſuprà ad tertium.

Digitized by Google

Affertur ſimilitudo tū ex moralibus, tum ex naturalibus.
Similitudo de largitione eleemoſynæ.
Similitudo de calce.

Poteſt autem afferri aliqua proportionalis ſimilitudo, tum in moralibus, tum in naturalibus. In moralibus quidem eleemoſyna, exempli gratia, debetur pauperi non propter debitum fundatum in iure, quod habet pauper ad illam, ſed propter debitum fundatum in ipſa decentia diuitis. In naturalibus etiam habemus huius rei aliquod veſtigium. videmus enim, cùm calci infunditur aqua, tunc per antiperiſtaſim calorem magis intendi, vel magis vniri partes ad reſiſtendum contrario, & hæ quidem vires ad ſe magis intendendum non debentur calori, ſi conſideretur iuxta ſua principia. Præterea aqua habet quamdam qualitatem ſecundum aliquos impreſſam ab auctore naturæ, quæ illam mouet ſurſum ad implendum vacuum, quæ quidem qualitas non debetur aquæ iuxta ſua principia naturalia, quatenus ſcilicet grauis eſt, & quædam natura particularis, ſed quatenus eſt pars vniuerſi: ſimpliciter autem qualitas illa dicenda eſt naturalis, quia eſt intra ordinem naturalem vniuerſi, ad quod aqua eſt naturaliter inclinata. Et in hoc non eſt quid ſimile auxilio extraordinario, de quo loquimur, vt patet ex dictis.

Similitudo de aqua aſcēdente ſurſū ad implēdū vacuum.

Secunda regio aëris frigida creata eſt à Deo propter bonū commune.

Præterea ſecunda regio aëris, quæ ex natura eſt calida, creata eſt à Deo frigida ſecundum aliquos Doctores propter bonum commune generationis ad infrigidandos, & condenſandos vapores, qui non potuiſſent facilè ſe reducere ad priſtinam, & connaturalem frigiditatem propter multitudinem ambientis calidi. His notatis;

Reſpōſio ad quartum. *Natura nūquam denegatur auxilium ordinarium naturale.*

Ad argumentum reſpondetur, naturæ numquam denegari auxilium ordinarium naturale, quia ad illud habet quodam modo ius, & hoc eſt ſufficiens phyſicè ad ſeruandā omnia præcepta iuris naturalis diſtributiuè, & collectiuè; ſed ob pœnam denegatur illi auxilium extraordinarium, quod requiritur moraliter ad ſeruandum omnia præcepta collectiuè, vt ſuprà explicatum eſt: non eſt autem abſurdum in tali caſu partem inferiorem dominari ſuperiori, tum quia habet auxilium ſufficiens etiam moraliter ad vitanda ſingula peccata diſtributiuè, tum quia auxilium illud extraordinarium, quod moraliter tantùm, & de facto eſt neceſſarium ad vitandum omnia in toto collectiuo indeterminatè, denegatur illi in pœnam, quia, vt dictum eſt ſuprà, non ſe diſponit ad gratiam iuſtificantem, ad quod habet auxilium ſufficiens.

31. Ad quintū.

Ad quintum reſpondetur, quòd per gratiam iuſtificantem ponitur in anima formaliter efficacia ad merendum, tamen conſecutiuè ponitur hoc auxilium extraordinarium, quòd quidem negatur homini non exiſtenti in gratia in pœnam, quia non ſe diſpoſuit ad gratiam, ad quam eſt ordinatus.

32. Ad ſextum.

Ad ſextum reſpondetur, exiſtens in macula virtuali, vt paulò antè explicatum eſt, ex triplici priuatiuo, & triplici poſitiuo redditur impotens moraliter ad vitandum omne mortale in toto collectiuo per longum tempus; Argumentum tantùm probat, longius tempus requiri ad incidendum in nouum mortale in eo, qui exiſtit in macula virtuali, quàm in eo, qui exiſtit in actuali, ob maiorem facilitatem, quam habet exiſtens in actuali per rationem aſſignatam in argumento.

QVÆSTIO SECVNDA THEOLOGICA.

Vtrum ſentētia ſecundi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, non poſſit Iuſtus abſque ſpeciali priuilegio diu cauere à peccato veniali, &, tamen cùm peccat, liberè peccat.

Materiam huius Corollarij tractant Scholaſtici citati in ſuperiori quæſtione.

Explicatur punctus difficultatis.

1.

HÆc quæſtio multum dependet ex præcedenti, quare ſuppoſitis multis ex his, quæ tam ibi, quàm in quæſtione philoſophica dicta ſunt, breuiter hanc expediemus.

Primū ſuppoſitum.

Et pro explicatione ſupponendum eſt tamquam certum de fide, non poſſe iuſtum communi gratia, quæ confertur lege ordinaria, ſine ſpeciali priuilegio cauere ab omnibus venialibus per longum tempus, præſertim illis, quæ ſunt ex imperfecta deliberatione, quod quidem ſuppoſitum eſt contra Pelagianos aſſerentes hoc fieri poſſe ex viribus noſtris, & contra Semipelagianos opinantes hoc fieri poſſe cum gratia communi, quæ ordinariè, confertur iuſtis, contra quos præcipuè eſt præſens diſputatio, & probatur primò ex Scripturis multis in locis, præcipuè prima Ioan. cap. 3. *Si dixerimus quòd peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Secundò probatur ex concilio Mileuitano, cap. 6. vbi ad hoc probandum affert locum citatū apud Ioannē, & ponderat illud verbū, *Veritas in nobis non eſt*, quod poſitū eſt (inquit) ad oſtēdendū hoc non dici ex veritate ad vitandam arrogantiā, ſed ex veritate ad vitandam falſitatem. Tertiò ex Trid. ſeſſ. 6. can. 23. excipit tamen Beatam Virginem, quam dicit habuiſſe priuilegium. Quartò probatur ex Auguſtino de natura, & gratia, cap. 34. & affert eumdem locum apud Ioannem, ibi etiam excipit Beatam Virginem. Quintò probatur ex Chryſoſt. hom. 2. in Matth. vbi habet hoc longum tempus eſſe tempus vnius diei. Sextò probatur ex Gregor. lib. 1. moralium, cap. 16. vbi habet hanc gratiam ſpecialem ſubtrahi iuſto propter ſui humilitatem. Mitto Gelaſium Pont. in Epiſt. contra Pelagianos, quæ incipit de Pelagianis. & Nazianzenum orat. 2. contra Iulianum, & ipſum Auguſtinum, Epiſt. 89. quæſt. 1. quia potiùs loquuntur contra Pelagianos, quàm contra Semipelagianos, contra quos eſt noſtra diſputatio, qui vt infrà videbimus, ex oppoſito principio Philoſophico deducunt oppoſitam concluſionem, poſſe ſcilicet iuſtum vitare omnia venialia. His poſitis punctus difficultatis eſt quomodo ſaluetur libertas cum hac impotentia diù cauendi ab omni veniali, circa quod ſunt tres viæ.

Pelagiani & Semipelagiani. Prima Ioan. Cōc. Mileu. Trident. *B. Virgo non peccauit venialiter.* Auguſt. Chryſoſt. Gregor. *Longū tempus non peccandi venialiter eſt tempus vnius diei.*

Pūct. diffic. Impugnatur hæc prima via.

1. Prima via probādi ſententiam Corollarij.

Prima via aſſerit iuſtum non poſſe cauere diu à veniali per ſubtractionem gratiæ efficacis ex præſcientia, per quam Deus ſcierat conditionatè iuſtum vitaturum omne veniale per longum tempus,

Digitized by Google

pus, ſi talis gratia, tali tempore, & cum talibus circumſtantiis daretur, ſaluant autem libertatem, quia ſicuti poſitio gratiæ efficacis non tollit libertatem in eo, qui mouetur efficaciter, quia efficacia ſupponit ſcientiam conditionatam, quæ non tollit libertatem; ita nec ſubtractio gratiæ tollit libertatem ab eo, qui non mouetur efficaciter. impotentia enim, quæ oritur ex hac ſubtractione, non eſt antecedens, ſed conſequens.

Poſitio gratiæ efficacis non tollit libertatem.

Impugnatur prima via Tridenti.

Sed quidquid ſit de hac efficacia gratiæ per ſcientiam conditionatam, impugnatur hæc prima via ex Tridentino allegato: vbi gratia data Beatæ Virgini ad vitandum omnia venialia vocatur ſpeciale priuilegium, gratia autem efficax non ſolet dici ſpeciale priuilegium, vt patet cùm quis per totum tempus vitæ præſeruatur à mortalibus. Quòd B ſi reſpondeant, quòd dicitur ſpeciale priuilegium, quatenus ſoli Virgini conceſſa eſt contrà, quia ex Tridentino colligitur quòd gratia ad cauendum ab omni veniali, non ſolùm eſt priuilegium ratione perſonæ, cui conceditur, ſed ratione difficultatum, ad quas ſuperandas requiritur intenſiſſima gratia: difficultates autem ſunt tentationes crebrò occurrentes, & occupationes in variis negotiis, diſtractio aliquando naturalis ipſius intellectus, perpetua, & quaſi continua vigilantia ad reſiſtendum, quæ quidem homini eſt moraliter impoſſibilis: vnde fit, vt requiratur intenſiſſima, & extraordinaria gratia ad cauendum venialia, quæ ſunt ex indeliberatione. hoc enim videntur dicere Patres, præſertim Chryſoſtomus citatus, qui propter has difficultates, ſpatium longi temporis limitat ad ſpatium vnius diei.

Difficultates quæ occurrũt ad vitanda omnia venialia.

3. Secunda via.

Secunda via conciliat impotentiam in homine iuſto cauendi diu omnia venialia, & libertatem in peccando venialiter, per illam Logicorum regulam, poſſe ſcilicet ſtare potentiam liberam in vitandis ſingulis venialibus in ſenſu diuiſo, cum impotentia in ſenſu compoſito ad vitandum aliquod veniale determinatum, præſertim illud, quod eſt ex indeliberatione. & quidem hanc impotentiam dicunt oriri ex multis difficultatibus ſuprà allatis, ex variis, ſcilicet tentationibus, diſtractione intellectus, & continua vigilantia: ſaluant autem libertatem, quia aſſerunt huiuſmodi impotentiam non eſſe phyſicam, ſed moralem: quòd autem in hoc homine iuſto remaneat potentia phyſica, probant. Nam iuſtus habet obiectum proportionatum potentiæ naturali: vel præceptum eſt ſupernaturale, & proportionatur potentiæ adiutæ à gratia diuina, quæ ordinariè datur iuſtis. Quòd verò hæc potentia phyſica ſufficiat ad libertatem in peccando, præſertim venialiter ex indeliberatione, probatur primò, quia hæc eſt intrinſeca ex obiecto proportionato, vt dictum eſt; moralis autem impotentia eſt extrinſeca, ſcilicet ex variis circumſtantiis. Probant ſecundò ex Gregor. libr. 1. moral. cap. 26. vbi habet, interdum ſubtrahi gratiam propter humilitatem, & irruente tentatione tanta ſtultitia animum turbari, vt ignoret qualiter ſe præparet ad tentationem. vbi S. Gregorius ponit eſſe impotentiam ſolùm moralem per illam ſubtractionem gratiæ, & mentis perturbationem, & ponit etiam libertatem, quia ſi iuſtus liberè non peccaret, non deſeruiret caſus ad humilitatem.

Poteſt ſtare potentia in ſenſu diuiſo cum impotẽtia in ſenſu compoſito.

Gregor.

Impugnatur 2. via.

Sed impugnatur hæc ſecunda via, ex his quæ diximus in quæſt. philoſoph. ex quibus ſatis apparet, non poſſe ſaluari libertatem per ſolam phyſicam potentiam, quando moralis impotentia fun-

A datur in difficultatibus antecedentibus actum voluntatis ad aliquam partem determinatam, ita vt de facto numquam ſequatur actus. Probatur, quia per talem impotentiam tollitur, vt patet, indifferentia ad vtramque partem, & conſultatio, & dominium voluntatis ſupra ſuas actiones; ergo & libertas. Probatur conſequentia, primò, quia ſecundum rectam exiſtimationem ille actus nec eſt laudabilis, nec vituperabilis. Probatur ſecundò ex Ariſtot. 3. ethic. cap. 5. vbi ait, tunc dici liberam voluntatem, quando poſitis omnibus requiſitis adhuc eſt indifferens ad faciendum, & non faciendum. Tertiò probatur ex Patribus, præſertim ex Nyſſeno lib. 2. philoſophiæ, cap. 1. vbi ait, *Si nullius actionis ita eſt homo principium, vt ſit in eius poteſtate eam facere, aut non facere, ſuperfluè habet, vnde conſultet, nullius exiſtens actionis dominus.* & idem habet cap. 2. & 3. cuius verba refert Damaſcenus 2. de fide, cap. 2. Nec poteſt iſta opinio ſaluare libertatem in cauſa, quia non tenetur iuſtus ſe diſponere ad obtinendum hoc ſpeciale priuilegium à Deo: non ſaluat igitur hæc via benè libertatem per ſolum recurſum ad potentiam phyſicam.

Ariſtot. *Volũtas quãdo dicitur libera.* Nyſſ. *Homo eſt ſuarũ actionum principium, & dominus.* Damaſc.

Impugnatis igitur aliis viis, reſtat tertia via conciliandi impotentiam in homine iuſto, de cauendo omni veniali cum libertate, ex principio philoſophico, poſſe ſcilicet ſtare in homine iuſto potentiam liberam ad ſingula peccata venialia vitanda diſtributiuè cum impotentia morali ad omnia collectiuè, indeterminatè ſcilicet, & vagè, ad hoc C vel illud. Differt autem hæc via à præcedenti: nam præcedens ponebat impotentiam moralem ad aliquod ſingulare determinatum, & ideò diximus tolli libertatem: at hæc ponit potentiam phyſicam, & moralem ad vitanda ſingula determinatè, & impotentiam moralem in toto collectiuo ad aliquod veniale indeterminatè, & vagè; ita vt nec à Deo præſciri poſſit ex vi illius collectiui determinatè, quódnam ſit illud: hæc autem impotentia ideò eſt in toto collectiuo indeterminatè, quia oritur non ex aliqua difficultate determinata ad peculiarem actum. ſed indeterminatè, & vagè à difficultate, quæ reperitur in tota multitudine collectiuè, vt in quæſtione philoſophica probatum eſt. Difficultates autem ſuprà allatæ ſunt, præſertim D nimia vigilantia, quæ ſuppoſitis variis occupationibus, & ipſa naturali diſtractione intellectus, eſt moraliter impoſſibilis homini ad ſtatim reſiſtendum variis tentationibus occurrentibus: ſicut à ſimili eſt potentia libera in ſingulis hominibus aptis ad currendum, vt pro hoc tempore currant, & tamen moraliter in toto collectiuo hominum eſt impotentia moralis indeterminatè, & vagè, quia in tanta multitudine non omnes current de facto, nec poteſt aſſignari determinatè in illo collectiuo, quiſnam eſt ille, qui non curret.

4. Tertia & verior via probandi ſentẽtiam Corollarij ex principio philoſophico.

Liberum arbitrium conciliatur cum neceſſitate peccandi venialiter.

Hæc tertia via, & eius deductio eſt expreſsè S. Thomæ 1. 2. quæſt. 8. artic. 8. & communis doctorum; eſt etiam Ariſtot. ſecundo cæli loco citato, vbi E ad probandum quòd non poteſt homo diu rectè agere, quod de venialibus peccatis maximè verificatur, adducit exemplum de talis, qui, ſi millies iaciantur, impoſſibile eſt, vt reddant idem ſignum. quod quidem exemplum latè examinauimus in quæſtione philoſophica.

5. Auguſt.

Contra hanc tertiam viam tenent expreſsè Pelagiani, contra quos arguit Auguſtinus in libro de perfectione iuſtitiæ, & ſoluit argumenta ipſorum allata ex Scripturis. Secundò contra eamdem te-

Digitized by Google

Reſponſio ad argumentum Semipelagianorum.

nent Semipelagiani, contra quos præcipuè eſt præ- A ſens diſputatio, & arguunt ex oppoſito principio philoſophico, ſcilicet, à diſtributiuo ad collectiuum valere conſequentiam: quare dicunt, quòd ſi eſt potentia libera in ſingulis diſtributiuè, eſt etiam in toto collectiuo etiam indeterminatè; quia diſtributiuum nihil includit præter partes diſtributiui. vnde conſequenter inferunt, iuſtum, qui cum gratia ordinaria poteſt vitare ſingula diſtributiuè, poſſe etiam vitare omnia collectiuè. Sed errant in antecedẽti, & in conſequenti. In antecedenti, quia, vt in quæſtione philoſophica latè probauimus, à potentia ſiue phyſica, ſiue morali ſingularum partium diſtributiui determinatè, non valet conſequentia ad potentiam moralem in toto collectiuo indeterminatè, & vagè. Errant etiam in conſequenti, quia ſuprà in hac quæ- B ſtione ex Scripturis, Conciliis, & Patribus oſtendimus iuſtum ſine ſpeciali priuilegio non poſſe diu cauere omne veniale: ſubtrahi autem diximus hanc ſpecialem, & priuilegiatam gratiam à iuſto propter ſui humilitatem, ex S. Gregorio ſuprà citato.

Multa argumenta poſſunt fieri contra hoc fundamentum huius noſtræ tertiæ viæ, ſed quia in quæſtione philoſophica fusè illud probatum eſt, & ſoluta argumenta in contrarium, ideo, ne eadem iterum repetantur, omittimus.

C

QVÆSTIO TERTIA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia tertij Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, Chriſtus ex vi vnionis hypoſtaticæ, etiam ſi ſpectetur vt purus viator, ſecluſa beatitudine ſit impeccabilis phyſicè, & intrinſecè, liberè tamen adimpleuerit præceptum à Patre ſibi impoſitum, moriendi pro natura humana.

Materiam huius Corollarij tractat S. Thomas 3. *part. quæſt.* 18. *artic.* 4. *& quæſt.* 29. *de verit. artic.* 6. *Alexander* 3. *part. quæſt.* 11. *m.* 2. *art.* 7. *communiter Scholaſtici in* 3. *ſent. diſt.* 13. *&* 17. *Suar. in* 3. *part. diſput.* 37. *& alij recentiores, partim in* 3. *part. quæſt.* 16. *art.* 8. *partim in* 1. *quæſt.* 19. *art.* 10.

D

Hæc quæſtio continet duas Dubitationes.

I. *Eſt de poſſibili, quomodo ſcilicet concilietur impeccabilitas phyſica Chriſti cum libertate, ſi Chriſtus non eſſet beatus, ſed purus viator.*

II. *Eſt de facto, quomodo ſcilicet hæc concilientur in Chriſto, vt de facto eſt beatus.*

E

DVBITATIO PRIMA.

Quomodo conciliaretur impeccabilitas phyſica Chriſti cum libertate, ſi de facto Chriſtus non eſſet beatus, ſed purus viator.

Explicatur punctus difficultatis.

1. *Prima ſupponitur impeccabilitas in Chriſto ex vi vnionis.*

VT punctus difficultatis appareat, ſupponenda ſunt tria. Primò ſupponendum eſt in Chriſto fuiſſe phyſicam, & intrinſecam impeccabilitatem ex vi vnionis, ſecluſa beatitudine, ita vt Chriſtum peccaſſe implicaret contradictionem. Probatur primò ex communi Scholaſticorum, cum Magiſtro in 3. diſt. 12. Richardi, Bonauenturæ, Paludani, Capreoli, & D. Thomæ 3. part. quæſt. 15. & ibidem Caietani præter Durandum in 3. diſt. eadem, Scotum, & Gabrielem. Secundò probatur ex communi ſententia Patrum; Auguſtini, lib. de correct. & gratia, cap. 11. *Suſceptio* (inquit) *talis erat, vt natura ſuſcepta nullum in ſe actum malæ voluntatis admitteret.* & in Enchi. cap. 40. *gratiam fuiſſe illi homini quaſi naturalem; quæ nullum poſſet admittere peccatum.* Cyrillus lib. de fide ad Theodoſium, ait, *carnem Chriſti per vnionem fuiſſe in bono firmatam, & nactum fuiſſe ſtatum firmum, ſtabilem, omni peccato ſuperiorem.* Chryſoſtomus in cap. 7. Eſaiæ, Anſelmus lib. cur Deus homo, cap. 2. dicunt *Chriſtum non potuiſſe peccare.* Hieronymus lib. 3. cap. 5. dicit peccatum ita implicare contradictionem in Chriſto, ſicut in ipſo Deo; *non enim* (inquit) *poterat mentiri, quia erat ipſa veritas.* Ita etiam Baſilius Epiſt. 65. dicit in Chriſto implicare peccatum, tamquam diuinitate indignum.

Magiſter. Richard. Bonauent. Palud. Capr. D Thom. Caiet. Auguſt. Cyrill. Chryſoſt. Anſelm. Hieron. Chriſtus nullo modo peccare potuit.

2. Difficultas autem eſt in aſſignanda ratione huius impeccabilitatis, & ratio difficultatis eſt illa, quã ponit Durandus, *quia* (inquit) *natura humana in Chriſto ſibi derelicta poteſt peccare; ergo & aſſumpta,* quia nulla eſt maior perfectio in actu primo ad operandum in natura humana aſſumpta, quàm ſi ſibi eſſet derelicta. ſuppoſitum enim diuinum, quod aſſumpſit naturam, non eſt principium actionis; ſed tantùm ſubſtantificat naturam, quæ eſt principium actionis.

Impugnatur ratio aliquorũ, qua probant impeccabilitatem in Chriſto.

Ad quam rationem difficultatis aliqui reſpondent, aſſignantes in natura aſſumpta rationem maioris perfectionis, quàm ſit in natura ſibi derelicta, quia vnio (inquiunt) eſt gratia ſubſtantialis ſanctificans, cum qua repugnat peccatum. Sed contrà, quia hæc ratio ſolùm probat, non potuiſſe ſtare peccatum cum vnione, ſicut nec poteſt ſtare cum gratia accidentali: ſed ſicut poſito peccato deſtrueretur gratia accidentalis, ita poſito peccato deſtrueretur gratia ſubſtantialis. Patres verò citati dicunt aliquid plùs, humanitatem ſcilicet Chriſti vnitam Verbo eſſe ita potentem, vt nullum admittat peccatum.

Cur abſurdũ ſit Chriſtum peccare poſſe, non autem mori.

Reſpondetur igitur ad difficultatem ex vnione oriri, quòd ipſum Verbum denominaretur peccare, quod eſt abſurdum; quòd ſi dicatur non eſſe inconueniens, quòd Deus dicatur mori; ergo neque quòd Deus dicatur peccare, per denominationem quamdam extrinſecam. Reſpondeo, eſſe diſparem rationem. nam Verbum tenetur, ne illi imputetur culpa, ita regere naturam, quam aſſumpſit, vt nullum in eam cadat peccatum, dum eſt illi vnita, ſicut in homine ad partem rationalem pertinet regere partem ſenſitiuam. Hæc ratio eſt D. Thomæ in 3. part. quæſt. 2. artic. 1. & hanc aſſignant multi ex Patribus citatis. Irenæus ait Chriſtum non potuiſſe mentiri, quia erat ipſa veritas, Baſilius ait Chriſtum abieciſſe prauas affectiones, tamquam diuinitate indignas. Epiphanius, non fuiſſe timendum, vt Dei filius peccaret, quamuis veram carnem humanam aſſumpſerit, quoniam (inquit) ſuum templum cohibebat ab omni inutili cogitationum turba. Ex qua ratione, & auctoritate Patrum apparet, ſi Chriſtus peccaret, ipſum Verbum denominari intrinſecè peccare. At verò cùm Chriſtus moritur, Verbum denominatur extrinſecè mori, quatenus actiones tribui ſolent ſuppoſito per denominationem extrinſecam.

D. Thom. Iren. Baſil. Epiph.

Secundò

3. *2. Supponitur Chriſtũ habuiſſe præceptum à Patre. 6. Synodus. Ad Philipp. 2.*

Secundò ſupponendum eſt ex communi Scholaſticorum, Chriſto potuiſſe imponi præceptum à Patre. nam voluntas humana Chriſti erat ſubiecta Deo, vt habetur prima ad Corinth. 15. & in 6. Syn. actio. 17. ergo Deus habebat ius ſupra voluntatem humanam Chriſti, poterat igitur illam obligare: hæc enim duo ſunt correlatiua, quòd verò de facto habuerit præceptum, probatur ad Philippenſes 2. *factus obediens vſque ad mortem*; &c. & Pſalm. 39. *Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Quem Pſalmum de Chriſto intelligit S. Paulus.

4. *3. Supponitur Chriſtũ fuiſſe liberũ non ſolum à coactione ſed etiam à neceſſitate. Cyrill. Gregor. Damaſc. Hieron.*

Tertiò ſupponendum eſt in Chriſto fuiſſe libertatem, non ſolùm à coactione, ſed etiam à neceſſitate, ita expreſsè habet communis Patrum, Cyrillus lib. 7. in Ioan. cap. 7. in illa verba, *Ego pono animam.* Anſelmus lib. 1. cur Deus homo cap. 10. & lib. 2. cap. 16. & Gregorius 24. Moral. lib. 1. Ratione etiam probatur; nam actus, qui non eſt liber à neceſſitate, non eſt meritorius, vt dicit Damaſcenus de fide, cap. 30. *quod neceſſitate* (inquit) *fit, nec vitium, nec virtus eſt.* Idem etiam dicit Hieronymus Epiſt. 147. Chriſtus autem, vt conſtat ex Scripturis, & laudatur tamquam obediens, & nobis meruit. fuit ergo liber non ſolùm à coactione; ſed etiam à neceſſitate in ſuis actibus, libertas autem à neceſſitate conſiſtit in quadam indifferentia voluntatis, & dominio ſupra ſuas actiones, ita vt relinquatur locus conſultationi ad faciendum hunc actum, vel oppoſitum, vel eumdem actum ſub hoc, vel illo motiuo, ita Nyſſenus 7. philoſ. cap. 1. 2. & 3. & Damaſcenus lib. 2. de fide, cap. 7. & hæc eſt ſententia communis Patrum. Hieronymi 3. Dialog. Baſ. contra Eunomium, Chryſoſt. hom. 60. in 18. & Scholaſticorum in 2. diſt. 24. Ariſtot. 3. Ethic. cap. 5.

Libertas à neceſſitate quid ſit. Nyſſen. Damaſc. Hieron. Baſil. Chryſoſt. Ariſtot.

5. *Punct. diff. Ratio dubitandi.*

His ſuppoſitis punctus difficultatis eſt, quomodò iſta tria cohæreant ſimul. Et ratio dubitandi eſt: quia ex impeccabilitate voluntas Chriſti habet, vt ſit determinata ad bonum in communi, ſcilicet ſiue ad hoc, ſiue ad illud, & ex ratione præcepti habet, quòd ſit determinata ad hoc bonum in particulari, ita vt oppoſitum dicat implicantiam intrinſecam ex vi vnionis, vt patet ex primo ſuppoſito; ergo non videtur poſſe eſſe libertas in Chriſto, quantùm ad hoc bonum præceptum cum determinatione ad idem bonum in particulari, quia libertas à neceſſitate dicit indifferentiam, quæ eſt oppoſita voluntati determinatæ ad vnum ex tertio ſuppoſito.

Ad conciliandum igitur impeccabilitatem Chriſti cum libertate adimplendi præceptum, variæ ſunt viæ Scholaſticorum; quas oportet examinare.

Examinatur prima via, qua conciliatur impeccabilitas Chriſti cum libertate.

6. *Prima via. Chriſto an potuerit præceptum imponi.*

PRIMA via eſt aliquorum negantium potuiſſe imponi Chriſto præceptum, ſub obligatione ad culpam: atque adeo per præceptum Chriſtum non determinari ad bonum in particulari. Quòd verò non poterat Chriſto imponi præceptum ſub obligatione ad culpam, probant Auctores huius opinionis, & priùs diſtinguunt duas obligationes eſſe in præcepto. Prima obligatio, ſeu debitum eſt, quod habet ſubditus ad obediendum ſuperiori propter ius, quod imperando exercet ſuperior in ſubditum. & hæc prima obligatio eſt de eſſentia ipſius præcepti, ex Ambroſio Epiſt. 62. Cypriano ſerm. de Chriſti natiuitate, Auguſtino de virginitate, cap. 20. & iuxta hanc priorem obligationem concedit hæc opinio, Chriſto fuiſſe impoſitum præceptum. Secunda obligatio eſt ad culpam, ſcilicet ad inimicitiam incurrendam eius, qui præcipit: & hæc (inquiunt) non poterat imponi. Quòd autem hæc ſecunda obligatio poſſit ſeparari à priori, probant primò, quia iſta ſecunda obligatio non eſt de eſſentia præcepti, ſed oritur ex priori obligatione: quare poteſt tamquam poſterius ſeparari à priori; ſeparatur autem in præceptis poſitiuis ad libitum ſuperioris, vnde in aliquibus religionibus ſunt præcepta obligantia ſubditum tantùm ad pœnam. Probant ſecũdò, quia ſubditus de facto aliquando obedit virtutis obedientiæ, vel charitatis tantùm, ſine vllo reſpectu ad ſuperioris inimicitiam incurrendam, vel ad pœnam; ergo eodem etiam modo ſine vllo tali reſpectu poteſt ſuperior præcipere. Si verò eſt præceptum naturale, tunc iſta obligatio ad culpam ſemper eſt coniuncta cum priori obligatione, dummodò ſubiectum non ſit incapax, ſi enim eſt incapax, ſeparatur hæc ſecunda obligatio à priori: non enim neceſſariò fluit à priori, cùm non dicat, vt dictum eſt, intrinſecam, & neceſſariam coniunctionem cum illa, quare in Chriſto (inquiunt) ſiue præceptum de moriendo, fuerit poſitiuum, ſiue naturale conſurgens ex Officio mediatoris, non poterat eſſe obligatio ad culpam propter incapacitatem ſubiecti.

Duæ ſunt obligationes in præcepto. Ambr. Cypr. Auguſt.

Impugnatur via

Sed hæc prima via impugnatur, quia quamuis concedamus contra Medinam part. 2. quæſt. 26. art. 4. hanc poſteriorem obligationem ad culpam poſſe ſeparari à priori, adhuc tranſgreſſio præcepti, quæ minus dicit priorem obligationem, eſſet imperfectio priuatiua in Chriſto, quia eſt negatio actus debiti. Probatur, nam Chriſtus per priorem obligationem habebat debitum ad obediendum Patri habenti ius præcipiendi, ergo actus tranſgreſſionis non eſt ſecũdum debitam rectitudinem morum, ſed eſt actus inobedientiæ, & diſſenſio à diuina voluntate: hæc autem imperfectio priuatiua repugnat Chriſto, nec poteſt ſtare cum impeccabilitate. Quod probatur primò, quia ſi Verbum admitteret hanc imperfectionem, admitteret aliquid indignum diuinitate, quod quidem repugnat Verbo, vt probatum eſt ſuprà ex Patribus, & ratione, ſicut enim ad partem rationalem pertinet ita regere partem ſenſitiuam, vt nullam incidat imperfectionem priuatiuam, ſi poſſibile ſit humano modo; ita ad Deitatem ſpectat ita regere naturam humanam, vt nullam admittat imperfectionem priuatiuam; quod quidem facere non eſt impoſſibile Deitati. Secundò, hæc imperfectio repugnat Beatis: ergo multò magis repugnat Chriſto propter perfectionem ſtatus. Tertiò, ſicut in intellectu Chriſti repugnat ignorantia, quæ dicit priuationem perfectionis debitæ in tali ſtatu, multò magis repugnat hæc imperfectio priuatiua voluntaria contra mores, quia & eſt maior imperfectio, & magis directè repugnat vnioni hypoſtaticæ, quæ eſt gratia ſanctificans. Quare hæc prima via non conciliat libertatem cum impeccabilitate in Chriſto ſuppoſito præcepto, etſi à præcepto ſeparetur poſterior obligatio quæ eſt ad culpam à priori obligatione.

Chriſtus habebat debitũ ad obediendũ Patri habenti ius præcipiendi. Qualibet imperfectio repugnat Chriſto.

Examinatur ſecunda via.

7. *Secunda via conciliandi impeccabilitatẽ Chriſti cũ libertate.*

SECVNDA via eſt recentiorum aliquorum aſſerentium ſatis acutè circa tranſgreſſionem præcepti negatiui habere Chriſtum impotentiam phyſicam per ſubtractionem concurſus diuini ad actum tranſgreſſionis; circa verò obſeruationem præcepti affir-

Digitized by Google

matiui, quale fuit (inquiunt) præceptum moriendi A impoſitum à Patre cum omnibus circũſtantiis, pręſertim temporis, & motiui, dicunt voluntatem Chriſti neceſſitatam fuiſſe phyſicè ad obſeruandum huiuſmodi præceptum, & ita ſaluant intrinſecam Chriſti impeccabilitatem ex vi vnionis, libertatem autem circa obſeruationem præcepti impoſiti variis modis ſaluant iſti Doctores. primus modus eſt aliquotum

8. 1. Modus ſaluandi libertatẽ in Chriſto. Pſal. 39.

dicentium Chriſtum in primo inſtanti ſuæ conceptionis liberè voluiſſe ſibi imponi præceptum: probant ex Pſal. 39. *Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei*, quem locum de Chriſto intelligit Apoſtolus.

9. 2. Modus.

Secundus modus eſt aliorum aſſerentium ſaluari libertatem, quia cùm Chriſtus potuiſſet petere diſpenſationem à Patre, non petiit, *An putas, quia non poſſum*, inquit, *apud Matth. cap. 26.* rogare Patrem B meum, & exhibebit mihi pluſquàm duodecim legiones Angelorum?

10. 3. Modus.

Tertius modus aliorum ſaluantium libertatem Chriſti in quadam priori non repugnantia, quæ eſt negatio actus poſitiui mali, quatenus Chriſtus non reſtitit motioni morali Spiritus ſancti, per quam mouebatur ad obſeruandum præceptum à Patre impoſitum, ratione autem huius non repugnantiæ Chriſtus metuit, vt neceſſitaretur à Patre ad eliciendum actus volitionis circa obſeruationem præcepti, quæ quidem obſeruatio eſt libera, & ſi non formaliter, ſaltem per denominationem ab illa libera non repugnantia tamquam à cauſa. C

11. Impugnatur primus modus ſecundæ viæ pr.

Impugnatur primò primus modus huius ſecundæ viæ quadrupliciter: primo hoc præceptum moriendi non debebat pendere, nec de facto pendebat à voluntate creata Chriſti, quod ex eodem Pſal. probatur, nam antequàm intelligeretur Chriſtus velle præceptum, iam ſignificatur impoſitum per ea verba præcedentia; *Aures autem aperuiſti mihi*, aperuit ſcilicet Chriſto Deus ſuam de moriendo voluntatem, quam voluntatem fuiſſe præceptum ſignificat alia verſio, quæ legit, *aures autem perforaſti mihi*, ad inſtar ſerui, & indicant etiam ſequentia verba, *& legem tuam in medio cordis mei.*

Sec. Impug.

Secundò impugnatur, quia ſaltem ex loco citato habetur, voluntatem moriendi fuiſſe ſignificatam Chriſto, antequàm intelligeretur velle illud præ- D ceptum: ſed hæc ſignificata voluntas, ſuppoſito officio Mediatoris non erat ampliùs præceptum poſitiuum, ſed naturale: ergo non erat in libera voluntate Chriſti petendi à Patre, vt ſuam voluntatem ſubiiceret præcepto. Tertiò, quia metuit in ipſa adim-

Ad Heb. 2.

pletione præcepti. nam in hac voluntate ait S. Paulus ad Hebr. 2. *nos eſſe ſanctificatos*; ſed hæc volitio in hac ſecunda opinione non fuiſſet libera formaliter; ſed tantùm in cauſa, vel in illa priori volitione, qua voluit ſibi imponi præceptum: quare in illa priori præcipuè nos eſſemus ſanctificati, & non in hac poſteriori, contra Paulum. Quartò, quia Chriſtus erat

Chriſtus erat liber in adimplendis præceptis naturalibus.

etiã liber in adimplendis præceptis naturalibus: talis enim libertas pertinebat ad perfectionem Chriſti, quæ tamen non dependebat ab ipſius libera volun- E tate; vt illi imponerentur tamquam præcepta.

12. 2. Modus impugnatur.

Secundus modus impugnatur iiſdem rationibus; quibus primus, præſertim ſecunda, tertia, & quarta ratione.

Impugnatur 3. modus. S. Thom. *Non repugnãtia non poteſt eſſe libera in Chriſto.*

Tertius modus de non repugnantia impugnatur primò, quia illa non eſt actus laudabilis, ſecundum S. Thomam, 1. 2. qu. 71. ar. 2. & ſpecialiter repugnat Chriſto, quia in illo hæc non repugnantia non poteſt eſſe libera; non enim eſt libera per ordinem ad A actum bonũ, cui æquipollet, qualis eſt hic: *volo mori*: quia ad hunc, ſecundum iſtos auctores neceſſitabatur voluntas Chriſti phyſicè ex vi vnionis. nec eſt libera, ſicut eſſet in nobis per ordinem negationis ad actum malum, quem negat, quia actus ille malus in Chriſto etiam erat impoſſibilis per negationem concurſus generalis diuini ad illum actum ſecundũ eoſdem auctores, vt viſum eſt ſuprà, qui tamen non eſt impoſſibilis in aliis hominibus, quia non eſt ratio, cur debeatur negatio concurſus diuini ad actum malum, atque adeo in cæteris hominibus quantùm ad hoc caput ſaluari poſſet fortè libertas per hanc non repugnantiam, non autem in Chriſto.

Tertiò ſpecialiter impugnatur in Chriſto. nam quæro, ſi Chriſtus non habuiſſet illam non repugnã- B tiã; poterat enim non habere, quia per iſtos auctores ſupponitur liber circa illã, quęro, inquam, vel Chriſtus adimpleſſet præceptum, vel non. ſi non, ergo peccaſſet: ſi ſic, vel fuit liber circa adimpletionem illius præcepti, vel non. ſi fuit liber, currit idem argumentum, quia poterat non adimplere: ſi non; ergo adimpletio præcepti fuiſſe neceſſaria formaliter, vt patet, nec poſſet in tali caſu ſaluari libertas in illa non repugnantia, tamquam in cauſa, per quam ſcilicet metuiſſet neceſſitari ad præcepti adimpletionem quia ſupponitur in argumento, Chriſtum non habuiſſe illam non repugnantiam.

Examinatur tertia via.

C

Tertiò alij dicunt Chriſtum fuiſſe impotentem non ſolùm ad tranſgreſſionem præcepti negatiui ex ſubtractione concurſus diuini, ſed etiam per ſubtractionem eiuſdem concurſus fuiſſe impotentem ad eliciendum actum poſitiuum contra pręceptum affirmatiuum; quare concludunt, in Chriſto ſolùm potuiſſe eſſe puram omiſſionem, quam quidem dicunt non eſſe ex voluntate: & conſequẽter non eſſe malam. Sed contrà, quia quicquid ſit de nomine, An talis omiſſio dicenda ſit voluntaria, cùm non ſit actus elicitus à voluntate, tamen in re certum eſt ex 1. 2. q. 6. huiuſmodi omiſſionem non eſſe ex impotentia, ſed ex libera voluntate negatiuè, quia in poteſtate voluntatis ſitum eſt, elicere D actum, quem non elicit; quare ipſi voluntati imputatur omiſſio illius actus. Et ſpecialiter hæc ratio militat in Chriſto; tum quia non poterat eſſe in illo aliqua inaduertentia ad actum, tum quia ipſa omiſſio, cùm ſaltem dicat imperfectionem aliquam priuatiuè, repugnat ipſi Chriſto ex dictis ſuprà in hac quæſtione.

13. Tertia via conciliandi impeccabilitatem Chriſti cum libertate. Impugnatur 3. via.

In Chriſto nõ poterat eſſe vlla inaduertentia.

Examinatur quarta via.

Qvarta via eſt aliquorum aſſerentium præceptum impoſitum fuiſſe Chriſto quo ad ſubſtantiam actus, non autem quo ad circumſtantias. Eſt Alenſis 3. par. q. 6. memb. 2. ar. 2. inſinuat Sotus de natura, & gratia, cap. 7. & aliqui colligunt ex D. E Thoma 3. par. q. 18. ad 3. dicunt autem neceſſitari Chriſtum quo ad ſubſtantiam actus interioris, non autem quo ad circumſtantias, præſertim temporis, vel motiui, quia in omni inſtanti, in quo voluntas actum illum elicuiſſet, potuiſſet non elicere, vel ſub alio motiuo bono: hæc autem libertas, præſertim quo ad tempus, & quo ad motiuum, redundat in ſubſtantiam actus, quia à motiuo ſpecificatur, ad cuius mutationem mutatur ſubſtantia actus, ſaluat igitur hæc via impeccabilitatem in Chriſto, quia ponit

14. Quarta via conciliandi impeccabilitatẽ Chriſti cũ libertate Alenſis. Sot. D. Thom.

Digitized by Google

ponit illum neceſſitari quo ad ſubſtantiam actus præcepti; ſaluat autem libertatem in circunſtantiis non præceptis, quæ libertas redundat in ſubſtantiam actus.

15\.
Suarius in 3. par. diſp. 37.
Impugnatur hæc 4. via.

Circa autem hanc quartam viam quidam eximij doctores exiſtimant hanc viam non eſſe veram; dicunt tamen non poſſe impugnari: mihi verò videtur poſſe fortè benè impugnari, ſi ſermo eſt de neceſſitate phyſica efficientis, de qua loquitur hæc quarta via, & non de neceſſitate obiectiua, qualem habent beati, & habuit Chriſtus de facto, de qua dicemus in ſequenti dubio. Antequam autem impugnetur hæc quarta via de neceſſitate phyſica efficientis, ſciendum eſt omnes circunſtantias ad quatuor capita reuocari. Primum, quòd ſit hic actus numericus. Secundum, quòd ſit talis, vel talis motiui, quod quidem licet ſit de eſſentia actus interioris, dici tamen poteſt circumſtantia actus exterioris præcepti. Tertium, quod ſit tantæ, vel tantæ intenſionis. Quartum, quòd actus fiat in hoc, vel alio tempore. Quòd igitur poſſit ſaluari libertas circa has omnes circumſtantias, ſuppoſito Chriſtum fuiſſe neceſſitatum ad ſubſtantiam actus phyſicè, ſiue formaliter per ipſam vnionem, ſiue efficienter à Deo, probatur de ſingulis; & primò de circumſtantia actus numerici dico, quòd non ſolùm non ſaluatur libertas; quia hæc circumſtantia ad libertatem ſe habet materialiter. vt benè probat Suar. 3. part. diſp. 39. Sed dico, quòd etiamſi ſe haberet, pertinenter ad libertatem, non ſaluatur libertas, quia neceſſitaretur voluntas ad hunc actum numero, ſi neceſſitatur ad ſubſtantiam actus. nam cùm voluntas non percipiat talem neceſſitatem phyſicam, quia eſt vel formalis, vel efficientis, & non obiectiua, fit vt ipſa voluntas ſubſequatur ipſam motionem phyſicam, identificatam cum hoc actu numero, atque adeo non poteſt ſe liberè applicare ad hunc actum numero, ſed potiùs neceſſitatur.

Libertas circumſtantiæ actus numerici non redundat in ſubſtantiam actus.

Libertas motiui non redundat in ſubſtantiam actus qui ſit neceſſariò.

Et hæc eadem ratio applicari poteſt ſecundæ circumſtantiæ de motiuo. nam actus interior ex motiuo habet ſubſtantiam, & eſſentiam ſuam. Quare actus ex vno motiuo eſt diuerſæ ſubſtantiæ, & eſſentiæ ab actu ex alio motiuo, vnde motiuo mutato mutatur ſubſtantia actus. Si igitur voluntas neceſſitatur ad ſubſtantiam actus interioris, neceſſitabitur etiam per rationem aſſignatam ad tale motiuum. Quòd ſi dicatur Chriſtum neceſſitari ad ſubſtantiam actus exterioris præcepti, non autem ad ſubſtantiam actus interioris, quia poterat illum actũ exteriorem facere per diuerſos actus internos, ac proinde potuiſſe omittere internum actum illum ſpecificum per quem operabatur, & loco illius operari per alium actum internum; ſubſtantia autẽ actus externi dicetur libera eo modo, quo actus externus poteſt eſſe liber, ſcilicet ſecundariò, cuius libertas non conſiſtit, vt talis ſubſtantia actus externi poſſit non eſſe, ſed quòd liberè dependeat ab actu interiori hoc, vel illo. Sed contrà, nam Chriſtus adueniente præcepto in hoc inſtanti tenebatur elicere aliquem actum internum liberum, à quo dependeret liberè ſubſtantia actus exterioris, per libertatem autẽ, quam habebat, poterat ſuſpendere quemcumque actum interiorem, præſertim quia ſecluſa beatitudine, ex ratione vnionis præcisè non erat obiectum neceſſitãs, ſaltem ad exercitium actus: quare debebat ſecundum hanc opinionem efficienter neceſſitari ad aliquem actum interiorem, & tunc vim habet argumentum factum. Tertiæ verò circumſtantiæ de tanta, vel tanta intenſione, eadem ratio applicari poteſt, nam intenſio non diſtinguitur re ipſa à ſubſtantia formæ.

Probatur idem de tertia circunſtantia, ſcilicet, intenſionis.

Si igitur voluntas neceſſitatur ad ſubſtantiam actus, neceſſitatur etiam ad intenſionem identificatam cum ipſa ſubſtantia. & præterea, etiam ſi voluntas quo ad intenſionem relinquatur libera, non ſufficeret. Nam ex Scripturis habemus Chriſtum meruiſſe, non ſolùm promptitudine operandi intenſiùs, ſiue libentiùs; ſed etiam per ſubſtantiam ipſam actus. Ita indicant verba S. Pauli, *Chriſtus factus eſt obediens, vſque ad mortem, mortem autem Crucis; propter quod Deus exaltauit illum.* Difficultas maior eſt de quarta circunſtantia temporis, quæ eſt pertinens ad libertatem, & præcipuè libertas circa hanc circunſtantiam redundat in ſubſtantiam actus; & videtur voluntas poſſe relinqui libera, quo ad circunſtantiam temporis, etiam ſi neceſſitetur quo ad ſubſtantiam actus. Sed exiſtimo, quidquid alij dicant, ſuppoſito, quòd voluntas Chriſti neceſſitabatur phyſicè, formaliter, vel efficienter ad ſubſtantiam actus, non poſſe ſaluari libertatem in Chriſto per hanc circumſtantiam temporis, quod ita probatur. Data libertate hac temporis, tandem deueniendum eſt ad aliquod inſtans determinatum, in quo tenetur Chriſtus implere præceptum, & neceſſitari phyſicè ad ſubſtantiam actus, quod ſic explico: præcipiatur Chriſto acceptatio mortis toto hoc tempore, ab inſtanti, ſcilicet, ſuæ conceptionis, vſque ad vltimum inſtans vitæ, ita vt liberè exeat in actũ acceptationis in quocumque inſtanti voluerit; Quæro, vel Chriſtus poteſt exire in actum ſecundum non acceptandi vſque ad vltimum inſtans, vel non. ſi non, ergo non eſt liber in toto illo tempore, vt ſupponebatur; ſi poteſt, ponatur in actu, quòd non acceptauerit vſque ad vltimum inſtans extrinſecè, ſeu excluſiuè, & tunc dabitur inſtans determinatum, in quo currit præceptum: ergo etiam hoc inſtans poterat ab initio præcipi. Dices pro hoc inſtanti tenetur, ſed actus eſt liber, & meritorius, quia voluit differre vſque ad vltimum inſtans, ſaltem virtualiter, quia liberè noluit facere actum in aliis inſtantibus.

Phil. 2.

16\.
An ſaluari poſſit libertas in circũſtantia temporis, ſi eſt neceſſitas phyſica ad ſubſtantiam actus.

Replica.

Sed contrà, quia non videtur hoc genus libertatis conferre ad meritum, & ſecundò non eſt liberè velle tunc actum; ſed nolle pro aliis inſtantibus, ex qua volitione ſequitur neceſſariò pro hoc inſtanti neceſſitatio voluntatis ad hunc actum. Quòd ſi reſpondeatur, quòd liberè vult in hoc inſtanti, A, adimplere per neceſſitatem phyſicam præceptum pro illo inſtanti, D. Contrà, quia ſuppoſito, quòd noluerit adimplere in aliis inſtantibus, iam tenetur ex præcepto in hoc inſtanti, A, velle ſaltem virtualiter adimplere pro inſtanti, D, atque adeo in inſtanti, A, formaliter eliciat talem volitionem, neceſſitatur phyſicè ad illam, quia non poteſt ſine culpa poſitiuè elicere oppoſitam. ſi ergo exit in actum, exire debet ſub præcepto in actum volendi, atque adeo ad illum actum neceſſitatur phyſicè.

Impugnatur.
Hoc genus libertatis nõ confert ad meritum.

8\.
2\. Replica.

Quòd ſi dicas ſecundò, in toto illo tempore, quod eſt ab inſtanti conceptionis vſque ad vltimum vitæ Chriſtum neceſſitari indeterminatè ad eliciendum actum præceptum in hoc, vel illo inſtanti vagè, in quocumque autem inſtanti determinato eſſe liberũ; contrà impugnatur; Primò, quia hæc neceſſitas in toto tempore collectiuè non eſt phyſica, vt probatũ eſt in quæſt. 5. philoſophica: ſed ſi neceſſitas aliqua eſt, illa tantùm eſt moralis, & de facto, hæc autem non ſaluat impeccabilitatem in Chriſto, quæ eſt phyſica, & oppoſitum implicat contradictionem, vt initio quæſt. probatum eſt. Secundò impugnatur, quia ſequeretur Deum non potuiſſe prædefinire actus Chriſti; niſi poſt præuiſum conſenſum contra Patres ſuprà citatos, & communem Scholaſticorum:

Impugn. 1.

Impugn. 2.

Digitized by Google

neceſſitas enim hæc non eſt antecedens, ſed moralis,& cõſequens factum, & nullam inuoluens contradictionem ad oppoſitum; prædefinitio autem Dei ante præuiſum conſenſum eſt ita certa, vt inuoluat contradictionem phyſicam ad oppoſitum.

Examinatur quinta via.

9.
Quinta via conciliandi impeccabilitatẽ Chriſti cum libertate.

QVINTA via aliquorum recurrentium ad neceſſitatem moralem, quæ tunc eſt, quando à Deo ita proponitur obiectum voluntati, vt nulla alia ratio boni repræſentetur, & prohibeatur intellectus, ne cogitet de alia ratione boni, vel de ratione mali apparentis,quæ reperiri poſſet in obiecto,nec cogitet de bonitate ſuſpenſionis actus, & iuxta hunc modum ſaluant impeccabilitatem in Chriſto, quia præſuppoſita huiuſmodi propoſitione obiecti, dicunt infallibiliter ſequi conſenſum: ſaluant autem libertatem ex duplici capite,primò ſaluat Capreo.in 1.diſt.45.quæſt.1.art.1. ad primum, contra ſecundam partem quintæ concluſionis, quatenus voluntas operatur ad modum liberi propter indifferentiam obiecti: ſed quantùm ad hoc caput, poteſt eſſe fortè difficultas, quia tolleretur indifferentia à voluntate, in qua formaliter conſiſtit libertas, ſed quicquid ſit de hoc capite, ſaluari poteſt libertas, meo iudicio, ex alio capite, quòd talis ſcilicet propoſitio obiecti moueat voluntatem Chriſti ad ſubſtantiam actus præceptam, & relinquat illam liberam, quantùm ad circumſtantias, quæ ſupponũtur, vt non præceptæ, quod quidem non poterat facere neceſſitas phyſica ex parte efficientis, vt probatum eſt ſuprà,& ratio diuerſitatis eſt, quia neceſſitas efficientis, ita mouet voluntatem, vt voluntas non percipiat talem motionem, & ita non poteſt ſe determinare ad tantam, vel ad tantam intenſionem, vel ad tale, & tale motiuum; ſed potiùs neceſſitatur ad huiuſmodi circumſtantias cum quibus identificatur talis motio. At verò in hac neceſſitate morali ex parte obiecti voluntas percipit alia motiua, quæ ab intellectu proponuntur,& propterea percipit ſe poſſe ſub tali, vel tali motiuo, ferri in obiectum, atque adeo poteſt ſe liberè determinare ad hoc,vel illud motiuum bonum determinatè,quamuis vagè neceſſitetur ad hoc, vel illud, quæ quidem libertas redundat etiam aliquo modo in ſubſtantiam actus.

Quomodo ſaluetur libertas in Chriſto iuxta hanc viam, & auctores.

An autem ſaluari poſſit libertas ſecundum hanc ſolutionem in circumſtantia temporis: exiſtimo, quòd non poſſit propter rationem in ſuperiori puncto allatam, ſed ſatis ſit ad libertatem, quòd relinquat hæc neceſſitas, moralis voluntatem liberam quantùm ad hoc, vel illud motiuum, quia hæc libertas quantùm ad motiuum redundat ad ſubſtantiam actus.

Impugnatur hæc quinta via tãquam non ſaluans impeccabilitatem.

Sed hæc quinta via impugnatur, quamuis autem impugnari non poſſit, quòd tollat libertatẽ,vt probatum eſt, impugnari tamen poteſt, quòd non ſaluet impeccabilitatem in Chriſto; & omitto,an talis propoſitio obiecti poſſit neceſſitare moraliter voluntatem ad negatiuam ſuſpenſionem actus, non ſolùm ex parte obiecti,ſed ex parte actus:dici enim poſſet, quòd non, cùm ad hanc ſuſpenſionem non requiratur propoſitio bonitatis de ſuſpenſione, ſed tantùm ſufficiat indifferentia obiecti propoſiti, in quo non inuenitur omnis ratio boni: dico tamen, quòd etiamſi neceſſitari poſſit voluntas ad hanc ſuſpenſionem negatiuam ex parte actus,adhuc non poteſt ſaluari impeccabilitas in Chriſto propter rationes paulò ſuperiùs allatas. nam impeccabilitas in Chriſto ex vi vnionis eſt phyſica, & intrinſeca, ita vt oppoſitum implicet contradictionem, vt probatum eſt initio quæſt.neceſſitas autem, quam ponit hæc via,eſt moralis,& extrinſeca; ita vt oppoſitum non implicet contradictionem: vnde etiam ſequitur aliud abſurdum, Deum non potuiſſe certò prædefinire actus Chriſti ante præuiſum conſenſum,vt probatum eſt paulò ſuperiùs.

Impeccabilitas in Chriſto ex vi vnionis eſt phyſica.

Examinatur ſexta via.

SEXTA via exiſtimat non poſſe libertatem cum impeccabilitate Chriſti cõciliari, niſi Chriſtus fuerit beatus. Ad hanc viam videtur accedere Durandus in 3 quæſt.2. vbi impeccabilitatem in Chriſto ponit tantùm ratione beatitudinis. 10.

Sexta via cõciliandi impeccabilitatẽ Chriſti cũ libertate.

Deus clarè viſus neceſſitat voluntatem ad conformandũ ſe voluntati diuinæ.

Et hæc quidem via optimè ſaluat impeccabilitatẽ in Chriſto.nam Deus clarè viſus,repræſentatus ſub omni ratione boni,neceſſitat voluntatem, quantùm ad ſpecificationem, & quantùm ad exercitium, ad conformandum ſe voluntati diuinæ. ſaluat autem libertatem,quia ponit ſubſtantiam actus tantùm eſſe præceptam,non autem circumſtantias, præſertim vt actus fiat ſub motiuo obedientiæ, vel ſub motiuo charitatis: viſio autẽ beatifica prædeterminabat voluntatem Chriſti, quantùm ad ſubſtantiam actus, quia illa tantùm erat præcepta; circa verò tale vel tale motiuum erat libertas in Chriſto. Hæc quinta via aliquando mihi placuit,nunc autem non probatur,non ex eo, quòd optimè non conciliet in Chriſto libertatẽ cum impeccabilitate,imò nõ poterant iſta duo alio modo de facto cõciliari in Chriſto,qui erat de facto Beatus,vt in ſecũdo dubio huius quæſtionis probabitur:ſed ex eo,quòd ita exiſtimet hæc opinio,beatitudinem eſſe neceſſariam ad libertatem Chriſti,vt non potuerit Chriſtus tãquam purus viator eſſe liber circa rem præceptam, quod quidem importat aliquam imperfectionem in Chriſto,vt eſt purus viator,quia libertas eſt perfectio quędam naturæ rationalis, in qua poteſt cadere ratio meriti,& hæc reperitur in aliis puris viatoribus.

Affertur ſeptima, & verior via, ex principio philoſophico ad conciliandum impeccabilitatem intrinſecam, & phyſicam in Chriſto, cum libertate adimplendi præceptum moriendi à Patre ſibi impoſitum.

PRO explicatione huius ſeptimæ viæ ſciendum eſt,vt diximus ſuprà,Chriſtum poſſe dupliciter conſiderari, primò quatenus Chriſtus eſt de facto Beatus (quomodo autem, vt ſic concilietur impeccabilitas cum libertate,in ſequẽti dubio examinabitur.) Secundò poteſt conſiderari Chriſtus, quatenus poteſt eſſe purus viator, ſecluſa beatitudine, & in hoc conſiſtit præcipuè ſtatus noſtræ quæſtionis, quomodo,ſcilicet impeccabilitas phyſica,& intrinſeca ex vi vnionis hypoſtaticæ cohærere poſſit in Chriſto tamquam puro viatore cum libertate adimplendi præceptum à Patre ſibi impoſitum moriendi pro natura humana. 11.

Septima, & verior via ex principio philoſophico.

Chriſtus poteſt conſiderari dupliciter,vt Beatus & vt Beatus,

Dico igitur primò cum Suario benè conciliari de facto impeccabilitatem cum libertate in Chriſto ex principio noſtro philoſophico, quòd, ſcilicet, detur neceſſitas moralis in toto collectiuo mediorum indeterminatè, & vagè, cum libertate in ſingulis mediis diſtributiui determinatè. ſtante enim hoc

Prima aſſertio.

Digitized by Google

hoc principio ſaluatur impeccabilitas per neceſſitatem illam moralem mediorum in toto collectiuo indeterminatè, & vagè in hoc, vel illo medio: ſaluatur quoque libertas, quia in ſingulis mediis, quæ accipiuntur diſtributiuè determinatè, eſt potentia phyſica, & moralis ad conſentiendum, vel non conſentiendum illi medio.

Quòd ſi qui recentiores obiiciant, ſufficere tantùm ſine hac neceſſitate in toto collectiuo, ſcientiam conditionatam in Deo, ad conciliandam impeccabilitatem cum libertate; nam per talem ſcientiam præuidit Deus medium determinatè, cui Chriſtus liberè conſenſurus eſſet, ſi tale medium Chriſto daretur à Deo, neceſſitatus autem Deus, ſuppoſita vnione hypoſtatica, offerre Chriſto illud tale medium, quod iam eſt infallibile ex ſuppoſitione ſcientiæ conditionatæ; non ergo opus eſt recurrere ad principium illud de neceſſitate morali in toto collectiuo indeterminatè, & ad libertatem in ſingulis partibus diſtributiui determinatè.

Scientia cõditionata ad hoc medium quomodo requiratur. Reſpondetur, ſcientiam quidem conditionatam requiri ad hoc, vt ante præuiſum conſenſum abſolutum Chriſti, ſciatur à Deo infallibiliter medium determinatum, cui Chriſtus ſit conſenſurus, & præterea, vt certo prædefiniatur à Deo conſenſus Chriſti ea certitudine, quæ inuolueret contradictionem phyſicam ad oppoſitum. neceſſitas enim illa moralis in toto collectiuo ſine præſcientia conditionata, nullam inuoluit talem contradictionem ad oppoſitum, cùm ſit moralis, & de facto: negatur tamen, ſolam præſcientiam conditionatam, niſi admittatur principium allatum de neceſſitate morali in toto collectiuo eſſe ſufficientem ad conciliandum impeccabilitatem in Chriſto cum libertate. Et ratio negationis eſt, quia quamuis huiuſmodi præſcientia in Deo non tollat libertatem in voluntate creata, quia ſubſequitur actum voluntatis creatæ, & dicat etiam infallibilitatem, quia ſuppoſita tali præſcientia, & prædefinitione Dei non poteſt non ſequi actus, non tamen ſaluat impeccabilitatem in Chriſto, niſi recurratur ad principium allatum de neceſſitate in toto collectiuo. Quod probatur; nam ſi Deus in toto collectiuo mediorum non præuidiſſet medium, cui Chriſtus fuiſſet conſenſurus (potuiſſet enim hoc contingere de facto, niſi ponatur neceſſitas moralis, & de facto in toto collectiuo) tunc ſtante hoc caſu poſſibili ſequeretur, vel quòd non potuiſſet imponi præceptum Chriſto, vel ſi imponeretur, vt de facto eſt impoſitum, non ſaluaretur de facto impeccabilitas in Chriſto, vt patet.

11\. Sed contra hanc ſeptimam viam noſtram, inſurgit non leuis difficultas; ſiue teneatur conciliari impeccabilitatem cum libertate per præſcientiam, ſiue per principium allatum de neceſſitate morali in toto collectiuo, ſuppoſita præſcientia.

Difficultas contra hanc ſeptimam viam. Difficultas autem in hoc conſiſtit, quia in Chriſto ex primo ſuppoſito initio quæſtionis erat impeccabilitas phyſica, & intrinſeca: at verò iuxta hanc viam currente præcepto, Chriſtus erat liber ad implendum præceptum, vel non implendum; non ergo videtur cohærere illa impeccabilitas phyſica, & intrinſeca cum libertate, & indifferentia proxima ad implendum actum præceptum, vel non implendum: quare remanet adhuc inſoluta ratio dubitandi poſita initio quæſtionis.

13\. *Prima reſponſio Suarij in 3 part. diſp. 37.* Ad hanc difficultatem reſpondet Suarius loco citato, quem ſequitur communis recentiorum, concedendo Chriſtum eſſe peccabilem ex vi modi intrinſeci, & proprij operandi voluntatis: ſed cùm hoc (inquit) ſtat; vt ex conditione perſonæ, & ex modo regendi voluntatem illam ſit impeccabilis; nam Chriſtus includit illam perſonam; cui debetur à Deo regimen infallibile ex ſuppoſitione diuinæ præſcientiæ, & motionis ad non peccandum; quod quidem regimen eſt illi connaturale ab intrinſeco, & nullo modo poteſt illo carere, & ideò eſt ſimpliciter impeccabilis, quia, vt ex dictis patet, in ipſo nomine Chriſti includitur ſenſus compoſitus, non ſic autem de reliquis prædeſtinatis, quia ab extrinſeco habent talem gratiam, & poſſunt illa carere, & ideo abſolutè ſemper ſunt peccabiles. At verò Chriſtus non poterat carere diuina cuſtodia, in ſenſu autẽ diuiſo poterat dici voluntas Chriſti, potentia peccandi, ſeu peccati capax, non tamen vt voluntas Chriſti, quia iam componitur cum illa voluntate coniunctio cum diuina perſona, à qua ita regebatur, vt impoſſibile eſſet cadere in aliquod peccatum, quia imputaretur ipſi Deo. *Chriſtus includit illam perſonam, cui debetur regimen infallibile.*

14\. *Impugnatur hæc prima reſponſio Suarij.* Sed hæc ſolutio mihi videtur acuta, non tamen fortè omninò ſatisfacit; & impugnatur primò: nam impeccabilitas in Chriſto eſt impotentia phyſica inuoluens phyſicè contradictionem ad oppoſitum, vt probatum eſt, & ſupponit etiam ipſe Suarius, quia peccatum in Chriſto, vt dictum eſt ſuprà ex communi Patrum, & ex Scholaſticorum ſententia, redundaret in Deum, Deus autem phyſicè non poteſt peccare; regimen autem illud aſſignatum, cui innititur Chriſti impeccabilitas, quamuis ſit intrinſecè connaturale ipſi Chriſto, eſt tamen tantùm infallibile moraliter nullam inuoluens phyſicè contradictionem: nam vel fundatur in præſcientia conditionata, & tunc actus eſt infallibilis ex ſuppoſitione conſequenti, quia hæc præſcientia ſubſequitur actum, vel fundatur in neceſſitate, quæ eſt in tota collectione mediorum, & talis neceſſitas in toto collectiuo eſt tantùm moralis, nullam inuoluens phyſicam contradictionem, vt ſupponitur ex quæſtione philoſophica. Non ergo hæc impotentia ad peccandum intrinſecè, & phyſicè, quæ eſt in Chriſto, poteſt ſaluari tantùm per regimen aſſignatum, quod eſt infallibile tantùm moraliter, ex ſuppoſitione conſequenti nullam inuoluens phyſicam contradictionem; vnde vlterius ſequitur, quòd ſenſus ille compoſitus intrinſecus, & connaturalis voluntati Chriſti, quatenus Chriſtus eſt, non ſaluet impeccabilitatem phyſicam, & intrinſecam in Chriſto. nam ille ſenſus compoſitus eſt tantum ratione regiminis debiti Chriſto, quod quidem regimen non eſt infallibile phyſicè. ſed tantùm moraliter, & ex ſuppoſitione conſequenti, vt probatum eſt.

Secundò inſtatur contra eamdem reſponſionem, quia non videtur poſſe cohærere illa impeccabilitas phyſica, & connaturalis, quaſi radicaliter in Chriſto cum hac impotentia proxima morali ad peccandum, quam ponit idem auctor, quia hæc potentia moralis proxima eſt veluti quædam paſſio, quæ debetur Chriſto, quaſi fluens ſecundum exigentiam, & debitum ex illa impotentia phyſica, & radicali, quæ debetur Chriſto ratione vnionis: paſſio autem debet eſſe proportionata ſuo principio radicali. ſi igitur illa impotentia radicalis eſt phyſica, & inuoluens phyſicam contradictionem ad peccatum, tanquam Deo indignum, debet etiam hæc impotentia proxima eſſe phyſica, & inuoluere eandem contradictionem: alioquin ſequeretur, proximam potentiam in Chriſto eſſe indifferentem phyſicè, hîc & nunc, & cum tali medio determinato ad peccandum, 15.

& ad

Digitized by Google

& ad non peccandum, & eſſe ſimul in eodem intrinſecam, & phyſicam impotentiam ad peccandum,quæ duo repugnant.

16. *Reſp. Auct.* Quare reſpondendum mihi videtur, quòd Chriſto, tamquam puro Viatori debeatur tale medium, quod ſit phyſicè infallibile, & phyſicè inuoluens contradictionem, ita vt Chriſti voluntas in ſenſu compoſito ſit impeccabilis phyſicè, ex vi modi intrinſeci, & proprij operandi voluntatis. difficile autem videtur poſſe aſſignari tale medium, quod ſimul ſtet cum libertate Chriſti,quatenus purus viator eſt, quia,vt probatum eſt,in Chriſto tamquam puro viatore, non poteſt alia via ſaluari impeccabilitas cum libertate,niſi quia tenebatur Deus ex toto collectiuo mediorum,in quo eſt neceſſitas moralis indeterminatè, accipere illud medium determinatum, B cui præuidebat ipſe Deus per ſcientiam conditionatam, Chriſtum liberè conſenſurum. conſtat autem tale medium eſſe tantum moraliter infallibile, ex ſuppoſitione conſequenti.

Quare reſpondendum mihi videtur, impeccabilitatem in Chriſto, tamquam puro viatore, ſaluandam eſſe per ordinem intrinſecum ad medium phyſicè, & omnino infallibile, quod debebat eſſe in Deo ſecundum animi præparationem, ita ſcilicet,vt ſi præuidiſſet in toto collectiuo mediorum non eſſe medium, cui Chriſtus conſenſurus fuiſſet (quod quidem licet moraliter, & de facto fuiſſet impoſſibile, non tamen phyſicè)tunc in tali caſu Deus tenebatur ſecundum illam animi præparationem, C quæ neceſſariò debebat eſſe in Deo, dare Chriſto aliud medium phyſicè infallibile. Quod ſi quæras quodnam eſt hoc medium phyſicum infallibile:reſpondetur non potuiſſe eſſe aliud, vt ex ſuprà dictis ſatis conſtat, quàm viſio beatifica, quam quidem ſimul poſſe ſtare cum libertate, & impeccabilitate diximus ſuprà:& infrà magis probabitur in ſequenti dubitatione.

17. Ad argumentum igitur in forma, reſpondetur, quod Chriſtus quatenus conſideratur, vt purus viator ſpecificatiuè:id eſt,exiſtens purus viator, quamuis de facto regulatus fuiſſet per medium, quod fuiſſet infallibile tantum moraliter, & de facto, tamen fuiſſet intrinſecè impeccabilis per ordinem intrinſecum ad medium phyſicè infallibile, D quo debatur Chriſto offerri à Patre ſecundum animi præparationem, ſi opus fuiſſet: hoc autem medium, vt dictum eſt,non poterat eſſe aliud,quam viſio beatifica.Dixi(purus viator ſpecificatiuè.)nã ſi conſideretur Chriſtus,vt purus viator reduplicatiuè,quatenus ſcilicet purus viator non poterat,vt ſic dicere ordinẽ ad medium illud phyſicè infallibile:hoc enim diximus eſſe viſionem beatificam, per quam deſtruitur ſtatus viatoris: ſed ſufficit quòd Chriſtus, vt purus viator ſpecificatiuè,id eſt, exiſtens purus viator, regatur quidem de facto,per medium,quod eſt moraliter tantùm,& de facto infallibile; cum ordine ad medium phyſicè infallibile, ad quod quidem Chriſtus,vt dictum eſt, habebat ius ex vi vnionis hypoſtaticæ, E vt illi,ſcilicet,offerretur à Patre, ſi opus fuiſſet.hoc enim modo, & ſaluatur ſtatus puri viatoris in Chriſto per regimen illud,quod eſt moraliter tantùm,& de facto infallibile, & ſaluatur etiam impeccabilitas, quia quamuis de facto non regelabatur Chriſtus per medium phyſicè infallibile, quod eſt viſio beatifica; tamen illa impeccabilitas dicebat ſemper ordinem intrinſecum ad medium illud infallibile phyſicè, quod debebatur Chriſto afferri à Patre ſecundum animi præparationem, ſi opus ſcilicet fuiſſet,vt explicatum eſt ſuprà.

Viſio beatifica fuit medium quo Chriſtus factus eſt impeccabilis.

Quod autem de facto Chriſtus, vt purus viator regatur per medium, quod eſt infallibile tantùm moraliter,& de facto, nullam dicit imperfectionem in Chriſto, vt purus viator eſt, imò dicit perfectionem.

Quòd non dicat imperfectionem,probatur, quia adhuc ſaluaretur,vt dictum eſt, intrinſecè impeccabilitas in Chriſto, quòd verò dicat perfectionem, probatur, quia in ſtatu puri viatoris hic modus ex omnibus aliis aſſignatis cõmmodiùs conciliat impeccabilitatem cum libertate in Chriſto, & conſequenter hic modus debitus erat Chriſto connaturaliter ex vi vnionis,quatenus ſpecificatiuè conſideratur Chriſtus,vt purus viator.

SECVNDA DVBITATIO.

Quomodo in Chriſto, quatenus de facto erat Beatus, concilietur impeccabilitas cum libertate adimplendi præceptum de moriendo pro natura humana.

IN hac difficultate ratio dubitandi eſt,quia vt ſupponitur, viſio beatifica neceſſitat, & quo ad ſpecificationem, & quo ad exercitium phyſicè obiectiuè,voluntatem beati ad conformandum ſe voluntati diuinæ;præſertim ſi eſt præceptiua, quia repræſentatur ſub omni ratione boni: non ergo videtur, quomodo ſaluetur libertas in Chriſto, quatenus de facto eſt beatus. 18. *Viſio beatifica neceſſitat voluntatem Beati, ad ſe conformandum voluntati diuinæ.*

Circa hanc difficultatem,omiſſis multis opinionibus, quas ſuprà impugnauimus in ſuperiori dubio, reſpondent primò quidam ſatis acutè ad rationem dubitandi, Chriſti voluntatem de facto, circa rem præceptam, regulatam fuiſſe non per ſcientiam beatam, ſed per infuſam; & iuxta hanc reſponſionem conciliat libertatem cum impeccabilitate, vel per ſcientiam conditionatam, vel meliùs ſaluari poteſt per principium illud noſtrum de neceſſitate in toto collectiuo, ſuppoſita ſcientia conditionali eo modo quo nos ſuprà explicauimus. 19. *Prima reſp. Suarij loco citato.* 20. Quod ſi obiiciatur huic auctori, hinc ſequi, voluntatem Chriſti, in eodem inſtanti circa idem obiectum fuiſſe indeterminatam per obiectum,quod repræſentabatur indifferens per ſcientiam infuſam, & neceſſariò fuiſſe determinata per ſcientiam beatam, per quam in eodem inſtanti repræſentabatur obiectum neceſſitans: Reſpondet, quod actus beatificus impediebatur miraculosè, ne influeret, & moueret voluntatem ad actum præceptum, quatenus voluntas Chriſti regulabatur per ſcientiam infuſam circa actum præceptum: poterat autem impediri,quia illa motio eſt in genere cauſæ efficientis.

Sed contrà,quidquid ſit, an ille concurſus actus beatifici in genere cauſæ efficientis impediri poſſit, adhuc vrget argumentum.nam eadem voluntas pro eodẽ inſtanti non poteſt formaliter informari actu viſionis libero, & neceſſario, circa eumdem Deum: etiam vt repræſentatum vario modo per diuerſas ſcientias, quia ſimul poneretur de facto determinata, & indeterminata in ſe formaliter. Et probatur à ſimili, non poteſt intellectus ſubiectiuè informari opinione, in qua eſt aliqua formido, & ſimul informari euidenti certitudine circa eamdem concluſionem, licet cognitam per diuerſa media:poteſt tamen intellectus iudicare illam concluſionem obiectiuè 21. *Impugnatur.*

Digitized by Google

obiectiuè eſſe opinabilem, & eſſe ſimul certam per diuerſa media ratione diuerſorum intellectuum. Omitto aliud exemplum de linea, quæ ſimul non poteſt eſſe curua, & recta, quia poteſt reſponderi, quòd eſt Ens aliquo modo abſolutum non dicens ordinem ad diuerſa media.

22. Secũda reſp. eiuſdem Suarij.

Secundò reſpondet idem ſatis ingenioſè, etiam ſi voluntas Chriſti regularetur per ſcientiam beatam, adhuc ſaluatur libertas, quia quamuis voluntas Chriſti neceſſitaretur ad ſubſtantiam actus præcepti, cum omnibus circunſtantiis, erat tamen libera quo ad reflexionem; quòd, ſcilicet, ſi mors non eſſet præcepta, adhuc illam acceptaſſet. Quòd ſi obiiciatur adhuc illam reflexionem poſſe præcipi: Reſpondent, quòd quamuis hæc, vel illa reflexio præcipi poſſit, non tamen omnes, quia ſunt infinitæ.

Impugnatur hæc ſecunda reſponſio.

Sed contrà, quia ratio infinitatis ſyncategorematicæ tantùm facit, vt non poſſint illæ reflexiones ſingulæ diſtributiuè determinatè præcipi; non enim poſſunt omnes hoc modo ſignari, vt probauimus in hac quinta quæſt. Philoſophica: non tamen obſtat, quin poſſint omnes accipi copulatim, & in confuſo. Quod quidem hoc exemplo phyloſophico confirmari poteſt, nam hæc propoſitio, exempli gratia, quælibet pars continui habet minorem, eſt vera; hæc autem; omnes partes continui ſimul ſumptæ habent minorem, eſt falſa, quia in priori propoſitione partes continui accipiuntur ſingulæ diſtributiuè, vt ſic autem non poſſunt omnes accipi, & ſignari, ſed in quacumque accepta, & ſignata adhuc includuntur infinitæ, & ideò numquam poteſt perueniri ad vltimam, qua non daretur minor. At verò poſterior propoſitio ideo erat falſa, quia omnes ſimul accipiuntur copulatim, & in confuſo: poſſunt igitur in caſu noſtro omnes reflexiones in confuſo, & copulatim accipi, & hoc modo à Deo præcipi, quo ſtante præcepto in confuſo, ſingulæ, quæ in infinitum occurrerent voluntati, intelligerentur præceptæ.

Tertia cõmunior reſp.

Tertia communior reſponſio tam veterum, quàm recentiorum eſt conciliari libertatem cum impeccabilitate, ſi de facto ponatur Chriſto impoſitum præceptum, quod ad ſubſtantiam actus tantùm, non autem quo ad circumſtantias motiui, & temporis, &c. & hæc videtur eſſe opinio S. Tho. q. 19. de verit. art. 6. ad 1. & in 3. d. 19. q. 1. art. 2. & 3. par. q. 9. Et hæc quarta reſponſio eſt verior, ſed mihi videtur limitanda.

23. Reſp. Auct.

24. 1. Dictum auctoris. *Impeccabilitas cum libertate conciliatur.*

Dico igitur primò, optimè conciliari impeccabilitatem cum libertate per hanc reſponſionem, quando circunſtantia, quæ non eſt præcepta, eſt circumſtantia motiui, vt ſcilicet, ſubſtantia actus præcepta fiat ſub motiuo charitatis, vel obedientiæ, ſaluatur quidem impeccabilitas, quia neceſſitabatur Chriſtus ad ſubſtantiam actus faciendũ, ſub hoc, vel illo motiuo diſiunctiuè, ſeu potiùs diſiunctim; ſaluatur etiam libertas, quia liberè poterat ſe determinare ad hoc motiuum determinatè, ſicut oculus eſt neceſſarius ad videndum dexter, vel ſiniſter, ſed liberè quis vtitur determinato dextro, vel determinatè ſiniſtro. Neque argumenta à nobis facta ſuprà in prima Dubitatione, contra neceſſitatem phyſicam ex parte efficientis, militant contra hanc neceſſitatem obiectiuã, de qua hîc loquimur, quia in hoc differt à neceſſitate phyſica efficienter, quòd hæc, quia ſe tenet ex parte efficientis, neceſſitat motiuo quodammodo ipſam voluntatem, non relinquendo illam percipere obiectum, & circunſtantias eius: quare ſi neceſſitat ad ſubſtantiam, neceſſitat ad motiuum, à quo talis ſubſtantia ſpecificatur. At verò neceſſitas, quæ ſe tenet ex parte obiecti, relinquit voluntatem percipientem, & ſubſtantiam actus, & diuerſa motiua. & ideo poteſt voluntas neceſſitari ad ſubſtantiam actus, quia illa tantùm repræſentatur, vt præcepta. At verò ad hoc, vel illud motiuum, determinatè poteſt liberè ferri, quia non repræſentantur illa motiua, vt præcepta; quod quidem in neceſſitate ex parte efficientis contingere non poteſt, quia quamuis obiectum repræſentari poſſit præceptum ſecundum ſubſtantiam, & non ſecundum motiuum; non tamen ex vi illius repræſentationis oritur neceſſitas obiectiua in voluntate, ſed efficienter neceſſitatur voluntas à Deo, non autem neceſſitari poteſt voluntas efficienter ad ſubſtantiam actus interioris, & non ad motiuum, vt probatum eſt.

25. 2. Dictum.

Dico ſecundò, contra recentiores, non poſſe voluntatem neceſſitari ad ſubſtantiam actus, & relinqui liberam quo ad circumſtantiam temporis. Probatur eadem ratione, qua ſuprà probauimus, quòd ſi voluntas neceſſitatur quo ad ſubſtantiam actus; neceſſitatur etiam quo ad circumſtantiam temporis. nam eadem ratio militat quantùm ad hoc in neceſſitate efficientis, & in neceſſitate obiectiua. Ponatur enim Chriſtus liber ad implendum præceptum ab inſtanti conceptionis vſque ad mortem: potuit igitur non implere præceptum vſque ad inſtans mortis, quia, vt ſupponitur, eſt liber, ergo in illo inſtanti neceſſitabitur. Ad hoc probandũ ampliùs nõ immoror, vide quæ diximus ſuprà in prima Dubitatione n. 15. ex hoc autem nihil ſequitur contra Chriſti libertatem, quia ſufficit, vt libertas Chriſti, quatenus eſt de facto beatus, ſaluetur in circunſtantia motiui huius, vel illius: hæc enim libertas redundat in totam ſubſtantiam actus, ad quam ſupponitur voluntatem Chriſti neceſſitari ex viſione beatifica, & de libertate circa ſubſtantiam motiui loquitur S. Thomas citatus in 3. part. q. 9. vbi dicit voluntatem Chriſti, & beatorum non eſſe determinatam ad certum genus boni. Sed obiiciunt aliqui contra hãc tertiam, & veriorem reſponſionem multa loca ſacræ Scripturæ, in quibus dicitur Chriſto fuiſſe impoſitum præceptum etiam quoad circumſtantias, & præcipuè locum illum Ioan. 14. *ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio*, quaſi diceret, facio ſubſtantiam mandati cum circumſtantiis prædefinitis à Patre.

August. Cyrill. Ioan. 15.

Reſpondetur locum citatum intelligi ſolùm quantùm ad ſubſtantiam præcepti. ita S. Aug. tract. 29. in Ioan. Cyrill. lib. 10. in Ioan. illa autem particula *ſicut* in Scripturis non ſemper dicit totam perfectionem rei, quod patet ex illo loco Ioan. 15. *Si præcepta mea ſeruaueris, ſicut & ego præcepta Patris mei ſeruaui*: conſtat autem nullum poſſe ſeruare præceptum Dei ea perfectione, qua Chriſtus ſeruauit.

SEXTVM

Digitized by Google

SEXTVM PRINCIPIVM PHILOSOPHICVM.

Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

Materiam huius Principij tractant communiter Philoſophi cum Ariſtotele, 1. poſter. tangunt illam breuiter Scholaſtici in 2. Ægidius diſt. 38. quæſt. 2. art. 2. Gabriel diſt. 1. qu. 1. Ocham quæſt. 3. inter recentiores, Suarius in metaph. diſp. 26. ſec. par. & Antonius de Rubio 1. poſt. quem habui, dum hæc imprimerem.

QVÆSTIO SEXTA PHILOSOPHICA.

An hoc Principium verificetur in omni genere cauſæ, & quid circa illud ſenſerit Ariſtoteles.

HÆC QVÆSTIO CONTINET DVAS DVBITATIONES. Prima, An hoc Principium verificetur in omni genere cauſæ. Secunda, in quo ſenſu illud acceperit Ariſtoteles primo poſteriorum.

PRIMA DVBITATIO.

An hoc principium verificetur in omni genere cauſæ.

1. Pr. opinio. *Principium hoc verificatur vt in duplici genere cauſſa.*

QVo ad primam dubitationem eſt prima opinio ferè communis aſſerentium huiuſmodi principium verificari in duplici genere cauſæ, efficientis æquiuocæ, & finalis, non autem in aliis generibus cauſarum. Argumenta pro priori parte huius opinionis omitto, quia illa examinabimus in noſtra ſententia. Poſterior pars probatur diſcurrendo breuiter per ſingulas cauſas, & primò in cauſa efficienti vniuoca inſtrumentali eſt manifeſtum. Nam ideò non agit virtute propria, ſed in virtute principalis agentis, quia eſt ignobilior effectu. in principali verò etiam videtur manifeſtum, quia cùm perfectionem ſui effectus contineat formaliter, non poteſt excedere perfectionem abſolutam, & intrinſecam illius, quamuis præcisè ſecundum relationem dependentiæ effectus dici poſſit inferior ſua cauſa. Secundò idem probatur in cauſis intrinſecis, ſcilicet, materia, & forma. nam vel iſtæ cauſæ ſumuntur ſimul, & tunc A effectus non habet maiorem perfectionem, quàm cauſæ ſimul ſumptæ, quia à parte rei non diſtinguitur ab illis: vel fit comparatio effectus ad ſingulas cauſas, & tunc magis eſt manifeſtum, quòd, ſcilicet, cauſa non excedit perfectionem effectus, quia effectus continet, & perfectionem cauſę, ad quam comparatur, & inſuper perfectionem alterius cauſæ. Si verò comparatio fiat præcisè in eo, quod effectus habet à tali cauſa intrinſeca, tunc neque cauſa excedit perfectionem effectus, quia communicat ſe ipſam ſecundum ſe totam effectui.

Arg. pro hac prima opin.

Secunda opinio eſt cuiuſdam recentioris, qui aſſerit idem ferè quod prima, ſolùm autem differt in B cauſa finali, in qua tenet effectum aliquando eſſe nobiliorem cauſa. Nam ſæpè aliquis exercet nobiliſſimas actiones propter finem ignobiliorem, qualis eſt pecunia, vel inanis gloria. Eius rei, vt hæc opinio aſſerit, illa eſt ratio, quia bonitas finis mouet metaphoricè, vt apprehenſa. poteſt igitur contingere, vt apprehendatur ſub ratione maioris boni delectabilis, atque adeò poteſt mouere ad effectum nobiliorem ſecundum rem; contingere etiam ait 2.

2. Secũda opinio cuiuſdã recentioris. *Aliquis ſæpè exercet nobiliſſimas actiones propter finem ignobiliorem.* Arg pro hac ſecunda opinione.

Digitized by Google

ait aliquando cauſam finalẽ eſſe nobiliorem; vt cùm A finis eſt vltimus ſimpliciter, qualis eſt Deus,& agẽs intellectuale ordinat ſuas actiones ad ipſum Deum, vel formaliter, vel ſaltem virtualiter, cuiuſmodi eſt cùm operatur propter honeſtatem, vel quando eſt finis vltimus in ſerie determinata, ad quem agens naturale ordinat ſuas actiones, verbi gratia, cùm agens naturale operatur ad conſeruationem ſui, quia tunc ipſum agens eſt finis ſuæ actionis, vel cùm generat ad conſeruationem ſpeciei, quia finis vltimus in hac ſerie non eſt forma geniti, ſed finis vltimus eſt conſeruatio ſpeciei, qui quidem eſt excellentius bonum, quàm ſit ipſa forma geniti: ſic etiam dicendum eſt, cùm ſol ſe communicat, quia finis talis communicationis eſt bonum vniuerſi.

Conſeruatio ſpeciei eſt excellentius bonum, quam forma geniti.

3. Tertia opinio. Arg. pro hac 3 opinione. Pr. dictũ tertiæ opinionis probatur primò.

B Tertia opinio aliquorum modernorum aſſerit duo: primum, hoc principium ſemper valere, quando effectus non eſt adhuc productus. Probatur, & primò de efficienti, quia, ſemper actio per Ariſtot. procedit à maiori inæqualitate. Nam calidum, verbi gratia, vt quatuor non agit in calidum, vt quatuor eodem modo denſum,& diſpoſitum. vt patet experientia, & à priori probari poſſet, ſi daretur heterogeneitas in gradibus, quia tunc non poſſet produci nobilior gradus, quàm ſit in agente. Secundò probatur clariùs in effectibus cauſarum intrinſecarum, quia nullam ſupponunt perfectionem in effectu, vt effectus eſt ipſarum cauſarum, quia communicant perfectionem effectui per ſe ipſas. C Tertiò probatur de finali, quia medium ante apprehenſionem finis nullam habet appetibilitatem in ordine ad finem, & confirmatur ex Ariſtotele, quem inquiunt, ad hoc propoſitum adduxiſſe hoc principium, cùm dixit præmiſſas eſſe magis notas, quàm ſit concluſio, antequàm inferatur, quia de præmiſſis præcognoſci debet, quòd ſint veræ, non autem de concluſione.

2. Arg. pro primo dicto huius tertiæ opinionis.

3. Arg.

4. 2. Dictum huius tertiæ opinionis probatur primò.

Secundò dicunt hoc principium poſtquam effectus eſt productus in nullo genere cauſarum tenere vniuerſaliter, ſed ſicut contingit illud aliquando verificari: ſic etiam contingit verificari oppoſitum, ita vt etiam ſit verum, propter quod vnumquodque tale,& illud minus.

Sol producit ranam.

Probatur primò in cauſa efficienti æquiuoca: nam D ſol producit ranam, quæ eſt in gradu nobiliori, ſcilicet ſenſitiuo. Nec dicas ſolem producere ſenſitiuum, vt inſtrumentum intelligentiæ: nam etiam ſi à ſe ipſo moueretur cœlum, quod non videtur implicare, adhuc produceretur rana, quia producerentur adæquatæ diſpoſitiones immediatè attingentes effectum, vt patet ex his, quæ diximus in 2. q. Philoſ. Has autem diſpoſitiones produci à cœlo, non eſt cur dubitetur; cùm ſint ignobiliores ipſo cœlo, præterea experimur brutum ignobilius producere nobilius. Secundò probatur in cauſa vniuoca, quia ſuppoſito, quòd inter animas ſecundum veriorem opinionem eſt exceſſus in nobilitate ſecundum ecceitatem, ſequitur quòd aliquando producetur effectus nobilior.

E Tertiò probatur in cauſa finali, quia bonitas finis, quatenus eſt apprehenſa, vt maior bonitas, poteſt mouere appetitum ad media, quæ ſecundum rem habeant perfectionem maiorem, quàm ſit ipſa perfectio, ſeu bonitas finis apprehenſa.

Ideatum eſt nobilius ſua Idea.

Quartò in cauſa exemplari probatur: nam ideatum eſt perfectius ſua Idea, quæ eſt cauſa exemplaris, ad cuius inſtar fit ideatum, quia ideatum includit exiſtentiam, quam non includit Idea, quæ eſt eadem res cum ideato, vt priùs cognita.

Quintò in cauſis intrinſecis eſt manifeſtum, ſi fiat comparatio effectus ad ſingulas cauſas: ſi verò

A fiat comparatio ad omnes ſimul ſumptas, etiam effectus eſt perfectior ſuis cauſis. nam vel eſt tertia entitas, & ſic continebit maiorem perfectionem; nam continet perfectionem cauſarum: non enim poteſt præſcindere à ſuis cauſis, & præterea includit perfectionem ſuæ tertiæ entitatis, quatenus hæc tertia entitas eſt quid diſtinctum à ſuis cauſis. Vel ſi non datur hæc tertia entitas diſtincta, adhuc videtur compoſitum eſſe perfectius, quia ſaltem aliquæ perfectiones dicuntur de compoſito: verbi gratia per ſe ſubſiſtere, & operari, quæ non conueniunt cauſis ſimul ſumptis ſub ea ratione qua cauſæ ſunt.

5. Explicatur caſus ſeu punctus difficultatis.

Sciendum eſt ad intelligentiam ſenſus huius B quæſtionis duo eſſe certa. Primum hoc principium verificari in omni genere cauſæ, antequam producatur effectus: an autem Ariſtoteles aſſumat hoc principium iuxta hunc ſenſum ad probandum præmiſſas eſſe veriores concluſiones, oſtendetur in ſecundo dubio.

Secundũ eſſe productiuũ hoc principium verificatur de qualibet cauſa.

Secundò certum eſt, hoc principium verificari de qualibet cauſa ſecundum eſſe productiuum, ſeu vt alij dicunt, ſecundum relationem dependentiæ effectus à ſua cauſa, quæ quidem relatio fundatur in illo eſſe productiuo cauſæ. & ratio eſt, quia in illo inſtanti, in quo producitur effectus, verum eſt dicere effectum exigere exiſtentiam cauſæ, non autem exiſtentiam cauſæ exigere effectum. & hoc eſt funda- C mentum in ipſa cauſa,& effectu prioritatis,& poſterioritatis naturæ, & in quo fundatur ratio dependentiæ addens imperfectionem ſupra rationem productionis. Dixi addens imperfectionem, &c. quia productio, vt productio in ſuo conceptu non dicit hanc imperfectionem dependentiæ. nam in diuinis reperitur vera productio ſine imperfectione dependentiæ, in rebus autem creatis, in quibus reperitur productio cum hac imperfectione dependentiæ, fit, vt pro illo inſtanti cauſa habeat magis eſſe quàm effectus, quia illud habet ſine imperfectione dependentiæ, & poſterioritatis reſpectu ſui effectus, vt effectus eſt. Dixi, vt effectus eſt, quia in alio genere cauſæ poteſt dari aliquando prior ſua cauſa.

In diuinis reperitur vera productio ſine imperfectione depẽdentia.

Punct. quæ.

Status autem, ſeu punctus difficultatis eſt, an hoc D principium verificetur de omni genere cauſæ, etiam poſtquàm effectus eſt productus, non ſecundum relationem dependentiæ, ſed ſecundum ſuam entitatem, & ſecundum illam perfectionem, quam recipit effectus à ſua cauſa.

6. Sent. Auct. *Principium hoc verificatur in omni genere cauſa.*

Iuxta autem hunc ſenſum mea ſentẽtia eſt, principium hoc vniuerſaliter verificari in omni genere cauſæ, principaliter quidem, & abſolutè in triplici genere, finalis exemplaris, & efficientis principalis æquiuocæ. In reliquis verò generibus, vt cauſa efficienti vniuoca, & materiali, & formali ſecundum aliquam limitationem, & iuxta capacitatem maioritatis,& minoritatis, quam habent huiuſmodi cauſæ, & effectus, quod quidem videtur conformius E Auguſtino lib. 83. quæſt. quæſt. ſecunda, vbi habet, quòd *omne quod fit ei, à quo fit, par eſſe non poteſt*: & reddit rationem, quia *Iuſtitia* (inquit) *hoc exigit, id eſt, natura cuiuſlibet effectus.* Quod quidem dictum Auguſtini non poteſt intelligi de exceſſu cauſæ ſecundum eſſe relatiuum, quia non probaret intentũ, intendit enim probare Deum ſecundum ſuam abſolutam entitatem, & perfectionem eſſe perfectiorem homine. Neque propterea dictum Auguſtini videtur coarctandum ad principium neceſſarium, quod eſt ipſe Deus, à quo eſſentialiter dependet effectus, quia videretur petere principium. aſſumit enim hoc principium ad probandum, quòd homo eſt ignobilior

Auguſt. Omne quod fit ei, à quo fit, par eſſe non poteſt.

bilior Deo producente, à quo eſſentialiter dependet. A
Secundò videtur hæc ſententia conformior Ariſtoteli, qui, vt probauimus in ſecunda dubitatione, aſſumit hoc principium ad probandum cauſam efficientem vniuocam, de qua maior eſt difficultas eſſe nobiliorem ſuo effectu, ſaltem ſecundum aliquam limitationem: vt autem hæc noſtra ſententia magis eluceſcat, probatur ratione diſcurrendo per ſingula genera cauſarum, ad quæ meliùs explicanda pono ſex difficultates.

PRIMA DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc principium propter quod vnumquodque, &c. verificetur in genere cauſæ finalis. B

7. *In medio duplex bonitas reperitur, altera abſoluta, altera reſpectiua.*

NOTANDVM eſt priùs, in medio duplicem bonitatem reperiri, aliam abſolutam, aliam relatiuam, in medio autē non attenditur prior bonitas, quia illa non eſt medij, vt mediū eſt, ſed vt res quædam eſt, licèt aliquando ſit radix poſterioris bonitatis, quia poteſt de illo haberi ſimplex complacentia, quæ mouere poteſt voluntatem ad efficaciter intendendum fini, vt dicemus infrà in hac quæſtione. poſterior autem bonitas relatiua medij eſt illa, quæ attenditur; hæc enim eſt medij, vt medium eſt.

At quæres, quare in effectu cauſæ efficientis attenditur bonitas abſoluta, & non illa relatio effectus à ſua cauſa. Reſpondetur, quòd in nullo effectu, vt in ſuperiori puncto dictum eſt, attenditur relatio dependentiæ à ſua cauſa ad verificationem huius principij. Nam quo ad hoc, eſt certum nullum effectum poſſe eſſe parem ſuæ cauſæ, ſed in quolibet effectu attenditur illa bonitas, quæ effectui communicatur à ſua cauſa, ſuper qua fundatur hæc relatio dependentiæ. In medio autem attenditur bonitas relatiua, quia hæc communicatur à cauſa finali ipſi medio, non autem illa abſoluta quæ tamen bonitas relatiua, non eſt relatio dependentiæ, ſed denominatio quædam extrinseca bonitatis, quæ reſultat in medio à bonitate intrinſeca finis: ſuper hanc autem denominationem extrinſecam fundatur relatio dependentiæ, quia per hanc bonitatem extrinſecam communicatam medio, fit medium appetibile, & non per illam relationem dependentiæ: vnde non mirum eſt, quòd Auctores ſecundæ, & tertiæ opinionis conſiderantes tantùm bonitatem abſolutam, quæ eſt in medio, dixerunt aliquando effectum eſſe perfectiorem ſua cauſa finali. & hos ſequutus videtur quidam recentior, cùm tamen conſiderare tantùm debuiſſent in medio bonitatem relatiuam.

Quādo nullus effectus ſua cauſa par eſſe poſſit. C D

8. *Hoc principiū de cauſa finali vniuerſaliter verificatur.*

His poſitis, quòd de cauſa finali vniuerſaliter verificetur hoc principium, probatur primò ex ipſo Ariſtotele 1. poſter. vbi hoc principium probat ex cauſa finali tanquàm ex magis nota. Secundò probatur ratione. Nam ratio bonitatis eſt primò, & formaliter in fine, & conſequenter ratio appetibilitatis eſt in fine propter ſe, ratio autem bonitatis in medio, quatenus in medio eſt bonitas per denominationem extrinſecam, à bonitate finis, vt dictum eſt, & conſequenter ratio appetibilitatis non eſt propter ſe, ſed propter aliud; ergo maior eſt bonitas in cauſa finali, quàm in medio, quod eſt effectus cauſæ finalis. Conſequentia eſt manifeſta, quia in cauſa finali bonitas eſt intrinſeca, & appetibilitas per ſe, in medio autem eſt bonitas extrinſecè, & appetibilitas in in ordine ad finem. E

Antecedens probatur, quia medium, vt medium habet tantùm rationem vtilis, quia quatenus medium refertur ad finem vltimum in ſua ſerie, non ergo habet rationem boni in ſe, nec poteſt appeti propter ſe, ſed in ordine ad finem, & confirmatur, quia ratio, quæ actu attrahit voluntatem ad amandum media, & ordinationem mediorum inter ſe, non eſt ipſa bonitas, quæ reperitur in mediis, ſed ipſa bonitas finis vltimi in illa ſerie, ſaltem vt in confuſo apprehenſa: vt, verbi gratia, ſanitas eſt illa quæ attrahit voluntatem ad amandum medicinam: vnde eſt illa regula generalis Caietani in opuſculo de analogia, & D. Thomæ de veritate quæſt. 1. art. 11. & ferè communis, quòd in omnibus analogatis attributionis in omni genere cauſæ, ſed præcipuè in finali, ratio analoga eſt principaliter in principali analogato; in aliis verò analogatis ſecundariis eſt per denominationem extrinſecam. quod probatur exemplo de ſano; ratio enim ſanitatis formaliter eſt in animali, in aliis verò, vt in medicina, & pulſu, eſt per denominationem extrinſecam, quatenus, vel ſunt cauſa ſanitatis, vel ſignum, & ſi aliquando ratio analoga, quæ reperitur in principali, reperitur etiam intrinſecè in alio ſecundario analogato, ſicut eſt ratio entis, quæ reperitur etiam intrinſecè in accidenti, tunc ſecundum illam rationem intrinſecè repertam in vtroque analogato eſt analogia proportionalitatis, & non attributionis. Quòd ſi ſecundarium analogatum, verbi gratia accidens conſideretur, vt effectus ſubſtantiæ in genere cauſæ finalis, tunc erit entis ens, vt inquit Ariſt. per denominationem extrinſecam ab ente, quod eſt in ſubſtantia, & tunc eſt analogia attributionis accidentis ad ſubſtantiam. Sic etiam de omnibus aliis mediis philoſophandum eſt, ex quo contingit in cibo calido qui appetitur ad calefaciendum ſtomachum non eſſe bonitatem formaliter, vt medium eſt, per calorem, quem habet in ſe, nec eſſe appetibilem propter illum, ſed propter calorem, qui efficiendus eſt in ſtomacho, à quo cibus denominatur extrinſecè calidus, & bonus, & vtilis, & appetibilis. Ille autem calor intrinſecus eſt radix bonitatis extrinſecæ, & appetibilitatis, & cauſa efficiens calorem in ſtomacho, & vt ſic cum illo conuenit calor ſtomachi proportionaliter, vel vniuocè.

Caiet. S. Thom. Regula de analogatis.

9. *Pr. Obie. Virtus amari poteſt, ob honorē Dei, & ob honorē proprium. Solutio.*

Obiicies, cùm quis amat virtutem ob duos fines ob honorem proprium & ob honorem Dei, non ſequitur eum magis amare honorem proprium, quàm virtutem, quia poteſt in hoc caſu amare virtutem magis, quàm honorem proprium; quatenus magis amat honorem Dei.

Reſpondetur, ſi iſti fines ſunt totales, ita vt ſi excludatur honor Dei, adhuc amaretur virtus ob honorem proprium, tunc quatenus virtus eſt effectus, ſeu medium ad honorem proprium, tamquam ad finem, minùs amatur, quàm honor proprius: tamen quatenus honor Dei magis amatur, quàm honor proprius, & virtus amatur, vt medium ad honorem Dei, poteſt magis amari virtus appretiatiuè, & etiam intenſiuè, quàm honor proprius. quia tunc non amatur formaliter vt medium ob honorē proprium, ſed vt medium ad honorem Dei: verùm ex alio capite honor proprius magis diceretur amari in hoc ſenſu, quatenus amatur propter ſe in caſu poſito, ita vt illud magis, non dicat modum amandi, ſcilicet, appretiatiuè, vel intenſiuè, ſed dicat potiùs rationem quamdam eſſentialem amandi.

10. *2. Obiectio.*

Obiicies ſecundò, Aliquando appetibilitas finis oritur ex appetibilitate medij, quando ex complacentia medij decernitur finis, exempli gratia, quia duci

Digitized by Google

duci complacet ratio meriti, decernit dare coronam militi, vt præmium dependens à merito, vel ſaltem finis, & medium aliquando ſunt ſimul ratione, & appetibilitate, vt cùm vnicum tantum eſt medium, ergo finis non ſemper prius intenditur, nec eſt magis appetibilis. A

An finis ſẽper ſit prior, & per ſe ſimpliciter, & magis appetibilis quã ſit medium.

Reſpondetur, hæc obiectio petit illam difficultatem, An finis ſit ſemper prior, & per ſe ſimpliciter, & magis appetibilis, quàm ſit medium. quam difficultatem, quoniam ab ea dependet reſolutio primi Corollarij, exactiùs examinabimus: ſunt autem circa hanc difficultatem duo modi dicendi.

Pr. modus dicendi.

Finis eſt prior ſuo medio in aliquo priori natura.

Primus eſt, finem ſemper eſſe magis appetibilem, id eſt, ſimpliciter appetibilem independenter à medio, fundamentum eſt, quia finis eſt prior in aliquo priori naturæ ſuo medio, cùm finis ſit cauſa, & medium ſit effectus, ergo in illo priori ſemper eſt ſimpliciter appetibilis. B

Conſequentia probatur, quia in illo priori, eſt independens à medio quo ad eſſe; ergo in illo priori eſt independenter appetibilis: appetibilitas enim conſequitur eſſe.

2. modus dicendi.

Secundus modus dicendi eſt, finem ſemper eſſe ſimpliciter appetibilem, quantùm ad intentionem, propter fundamentum primæ opinionis: ſed vt eſt ponendus in exequutione, vt ſic, eſt appetibilis aliquando dependenter à medio, quod tunc eſt, quando medium eſt neceſſarium, verbi gratia: artifex prius intendit tectum, ad quod ordinat fundamentum, & parietes; numquam tamen hæc intentio mandatur exequutioni, ita vt exiſtat tectum, niſi priùs conſtruatur fundamenta, & parietes; quare tectum, vt ponendum executioni, appetitur dependenter à fundamento, & parietibus. C

11. Reſolutio difficultatis tertiæ in ſecunda obiectione.

Aliud eſt prius natura aliud prius ratione.

Pro reſolutione notandum, aliud eſſe prius natura, aliud eſſe prius ratione. Prius natura eſt illud, quod eſt prius ſecundum aliquod genus cauſæ; prius autem ratione tunc eſt, quando illud prius natura concipi poteſt ſine ſuo effectu fundamentaliter. nam ſecundum relationem dependentiæ, certum eſt numquam poſſe concipi ſine ſuo effectu, vt ſuprà dictum eſt.

Si verò concipi non poteſt, tunc effectus, & cauſa, dicuntur eſſe ſimul ratione, & conceptione; tunc autem fundamentaliter non poteſt concipi ſine ſuo D effectu, quando illud eſſe, quod habet prius natura, habet dependenter à ſuo effectu, ſaltem tamquam ab aliquo poſteriori; & quidem in genere cauſæ finalis eſt magis manifeſtum, quia medium aliquando eſt vnicum, & cauſat phyſicè ſuum finem, vt dicemus infrà: in alio verò genere cauſæ, exemplificari poteſt in ſubſtantia, quæ in opinione Ocham dependet à ſua extenſione tamquàm ab effectu formali, & impetus impreſſus lapidi ad motum ſurſum, pendet à motu, quem cauſat efficienter tamquam à ſuo poſteriori; experimur enim ceſſante motu, ceſſare ſtatim impetum impreſſum.

12. Pr. dictum.

Semper finis eſt prior natura ſuo medio.

Dico igitur primò, ſemper finem eſſe priorem E natura ſuo medio in genere cauſæ finalis, & vt ſic, finem eſſe magis appetibilem, quatenus eſt ratio, cur appetatur medium, quia bonitas ipſius redundat in medium, vt patet ex dictis ſuprà.

13. 2. Dictum.

Dico ſecundò, finem aliquando eſſe ſimpliciter appetibilem independenter à medio determinato, quod tunc eſt, quando medium determinatum non eſt neceſſarium, vel ſimpliciter, vel ex ſuppoſitione volentis.

Probatur, quia tunc non ſolùm eſt prior natura, ſed etiam prior ratione, & conceptione: poteſt igitur in illo priori, in quo concipitur independenter à medio determinato, appeti ſimpliciter ſine vlla connexione ad tale medium, verbi gratia: ſuppoſito quòd ad ſanitatem comparandam ſint varia genera mediorum, ſiue abſtinentia à cibo, ſiue deambulatio, ſiue pharmacum, poteſt ſanitas in illo priori, in quo concipitur indepedenter ab aliquo medio determinato ſimpliciter appeti ſine vlla connexione appetibilitatis cum aliquo medio determinato, quia ſimpliciter concipitur ſuum eſſe ſine vlla connexione cum eſſe determinato mediorum: ergo ſimpliciter appetitur ſine vlla connexione cum appetibilitate mediorum, quia appetibilitas conſequitur eſſe.

Dico tertiò, quando finis eſt dependens à medio determinato quo ad eſſe, tunc non poteſt nec concipi, nec ſimpliciter appeti finis ſine connexione appetibilitatis cum illo medio determinato. Probatur, quia finis in tali caſu non eſt prior ratione, ſeu conceptione ipſo medio. non enim poteſt concipi ſecundum ſuum eſſe independenter à medio, ſupponitur enim ſecundum eſſe dependere à medio; ergo neque poteſt in aliquo priori ſimpliciter appeti ſine connexione appetibilitatis cum illo medio. Probatur conſequentia, quia appetibilitas conſequitur eſſe. Quòd ſi quæras, quando finis eſt dependens à medio ſecundum eſſe, & conſequenter ſimul conceptione? Reſpondetur, quando medium vel eſt ſimpliciter neceſſariũ, quia eſt vnicum ſimpliciter; vel quando eſt neceſſarium ex ſuppoſitione, quia eſt vnicum ex ſuppoſitione volentis finem. quod contingit in tribus caſibus: Primus eſt, quando finis intenditur, & appetitur taliter modificatus, ratione cuius modificationis neceſſariò dependet à tali medio; verbi gratia, ſi quis intendat itionem Romæ tutam, tunc talis itio eſt dependens ab aſſociatione cum aliis. Secundus caſus eſt, quando intendens finem habet ſimplicem aliquam complacentiam in medio, quia tunc ratione illius ſimplicis complacentiæ, vult efficaciter finem, vt dependẽtem efficaciter à tali medio, verbi gratia, cum quis intendit regnum, vt præmium ſuæ fortitudinis, in hoc caſu præcedit meritum fortitudinis ſecundum quamdam ſimplicem complacentiam, & hoc reperitur in mediis, quæ non phyſicè cauſant finem ſed moraliter, quatenus mouent intendentem finem. Tertius caſus eſt, ad quem duo priores reduci poſſunt, quando intendens finem eſt agens liberum, & ſunt multa media, quæ poteſt accipere ad libitum. tunc enim ſi eligit vnum determinatum, finis intentus habebit connexionem cum illo medio determinato, dummodò intendens finem non intendat independenter à medio, quod poſtea eligit, ſed ſimul intendat finem, vt connexum cum tali medio, ita vt noluiſſet finem ſine tali medio. In his igitur tribus caſibus principium illud, *propter quod vnumquodque tale, & illud magis*, verificatur de fine magis appetibili, id eſt propter ſe appetibili, quatenus eſt ratio cur appetatur medium, quia bonitas illius, vt ſuprà explicatum eſt redundat in medium; non autem de magis appetibili, quatenus illud magis dicit per ſe, id eſt ſolitariè, & ſimpliciter appetibile independenter, ſcilicet à medio.

14. 3. Dictum.

Quando finis dependens eſt à medio ſecundum eſſe.

Dico quartò, quod dictum eſt de medio determinato neceſſario, dicendum eſt de medio in communi, ſeu vagè; non enim poteſt concipi finis ſine aliquo medio in communi, vel vagè, quia ſecũdum eſſe dependet à medio, cùm ſit quo ad eſſe effectus ipſius, & quidem ſi eſt medium cauſans phyſicè, dependet quo ad executionem: ſi verò cauſat moraliter, dependet aliquo modo quo ad intentionem,

15. 4. Dictum.

Digitized by Google

quod non eſt ſimile in aliis generibus cauſarum: A non enim neceſſariò ſecundum eſſe dependent à ſuis effectibus, licet aliquando contingat eſſe aliquam dependentiam, vt exemplificauimus in ſubſtantia reſpectu ſuę extenſionis in opinione Ocham, & impetu impreſſo lapidi, reſpectu ſui motus quem cauſat.

16. Ad argumentum primi modi dicendi, reſpondetur, finem ſemper eſſe priorem naturam ſuo medio, non autem ſemper eſſe priorem ratione, ſeu conceptione.

Ad argumentum ſecundi modi dicendi, reſpondetur, quòd quando finis ſecundum executionem neceſſariò dependet à ſuo medio, non poteſt concipi ſecundum ſuum eſſe ſine connexione ad illud. B Adde, quòd aliquando accidit, quòd finis dependeat à medio non tamquam phyſicè cauſante exequutionem ſicut pharmacum cauſat ſanitatem, ſed tamquam à medio cauſante moraliter, & tunc finis aliquo modo dependet à tali medio etiam ſecundum intentionem, vt dictum eſt, & per hæc patet ad ſecundam obiectionem ſuprà allatam.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Vtrum hoc principium verificari poſſit de intermediis propinquis, comparatis ad media remota.

17. *An intermedia habeant veram rationē finis.* Ariſt.

HÆc difficultas videtur pendere ab illa quæſtione, An intermedia habeant veram rationem finis, explicatam ab Ariſtotele 2. metaph. & 1. ethic. quibus in locis videtur dicere oppoſita in vno quidem loco, finem eſſe vltimum in ſua ſerie, in alio non omnes fines eſſe perfectos, & per ſe expetibiles. Idem aſſerit in multis aliis locis. Sed quicquid ſit de hac quæſtione, quam benè tractat noſter Vaſquez 1. 2. reſpondendum eſt ad difficultatem in quacumque opinione & diſtinguendum cum D. Thoma 1. par. quæſt. 19. artic. 5. particulam, *propter*, aliquando referri ad voluntatem ſecundum rationem motionis, aliquando ad res ipſas, quatenus hoc eſt propter illud. D

Pr. dictum. *Finis vltimus in ſua ſerie quiſnā ſit.* Si primo modo accipiatur, tunc dico primò hoc principium *propter quod vnumquodque tale*, &c. verificari non poſſe de intermediis, ſed tantùm verificari de fine vltimo in ſua ſerie. & ratio eſt, quia finis vltimus in ſua ſerie ille eſt, qui habet bonitatem abſolutam, intrinſecam, ſecundum eſſe; & appetitur gratia ſui: ergo, ille ſolus eſt, qui mouet, & attrahit voluntatem ad volendum omnia media, & ſubordinationem mediorum inter ſe. Intermedia verò, quæ habent bonitatem tantùm relatiuam, & per denominationem extrinſecam, ſicut non poſſunt mouere, & attrahere voluntatem ad ſui appetibilitatem propter ſe, multò minùs ad appetibilitatem aliorum propter ſe. E

18. Obiicitur primò contra primum dictum. Sed obiicies, cauſæ efficientes intermediæ ſunt veræ, & propriæ cauſæ influentes in effectum; ergo & cauſæ intermediæ finales, qualia ſunt media propinqua comparata ad media remota, ſunt verè, & propriè cauſæ finales mouentes voluntatem ad amorem mediorum remotorum propter ipſa intermedia, quæ ſunt propinquiora.

2. Obiicitur. Secundò obiicies, intermedia verè amantur, ex Ariſtotele 1. ethic. c. 2. vbi inter tria genera amabilium ponit vtile, quod eſt medium; ergo, amor ipſius medij propinqui poteſt mouere voluntatem ad amandum medium remotum propter ſe.

Reſpondetur ad primam obiectionem, eſſe diſparem rationem inter cauſas efficientes intermedias, & cauſas finales intermedias. nam cauſæ efficientes intermediæ habent perfectionem ſuam abſolutam, ſecundum quam poſſunt influere in effectum: at verò intermediæ finales habent tantùm bonitatem relatiuam ſecundum denominationem extrinſecam à fine vltimo in ſua ſerie, ideo non poſſunt mouere, & attrahere ſecundum ſe voluntatem ad amandum media remota propter ſe ipſam. 19. Soluitur 1. obiectio.

Ad ſecundam, reſpōdetur concedendo amorem medij propinqui poſſe efficienter concurrere ad amorem mediorum remotorum, quia amor mediorum eſt verus amor, & intrinſecus in voluntate: ſed non concurrit finaliter, quia intermedium non habet bonitatem abſolutam, & intrinſecā, ſed tantùm relatiuam, & extrinſecam, ſecundum quam non poteſt mouere & attrahere voluntatem, vt ratio volendi, nec ad appetibilitatem ſui, nec ad appetibilitatem aliorum propter ſe, vt dictum eſt, & ideo ab Ariſtotele ponuntur duo tantùm genera bonorum, delectabilis ſcilicet, & honeſti. vtile autem non dicitur bonum niſi cum addito. quomodo appellare ſolet D. Thom. medium bonum, ſcilicet vtile: poteſt autem medium dici verè amabile, vnde S. Thomas ponit tria genera amabilium, in quibus includit vtile, quia vero, & intrinſeco amore amatur à volūtate. 20. Soluitur ſecunda obiectio. *Amor mediorum eſt verus amor*

Si verò ſecundo modo accipiatur particula, *propter*: tunc dico ſecundò, principium verificari poſſe de intermediis, ſeu mediis propinquis, vt ſunt comparata ad media remota, Ægidius in 2. d. 38. q. 2. ar. 2. Gabriel in 2. d. 1. art. 1. Ocham in 2. q. 3. qui aſſerunt intermedia habere rationem finis, & eſſe id, cuius gratia reſpectu mediorum remotorū. Secundò. Probatur ratione, bonitas medij propinqui, quāuis ſit extrinſeca, nihilominus terminat habitudinem medij remoti ad ſe ipſam: ergo medium propinquum eſt magis bonum, & magis appetibile. Antecedens probatur, quia medium remotum non habet conuenientiam, nec proportionem cum fine vltimo, niſi intercedente fine proximo. Conſequentia probatur, quia ſi per impoſſibile tolleretur ratio bonitatis extrinſecæ, & appetibilitatis à medio propinquo tolleretur ratio bonitatis extrinſecæ, & appetibilitatis à medio remoto, & non è contrà. Quod ſi obiicias, bonitas abſoluta medij propinqui dependet à bonitate abſoluta medij remoti; nam eſt terminus cauſatus à medio remoto; reſpondetur, hanc dependentiam eſſe in genere cauſæ efficientis, ſicut etiam finis efficienter dependet à ſuis mediis, tamen medium remotum, vt medium eſt, ſecundum bonitatem; & appetibilitatem relatiuam dependet à medio propinquo, quia medium remotum, eſt ordinatum ad medium propinquum, & non è contrà. 21. 2. Dictum. Ægid. Gab. Ocham. Obiectio.

Ex his conciliari poſſunt loca Ariſtot. ſuprà allegata, quæ videntur oppoſita, cùm in vno loco negat in intermedio rationem finis, in alio concedit.

TERTIA DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc principium verificetur in cauſa exemplari.

SVpponendum eſt, quòd cauſa exemplaris eſt duplex, ex Alenſi 1. part. quæſt. 23. memb. 4. altera, quæ eſt ratio prototypa faciens diſtinctum genus cauſæ formalis extrinſecæ, & eſt ea, ad cuius inſtar exemplatur imago, exempli gratia, in artificialibus, Cæſar eſt ratio prototypa, imago verò repræſentans 22. Cauſa exēplaris duplex eſt, & quid ſit.

Digitized by Google

rans Cæſarem eſt exemplata ab ipſo Cæſare. & in naturalibus iuxta doctrinam Platonicam, eſt idea realis in qualibet ſpecie ſeparata à conditionibus indiuiduantibus Secundum verò Theologos, præſertim ſecundum Caietanum in 1. part. quæſt. 16. art. 2. Ferrarienſem 1. con. gent. cap. 54. Ægidium in 1. diſt. 26. eſt ipſa eſſentia diuina, vt imitabilis à creaturis, quam inadæquatè, & analogicè repræſentant, & imitantur variæ creaturæ tamquam imagines ipſius, quod hîc ſupponitur. non enim eſt locus proprius.

Caiet. Ferr. Ægid.
Idea eſt ipſa natura diuina, vt imitabilis à creatura.

23. A'tera eſt cauſa Idealis, quæ ſecundum Scotum, & Henricum in 1. d. 36. & ſecũdum communiorem non facit, vt hîc ſupponitur, diſtinctum genus cauſæ formalis extrinſecæ, ſed potiùs ſe tenet ex parte efficientis intellectualis, determinando ipſum ad operationem, ſicut forma in agente naturali vniuocò determinat agẽs. Quid ſit autem hæc cauſa Idealis, an conceptus formalis, vel obiectiuus, controuertitur inter philoſophos. Primus modus dicendi eſt Alenſis 1. p. q. 23. m. 4. Bonau. in 1. d. 25. art. 1. q. 1. Capreol. in 1. d. 26. q. 1. quos ſequitur quidam recentior; hi exiſtimant eſſe conceptum formalem. & ratio præcipua eſt, quia in Deo non poteſt eſſe conceptus obiectiuus, ſed tantùm formalis; ergo etiam in intellectibus creatis ipſæ Ideæ erunt conceptus formales. Conſequentia probatur, quia exemplaria creata ſunt imitationes diuinorum exemplarium. Antecedens probatur, quia ex Dionyſio c. 5. de Diuinis nom. & Auguſt. variis in locis 11. de Ciu. c. 29. 12. & 25. & præcipuè lib. 5. de Gen. ad literam c. 13. Ambr. 10. in hexam. c. 1. & 2. & ex multis aliis Doctoribus, exemplaria in mente diuina, ſeu Ideæ vocantur rationes ſubſtantificæ, incommutabiles, & quid indiſtinctum à Deo, quæ quidem tantùm competere poſſunt conceptui formali, non autem conceptibus obiectiuis, quæ ſunt ipſæ creaturæ.

Cauſa Idealis quid ſit.
Scot. Henr.
Alenſ. Bona. Capr. & cuiuſdam recent.
Dion. Aug.
Ambr.
Exemplaria in mente diuina, ſeu Ideæ quid ſint.

24. Secundus modus dicendi eſt aliorum, quos ſecuti ſumus in 2. phyſicorum exiſtimantium valdè probabiliter cum S. Tho. q. 3. de veritate art. 3. & cum Scoto in 1. diſt. 35. q. 1. & Durãdo ibidem d. 36. Ocham in 1. d. 35. q. 5. Gabr. q. 5. art. 2. not. 2. cauſam Idealem eſſe conceptum obiectiuum, rem ſcilicet eamdem faciendam, vt præconceptam; quia experimur (inquiunt) ad inſtar illius nos operari ad extrà. & confirmatur ex Ariſtotele 12. metaph. t. 24. vbi docet artem ædificãdi eſſe ſpeciem domus, quæ, vt apprehenſa eſt idea: eodem etiam modo iſti auctores philoſophantur de idea diuina. Nec obſtant teſtimonia ex Dionyſio, Auguſt. & aliis ſanctis Patribus allata in primo modo dicendi, quia cùm dicunt exemplaria diuina eſſe rationes ſubſtantificas, & ipſum Deum, intelligunt non de idea, ſed de ratione prototypa, quæ eſt ipſa eſſentia diuina, vt analogicè & inadæquatè imitabilis à Creaturis, vt tenent Caietan. Sotus & Ægid. locis ſuprà citatis.

2. modus dicendi.
S. Thom. Scot. Och. Dur. Gabr.
Cauſa Idealis eſt conceptus obiectiuus.

25. Tertius modus dicendi eſt aliorum, quos ſequitur Vaſquez 1. par. diſp. 77. cap. 2. qui propter argumentum factum pro ſecundo modo dicendi, concedunt, in creaturis ideam eſſe conceptum obiectiuum eiuſdem rei faciendæ; negant tamen in Deo, & ratio diſparitatis eſt (inquiunt) quia cùm Idea ſit ad inſtar, cuius aliquid fit, eſt neceſſariò diſtincta ab Ideato; in creaturis autem eſt diſtincta, quia non apprehenditur ab intellectu noſtro res cum exiſtentia, & aliis circumſtantiis, ſicut eſt ponenda à parte rei: at verò intellectus diuinus apprehendit rem cum omnibus ſuis circumſtantiis. Sed poſſent dicere auctores ſecundæ opinionis, hanc diſparitatem nullam eſſe: nam nõ obſtat, quin ad inſtar rei, vt ſic præconceptæ poſſit formari Ideatum ad extrà, imò quantò magis aſſimilatur rei, tantò magis videtur habere rationem exemplaris. Ad diſtinctionem autem Ideæ quatenus eſt ad inſtar cuius, videtur ſufficere, quòd idea habeat eſſe obiectiuum, ſeu præconceptum in mente artificis.

3. modus dicendi.
Vaſq.
Ideam qui negant eſſe in Deo.

26. Sed quicquid ſit de iſtis opinionibus, quas ſuperfluum eſt, & extra inſtitutum hîc examinare, oſtendendum eſt, quod proprium eſt huius loci, quomodo in quacumque opinione verificetur illud principium, *propter quod vnumquodque*, &c.

Dico primò, principiũ verificatur de cauſa exemplari propriè dicta, quæ eſt ratio prototypa. Probatur eodem modo, quo ſuprà probatum eſt de cauſa finali, quia in exemplato, vt exemplatum eſt, tantùm eſt perfectio per denominationem extrinſecã à perfectione, quæ eſt intrinſecè in exemplari: ergo maior perfectio eſt in exemplari. Conſequentia eſt manifeſta, quia in exemplari eſt perfectio abſoluta, & intrinſeca; in exemplato autem eſt perfectio extrinſeca, & relatiua in ordine ad exemplar. pro cuius explicatione ſciendum eſt triplicem perfectionẽ concipi poſſe in exemplato; Prima eſt abſoluta, & intrinſeca, & hæc potiùs eſt ab efficienti, quàm ab exẽplari, & eſt fundamentum ſecundæ perfectionis. Secunda autem perfectio eſt extrinſeca, & relatiua, & hæc eſt ab exemplari, quatenus in exemplato relucet perfectio exemplaris, quia vt ſic exemplatum nihil aliud eſt, quàm eſſe repræſentatiuum exemplaris, & hæc ſecunda perfectio relatiua, eſt fundamentum tertiæ, quæ tertia perfectio (ſi tamen dicenda eſt perfectio ſi) eſt relatio dependentiæ exemplati ab exemplari. Antecedens probatur, quia exemplatum, vt exemplatum nihil aliud dicit, quã eſſe repræſentatiuum exemplaris, quod eſſe eſt relatiuũ ad ſuum exemplar, quatenus in ipſo exemplato relucet perfectio ſui exẽplaris. Secundò probatur, quia exemplatum; vt exemplatum, eſt analogatum attributionis nam exemplatum, vt exemplatum, habet tãtùm, vt dictum eſt, perfectionem extrinſecam, & relatiuam ab exẽplari: ergo neceſſariò, & eſſentialiter, vt ſic dicit dependentiam, analogatum autem eſſe tale per denominationem extrinſecam à ſuo principali analogato probatum eſt ſuprà de cauſa finali.

Pr. Dictum
Triplex eſt perfectio in exemplato.
Exemplatũ eſt repræſentatiuũ exẽplaris.

27. Sed circa hæc quæ diximus tria occurrunt, dubiũ primum, quòd Verbum in diuinis eſt imago Patris, & tamen non eſt inferius Patre: ſed dicendum eſt breuiter, cùm non ſit locus proprius; diſparem eſſe rationem, quia in diuinis illamet eſſentia Patris, cuius eſt repræſentatiuum Verbum, eſt eadem numero realiter communicata Verbo; & quia aliqua diſtinctio requiritur inter repræſentantem, & repræſentatum, ſufficit diſtinctio in perſona. In creaturis verò, cùm non poſſit eadem numero natura communicari propter finitatem, & limitationem naturæ creatæ, fit vt in exemplato perfectio naturæ, quæ eſt in exemplari, communicetur tantùm per communicationem extrinſecam.

Pr. difficultas contra hoc primũ dubium.
Verbum eſt imago Patris, & non eſt inferius Patre.
Reſponſio.

28. Secundum, quod facit difficultatem contra hoc idem primum dictum, eſt, quia ſi Angelus poſſet producere per intellectum alium Angelum ſibi ſimilem, ita vt ratio prototypa eſſet ipſe Angelus producens, non eſſet Angelus productus ignobilior producente, quia haberet eamdem perfectionem naturæ cum Angelo producente. Reſpondetur, quòd quamuis ea, quæ diximus, de maiori perfectione exemplari clariùs, & veriùs verificentur de exemplari æquiuoco, tamen etiam ſuo modo verificari poſſunt de exemplari, quaſi vniuoco, de quo loquitur argumentum. ad cuius ſolutionem dicendum

Secundum dubiũ, contra idem.
Reſponſio contra ſecundã difficultatem.

Digitized by Google

dum eſt, quòd quatenus Angelus producẽs eſt cauſa efficiens, non eſt nobilior Angelo producto, per rationem aſſignatam, quia conueniunt in eadem perfectione ſpecifica; ſed quatenus Angelus producens eſt etiam cauſa exemplaris, eſt nobilior Angelo producto, quatenus eſt res exemplata, quia cùm Angelus productus non habeat eandem naturam numero cum Angelo producente, fit vt Angelus productus, quatenus eſt res exemplata, ſit repræſentatiua naturæ, quæ eſt in Angelo producente, tamquam in exemplari, vnde fit, vt illa natura numerica ſui exemplaris ſit tantùm per denominationem extrinſecam, & relatiuè in exemplato.

29. *Tertiũ dubium cõtra idẽ primũ dictum.*

Tertium dubium eſt, An quando artifex ad formandam imaginem Cæſaris reſpicit aliam imaginem tamquam exemplar externum, poteſt illa imago, quæ eſt exemplar externum, habere aliquam rationem exemplaris, vt comparatur ad imaginem exemplatam, ita vt de illo exemplari externo poſſit verificari hoc principium, *propter quod vnumquodque tale*, &c. Sicut diximus poſſe verificari de intermediis, quæ vt comparata ad media remota, diximus habere aliquam rationem finis. Reſpondetur, quòd non; & ratio diſparitatis eſt, quia illa imago, quæ eſt externum exemplar, ſe habet valdè extrinſecè & remotè, & per accidens ad imaginem efformandum, quia tantùm deſeruit ad concipiendum Ideam de imagine efformanda, quæ quidem Idea ſolùm eſt neceſſaria ad efformationem imaginis, externum autem exemplar ſupplet tantùm defectum artificis, qui non poteſt ſaltem ita facilè concipere Ideam ſine tali exemplari externo.

Reſpõſio ad tertium dubium.

30. 2. Dictum. *Cõceptus obiectiuus non diſtinguitur ab effectu producto.*

Secundò dico, in hoc eodem puncto, hoc principium non verificari de Idea, ſi teneatur ſecundus modus dicendi, quòd Idea tam in intellectu creato, quàm in increato ſit conceptus obiectiuus; conceptus enim obiectiuus non diſtinguitur ab effectu producto, ſeu Ideato, ſed eſt ipſa eadem natura effectus producti, vt præconcepta, imò ex hoc potiùs ſequitur ipſum effectum eſſe nobiliorem ſua Idea, quia addit exiſtentiam actualem in actu exercito ſupra naturam præconceptam, etiam ſi natura concipiatur cum exiſtentia in actu ſignato; poſſet autem dici, quòd etiam in hac opinione Idea aliquo modo ſit nobilior Ideato, ſi ſumatur præciſè ſecundum relationem dependentiæ tantùm quatenùs, ſcilicet, ad inſtar illius eſt Ideatum, vel fortaſſe poſſet dici, quòd quia Idea habet aliquem modum exemplaris, quatenus ad inſtar illius ſit Ideatum, quod Ideatum vt ſic, quaſi per denominationem extrinſecam, & relatè eſt tale, quatenus in eo relucet perfectio quæ erat vt præconcepta in Idea: vt ſic enim Ideatum videtur eſſe veluti quædam imago Ideæ.

Ideatum eſt veluti quædam imago Ideæ.

Verbum non poteſt dici Ideatum per denominationem extrinſecam.

Nec eſt ſimile huic, id quod diximus ſuprà in diuinis, quia verbum non poteſt dici Ideatum per denominationem extrinſecam. Nam in Verbo eſt neceſſariò eadem natura numero cum actuali exiſtentia in actu exercito, quæ erat in Patre præconcepta. At in humanis non eſt ſic. Nam præconcipitur natura, quæ vt ſic non eſt neceſſariò exiſtens in actu exercito: ideóque in humanis poteſt habere Idea rationem exemplaris diſtincti ab exemplato, ad cuius inſtar ſiat de nouo natura Ideati præconcepta, & ideo concipi poteſt naturam Ideæ relucere in Ideato per denominationem extrinſecam, in qua poſtea fundetur relatio dependentiæ.

31. Si verò teneatur Ideam eſſe conceptum formalem, & non obiectiuum, vt tenebat prima opinio, quam ſuprà retulimus, tunc etiamſi eſt ſermo de perfectione abſoluta, certum eſt in Deo eſſe nobi-

A liorem. Nam actus Dei, qui eſt conceptus formalis, eſt ſua eſſentia, quæ infinitè excedit creaturas, in artificialibus etiam eſt nobilior, quia conceptus formalis artificis eſt actus vitalis ipſius: at verò artificiatum ad extrà, quod formaliter eſt accidens, cùm ſit figura, non eſt actus vitalis, atque adeò eſt imperfectior ſua Idea, niſi artificiatum fiat ad intrà, verbi gratia, cùm fit ſyllogiſmus ad inſtar Ideæ præconceptæ. Sed hæc omnia, quæ dicta ſunt, videntur per accidens in ratione Ideæ ſaltem in creaturis, quia ſi per impoſſibile poſſet dari, quòd Angelus per conceptum ſuum formalem, tamquam per Ideam producere poſſit alium Angelum, tunc Ideatum eſſet nobilius Idea; Ideatum enim eſſet ſubſtantia intellectualis, & Idea eſſet actus vitalis, qui B eſt accidens.

Actus Dei eſt ſua eſſentia.

QVARTA DIFFICVLTAS.

Vtrùm hoc principium verificetur in cauſa efficienti, principali, æquiuoca, & totali in ſuo genere.

VNICA ASSERTIO.

RESPONDETVR cum communi cauſſam æquiuocam, totalem, & principalem eſſe nobiliorem effectu; communiter autem ſic probabatur, cauſa æquiuoca eſt diuerſæ ſpeciei ab effectu; ergo eſt perfectior effectu. Antecedens eſt manifeſtũ ex ipſa C ratione cauſæ æquiuocæ, quatenus eſt diſtincta ab vniuoca: conſequentia probatur; quia ſi eſt diuerſæ ſpeciei à ſuo effectu, vel eſt perfectior, vel imperfectior. Imperfectior eſſe non poteſt, quia, vt diximus ſuprà, non poteſt effectus nobilior contineri in eſſe cauſæ ignobilioris; quomodo enim cauſa ignobilior poſſet communicare eſſe, quod non habet in ſe nec formaliter, nec eminenter: erit igitur perfectior. Quod etiam confirmatur ex illa vulgata Philoſophorum & Theologorum ſententia cauſam æquiuocam eminenter continere effectum. Quod vt melius intelligatur, notandum eſt, triplicem eſſe modum continentiæ eminentialis. Primus modus eſt, cùm vna cauſa poteſt facere; quidquid facit alia cauſa, & hoc modo anima rationalis dicitur conti- D nere eminenter vegetatiuam, & ſenſitiuam, non quia eſt potens producere entitates iſtarum animarum, ſed quia eſt potens facere, quidquid facerent illæ entitates, ſi informarent compoſitum. 32.

Cauſa æquiuoca eſt diuerſæ ſpeciei ab effectu.

Vide in 1. quæſt. phil. dub. 1.

Cauſa æquiuoca eminenter continet effectum.

Secundus modus continentiæ eminentialis eſt, cùm effectus continetur in eſſe nobiliore, quod eſt cauſatiuum illius effectus, & hoc modo calor continetur in luce, quia lux habet vim producendi calorem, & iuxta hunc ſecundum modum dicitur Deus eſſe homo, & leo.

Tertius modus, cùm vna res continet perfectionem alterius ſecluſa imperfectione, verbi gratia, cùm res nobilior continet ignobiliorem formaliter E ſecundum conceptum abſtractum, ſed non ſecundum adæquatam rationem, & hoc modo dicuntur contineri eminenter in Deo perfectiones creatæ ſimpliciter ſimplices, qualis eſt perfectio ſubſtantiæ, & perfectio ſapientiæ, &c quæ quidem ſimiles proportionaliter ſunt in creaturis: & hic tertius modus præciſè non dicit cauſalitatem. nam intellectiuum in Angelo eſt eminentiùs, quàm in homine, non tamen inde ſequitur Angelum eſſe cauſam hominis, in Deo autem ſequitur propter infinitam eminentiam. Modus autem continentiæ eminentialis, de quo propriè hic ſermo eſt, eſt ſecundus.

Sed

Digitized by Google

Sed circa hanc aſſertionem occurrunt duæ difficultates, altera contra probationem, altera contra concluſionem.

Proponitur argumentum contra probationem noſtræ Aſſertionis, & explicationem: An poſſint dari duæ ſpecies æqualis perfectionis.

33. *Prima difficultas cõtra probationē allatam.*

Sed contra probationem huius concluſionis eſt argumentum difficile, quia poſſet aliquis dicere, quòd poſſunt dari duæ naturæ diſtinctæ eſſentialiter, & æquales in perfectione, ſicut in humanis eſt ſimilitudo, & diſſimilitudo, & in diuinis eſt paternitas, & filiatio; ceſſat igitur ratio allata, quòd, ſcilicet, quia cauſa æquiuoca eſt diſtinctæ ſpeciei ab effectu, & non poteſt eſſe imperfectior, ideò neceſſariò eſt perfectior, quia poteſt dici, quòd ſint æqualis perfectionis.

Reſponſio ad difficultatem.

Ad hãc difficultatem ferè communiter, tam Theologi in prima parte, quàm Philoſophi 7. & 10. metaphyſ. text. 5. quibus in locis tractant hanc materiam, non reſpondent, ſed ſupponunt tamquam certum, duas ſpecies ſemper eſſe inæquales in perfectione, ex Ariſtotele 7. metaph. vbi dicitur, *quòd ſpecies ſunt ſicut numeri.*

Species ſunt ſicut numeri.

Sed quia Ariſtot. in hoc textu videtur ſimilitudinem afferre, quantùm ad hoc, quòd à ſpecie non poteſt aliquid detrahi, vel minui, ſicut nec à numero: ideo clariùs ſupponunt ex 10. metaph. tex. 5. vbi dicitur duas ſpecies ſub eodem genere alteram ſe habere, ſicut priuationem propter imperfectionem, alteram ſicut habitum propter perfectionem, vnde hoc ſupponentes concludunt, vt viſum eſt, cauſam æquiuocam continere effectum eminenter, & nobiliori modo, quàm effectus ſit in ſe, quia in cauſa habet eſſe cau-

34. ſæ, quod eſt nobilius, quàm eſſe effectus in ſe: Suarius tamen in metaph. diſput. 29. ſect. 3. num. 16. conatur reſpondere ad difficultatem, & aſſignat rationem, quia (inquit) non eſt vnde duæ ſpecies præſertim abſolutæ habeant diuerſitatem eſſentialem inter ſe, ſi non habeant inæqualitatem in perfectione, quia (inquit) æquè diſtarent ab ente. Sed hæc ratio facilè poſſet negari ab aduerſariis; poſſent enim dicere, quòd habent diuerſitatem eſſentialem ex ſua natura, ſicut duæ ecceitates æquè diſtant ab ente, & habent diuerſitatem numericam ex natura ſua. Nec obſtat, quod illæ duæ ſpecies haberent diuerſitatem non numericam, ſed eſſentialem: non inquam obſtat, quia hoc eſſet probandum, quare duæ ſpecies non poſſint æquè diſtare ab ente, & eſſe diuerſę eſſentialiter ex natura ſua. Quare magis explicando hanc rationem Suarij, probo duobus exemplis, quomodo non poſſint duæ naturæ eſſe æ-

35. *Quare duæ naturæ non poſſint eſſe æquales in perfectione & diuerſæ eſſentialiter.*

quales in perfectione, & diuerſæ eſſentialiter. Primum exemplum eſt: Non poſſunt dari duæ ſpecies æquales humanæ. Nam quæro, vel illa ſpecies ab homine diſtincta eſſentialiter cognoſceret per phantaſmata, accepta à corpore, & per diſcurſum, vel non. Si primum, non eſſet ſpecies diſtincta, ſed potiùs indiuiduum hominis, quia conueniret in modo intelligendi, & in obiecto formali, ex quibus ſumitur eſſentia hominis. Si ſecundum, vel intelligeret perfectiori modo, vel imperfectiori, & tunc, vel intra eumdem modum, & intra idem obiectum formale, & tunc eſſet indiuiduum hominis perfectius, aut imperfectius; vel ratione organorum, vel quia vna ecceitas eſſet perfectior altera, vel non, intra eumdem modum, vel intra idem obiectum formale; & tunc neceſſariò eſſet vel perfectior eſſentialiter, vel imperfectior.

Secundum exemplum eſt in Angelis, arguendo eodem modo in tota latitudine Angelorum in infinitum. quod quidem argumentum poteſt applicari aliis ſpeciebus proportionaliter, arguendo ex modo operandi ipſarum, & ex obiecto, ad quod tendunt. & confirmatur, quia in rebus creatis, experimur ex operatione, & obiecto omnes ſpecies eſſe inæquales in perfectione.

36. *Relationes ſunt diſtinctæ ſpecie, & æquales in perfectione.*

Ad rationem verò dubitandi ſuprà allatam de relationibus, reſponderi ſolet, concedendo Relationes eſſe diſtinctas ſpecie, & æquales in perfectione: & aſſignatur diſparitas rationis in abſolutis; nam Relatiua poſſunt habere diuerſitatem eſſentialem ex rationibus fundandi, & terminis diuerſis: at verò abſoluta numquam; quia non poſſunt habere diuerſitatem eſſentialem niſi à maiori, vel minori diſtantia ab ente.

Quotuplex ſit relatio.

Sed ad hanc rationem dubitandi, videtur mihi alio modo eſſe reſpondendum, quòd Relationes diſtinctæ eſſentialiter ſint inæquales in perfectione in rebus creatis. nam Relationes ex Ariſtotele, vel fundantur in actione, & paſſione, ſicut relatio cauſæ, & effectus; vel in vnitate, & diuiſione, ſicut ſimilitudo, & diſſimilitudo; vel tertiò in menſura, & menſurabili, ſicut relatio ſcibilis ad ſcientiam.

An vna relatio ſit perfectior altera.

In relationibus igitur primi generis, poteſt dici quòd relatio cauſæ eſt perfectior relatione effectus, quia actio tamquam ratio fundandi, ex qua reſultat relatio cauſæ. eſt perfectior, quàm paſſio, ex qua tamquam ratione fundandi reſultat relatio effectus; in relationibus ſecundi generis poteſt dici, quòd relationes fundatæ in vnitate ſint perfectiores, vt ſimilitudo, quia vnitas eſt quid poſitiuum, diuiſio verò negatiuum. Vel ſi teneatur, quòd vnitas ſit negatio, tunc diuiſio inuolueret duas negationes, negationem ſcilicet negationis, quod eſt, quid imperfectius: in relationibus verò tertij generis Relatio fundata in menſura eſſet perfectior, ſi eſſet realis: at quia non eſt realis, ideo eſt imperfectior relatione menſurabili, quæ eſt realis.

In diuinis relationes ſunt æquales.

in diuinis autem paternitas, & filiatio ſunt æquales, quia non datur propriè actio, & paſſio, tamquam rationes fundandi, aliæ autem relationes, quæ fundantur in vnitate ſunt potiùs rationis.

37. *Obiectio.*

Quòd ſi quis dicat, ſpecies intentionales albi, & nigri differre ſpecie, & tamen eſſe æquales in perfectione: Reſpondetur, quòd fortaſſe non differunt ſpecie, quia habent eumdem modum repræſentandi per diaphanum, &c. vel ſi differunt ſpecie, differunt ex terminis: quia vna eſt repræſentatiua albi, altera nigri: & tunc ſicut à terminis ſumunt diuerſitatem eſſentialem, ita ſumunt inæqualitatem in perfectione, quam habent ipſi termini. Sed quidquid ſit,

38. *2. Probatur cauſā æquiuocam eſſe nobiliorem effectu.*

an naturæ ſpecificæ habeant ſemper inæqualitatem in perfectione; exiſtimo tamen fortè eſſe impoſſibile hoc poſſe contingere in cauſa æquiuoca principali, & effectu ipſius, quod eſt caſus quæſtionis noſtræ. & probo, & eſt ſecunda ratio, quia ille effectus diſtinctus ſpecie, exempli gratia, B. qui continetur in cauſa æquiuoca diſtincta ſpecie, exempli gratia, in A. vel eſt nobilior A. & hoc eſt impoſſibile, quia effectus non poteſt excedere perfectionem ſuæ cauſæ, in qua virtualiter continetur, quod vix conceditur inſtrumento, vt viſum eſt in quæſtione ſecunda philoſophica, vel effectus eſt ignobilior ſua cauſa, & habetur intentum; vel eſt æquè nobilis, vt eſt in caſu quæſtionis, & tunc contrà: quia A. ſupponitur eſſe tantæ perfectionis, vt contineat in ſua virtute ipſum B. & tamen ipſum B. non continet in ſua virtute A, nec aliud indiuiduum ipſius A. non enim

Digitized by Google

experimur, quòd effectus producat tanquam cauſa totalis ſuam cauſam æquiuocam etiam in alio indiuiduo: eſt ergo A. perfectior B. Quòd ſi contra hanc rationem inſtes primò; B. non producere A. ſed producere indiuiduum alterius ſpeciei, & ſit C; quod quidem C. ſit æqualis perfectionis cum ipſo A. & ab ipſo C. produci A. quibus poſitis ſequeretur intentum, quòd iſtæ tres ſpecies A. B. & C. eſſent æqualis perfectionis. Sed ſoluitur hæc inſtantia, quia hic circulus cauſarum totalium ad inuicem, præſertim ſecundum æqualem perfectionem, & diuerſitatem eſſentialem, quamuis euidenter nō repugnet, gratis tamen confingitur, cùm nullam videamus huius rei ſimilem experientiam in rebus creatis. & præterea ſecundò, cur confingitur iſte circulus, & non potiùs congruentiùs dicitur, quòd A. quod tāquam cauſa æquiuoca poteſt producere B. poſſit etiam producere C, quod virtualiter continetur in B. Quòd ſi rurſus inſtes, quòd B. producat C. C. autem (vt euitetur circulus) nō producat A. ſed producat D. ſoluitur hæc ſecunda inſtantia, negando caſum: Nam vel D. eſt æqualis perfectionis cum C. vel non. ſi non, vel ergo D. eſt ignobilius ipſo C. & tunc C. non eſt æqualis perfectionis cum A. & ſic non habetur intentum. Vel D. eſt nobilius ipſo C. & hoc eſt impoſſibile, quia nobilius non poteſt contineri in cauſa ignobiliori totali, & principali. Vel D. eſt æqualis perfectionis cum C. & tunc D. deberet eſſe tantæ virtutis, vt poſſit producere ſpeciem æqualis perfectionis, & ſit F. alioquin non eſſet æqualis perfectionis cum C. vt ſupponebatur. Si igitur D. poteſt producere F. æqualis perfectionis, rurſus quæro de F. applicando idem argumentum, & ſic de aliis in infinitum, quare daretur proceſſus in infinitum cauſarum, & effectuum æqualis perfectionis, quod quidem non experimur, ſed potiùs experimur oppoſitum.

39. *Inſtatur 1. contra hanc 2 reſponſionē noſtram.*

40. *Inſtatur 2. contra eandē reſponſ. Solutio.*

Proponitur aliud argumentum circa veritatem ipſius aſſertionis.

41. *2. Difficultas contra aſſertionē Viuens eſt in ſuperiori gradu entium, quam ſit inanimatum.*

Dicebamus in noſtra aſſertione cauſſam æquiuocam principalem eſſe nobiliorem effectu, & ratio difficultatis eſt; nam cœlum, vt dicitur in tertia opinione, producit viuens, quod eſt cœlo nobilius; viuens enim eſt in ſuperiori gradu entium, quàm ſit inanimatum cuiuſmodi eſt cœlum; ſupremum autem inferioris, vt ſæpius dictum eſt in quæſtione prima philoſophica, non attingit infimum ſuperioris. Nec recurrendum eſt, quòd cœlum ſit inſtrumentum intelligentiæ; nam vel ſecundum aliquos cœlum mouetur à ſe, vel ſi concedatur moueri ab intelligentia, ab illa tantùm habet applicationem ad diuerſas partes terræ, ac ſi moueretur à ſe. Præterea ſecundò, brutum imperfectius producit perfectius, vt experimur de aſino, qui producit mulum.

Reſpōſio ad ſecundā difficultatem.

Reſpondetur, vel dicendum eſt primò ſecundum Philoſophos aliquos huiuſmodi agentia diſponere tantùm materiam attingendo extrinſecè effectum; intrinſecè verò effectum attingi per productionem à cauſa tantùm ſuperiori, vel dicendum huiuſmodi diſpoſitiones productas à cœlo attingere intrinſecè effectum tamquam inſtrumentum non ipſius cœli, ſed alicuius principalis agentis, cuius illæ diſpoſitiones poſſunt eſſe propriæ, vt fusè probatum eſt quæſt. 2. philoſoph. vbi etiam oſtendimus diſpoſitiones tamquam inſtrumenta immediatè attingere productionem effectus ſine aliquo concurſu principalis agentis, quia ſufficit ſi ſint connaturaliter virtutes illius. Ad illud de aſino reſpectu muli, di- A cendum eſt aſinum non habere concurſum totalem, ſed concurrere ſimul cum equa, quæ eſt nobilior mulo, quòd autem equa etiam concurrat effectiuè. probauimus cum Ariſtotele ſuprà ſecunda quæſtione philoſophica, vbi hanc materiam de concurſu inſtrumentali fuſiùs tractauimus.

QVINTA DIFFICVLTAS.

An verificetur hoc Principium in cauſa efficienti principali Vniuoca, & totali proxima in ſuo genere.

B SVpponitur tamquam certum, quòd ſi cauſa vniuoca eſt partialis proxima, poteſt excedi in perfectione ab effectu producto, quatenus effectus productus continet perfectionem, ſibi communicatam ab altera cauſa partiali. Adducit quidam recentior ad hoc probandum exemplum de homine, qui aliquando generat perfectiorem ſe ſecundum ecceitatem, non quidem vt cauſa totalis, quia ad illam generandam concurrit etiam cœlum tamquam cauſa particularis, & partialis diſponens materiam ad vnionem cum anima perfectiori ſecundum ecceitatem. Sed poſſet contra hoc exemplum inſtari, quia ſequeretur hominem productum eſſe perfectiorem ſua cauſa totali proxima, integrata ex duabus cauſis partialibus, ſcilicet homine, & cœlo: niſi C dicatur quòd cœlum quamuis ſit quid ignobilius homine, in hoc tamen caſu concurreret, vt cauſa partialis inſtrumentalis ipſius Dei, qui immediatè creat animam vniendo corpori. Sed quicquid ſit de hoc exemplo, adduci poteſt aliud exemplum minùs controuerſum de actibus, qui aliquando producuntur perfectiores habitibus. & ratio eſt, quia habitus non eſt cauſa totalis, ſed partialis ſimul cum potentia, quæ aliquando propter maiorem conatum poteſt elicere actum excedentem habitum naturalem.

42. *Cauſa vniuoca partialis poteſt producere effectū nobiliorem.*

Difficultas igitur eſt de cauſa principali totali proxima vniuoca. Et ratio difficultatis eſt, quia effectus producendus continetur in cauſa vniuoca ſecundum eſſe formale cauſæ vniuocæ, & non ſecundum eminentiale, vt dicebamus de cauſa æquiuoca: quare non videtur poſſe de hac verificari D principium illud, *propter quod vnumquodque tale, & illud magis.* 43.

Primus modus dicendi circa hanc difficultatem communior eſt Philoſophorum. 1. Poſt. cap. 2. hoc principium non poſſe verificari de cauſa vniuoca. *Apollinaris.*

Secundus modus dicendi, qui videtur eſſe Apollinaris eſt, poſſe verificari de cauſa vniuoca quando effectus dependet in fieri, & in conſeruari à ſua cauſa, ſicut eſt lumen in aëre cauſatum ſiue à ſole, ſiue ab igne. & ratio eſt, quia cùm lux ſiue in igne, ſiue in ſole non dependeat ab alio in conſeruari tanquam ab efficiente, ſicut dependet lumen in aëre, arguit in ſe maiorem perfectionem in eſſendo, E etiam ſi ſecundum intenſionem lux produceret lumen æqualis intenſionis in parte aëris ſaltem immediatè tangente corpus lucidum.

44. *Sent. Auct. Primum dictum.*

Mihi verò circa hanc difficultatem videtur aliter dicendum, & dico primò contra ſecundum modum dicendi, eamdem eſſe rationem in cauſa efficienti vniuoca, ſiue concurrat ad fieri tantùm, ſiue etiam ad conſeruari: nam eſt eiuſdem ſpeciei cum effectu. Si igitur produci poteſt effectus cum eadem intenſione, vt ſupponit ſecundus modus dicendi,

Digitized by Google

cendi, quod an ſit verum infrà videbimus: ſequitur effectum, & cauſam eſſe æqualem & in intenſione, & in perfectione eſſentiali, cùm ſint eiuſdem ſpeciei. Si enim non ſunt eiuſdem ſpeciei, non eſſemus in caſu, quia cauſa non eſſet vniuoca. Ad argumentum verò ſecundæ opinionis de luce ſolis, & lumine producto in aëre, quod dependet à luce in conſeruari: Reſpondetur, vel argumentum probare lucem ſolis, quia non conſeruatur ab alio, & lumen productum in aëre eſſe diuerſæ ſpeciei, & ſic non ſumus in caſu, quia tunc lux ſolis non eſſet cauſa vniuoca: vel ſi ſuſtineamus eſſe eiuſdem ſpeciei, dicendum eſt, quòd lux ſicut in fieri emanat à forma ſubſtantiali corporis lucidi tamquam proprietas, ita etiam dependet in conſeruari ab illa. Solùm ergo, differentia eſt, quòd lumen, cùm ſit in ſubiecto extrinſeco, conſeruatur à lucido, tamquam ab extrinſeco agente, lux verò ab illa forma lucidi tamquam ab efficienti intrinſeco. Poſſet etiam dici lumen ſecundum ecceitatem eſſe perfectiorem lumine: ſed non videtur rationabiliter dictum, quia non apparet vnde colligi poſſit talis maior perfectio ſecundum ecceitatem. Quòd enim lux in ſole, vel igne non conſeruetur ab agente extrinſeco ſicut lumen in aëre; hoc tantùm arguit, quòd lux ſit in proprio ſubiecto, ſicut quantùm ad hoc, calor in igne non dicitur eſſe perfectior ſecundum ecceitatem calore producto in aqua, quamuis calor in aqua conſeruetur ab extrinſeco ſubiecto.

45. 2 Dictum. Secundò dico contra primum modum dicendi; hoc principium ſemper verificari in cauſa totali proxima vniuoca, quando prædicatum conuenit cauſæ per ſe primò, aliis verò per participationem, quatenus deriuatur à primo. Hoc ſecundum dictum clarè patet ex terminis, & exemplificari poteſt in igne. nam eſſe calidum per ſe primò conuenit igni, cæteris verò calidis per participationem. Secundò probatur ex Ariſtot 4. metaph. text. 4. vbi hoc expreſsè dicit, & ponit exemplum de igne, vnde vlterius ſequitur, quòd calidum in igne ſit metrum aliorum calidorum, quæ numquam pertingunt ad calidum in ſummo, quod eſt in igne, vnde vt ſupponimus, nec ferrum candens, nec aër ſunt calida in ſummo. Aliqui tamen recentiores exiſtimant hoc principium Ariſtot. verificari tantùm in cauſa vniuoca iuxta hoc ſecundum dictum; ſed ex dictis patet etiam verificari in aliis generibus cauſarum: ad quod genus autem cauſæ probandum adduxerit hoc principium Ariſtot. infrà videbimus in ſecundo dubio. Sed difficultas maior eſt, quando effectus vniuocus non eſt per participationem talis, & circa hoc.

46. 3 Dictum. Philop. *Vt hoc principium ſit verum, quid requiratur in cauſa vniuoca.* Tertiò dico hoc principium valere in omni cauſa vniuoca ſuppoſitis duabus limitationibus, quæ colliguntur ex Philopono. Prima limitatio eſt, vt ratio cauſata in effectu, præcisè ſit ex cauſa. quam ob rem non valet, cera liquefit ab igne; ergo ignis magis liquefit, quia hæc liquefactio non eſt præcisè ab igne, ſed conſequitur ceram calefactam ab igne, ratione ſuæ materiæ diſpoſitæ. Secunda limitatio, vt intelligatur principium de maioritate in cauſa, & minoritate in effectu eo modo, quo cauſa eſt capax maioritatis, vt diſcurrendo per ſingula patebit ex mox dicendis.

47. 4 Dictum. Dico igitur quartò, hoc principium verificari aliquo modo de viuentibus. Nam viuentia, vel producuntur ſecundum Scotum à cauſa ſuperiori æquiuoca, & tunc certum eſt principium hoc ſimpliciter verificari. ſi verò, quod eſt probabilius, producuntur ab vniuoca, etiam aliquo modo verificatur. nam viuens ſemper initio producitur imperfectius ſua cauſa, ſaltem ratione organorum, & poſtea effectus per virtutem ſuam intrinſecam peruenit paulatim ad perfectum. De formis verò ſubſtantialibus inanimatis, verbi gratia, cùm ignis producit ignem, difficilius eſt inuenire modum, ſecundum quem verificetur hoc principium. Dicendum tamen eſt, verificari eo modo, quo ignis productus eſt capax minoritatis, non poteſt autem alia minoritas reperiri in igne producto, quàm minoritas extenſionis, quæ paulatim, & ſucceſſiuè excreſcit; & ſic ſemper producitur à maiori igne: alia namque maioritas, & minoritas ſecundum intenſionem, quam ponit Auerroës communiter exploditur, & etiamſi daretur ſemper, tamen cauſa eſſet magis intenſa, ſicut dicemus de calore, & lumine in quinto, & ſexto dicto. Præterea maioritas, & minoritas ſecundum ecceitatem non videtur admittenda in formis inanimatis, quia nulla ratione poteſt oſtendi experientia, ſicut oſtenditur in forma rationali ex perfectiori Iudicio in vno, quàm in alio, præſertim ſuppoſita perfectiori apprehenſione ex parte organorum in eo, qui non ita bene iudicat. Sed ſi talis perfectio ſecundum ecceitatem etiam admittenda videatur in formis inanimatis, dicendum eſſet, numquam ignem producentem producere perfectiorem, ſed vel æqualem, vel ratione materiæ minùs diſpoſitæ producere aliquando imperfectiorem: niſi quis recurrere velit ad influentias cœli; quia tunc ignis non eſſet cauſa totalis proxima in ſuo genere. nam in tali caſu cœlum concurreret, vt cauſa particularis.

Quintò dico hoc principium verificari poſſe ſuo modo etiam in cauſis, quæ producunt in tempore. 48. 5 Dictum. nam non communicat ſimul totam ſuam virtutem, atque adeo ſemper producunt imperfectius eo, quod habent in ſe, verbi gratia, calidum, vt quatuor producit primum gradum, vt vnum, & poſtea ſucceſſiuè, vt duo, & vt quatuor, & cùm producit, vt quatuor, gradus ille quartus, qui producitur, eſt imperfectior toto calido agente, & concurrente ſimul ad illum gradum.

An autem dari poſſit ſphærula, in qua tota ſimul producatur calidum determinatum: Reſpondeo, vt 49. dixi, in 1. de Gen. non poſſe dari, quia contrarium tollitur tunc in tempore propter reſiſtentiam, & vniformiter difformiter introducitur aliud oppoſitum propter imperfectionem agentis. neque hinc ſequitur formam ignis primò produci in minori, & minori parte, quia dici poſſet expectari illam partem ſaltem determinatam, in qua poteſt conſeruari.

Sextò dico, principium hoc verificari etiam in 6. Dictum. illis cauſis, quæ producuntur in inſtanti, quando cauſa diffundit ſuam virtutem ordine quodam, vt colligitur ex Auerroë & Apollinari, & hoc modo Auerr. Apol. lux ſolis diffundit lumen in aëre. An autem pars, quæ eſt immediata agenti recipiat adæquatè totum effectum agentis, exiſtimo quòd non, quia ſemper datur minor, & minor pars in infinitum, cui minus, & minus qualitatis communicatur ordine quodam; quamuis enim non ſit reſiſtentia, ſicut patet in aëre tenebroſo, hoc tamen prouenit ex imperfectione agentis, quòd agit cum ordine quodam, & quamuis progreſſu temporis magis, & magis intendi poſſet vſque dum perueniatur ad perfectionem agentis, non tamen hinc ſequitur, vt in quarto dicto habetur, quòd cauſa non ſit ſemper in communicando perfectior ipſo effectu in fieri.

Digitized by Google

SEXTA DIFFICVLTAS.

Vtrum verificetur principium in cauſa formali, & materiali.

50. Ratio dubitandi circa cauſam formalem. Circa cauſam formalem videtur dubitandum, quia, vel fit comparatio cauſæ formalis ad effectum ſecundum totam perfectionem, quam habet, & tunc perfectior videtur effectus, quia in ſe intrinſecè continet perfectionem materiæ, vel fit comparatio ad effectum ſecundum illam perfectionem præciſè, quam habet ab ipſa forma, & tunc non videtur cauſa formalis excedere ſuum effectum, quia communicat ſe ipſam ſecundum ſe totam intrinſecè.

Reſponſio. Sed his non obſtantibus, dicendum eſt comparationem fieri non debere primo modo, quia ſecundum perfectionem materiæ, quam includit effectus, non cauſatur à forma, ſed faciendam eſſe comparationem ſecundo modo. & ſic quamuis ſecundum rem contentam eadem ſit perfectio in cauſato, & cauſa, vt probat argumentum, tamen in modo continendi differunt, & perfectior modus continendi eſt in cauſa formali, quàm in effectu, nam cauſa formalis eſt talis primò, & per ſe ipſa eſſentialiter, effectus verò ſecundariò, & per aliud, vt, verbi gratia, album eſt album, quia habet albedinem in ſe, albedo verò dici poteſt alba, non, quia habet albedinem, ſed quia primariò ex ſe ipſa eſt ratio, vt aliud ſit album. Sic etiam quantitas ſe ipſa eſt extenſa, & eſt ratio extenſionis in aliis entibus materialibus. & hoc modo ſaluari poſſunt illæ propoſitiones in quibus dicitur, *paries eſt albus propter albedinem, ergo albedo eſt magis alba.* & hæc alia, quidquid videatur dicere Caiet. *Socrates intelligit, quia anima intelligit, ergo anima magis intelligit.* illud enim *magis* non appellat maiorem perfectionem in intelligendo, ſed rationem formalem intelligendi, quæ eſt anima per quam denominatur totum compoſitum intelligens.

51. Ratio dubitandi circa cauſam materialem. Maior dubitatio eſt de cauſa materiali. nam etiam ſi fiat comparatio ſecundum illam perfectionem præciſè, quam communicat effectui, adhuc videtur non eſſe perfectior effectu. nam vel fit comparatio cauſæ materialis cum forma, quæ dependet in ſuſtentari à materia; vel fit comparatio cum compoſito, quatenus materia concurrit ad faciendum vnum. Si primo modo, non omnis forma dependet in ſuſtentari à materia, vt patet de anima rationali, & forma materialis, quæ hoc modo dependet eſt perfectior ipſa materia, cùm det ipſi materiæ eſſe ſpecificum, & ſit principium operandi. Si verò comparatio fiat ſecundo modo, tunc compoſitum ſecundum illam cauſalitatem, quam præciſè recipit à materia, non poteſt eſſe ignobilius materia, quia materia cauſat dando ſe ipſam.

Reſponſio. His tamen non obſtantibus dicendum eſt materiam aliquo modo eſſe perfectiorem ſuo effectu ſecundum ſuam cauſalitatem, & probatur: Nam ſi fiat comparatio primo modo, materia, & forma ſunt ſibi inuicem cauſæ, & propterea, quamuis forma ſit perfectior materia ſecundum ſuam cauſalitatem: quatenus dat eſſe ſpecificum, & facit illam non eſſe otioſam, tamen materia eſt perfectior forma ſecundum ſuam cauſalitatem, quia eſt ſuſtentatiua formę, vnde habet eſſe per ſe ſubſiſtens abſque forma, non autem forma abſque materia; & licet concedatur materiam ſeparatam à forma corrumpi, A hoc non eſt ex eo, quia dependet ſecundum eſſe à forma, ſed ne remaneat otioſa.

SECVNDA DVBITATIO.

De mente Ariſtotelis, in quo ſcilicet ſenſu acceperit Ariſtoteles primo Poſter. hoc principium. Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

Eſt prima opinio aſſerentium hoc principium verificari in Ariſtot. antequàm effectus producatur, quòd ſcilicet præmiſſæ debeant eſſe notiores concluſione, B antequàm inferatur concluſio, quia de concluſione docuerat Ariſtoteles non eſſe præcognoſcendum quòd ſit, ſed quid nominis tantùm; de præmiſſis verò præcognoſcendum eſſe, quid nominis, & quòd ſint; ita vt illud magis ſtet potiùs negatiuè, id eſt, quòd concluſio debet eſſe ignota, præmiſſæ verò notæ, antequàm inferatur concluſio. Pro hac opinione afferemus argumenta, & ſoluemus in prima noſtra aſſertione. 1. Prima opinio.

Secunda opinio aſſerentium Ariſtotelem hoc principium applicare effectui iam producto, ſcilicet concluſioni illatæ ex principiis. Eſt D. Thomæ, Philoponi, Themiſti, & Auerrois, & communis. Sed hi diuiſi ſunt; nam quidam exiſtimant, hoc principium Ariſtotelem applicare tantùm cauſæ æquiuocæ, C ſcilicet principiis immediatis, quæ quoniam nota ſunt ex terminis, ſunt notiora concluſionibus, quæ cognoſcuntur per medium. Alij verò exiſtimant applicare cauſæ vniuocæ, principiis ſcilicet mediatis propinquioribus, quę non ſint nota ex terminis, ſed ex aliis inferuntur; & hæc ſunt concluſiones reſpectu primorum principiorum, ſunt tamen principia aliorum remotiorum. Secũda opinio. D. Thom. Phil. Them. Auer.

Mihi videtur dicendum primò, Ariſtotelem velle principium ſiue immediatum, ſiue mediatum, eſſe verius, & euidentius concluſione, iam illata. quod probatur, quia concluſio, antequàm inferatur, non eſt nota; non ergo reſpectu illius poſſunt dici principia magis nota. Dices concluſionem poſſe eſſe notam aliqua alia via, puta per ſenſum. Con- D trà, tum quia hoc non ſemper accidit, tum quia concluſio ſecundum illam aliam viam poteſt eſſe notior, & tertiò ignoratur, quòd ſit per cauſam. 2. Verior opinio. Primũ dictũ.

Sed contra hanc aſſertionem dupliciter inſtatur: primò, ſi principium hoc intelligitur de concluſione iam illata, non videtur, quòd hoc poſſit applicari præmiſſis, quòd ſint magis certæ, & euidentes, quia ſuprà in prima dubitatione probatum eſt, principium hoc non poſſe verificari, niſi de cauſa totali; nam de partiali illud non eſt verum. nam actus poteſt eſſe intenſior ſuo habitu, quia ad elicitionem ipſius concurrit etiam potentia, ſed ad aſſenſum concluſionis concurrit etiam intellectus: ergo præmiſſæ E non ſunt cauſæ totales; ergo de illis non poteſt verificari, quòd ſint magis notæ. 3. Inſtatur primò contra hoc 1 dictũ.

Solutio. Reſpondetur, quòd aliqui primò reſpondent, illud principium poſſe extendi ad cauſam non totalem, quando illa cauſa non totalis determinat cauſam partialem, ita, vt non poſſit ſe extendere, niſi quantùm determinatur ab illa alia cauſa, verbi gratia, ad viſionem beatificam concurrit intellectus, & concurrit lumen gloriæ, tamen intellectus non concurrit, niſi quatenus determinatur à lumine. eodem modo in concluſione, intellectus non concurrit ad aſſenſum, niſi quatenus determinatus à præmiſſis.

Digitized by Google

miſſis. Secundò reſpondetur,& meliùs, quòd præmiſſæ quatenus ratio formalis,ſunt cauſa totalis.

4. 2.Inſtatur. Secundò inſtatur,euidentia,& certitudo non poteſt accipere magis,& minus,ſicut nec veritas;ergo non poteſt dici, quòd principia ſunt certiora, & euidentiora ipſa concluſione : ſed potiùs dicendum eſt, quòd Ariſtoteles velit concluſionem,antequàm inferatur,eſſe ignotam,& præmiſſas eſſe notas.

Reſpondetur, negando euidentiam & certitudinem non ſuſcipere magis & minus,quia non dicunt ſolam negationem obſcuritatis, & formidinis, ſed dicunt poſitiuum,quod non conſiſtit in indiuiſibili, ſicut conſiſtit veritas formalis, & ratio diſparitatis eſt,quia veritas formalis conſiſtit in adæquata conformitate cognitionis cum re, euidentia verò dicit fundamentaliter connexionem terminorum à parte rei,quæ poteſt cognoſci maior,& minor,ac proinde poteſt eſſe magis,& minùs euidens pro vt talis connexio cognoſcitur eſſe per plures, & firmiores cauſas,certitudo autem dicit firmiorem adhæſionem ad rem cognitam, quæ conſequitur ad maiorem euidentiam. cùm igitur termini principiorum immediatorum ſint ſe ipſis connexi, & ex ipſis terminis cognoſcantur, & non per medium, fit vt ipſorum cognitio ſit euidentior, & certior quàm concluſio, quæ ex alio infertur.

5. 2.Dictum. Secundum dictum.Principium Ariſtotelis applicari poteſt, tum principiis immediatis,tum mediatis : ſed præcipuè immediatis.Probatur primò,quia euidentia, certitudo, & neceſſitas primò, & per ſe conuenit principiis immediatis; nam cognoſcuntur ex propriis terminis ſine aliquo medio, & ex ipſis certitudo,& euidētia deriuatur ad concluſiones: eſt igitur certitudo,& euidentia in concluſionibus per participationē;vnde etiā ſequitur,quòd in principiis mediatis, quæ ſunt propinquiora principiis immediatis, ſit maior certitudo, & euidentia, quàm in concluſionibus,quia quatenus ſunt proximiora primis principiis magis participant euidentiam,& certitudinem.Hæc ratio fundatur in Ariſtot.4.metaph. 6. Inſtatur primò contra hoc 2.dictū tex.4.Obiicies primò contra principia mediata,calidum per ſe primò dicitur de igne, & de aliis calidis per participationem, & tamen non ſequitur, quòd vnum calidum per participationem, & ſit B. ſit malis calidum,quàm C.quod producitur à B: ergo nec ſequitur principia mediata eſſe notiora Solutio. concluſione. Reſpondetur, quòd eſt diſpar ratio. nam calidum C.non dependet per ſe, à calido B: at verò concluſiones dependent per ſe, & neceſſariò à principiis mediatis proximioribus principiis immediatis.

7. Inſtatur 2. Obiicies ſecundò, contra principia immediata, quia Ariſtoteles in 4.metaph.text.4. citato, requirit ad hoc,vt ratio allata teneat, quòd cauſa ſit vniuoca, *ſicut* (inquit) *eſt calidum in igne reſpectu aliorum calidorum*:ſed principia immediata ſunt cauſæ æquiuocæ principiorum mediatorum, quia ſunt diuerſæ ſpeciei,&c.

Solutio. Reſpondetur, certitudinem, & euidentiam,tam in principiis immediatis, quàm mediatis conuenire in ratione vniuoca generica,ſolùm autem Ariſtoteles excludit, quando vnum non eſt intra latitudinem alterius,ſicut eſt calor, & lux : nam calor non eſt intra latitudinem lucis.

8. Sed quia hæc prima ratio allata pro hoc ſecundo dicto,quamuis probet eſſe in ipſis maiorem certitudinem, & euidentiam ſecundum maiorem participationem in ratione quadam quaſi eſſentiali,ſeu ſecundum perfectionem independentiæ, quia concluſiones magis remotæ à principiis immediatis, ex A natura ſua dependent à principiis propinquioribus, & non è contra,tamen non videtur ita clarè probare maiorem intenſionem : ideo ad hoc probandum ſit hæc ſecunda ratio : Principia ſiue immediata,ſiue mediata diffundunt lumen ſuum in concluſionem,tamquam in quid diſtans ab ipſis, ordine quodam, ex defectu noſtri intellectus, qui non poteſt omnia æquè bene aduertere. Sed dictum eſt in ſuperiori dubitatione, quando qualitas diffundit ſe ipſam in ſubiectum diſtans agere vniformiter difformiter, vt patet de lumine,ergo minor euidentia eſt in concluſionibus remotioribus.

Quòd ſi obiicias hinc ſequi, deueniri poſſe ad aliquam concluſionem, quæ cognoſci non poſſit,& conſequenter de illa non poſſit eſſe ſcientia. Sequela B patet exemplo ipſius luminis,quod quia diffundit ſeipſum ordine quodam, deuenit tandem ad terminum,ſiue intrinſecum,ſiue extrinſecum. 9.

Reſpondent aliqui, exceſſum illum cognitionis vnius concluſionis ſupra aliam,non minui per partes æquales,ſed per partes proportionales, quæ diminutio vix percipitur,ſicut (inquiunt)ſi ſumantur duæ lineæ rectæ diſtantes interuallo Achari in ſuperficie conuexa ſupremæ ſphæræ, & protrahantur vſque ad centrum terræ, illæ lineæ, quò magis accedunt ad centrum eò minus diſtant, & tamen illa minor diſtantia non percipietur in tot millibus leucarum.

Sed contrà, quia ex hac reſponſione ſequeretur poſſe deueniri ad tam minimam euidentiam,vt non C poſſit percipi,quod non experimur. 10.

Secundò reſpondent alij non requiri, immò nec poſſe dari naturaliter actualem cognitionem omnium principiorum ad inferendum concluſionem demonſtratiuam valdè diſtantem ex finitate intellectus noſtri non potentis aduertere ad multa. Quòd ſi obiicias hinc ſequi, mathematicum non habere ſcientiam de vltima concluſione, vel de valdè diſtanti, reſpondent ſufficere recordationem euidentem in mathematico, qui habuit aliquando euidentiam principiorum vſque ad prima, & quidem ſecundum hanc reſponſionem non deuenitur ad concluſionem, quæ tam minimam habeat euidentiam, vt vix percipi poſſit, ſiue lumen præmiſſarum decreſcat per partes æquales, ſiue per partes propor- D tionales. ratio eſt, quia principiorum remotorum ſufficit habere recordationem, ita vt recordemur aliquando de illis habuiſſe euidentiam. Et hæc ſecunda reſponſio mihi videtur probabilior.

Sed occurrit circa illud dubium, an de Concluſione habeatur maior euidentia, quàm ſit euidentia recordationis. Aliqui affirmant, quia concluſio,inquiunt,non ſumit euidentiam à recordatione, tamquam à ratione formali,ſed ab euidentia principiorum, tamquam à ratione formali, recordationem verò requirit, tamquam conditionem applicantem rationem formalem.Quod probari poteſt aliquibus exemplis ; primò, in aſſenſu ſpeculatiuo fidei diuinæ,cuius certitudo nititur veritati primæ tamquam rationi formali, ſigna verò requiruntur tamquam E conditio applicans rationalem formalem. Secundò in definitione, quæ requirit ſyllogiſmum explicantem terminos quidditatis,ſed intellectus per lumen primæ operationis magis euidenter intuetur ipſam quidditatem, & terminorum connexionem per ſe.

Sed exiſtimo non poſſe haberi in hoc caſu maiorem euidentiam concluſionis, quia recordatio in hoc caſu non tantùm ſe habet extrinſecè, vt conditio applicans,ſed etiam intrinſecè, vt ratio formalis, vel ſaltem, vt integrans vnam rationem forma- 11.

Digitized by Google

lem cum principiis. Quod patet ex ratione diſparitatis in exemplis allatis, in quibus datur aliud lumen excellentius, quod eſt extra lumen rei, & concurrit ad aſſenſum: verbi gratia. In primo exemplo in aſſenſu, ſcilicet, fidei præter lumen ſignorum, quod applicat rem vt credibilem auctoritate diuina, datur lumen ſupernaturale, quod mouet intellectum ad aſſentiendum ſpeculatiuè rebus fidei propter veritatem primam, tamquam per rationem formalem. In ſecundo autem de definitione præter lumen diſcurſus præcedentis applicantis terminos quidditatis, datur lumen intellectus in prima operatione, quod ex ipſis terminis per diſcurſum applicatis intuetur vnum eſſe intra latitudinem alterius, & facere vnum quid, & per ſe. At verò in caſu quæſtionis non datur aliud lumen extra ipſum lumen principiorum: quatenus talia principia ſunt applicata per euidentem recordationem, vnde non videtur ipſum lumen principiorum poſſe ſe diffundere vltra euidentiam recordationis.

11. Quòd ſi dicas, ſi principia probabilia applicarentur per euidentem recordationem, concluſio eſſet tantùm probabilis, quia illi communicaretur probabilitas principiorum: ergo, ſi principia ſunt demonſtratiua, & applicantur per euidentem recordationem; concluſio ſumet euidentiam à ſuis principiis.

Reſpondetur, hoc argumentum tantùm probare ipſa principia concurrere tanquam rationem formalem, non autem probare ipſam recordationem non integrare rationem formalem cum principiis, ſicut integrat ratio conſequentiæ cum præmiſſis, & ideò vel ex defectu principiorum, quando principia ſunt probabilia; vel ex defectu recordationis, quando recordatio non eſt euidens, fit vt concluſio non ſit euidens. patet igitur ex dictis, Ariſtotelem applicare hoc principium, vni tantùm generi cauſarum efficienti, vel potiùs formali: cuiuſmodi eſt principium immediatum, vel mediatum
reſpectu concluſionis. Quòd ſi dicas, Ariſtotelem 12.
exemplificare de fine; reſpondetur exemplum de fine adducere ad probandum concluſionem non eſſe ita euidentem, ſicut ſuum principium, ſicut finis magis amatur, quàm medium. Quod ſi dicas exemplum hoc adductum non probare intentum, quia principia non ſunt finis concluſionis; immò ipſa concluſio potiùs videtur eſſe finis præmiſſarum. Reſpondetur, Ariſtotelem exemplificare illud principium in cauſa finali, quia in illa clariùs verificatur principium, & cum qua præmiſſæ habent aliquam proportionem, quatenus ſunt ratio formalis, quæ in ſpeculatiuis ſe habet, ſicut finis in moralibus. Nam ſicut finis habet bonitatem in ſe, & amatur propter ſe, media verò habent bonitatem à fine, & amantur propter finem: ita præmiſſæ præſertim immediatæ habent euidentiam in ſe, concluſio verò, vt concluſio, nullam aliam habet euidentiam, quàm ex præmiſſis, & cognoſcitur ex præmiſſis. Dixi, vt concluſio, quia poteſt eſſe nota per ſenſum, & hinc etiam patet concluſionem non eſſe finem præmiſſarum, ſed potiùs terminum ipſarum, ad quem principia intrinſecè, & eſſentialiter non ordinantur, ſed potiùs è conuerſo.

COROL

COROLLARIA THEOLOGICA EX HOC SEXTO PRINCIPIO PHILOSOPHICO.

I. Verbum nec in carne paſſibili, nec ſecundum ſubſtantiam fuiſſet incarnatum ex vi primi Decreti, ſi homo non peccaſſet.

II. In Deo eſt libertas ad alia obiecta extra ſe.

III. In hoc Corollario præter alia examinatur; An in Deo, ſit actus vitalis liber terminatus ad creaturas.

Singula autem Corollaria ſingulis quæſtionibus Theologicis examinabimus.

QVÆSTIO PRIMA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia primi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, Verbum, nec in carne paſsibili, nec ſecundum ſubſtantiam fuiſſet incarnatum ex vi primi Decreti, ſi homo non peccaſſet.

Materiam huius Corollarij tractant Scholaſtici in 3. Scotus diſt. 29. quæſt. 1. §. Sed in iſta quæſt. & 7. quæſt. 3. §. ſed hic ſunt. Albertus diſt. 20. art. 11. Capreolus diſt. 1. quæſt. 1. Marſilius quæſt. 1. art. 3. Maior diſt. 1. quæſt. 1. art. 3. Cartuſianus diſt. 1. quæſt. 2. Richardus quæſt. 4. Gabriel diſt. 3. quæſt. 2. Bonauentura in 3. diſt. 1. art. 2. D. Thom. 3. part. quæſt. 1. art. 3. & hic Caietanus, & 3. contra gent. cap. 55. & hic Ferrarienſis Arboreus lib. 3. Theophilus cap. 4. Catharinus lib. de præd. Chriſti. Alb. phyſ. lib. 8. de liber. arbitr. cap. 1. art. 2. & 3. lib. 3. cap. 1. Valentia in Pſal. 81. & 101. Suarius ſuper tertiam partem S. Thomæ diſp. 5. præſertim ſect. 5. Rupertus lib. de glor. Trinit. cap. 19. & alij.

Refertur prima opinio, & Argumenta contra ſententiam Corollarij.

Auctores qui credũt Chriſtum incarnandũ etiam ſi homo non peccaſſet.

1. CONTRA hanc ſententiã Corollarij, quòd ſcilicet Chriſtus non fuiſſet incarnatus, ſi homo non peccaſſet, tenet primò Scotus loco citato, quẽ ſequuntur Catharinus, Carthuſianus, Rupertus, Valentia in Pſal. citatum, qui aſſerũt Deũ ex vi primi Decreti, per quod incarnatus fuit, incarnandum fuiſſe ſecundum ſubſtantiam, etiam ſi primus homo non peccaſſet, non tamen fuiſſe incar- A nandum ſecundum modum, & circumſtantiam incarnationis in carne paſſibili, niſi fuiſſet peccatum. Sed iſti Doctores citati differunt in modo explicandi prioritatem ſignorum in mente diuina, quia Scotus vult Deum in primo ſigno prædeſtinaſſe omnes homines, & animam Chriſti ad excellentem gloriæ gradum, quem re ipſa habet, in ſecundo ſigno vult Deum ordinaſſe animam Chriſti ad vnionem hypoſtaticam: at Catharinus, & Carthuſianus dicunt in primo ſigno voluiſſe Deum propter gloriam ſuam ſe communicare ad extrà, & in ſecundo ſigno voluiſſe Incarnationem Verbi propter eamdem ſuam gloriam, ſed de his ſignis infrà.

Digitized by Google

2. *Primum argumentum pro opinione prima Scoti.*

Primò probat Scotus ſuam opinionem ex hoc noſtro ſexto principio Philoſophico: Qui ordinatè (inquit) vult finem, vult primò medium, quod magis accedit ad finem, quia ordine intentionis medium propinquius fini, priùs intenditur, quàm remotum, vt dictum eſt in quæſtione philoſophica, ſicut priùs ab infirmo intenditur ſumptio medicamenti, quàm præparatio eiuſdem: ſed propinquius medium gloriæ Dei, propter quam Deus omnia operatur, eſt exaltatio Chriſti; ergo myſterium Incarnationis ſecundum ſubſtantiam fuit volitum in priori quodam ſigno propter ipſam Chriſti exaltationem, quàm propter redemptionem hominum.

3. 2. Argum.

Secundò probatur idem ex Scripturis, & Patribus, in quibus habetur, quòd cauſa finalis, & primaria in mente Diuina non eſt redemptio hominum, ſed exaltatio naturæ Chriſti. Fuiſſet igitur Verbum incarnatum, etiamſi homo non peccaſſet. Conſequentia eſt manifeſta. Antecedens patet ex multis locis Scripturæ, & Patrum. Primus locus eſt Prouerb. 8. vbi de ſapientia incarnata dicitur, *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum; antequàm quidquam faceret.* & alia litera apud 70. habet, *Dominus creauit initium viarum ſuarum ad opera ſua*, in quibus verbis eſt ſermo non de ſapientia increata ſecundum ſe, ſed de incarnata ratione humanitatis ſecundum communem expoſitionem Patrum, vt refert Epiphanius, de hæreſibus: ita tenet Ambroſ. lib. 1. de fide, cap. 7. & probat ex illis verbis *Dominus poſſedit.* Verbum enim non poteſt Deum Patrem appellare Dominum, niſi ratione humanitatis: ita Hilarius 12. de Trinit. Athanaſius ſerm. 3. contra Arianos, Cyrillus Alexandrinus lib. 5. theſ. cap. 8. Nazianzenus, oratione 36. quæ eſt quarta Theologica ita concilium Hiſpalenſe ſecundum, qui quidem Patres opponentes ſe Ario, qui contendebat ex verbis citatis Dei Verbum eſſe creaturam, Reſpondebant, verba illa intelligenda eſſe non de ſapientia increata, ſed de incarnata. Hoc autem ſuppoſito, ex hoc teſtimonio citato bene infertur intentum: nam ſi Sapientia incarnata fuit initium viarum Dei, cùm hæc non fuerit in tempore; fuit enim Incarnatio poſt creationem mundi, neceſſariò ſequitur, quòd fuerit ordine prioritatis in mente diuina.

Prouerb. 8. — Epiphan. Ambr. — Hilarius. Athan. Cyrill. Alex. Nazianz. Cõc. Hiſpal. *Ariani hoc loco contra Catholicos abutebãtur.*

Ad Rom. 8. Secundus locus eſt ad Rom. 8. *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imagini filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.*

Tertius ad Coloſſ. primò: *qui eſt imago Dei inuiſibilis primogenitus creaturæ, quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa tum in Cœlis, tum in terris.* & infrà *vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens.* & hæc quidem verba de Chriſto ratione humanitatis intelligunt Hieronymus & Anſelmus in eum locum, & Chryſoſtomus hom. 11. in epiſt. ad Rom. & idem colligitur ex Concilio Pariſienſi epiſt. 1. & ex Concilio Sardicenſi in epiſt. ad omnes fideles, & ex Conſilio Epheſino tom. 1. cap. 4. & tom. 4. cap. 20. in quibus habetur, quòd Chriſtus dicitur primogenitus, vt homo, & vnigenitus, vt Deus, quod etiam clarè explicatur ex verbis ſequentibus Pauli cùm dicit, *Is eſt caput corporis Eccleſiæ qui eſt primogenitus ex mortuis*, non poteſt autem intelligi, quòd ſit Chriſtus ratione humanitatis primogenitus, quatenus eſt prædeſtinatus ante actualem rerum creationem, quia hoc eſt commune omnibus prædeſtinatis, & Paulus vult aliquid ſpeciale oſtendere de Chriſto in illo loco: intendit igitur Paulus myſterium Incarnationis fuiſſe prædefinitum priùs in mente Dei, quam alia opera, ſiue ſint; vt inquit Paulus, viſibilia, ſiue inuiſibilia.

Hieron. Anſelm. Chryſoſt. Cõcil. Pariſ. Sar. Ep. — *Chriſtus dicitur primogenitus vt homo, vnigenitus vt Deus.*

Tertiò probatur: Gratia fuit data Adamo independenter à peccato; nam etiam ſi primus homo non peccaſſet, fuiſſet in ipſo, & in ipſius poſteris gratia: at verò hæc gratia fuit dependens à Chriſto: ergo, myſterium Incarnationis fuit prædefinitum ante remiſſionem peccati, & redemptionem generis humani. Maior eſt manifeſta; minor probatur ex Paulo ad Epheſ. 1. *Benedixit nos* (inquit) *omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto*; ergo in illa vniuerſali communi benedictione ſpirituali, includitur gratia data Adamo ante peccatum, & confirmatur ex illo loco primæ ad Corinth. 2. vbi inquit, ſapientiam Dei prædeſtinaſſe Chriſtum in gloriam noſtram: ſed Verbum incarnatum non ſolùm eſt gloria noſtra poſt peccatum, ſed etiam fuiſſet gloria noſtra in ſtatu innocentiæ, quia fuiſſet exaltata natura humana in Chriſto.

3. Argum. *Gratia fuit data Adamo indepẽdenter à peccato.* — *Chriſtus eſt gloria noſtra.*

Quartò probatur: Adamus habuit cognitionem ſupernaturalem incarnationis Chriſti, vt tenent Auguſtinus 9. de Geneſi ad literam, cap. 19. & Hieronymus ſupra epiſt. ad Epheſ. 5. ex illis verbis, *Sacramentum hoc magnum eſt*, & S. Thomas art. 3. ad 5. ſed valdè rationabile eſt, quod cùm Deus infudit Adamo ſcientiam Incarnationis, infuderit etiam cognitionem cauſæ, propter quam Verbum erat incarnandum, hoc enim erat appetibile ab Adamo, at Adamus non habuit cognitionem ſui caſus, antequàm peccaret, non ergo dicendum eſt, quòd propter peccatum fuerit Incarnatio.

4. Argum. — Auguſt. Hier. — S. Thom. — *Adamus habuit cognitionem incarnationis ante peccatum.*

Quintò Sacramentum Matrimonij futurũ fuiſſet, etiamſi Adam non peccaſſet, vt docet Auguſtinus lib. 1. de nupt. cap. 21. ſed hoc Sacramentum eſt in Chriſto, & Eccleſia, ad Epheſ. 5. ergo fuiſſet Verbum incarnatum in ſtatu innocentiæ.

5. Argum.

Refertur ſecunda opinio cum ſuis argumentis contra ſententiam Corollarij.

4. Secũda opinio Alenſis, Alberti, Suarij & aliorũ.

SECVNDA opinio, quæ eſt media inter opinionem Scoti & ſententiam noſtri Corollarij, aſſerit Incarnationem fuiſſe prædefinitam ex vi primi decreti propter duas cauſas finales æquè primarias, & proximas, ob redemptionem ſcilicet hominum, & ob excellentiam myſterij Incarnationis, ſeu exaltationem naturæ Chriſti, & conſequenter dicunt Verbum non exiſtente peccato primi hominis fuiſſe incarnandum ob cauſam aliam primariam, ſcilicet propter excellentiam huius myſterij, & exaltationem naturæ Chriſti. hæc opinio videtur Arborei in 3. diſtinct. 2. art. 9. & Alenſis 3. part. quæſt. 2. art. 13. & hanc opinionem expreſsè ſequitur & optimè explicat, & probat Suarius ſuper 3. partem S. Thomæ. diſp. 5. hæc opinio quantum ad primam partem, quòd, ſcilicet Verbum ſit incarnatum ob exaltationem naturæ Chriſti, tamquam cauſam finalem, & æquè primariam, probatur argumentis factis pro prima opinione Scoti, quòd ad ſecundam verò partem, quòd ſcilicet Verbum fuerit incarnatum etiam æquè ob remedium peccati probat Suarius ex multis locis Scripturæ, quæ mox infrà afferemus pro noſtra ſententia.

Probatur ſententia Corollarij.

4. His tamen non obſtantibus verior, & communior opinio, quæ eſt ſententia noſtri Corollarij, eſt Verbum non fuiſſe incarnatum ex vi primi decreti, ſi non fuiſſet peccatum primi hominis eſt S. Thomæ 3. part. quæſt. 1. art. 3. & 4. contra gentes, cap. 55. S. Thom.

Caietan. & Capreol. Marſil. Maior. Bonau. Rup.

cap. 55. Caietani & Ferrarienſis iiſdem in locis Capreoli, Marſilij, Maioris, Bonauenturæ, Ruperti locis citatis.

Probatur ſententia Corollar. ex princ. Philoſoph.

Quamuis autem citati auctores diſſentiant in modo explicandi hanc opinionem, vt infrà videbimus, conueniunt tamen omnes in modo probandi illam ex principio philoſophico hac ratione fundamentali. remedium peccati eſt cauſa finalis incarnationis Verbi, quidquid ſit cauſa finalis exaltationis naturæ Chriſti, de quo dicemus circa finem quæſtionis: ergo ſi primus homo non peccaſſet, non fuiſſet Verbum incarnatum. Conſequentia patet ex quæſtione philoſophica, in qua probauimus, medium, vt medium, non poſſe habere aliam appetibilitatem, quàm appetibilitatem finis. Si ergo homo non indiguiſſet remedio, quod erat finis, nec conſequenter fuiſſet appetitum à Deo medium, quod eſt incarnatio; nec conſequenter poſitum in exequutione. Antecedens, in quo eſt tota difficultas non poteſt nobis innoteſcere niſi ex Scripturis, & traditione, & Patribus; pendet enim hoc myſterium à ſola Dei voluntate. Probatur igitur primò ex Scripturis: primus locus eſt ad Heb. 2. *Quia ergo pueri communicarunt carni, & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem, vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, & numquam* (inquit) *Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit, vnde debuit per omnia fratribus aſſimulari*, qui quidem locus loquitur de ſubſtantia incarnationis, tum quia per carnem, & ſanguinem intelligitur corpus, & anima ſcilicet homo. Matt. 16. *caro, & ſanguis non reuelauit tibi.* & ad Galat. 1. *non acquieuit carni, & ſanguini*, id eſt, hominibus, tum quia motiuum incarnationis Paulus dicit eſſe, quod homines conſtarent ex carne, & ſanguine, ſcilicet, ex anima, & corpore, & ideo, inquit, non apprehendiſſe naturam angelicam, non ergo Verbum fuiſſet incarnatum, ſi Adam non peccaſſet. Secundus locus 1. Ioan. 4. *In hoc apparuit charitas Dei in nobis: quoniam Filium ſuum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum.* Tertius ad Galat. 4. *Miſit Deus filium ſuum, vt eos qui ſub lege erant redimeret.* Quartus eſt in prima ad Timoth. primo: *Chriſtus venit in mundum peccatores ſaluos facere.* Quintus eſt Matth. 13. & Luc. 12. *Venit filius hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat.* Secundò, Probatur ex Patribus. Nazianzenus, orat. 35. quę eſt tertia de Theologia, *Natus eſt, vt tu homo ſalutem conſequereris.* Cyrillus Alexandrinus, lib. 5. theſauri, cap. 8. & lib. 8. contra Iulianum poſt medium idem dicit. Baſilius, homilia de generatione Chriſti: *Diſce*, inquit, *myſterium ex hoc Deus in carnem venit, vt inſitam carni mortem interficeret.* & Proclus Epiſcopus in Concilio Epheſino, tomo 6. cap. 67. cauſam incarnationis dicit eſſe ſatisfactionem ad æqualitatem pro peccatis, prætetea Concilia non aliam cauſam aſſignant, quàm remedium peccati, vt patet ex Niceno in ſymbolo fidei.

Verbum non fuiſſet incarnandum, ſi homo nō peccaſſet, eſt verior ſententia quam tenet etiam Doctor inſignis Ioannes Maldonatus in cap. 9. Matth. & alibi.

Probatur antecedens, *remedium, ſcilicet, peccati eſſe cauſam finalem Incarnationis 1. ex Scriptur.*

Ad Heb. 2. — 1. Ioan. 4. — Ad Gal. 4. — 1. ad Tim. 1. — Matth. 13. Luc. 12.

Probatur ſecūda eadem ex Patribus. Nazianz. Cyrill. Alex. Baſil. Proc. Nicen.

6. *Incarnationis Verbi cauſa non fuit exaltatio naturæ humanæ Chriſti.*

Sed quia ad hæc, & ſimilia loca poſſet reſpondere ſecunda opinio, concedendo remedium peccati eſſe cauſam finalem, non tamen ſolam, ſed dari aliā æquè primariam, ſcilicet exaltationem naturæ humanæ Chriſti: ideo afferenda ſunt alia loca ex Scripturis, & Patribus, ex quibus pateat non ob aliam cauſam Chriſtum fuiſſe incarnatum, & quamuis Auguſtinus, ſerm. 8. de verb. Apoſt. adducat eadem loca Scripturæ à nobis ſuprà citata ad probandum, quòd non ob aliā cauſam Chriſtus venit in mūdum, quàm ob remedium peccati: tamen adhuc adducam alia teſtimonia in quibus hoc clariùs habetur. Primò multæ parabolæ hoc indicant. Matt. 21. de filio miſſo ad agricolas, quem pater non miſiſſet, ſi coloni benè egiſſent. & ex parabola Luc. 15. de centum ouibus. Paſtor enim non vagaretur ad quærendum oues, niſi illæ aberraſſent, vnde Chriſtus Luc. 12. *venit* (inquit) *filius hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat.* Præterea Chriſtus ſe comparat Ionæ, qui non miſſus fuiſſet in mare, niſi tempeſtas, per quam ſignificatur peccatum, orta fuiſſet.

August. — Matth. 21. — Lu. c. 15. — Luc. 12. — *Matth.* 12.

Patres omnes tenent incarnationis cauſſam fuiſſe peccatum. Auguſt. Athan. Nazianz.

Ex patribus autem multi ſunt, qui expreſsè hoc dicunt. Auguſtinus, ſerm. 8. de verbis Apoſtoli, & lib. 1. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 26. Athanaſius, ſerm. 3. contra Arianos ait, *Indigentia hominis anterior eſt, quàm Chriſti Natiuitas, qua ſublata Verbum carnem non induiſſet.* Nazianzenus orat. 36. quæ eſt 9. Theologiæ, dicit nullam aliam cauſam Incarnationis poſſe afferri, quàm remedium peccati, *qua humanitatis à Deo pro nobis ſuſceptæ cauſa eſt profectò, vt nobis ſalus pararetur quid enim* (inquit) *aliud cauſæ afferri poſſet*: & idem oratione in nat. ſal. recenſens omnia Chriſti munera, tum Doctoris ad teſtimonium veritatis, tum legiſlatoris, tandem concludit hæc omnia eſſe ob remedium peccati, quia peccatum includit miſerias cæcitatis, & Leo primus ſerm. 3. Pentecoſtes ait, quòd Chriſtus non ſolùm non veniſſet in ſimilitudinem carnis peccati, ſcilicet, carnis paſſibilis, ſed nec Creator (inquit) mundi fieret Creatura, nec ſempiternus temporalis. Greg. lib. 4. in primum Regum, cap. 1. *niſi Adam* (inquit) *non peccaret, Redemptor carnem non ſuſciperet, quia Chriſtus non venit vocare iuſtos, ſed peccatores.* Irenæus lib. 5. contra hæreſes, cap. 14. *Si caro* (inquit) *ſaluanda non eſſet, nequaquam Verbum Dei caro factum eſſet: & ſi non eſſet ſanguis iuſtorum exquirendus, nequaquam ſanguinem habuiſſet Deus.* Ambroſ. lib. de incarnat. ſacr. cap. 4. *quænam* (inquit) *cauſa Incarnationis, niſi, vt caro quæ peccauerat redimeretur?* Vnde benè dixit Bonauent. in 3. diſt. 1. quæſt. 2. artic. 2. hanc ſententiam pietati fidei eſſe magis conſonam.

Leo. — Greg. — Iren. — Ambroſ.

7. Affertur reſponſio Scoti ad hanc rationē fundamentalem allatam pro hac noſtra ſententia, & impugnatur.

SED ad totam hanc probationem hactenus allatam ex Scripturis, & Patribus reſpondet vnico verbo Scotus illa, & alia huiuſmodi teſtimonia intelligenda eſſe non de ſubſtantia incarnationis, ſed de modo, ſcilicet, in carne paſſibili, ita, vt cauſa finalis Incarnationis ſecundum ſubſtantiam fuerit excellentia myſterij, paſſibilitatis autem cauſa finalis, & ſola fuerit hominum redemptio, ſeu remedium peccati.

8. Prima impugnatio contra reſponſionem Scoti. *Decretum efficax ita eſt in intentione, ſicut in executione.*

Sed hanc Scoti reſponſionem conantur aliqui Thomiſtæ impugnare primò, quia in illo primo ſigno, inquiunt, vel fuit Chriſtus ex vi primi Decreti prædeſtinatus impaſſibilis, vel paſſibilis, vel vt abſtrahens à modo paſſibilitatis, & impaſſibilitatis. Non impaſſibilis, quia Decretum efficax ita eſt in intentione, ſicut in executione, alioquin Decretum Dei impediretur; ſed in executione non venit impaſſibilis: ergo nec fuit prædeſtinatus ex vi primi Decreti impaſſibilis. Non paſſibilis, quia iam prædeſtinatio, ex vi primi Decreti fuiſſet ex præſcientia peccati. nam cauſa paſſibilitatis eſt tantùm peccatum: Chriſtum autem fuiſſe prædeſtinatum ex præſcientia peccati negat Scotus; nam hinc ſequeretur contra ipſum, quòd prædeſtinatio Chriſti eſſet dependenter à remedio peccati; nec vt abſtrahens, quia tunc ſublata cauſa peccati, adhuc non veniſſet impaſſibilis ex vi illius primi Decreti, quod non erat efficax: ergo ex vi alterius efficacis, & tunc non ſumus in caſu.

Confutatur hæc 1. impugnatio facta contra Scotum.

Sed hæc impugnatio ſolui poſſet à Scoto: diceret enim, quòd Deus ex vi primi Decreti habuit in

Digitized by Google

primo ſigno voluntatem efficacem de ſubſtantia A incarnationis.& antecedentem de modo impaſſibilitatis ex ſuppoſitione,ſcilicet,ſi non eſſet indigentia in homine.In ſecundo verò ſigno ſuppoſita præſcientia peccati habuit voluntatem efficacem de modo paſſibilitatis.

9.
1. Impugnatio contra Scotum.

Secundò alij impugnant reſponſionem priorem Scoti,Si cauſa finalis,inquiunt,incarnationis ſecundum modum paſſibilitatis, eſt remedium peccati, ergo & incarnationis ſecundum ſubſtantiam. Probatur conſequentia, quia idem eſt finis naturæ, & proprietatum ipſius,ſicut anima cum omnibus ſuis proprietatibus ordinatur ad eumdem finem compoſiti,paſſibilitas autem eſt proprietas,ſeu paſſio na- B turæ humanæ.

Confutatur hæc 1. impugnatio. *Natura humana vnita Verbo debetur impaſſibilitas.*

Sed hæc impugnatio nulla eſt, tum quia naturæ humanæ vnitæ Verbo debetur impaſſibilitas, tum quia Deus, & eſt agens liberum, & ordinatio eſt ad finem ſupernaturalem, poteſt igitur Deus ad libitum ſubſtantiam incarnationis ordinare ad excellentiam myſterij, & paſſibilitatem ad remedium peccati.

10.
Tertia, & verior impugnatio contra reſponſionem Scoti.

Impugnatur igitur tertiò, & veriùs reſponſio Scoti,ex Scripturis, & Patribus nam cùm hoc myſterium pendeat ex libera Dei voluntate, non reſtat alia via efficaciùs probari: Scripturæ autem, & Patres,qui dicunt cauſam finalem incarnationis eſſe remedium peccati,non poſſunt intelligi commodè niſi de ſubſtantia incarnationis, vt eſt locus ille C ad Hebr. 2.quem ſuprà explicauimus, & inter Patres citatos expreſsè dicit Leo,quòd Creator nō fieret Creatura,ſi non fuiſſet peccatum, & Nazianzenus orat.in nat.Saluat.recenſens munera Saluatoris,vt Doctoris,Legiſlatoris,&c. dicit fuiſſe hæc ordinata in remedium peccati, quia peccatum includit miſerias cæcitatis,&c.& tamen iſta munera non ſupponunt neceſſariò paſſibilitatem in Chriſto, quia poterant eſſe in ſtatu innocentiæ.Si igitur fuiſſet ſubſtantia incarnationis ſine paſſibilitate,non benè diceretur hæc munera, quæ non includunt paſſibilitatem,fuiſſe propter peccatum. ſicut nec bene diceretur in tali caſu,quòd ſubſtantia incarnationis fuiſſet ob remedium peccati. Sunt præterea alia loca citata ex Scriptura & Patribus, quæ ita dicunt cau- D ſam incarnationis fuiſſe remedium peccati, vt non poſſint interpretari de modo incarnationis ſecundum paſſibilitatem, fuiſſet bonus modus loquendi, ſicut clarè colligitur ex Auguſtino,ſerm. 8.de verb. Apoſt. *Non bene* (inquit) *diceretur,merita noſtra deduxiſſe Deum ad carnem,ſed peccata noſtra*; & tamen negari non poteſt, quòd merita Abrahami fuerint cauſa, quòd Deus incarnaretur, ſecundum talē circumſtantiam, ſcilicet, ex carne Abrahæ, vt habetur Gen.22. *in ſemine tuo benedicentur omnes gentes.*

Ad Heb. 2.
Leo.
Creator non fieret creatura,ſi nō fuiſſet peccatum.
Nazian.

Merita noſtra non deduxerunt Deum ad carnē,ſed peccata.

Ad argumenta autem primæ & ſecundæ opinionis, quæ ſunt contra hanc opinionem noſtram, reſpondebimus infrà in fine quæſtionis;ſolutio enim pendet ex his,quæ examinabuntur mox infrà in ſequenti dubio. E

DVBIVM CIRCA HANC primam quæſtionem.

Quiſnam ſit ordo ſignorum prioris, & poſterioris in mente diuina iuxta hanc ſententiam noſtram.

11. QVamuis in hanc ſententiam noſtram hactenus probatam conueniant omnes Thomiſtæ, & alij ſuprà citati, differunt tamen in modo illam explicandi ſecundum prioritatē, & poſterioritatem ſignorum in mente diuina: & hinc quidem pendet ſolutio argumentorum, quæ ſuprà allata ſunt pro prima,& ſecunda opinione. Oportet autem priùs examinare aliorum dicendi modos, & vltimò afferemus modum noſtrum ex principio Philoſophico: modus autem examinandi huiuſmodi ſignorum prioritates, maximè pendet ex Scripturis, quia hoc myſterium pendet ex ſola Dei voluntate, quæ nobis innoteſcit ex Scripturis, & expoſitione Patrum. Primus igitur modus dicendi eſt Caietani, & Medinæ, qui diſtinguunt triplicem ordinem, primum naturæ, ſecundum gratiæ,& gloriæ, tertium vnionis hypoſtaticæ. Sunt autem hi tres rerum ordines inter ſe ita conſtituti,vt ordo naturæ ſit fundamentum ordinis gratiæ,& gloriæ,ordo autem gratiæ,& gloriæ ſit fundamentum ordinis vnionis hypoſtaticæ. In primo igitur ſigno ex vi prouidentiæ communis voluit Deus Creaturas, præſertim intellectuales.In ſecundo voluit dare gratiam,& gloriam. In tertio,quia iam vidit hominem peccaturum,voluit vnionem hypoſtaticam.

Primus modus dicendi circa prioritatē ſignorū in mente diuina, ex Caiet. & Med.

Sed hic modus impugnatur primò, quia falſum ſupponit Caietanus,ordinem naturæ ſupponi ordini gratiæ, & hunc ordini vnionis hypoſtaticæ, cùm enim hæc ordinatio pendeat ex libera Dei voluntate: illud dicitur prius, quod eſt à Deo primum volitum tamquam finis. vnde mors Petri,licet pertineat ad ordinē naturæ, eſt poſteriùs volita, quàm glorificatio Petri, quia glorificatio Petri eſt volita à Deo tamquam finis, ad quam ordinauit mortem Petri tamquam medium. præſertim ſi mors Petri non inuoluat aliorum peccatum. Præterea ſecundò,Chriſtus eſt cauſa finalis omnium creaturarum; non ergo poteſt dici,quòd creaturæ fuerunt volitæ in priori ſigno ſecundum ordinem naturæ. Conſequentia eſt manifeſta;antecedens probatur ex multis locis ſacræ Scripturæ ſuprà citatis, præcipuè Prouerb.8. vbi dicitur, *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum,antequàm quidquam faceret.*& ſecundum 70. *Dominus creauit me initium viarum ſuarum ad opera ſua*;in quo loco,ſecundum Patres ſuprà citatos,ſermo eſt de Sapientia incarnata. Sed ad hunc locum reſpondent aliqui, quòd hic locus intelligitur,quatenus nobis Chriſtus eſt factus via, vt per gratiam adoptionis ad virtutum profectum nobis pararetur ingreſſus. Hæc opinio iiſdem verbis eſt Fulgentij lib.reſponſ. contra Arianos in reſponſ. ad tertiam obiectionem, ita etiam hunc locum interpretantur Athanaſius,Nazianzenus ſuprà citati Sed contrà primò, quamuis locus hic pati poſſit hanc interpretationem, tamen ad literam videtur loqui de operibus creationis, quia ibi dicitur, *antequàm quidquam faceret à principio.* Secundò, etiamſi admittatur hæc expoſitio, adhuc non fauet Caietano, quia ſaltem ex hac expoſitione haberetur contra Caietanum, quòd ordo vnionis hypoſtaticæ præcederet ordinem gratiæ. Præterea contra Caietanum facit locus Pauli ad Coloſ. 1. vbi dicitur,quòd Chriſtus eſt *primogenitus Creaturæ,quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa tum in cœlis, tum in terris*: quæ quidem verba de Chriſto ratione humanitatis intelligunt Hieronymus & Anſelmus in hunc locum, & Concilium Sardicenſe,epi.ad omnes fideles, docet Chriſtum dici primogenitum, quatenus homo eſt; quod etiam clarè patet ex verbis ſubſequentibus eiuſdem epiſtolæ ad Col. 1. *ipſe eſt caput Eccleſiæ primogenitus ex mortuis.*

12.
Impugnatur hic primus modus.
In ordine ad Deū quid ſit prius, & poſterius.

Chriſtus eſt cauſa finalis omniū creaturarum.

Prouerb. 8.

Fulgent.

Athan.
Nazianz.

Ordo vnionis hypoſtaticæ præcedit ordinem gratiæ.
Ad Col. 1.
Hier. Anſel.
Conc. Sard.

Secundus modus videtur colligi ex Capreolo in 13.
3.diſt.

Digitized by Google

Aſſertur ſecundus modus explicãdi prioritatẽ ſignorum ex Capreol. & impugnatur.

Plura ſigna notata in voluntate Dei.

3. diſt. 1. quæſt. 1. quam ſequuntur aliqui recẽtiores, qui modus, vt rectiùs intelligatur, diſtinguẽda ſunt plura ſigna voluntatis in Deo; omitto autem ſigna viſionis, quæ conſequẽter actum voluntatis, in primo voluit Deus creare hominem, vt frueretur æterna beatitudine, in ſecundo voluit permittere peccatum, in tertio voluit remedium adhibere optimum, & accommodatiſſimum, ſcilicet per incarnationem Verbi, in quarto voluit animam Chriſti, & quoad gratiam & gloriam præſtare cæteris, in cuius gloriam, & honorem voluit, quòd redundet bonum omnium prædeſtinatorum; ita vt Chriſtus ſit finis, in cuius gloriam, & honorem ſint omnes prædeſtinati; Chriſtus autem ſit in vtilitatem prædeſtinatorum, ſicut Rex eſt propter regnum, tanquam in cuius vtilitatem; Regnum autem propter Regẽ, tanquam in cuius honorem. & hoc modo videntur ſaluari loca citata contra Caietanum, Prouerb. 8. & ad Coloſſ. 1.

Chriſtus eſt finis omnium prædeſtinatorum.

Chriſtus in vtilitatem prædeſtinatorum.

14. Impugnatur hic ſecũdus modus.

Sed inſtatur contra hunc ſecundum modum, quia non benè ſaluantur loca citata: nam Prouerb. 8. dicitur Chriſtus creatus, vt homo *tamquam initium viarum Dei*, & ad Coloſſ. 1. dicuntur vniuerſa condita *ſiue in cælis, ſiue in terris in ipſo*, quæ loca de Chriſto, vt homine eſſe intelligenda paulò antè probatum eſt contra Caietanum; at in illo primo ſigno, in quo fuerunt creaturæ, non fuit Chriſtus prædeſtinatus: in cuius honorem illæ fuerunt, ſecundum hanc opinionem, quæ prædeſtinationem Chriſti ponit in quarto ſigno.

15. Aſſertur tertius modus recẽtiorum, & impugnatur.

Nouem ſigna voluntatis Dei.

Tertius modus eſt aliorum recentiorum diſtinguentium nouem ſigna, in primo, voluit Deus manifeſtare ſuam bonitatem communicando ſe creaturis: in ſecundo, ſuam bonitatem voluit manifeſtare creando creaturas rationales, & vniuerſum: in tertio, ad maiorem declarationem ſuæ bonitatis, voluit iuſtificare primum hominem, & dare illi iuſtitiam originalem: in quarto, permiſit primum hominem labi in peccatum: in quinto, illud præuidit: in ſexto, volens magis oſtendere ſuam bonitatem, & iuſtitiam, decreuit remedium adhibere peccato per æqualem ſatisfactionem: in ſeptimo, decreuit Verbi incarnationem tamquam vnicum medium, quatenus erat perſona diuina ad hanc æqualem ſatisfactionem: in octauo, propter Chriſti merita diſtribuit omnem gloriam; in nono habuit voluntatem quamdam antecedentem, ſeu conditionatam. Quòd ſi Incarnatio Verbi modo conuenientiſſimo præuideri potuiſſet ante præuiſionem peccati, omnia ordinaſſet tamquam medium ad Chriſti Incarnationem, & exaltationem, atque adeo volitus fuiſſet Chriſtus voluntate efficaci, & abſoluta in primo ſigno, ſed non poterat Incarnatio Verbi præuideri ante præuiſionem peccati, quia non fuit volita niſi modo conuenientiſſimo, vt decebat tantum myſterium. hic autem modus erat in remedium peccati, in quo oſtendebatur non ſolùm ſumma miſericordia, ſed etiam perfecta iuſtitia, & ſumma bonitas, quæ de tanto malo eruit tantum bonum; præuiſio autem peccati cùm neceſſariò ſupponat eſſe naturale, & eſſe gratiæ, profectò implicabat decretum rerum naturalium, & gratiæ eſſe propter Chriſtum; ex quo concludit hæc opinio. Primùm, quòd Chriſtus non veniſſet ſi non fuiſſet peccatum ſecundum. quod voluntate antecedenti & conditionata fuit primò volitus, & iuxta hunc modum ſaluant Scripturas ſuprà citatas, in quibus dicitur Chriſtum fuiſſe primò volitum ante omnes creaturas voluntate, inquiunt, antecedenti, & conditionatá, & ſecundum animi præparationem.

Incarnatio non potuit præuideri ante præuiſionẽ peccati.

16. Sed circa impugnationem huiuſmodi non opus eſt, vt immoremur: nam patet impugnatio ex locis ſuprà citatis. Prouerb. 8. & ad Coloſ. 1. quę loquuntur abſolutè, vt patet manifeſtè ex ipſo modo loquendi, & ex communi explicatione Patrum.

Impugnatur hic tertius modus.

17. Aſſertur quartus modus, & impugnatur.

Quartus modus eſt aliorum, aſſerentium Deum in primo ſigno, voluiſſe Verbum aſſumere naturam creatam, ſiue angelicam, ſiue humanam, in ſecundo ſigno, voluiſſe creaturas, vt ordinatas ad excellentiam Verbi, quod debebat aſſumere, vel naturam angelicam, vel humanam, in tertio præuidiſſe peccatum Adami, in quartó decreuiſſe Verbum incarnari ob remedium peccati. Omitto multa ſigna intermedia, quæ facilè patent ex dictis; & hic quartus modus ſaluat primò Scripturas, & Patres aſſerentes, quòd in primo ſigno Chriſtus fuit volitus, & omnia fuiſſe ordinata ad excellentiam ipſius, non quidem (inquit) quatenus eſt volitus, vt incarnandus, ſed quatenus eſt volitus, vt aſſumeret naturam creatam, ſiue Angelicam, ſiue humanam. Secundò ſaluat dictum Scripturæ, & Patrum, quòd, ſcilicet, Verbum non fuiſſet incarnatum ſi Adam non peccaſſet; non tamen, quòd non apprehendiſſet naturam angelicam. & hic modus confirmari poteſt ex illo loco ad Hebr. 2. quòd *quia pueri communicarunt carni, & ſanguini*, id eſt, quia homines conſtabant ex corpore, & anima, hæc enim intelliguntur per carnem, & ſanguinem, Matth. 16. & ad Galat. 1. Ideo inquit Paulus, quòd *Chriſtus participauit eiſdem, & numquam* (inquit) *Angelos apprehendit*: ergo videtur innuere Paulus, quòd ſi pueri, ſcilicet homines, non peccaſſent, Verbum apprehendiſſet Angelos.

Ad Hebr. 2. — Matt. 16. ad Gal. 1.

18. Impugnatur hic quartus modus. 1. Ioan. 4. ad Gal. 4. 1. ad Tim. 1.

Sed contra hunc modum inſtatur, quia ex Scripturis expreſsè habetur, *Deum miſiſſe filium ſuum in remedium peccati*. 1. Ioan 4. ad Gal. 4. *miſit Deus Filium ſuum, &c. vt eos qui ſub lege erãt, redimeret*. 1. ad Tim. 1. Mittere autem non dicit propriè incarnari, ſed aſſumere naturam creatam. huius autẽ miſſionis nulla aſſignatur cauſa, niſi remedium peccati. Locus autẽ ad Hebr. 2. qui adductus eſt pro hac opinione; potiùs eſt in oppoſitum, quia ibi nulla alia aſſignatur cauſa finalis, niſi remedium peccati. ſi ergo nõ fuiſſet peccatum, nec Angelos, nec homines Verbũ apprehendiſſet. Præterea Leo in ſer. 3. Pentec. *niſi homo* (inquit) *diabolica fraude deceptus à lege ſibi poſita deuiaſſet, Creator mundi creatura non fieret*. Et quamuis alij Patres dicant ſolùm, quòd Creator non fuiſſet incarnatus, loquuntur de facto, ſed ratio ipſorum videtur etiam militare, quòd non exiſtente peccato, Creator nullo modo factus fuiſſet creatura, vt loquitur S. Leo.

S. Leo.

19. Aſſertur quintus modus & impugnatur.

Quintus modus dicit quatuor, primum quòd in primo ſigno fuit primum Dei decretum, vt Deus incarnaretur modo perfectiſſimo, & aptiſſimo ad ipſius gloriam. nam talis voluntas decebat hoc altiſſimum myſterium. Secundò dicit quòd ſuppoſita ſcientia conditionata, ſciebat iã Deus, quòd ſi Adamus crearetur in eo ordine rerũ, in quo creatus eſt, peccaret: & quia perfectiſſimus, & aptiſſimus modus Incarnationis eſt, quòd Deus incarnaretur, vt redẽptor propter ſalutẽ hominum, ſuppoſito quòd futurum eſſet peccatum primi hominis commune toti naturæ, ideo dicit, quòd Deus ex vi illius primi decreti in ſecundo ſigno voluit creare primum hominem in eo ordine rerum, in quo creauit. Dicit tertiò, quòd ſcientia viſionis vidit Deus peccatũ primi hominis, & ex vi eiuſdem primi decreti in tertio ſigno voluit, vt Verbum incarnaretur, vt redemptor, ob ſalutem hominum. Dicit quartò, quòd ſi hoc medium includens peccatum non occurriſſet, elegiſſet Deus ex vi primi decreti aliud medium.

20. *Impug. hic 5. modus ab aliis.*

Sed hic modus impugnatur. Primò impugnant aliqui Recentiores, negando perfectiſſimum modum Incarnationis eſſe in redemptionem hominum,& probant primò, quia Dei Sapientia eſt infinita ad excogitandos varios modos ſuarum operationum, ideò non poteſt habere terminum, ita vt non poſſit alius perfectior excogitari. Secundò probant à pari: ſicut (inquiunt) potentia Dei infinita nō habet terminum (nulla enim eſt ita perfecta creatura, vt non poſſit aliam efficere perfectiorem) ita nec Sapientia infinita habet terminum, ita vt non poſſit excogitari modus ita perfectus, quin perfectior excogitari poſſet. Tertiò probant aſſignando modum perfectiorem Incarnationis ſine peccato: poterat (inquiunt) Deus incarnari ad conferendum gratiam hominibus, & Angelis, per quam ab omnibus culpis præſeruarentur, & illuminarentur magis ad cognoſcenda diuina attributa, quàm de facto cognoſcunt: hic autem modus oſtendendi diuina attributa, eſt perfectior. Nam manifeſtatio attributorum potiſſimùm eſt per cognitionem creaturarum intellectualium; in hoc autem modo non datur terminus, quia ſicut poteſt eſſe maior, & maior cognitio, ita conſequenter poteſt eſſe maior, & maior manifeſtatio in infinitum.

Dei potentia infinita non habet terminum.

Confutatur 1. impug. recentiorum contra hunc 5. modum.

Sed hæc prima impugnatio confutari poteſt. Nā ex Patribus ſuprà citatis clarè colligitur hunc modum Incarnationis, ad redemptionem hominum fuiſſe perfectiſſimum, & aptiſſimum ad oſtendendum diuina attributa, præſertim miſericordiam, & iuſtitiam. Nam, vt ſuprà probatum eſt, Chriſtus ſatisfecit ad æqualitatem, & ex toto rigore iuſtitiæ; ad rationes autem in oppoſitum, quas affert hæc prima impugnatio, facilè reſpondetur. Ad primam quidem, & ad ſecundam dicitur, quòd quamuis non detur terminus in Creaturis, ſed ſemper poteſt alia perfectior excogitari, & produci, datur tamen terminus in modo faciendi, ſicut in productione rerum modus perfectiſſimus eſt creatio, & in ſatisfactione iniuriæ illatæ datur modus perfectiſſimus, qui eſt per ſatisfactionem Chriſti, hæc enim eſt vt probauimus, ad æqualitatem, & ex toto rigore, ita vt non poſſit dari maior; ita in caſu noſtro, quamuis varia ſint media ad oſtendendum Dei attributa; modus autem perfectiſſimus eſt per Incarnationem Dei ad redemptionem. Ad tertiam rationem reſpondetur, quòd aliud eſt manifeſtari diuina attributa per cognitionem magis, & magis illa penetrando, aliud eſt manifeſtari ad extrà in aliquo effectu. Primo modo conceditur, quòd, quò maior eſt cognitio creaturæ intellectualis, eò maior eſt manifeſtatio diuinorum attributorum: ſecundo autem modo negatur, & de hoc ſecundo modo eſt noſtra quæſtio.

Chriſtus ſatisfecit ad æqualitatem ex toto rigore iuſtitiæ.

21. *2. Impugna. 5. modus.*

Secundò igitur, & meliùs impugnatur hic quintus modus, quia ex hoc ſequeretur Deum complacuiſſe ſibi in peccato. nam ſi Deus in primo ſigno voluit, ex vi primi Decreti Incarnationem per modum perfectiſſimū, & aptiſſimum, vt dicit hic quintus modus; ſequitur, quòd illam voluerit efficaciter ad redemptionem: nam iuxta hunc quintū modum, hic eſt modus perfectiſſimus, & erat poſſibilis; nam, vt dictum eſt, non poterat Deus non videre aliquem ordinem rerum, in quo ſi Adamus collocaretur, non peccaret: ergo ex vi illius primi Decreti neceſſariò ex ſuppoſitione voluit Deus ſaltem permiſſionem peccati, ex quo ſequitur vlteriùs, quòd non tantùm voluit permiſſionem, ſed complacuit ſibi in peccato. Nam complacuit ſibi in redemptione efficaciter, tamquam in modo per- A fectiſſimo Incarnationis, vt dictum eſt: ergo complacuit ſibi in peccato, quod neceſſariò ſupponitur in redemptione. Quòd ſi dicas (& eſt communis reſponſio) Deum non voluiſſe Incarnationem in redemptionem abſolutè, ſed ex ſuppoſitione, quòd præſciuerit Adam peccaturum, ſi collocaretur in tali ordine rerum, ad hoc autem ſufficiebat permiſſio. Contrà inſtatur. nam impoſſibile erat ſaltem moraliter, quòd in tota ſerie rerum non eſſet aliqua ſeries, in qua ſi Adamus collocatus fuiſſet, non peccaſſet; Deus autem ex vi primi Decreti tenebatur eligere ſeriem, in qua Adamus fuiſſet peccaturus: vnde ſequitur, quòd Deus, ſaltem ex vi primi Decreti, tenebatur quaſi inſidiari libero arbitrio Adami, collocando illum in illa ſerie rerum, in qua videbat illum peccaturum: vnde videtur ſequi vlte- B riùs, quòd quodam modo Deo complacebat peccatum Adami, quia in tota ſerie rerum, imponebatur Adamo neceſſitas infallibilis ſaltem moralis incurrendi in aliquod peccatum, ex quo conſequeretur ruina totius generis humani. Poſſet tamen hæc ſecunda impugnatio ſolui, ſi diceretur, quòd Deus ex vi primi Decreti ſtatuerit collocare Adamum in hoc tantùm ordine rerum, in quo de facto eſt collocatus: & quia in hoc præuidit illum peccaturum, ideo decreuit Incarnationem in redemptionem. Quòd ſi non præuidiſſet illum peccaturum, feciſſet aliud Decretum, & dicendum eſt, quòd in primo ſigno voluit Incarnationem per modum perfectiſſimum ſuppoſito hoc ordine tantùm re- C rum, in quo fuit de facto collocatus Adamus, non enim neceſſitatur Deus ad volendum Incarnationem per modum quemcumque perfectiſſimum, ſed poteſt limitare pro libito, quia eſt opus ad extrà: at verò hic quintus modus hoc non dicit, vt patet ex primo, & ſecundo eius dicto, ſed ſecundum hunc quintum modum neceſſitabatur Deus ex vi primi Decreti, collocare Adamum in ea ſerie rerum, in qua ſciebat per ſcientiam conditionatam ipſum peccaturum, & contra hoc militat argumentum factum.

Tertiò impugnatur idem quintus modus, præſertim quantùm ad quintum dictum, quia videtur contra Scripturas, & Patres ſuprà citatos, qui dicūt expreſsè, quòd ſi caro non peccaſſet, Deus nō fuiſ- D ſet incarnatus, nec, vt loquitur S. Leo, factus fuiſſet creatura, ſed iuxta hunc quintum modum Deus ex vi primi Decreti fuiſſet incarnatus, quare hic modus nec videtur conformior S. Thomæ, cuius ſententiam ſuprà retulimus, nec ſanctis Patribus, & Scripturis ſuprà citatis. 22. *3. Impugna.* *S. Leo.*

Sextus modus dicit duo; Primò, Chriſtum ſecundum ordinem intentionis fuiſſe prædeſtinatum independenter à peccato, ita vt prima ratio ponēdi Incarnationem ſit gloria, & exaltatio humanitatis Chriſti, vt volebat Scotus. Secundò dicit cum D. Thoma, Incarnationem non futuram ſecundum executionem, peccato non exiſtente, ita vt ſecūdum E ordinem executionis Incarnatio fuerit dependenter à peccato, tāquam à ratione proxima exequendi Incarnationē: hæc autem duo poſſe ſimul ſtare, probat hæc opinio exemplo artificis, qui priùs in genere cauſæ finalis vult tectum, & tamen ſecundum executionem non poteſt eſſe tectum ſine fundamentis, & parietibus. 23. *Aſſeritur ſextus modus, & impugnatur.*

Sed hic modus impugnatur, primò quia ex Scripturis, & Patribus ſuprà citatis, habetur, quòd Incarnatio nō eſt volita in illo ordine intentionis, niſi dependenter à remedio peccati. Secundò, quia ſequeretur, quòd illa prædeſtinatio Incarnationis, non eſſet 24. *Impugnatur hic ſextus modus.*

Digitized by Google

eſſet infallibilis;nã in poſteriori ſigno eſſet permiſ- A ſio peccati contingenter; reliquit enim Deus naturam indifferentem ad vtrumque oppoſitum. non enim hic modus admittit ſicut admittebat quintus modus ſcientiam conditionatam, per quam ſequi poſſet infallibilitas effectus in ſecundo ſigno. Tertiò etiamſi admittatur ſcientia conditionata, adhuc inſtatur,quia ad hoc,vt prius dependeat à poſteriori quantùm ad executionem, debet habere aliquam connexionem neceſſariam cum poſteriori,ſaltem ex ſuppoſitione; ſicut in exemplo allato tectum habet connexionem cum fundamentis,& parietibus;vnde fit, quòd quamuis vnum ſit prius altero in genere cauſæ finalis, tamen ordine intentionis ſint ſimul ratione, quia prius neceſſariò ſaltem ex ſuppoſitione dependet à poſteriori, vt mox infrà in ſeptimo B modo noſtro exactiùs oſtendemus.

Aſſertur ſeptimus, & verior modus ex principio Philoſophico.

25. Primũ not. S Thom. *Ratio volendi per modũ finis in Deo, eſt ſola bonitas diuina.*

Pro explicatione huius ſeptimi modi,ſciendum eſt primò ex D.Tho.in 1.p. q.9. ar.5. in Deo rationem volendi per modum finis, eſſe ſolam bonitatem diuinam. Sicut enim in humanis, vt diximus in quæſt.Philoſophica,quod mouet, & attrahit voluntatem ad volendum media, eſt cauſa finalis, in qua primò, & intrinſecè reperitur bonitas medij;in medio autem bonitas finis non reperitur, niſi extrinſe- C cè,ideò non poteſt eſſe per ſe hæc ratio attrahendi, & mouendi voluntatem: ita proportionaliter dicendum eſt,quòd in Deo,quamuis non detur cauſa finalis, quæ verè moueat, & attrahat ad actum aliquem producendum, datur tamen proportionaliter ratio aliqua per modum finis, quæ proportionaliter ſuo modo mouet voluntatem diuinam ad volendum reliqua; & hæc eſt ſola bonitas diuina,reliqua verò creata habent rationem medij, quatenus in eis relucet bonitas diuina:& ideo non poſſunt hoc modo habere rationem finis comparata ad voluntatem diuinam; ſed dicuntur inter ſe vnum eſſe finem,ſeu propter quod reſpectu alterius, quatenus hoc eſt propter illud, ſeu quia Deus vult vnam rem creatam eſſe propter aliam, & hoc modo dicitur remedium peccati eſſe propter exaltationem humanita- D tis Chriſti, &c.

26. 2.Modus. *Duplex eſt cauſa finalis.*

Secundò ſciendum eſt,quòd reſolutio huius difficultatis multùm pendet ex quæſtione ſuperiori philoſophica, in qua diſputantes de cauſa finali in reſponſione ad ſecundam obiectionem, diximus, duplicem eſſe cauſam finalem in ordine ad mediũ, alteram independentem à medio in particulari,cum ſcilicet, multa ſunt media poſita in poteſtate intendentis finem, præſertim ſi ad nullum ipſorum intendens finem habeat ſimplicem complacentiam in aliquo priori ſigno, alteram verò dependentem à medio particulari determinato, quod tunc eſt, vel cum vnicum tantum eſt ex natura ſua medium ad E conſequendum finem, ſicut artifex non poteſt intendere tectum ſine connexione ad fundamenta, & parietibus, vel quamuis ſint plura media,eſt tamen vnicum ex ſuppoſitione, quod tunc eſt, quando intendens finem eſt agens liberum, & habet ſimplicem aliquam complacentiam in aliquo medio determinato, quia tunc ratione illius complacentiæ non intendit finem ſolitariè, ſcilicet ſine connexione ad aliud medium determinatum, ſicut cùm quis intendit coronam, vt præmium ſuæ fortitudinis,intendit illam, vt dependentem à merito; hoc autem reperitur in mediis,quæ non phyſicè cauſant finem, ſed moraliter, quia vt ſic, mouent intendentem finem. Si primo modo ſumatur cauſa finalis,non ſolùm eſt prior natura in genere cauſæ finalis ſuo medio, nec ſolùm eſt magis appetibilis, quatenus eſt ratio cur appetatur medium;quia bonitas ipſius redundat in medium, vt ibidem probatum eſt, ſed etiam eſt prior ratione, ſeu conceptione, & etiam appetibilitate, quia poteſt concipi, & appeti ſolitariè,independenter,ſcilicet,à medio. Si verò ſumatur cauſa finalis ſecundo modo, vt ſcilicet dependens à medio;tunc ſi conſideretur prioritas naturæ, finis,& medium, ſunt ſe ipſis priora in diuerſo genere cauſæ. nam medium eſt priùs natura ipſo fine, vt mouens agentem quaſi in genere cauſæ efficientis, finis verò eſt prior natura ipſo medio, quatenus eſt ratio cur appetatur medium. Si verò conſideretur prioritas rationis,& appetibilitatis,tunc finis,& medium habent ſimultatem rationis,& appetibilitatis, quia,vt dictum eſt, finis nec concipi,nec appeti poteſt ſolitariè, ſed cum connexione, & dependentia ad medium. His poſitis dico tria, quæ ſimul omnia infrà probabuntur, vnica ratione fundamentali.dico igitur primò Deum voluiſſe exaltationem Chriſti tamquam finem ſecundo modo, ſcilicet non ſolitariè, ſed dependenter à remedio peccati, tamquam à medio, quod ex ſuppoſitione eſt à Deo volitum,vt vnicum medium ad illum finem ex ſimplici complacentia,quam habet Deus circa medium,quod eſt remedium peccati.

Finis & medium ſunt ſe ipſis priora in diuerſo genere cauſæ.

27. *Deus voluit exaltationẽ Chriſti tamquam finem ſecũdo modo.*

28. *Exaltatio Chriſti eſt prior natura quam ſit remedium peccati.*

Secundò dico, quòd exaltatio Chriſti eſt prior natura in genere cauſæ finalis, quàm ſit remedium peccati, remedium verò peccati eſt priùs in genere cauſæ mouentis: Incarnatio verò poteſt dici prior in genere cauſæ materialis, quia non poterat eſſe exaltatio Chriſti ſine Incarnatione. At verò remedium peccati comparatum ad Incarnationem, eſt priùs natura in genere cauſæ finalis, quàm ſit ipſa Incarnatio, quia eſt priùs volitum. diximus enim in quæſt.Philoſophica,inter ipſa medium propinquius, quod ſemper eſt priùs volitum, habere rationem finis reſpectu medij remotioris, cùm igitur ſit volita Incarnatio,ob remedium peccati,& remedium peccati ob exaltationem Chriſti,& gloriam Dei,ſequitur, quòd ipſum remedium peccati ſit priùs natura in genere cauſæ finalis, quam ipſamet Incarnatio. Quòd verò remedium peccati ſit propinquius medium; probatur, quia concurrit præſtantiori modo ad finem vltimatum, ſcilicet. ad gloriam Dei, quæ manifeſtatur peculiari modo in redemptione,quàm in ipſa Incarnatione;creatio verò vniuerſi eſt poſterior natura quàm Incarnatio, vt patet ex illo loco Prouerb.8. *Creauit me in initio viarum ſuarum:* quem locum explicauimus ſuprà in hac quæſtione. Obiicies volitio creationis Adami, & vniuerſi præſupponitur Incarnationi Chriſti, ergo, non poteſt eſſe medium ad Incarnationem. Reſpondetur, quòd præſupponitur in genere cauſæ materialis,nec opus eſt, vt Deus priùs decreuerit creare vniuerſum, & Adamum, quàm decreuerit ipſam Incarnationem, & ſi quid obiici poſſit,facilè ſoluitur admiſſa in Deo ſcientia conditionata, quam ſuprà probauimus, Poterat Deus velle decreto abſoluto, & infallibili in priori ſigno naturæ exaltationem Chriſti, & in ſecundo remedium peccati, & in tertio Incarnationem tamquam medium ad remedium peccati, & in quarto creationem vniuerſi, & gratiam ipſius Adami.

Obiectio contra 2. dictum.

Solutio.

Vide qu. 4 phil. Cot. 2

29. *Exaltatio Chriſti fuit*

Dico tertiò, quòd exaltatio Chriſti fuit per ſe ſimpliciter, & magis appetibilis à Deo, quàm remedium peccati, quia habet rationem finis, & bonitas

Digitized by Google

magis appetibilis à Deo, quàm remediū peccati. Vide ſupr. in 2. not. & in q. phil. pu. 3.

ipſius redundat aliquo modo in ipſum remedium peccati, non tamen fuit per ſe ſolitariè appetibilis: principium autem illud Ariſtotelis *propter quod vnumquodque tale, & illud magis*: intelligitur, vt dictum eſt, de per ſe, ſcilicet ſimpliciter appetibili, non autem ſemper de ſolitariè appetibili.

30. Hic igitur ſeptimus modus noſter his tribus dictis explicatus probari poteſt, hac ratione fundamentali, quia hic modus non repugnat, vt probauimus ex principio Philoſophico: & iuxta hunc modum omnia loca Scripturæ, & patrum ſuprà allata ad vtramque partem probandam, quæ videntur repugnantia, optimè conciliari poſſunt: non videtur igitur cur de facto non debeat dari. Quòd verò loca Scripturæ, & patrum optimè concilientur per hunc modum, probatur: nam illa loca citata pro prima opinione in ſecundo argumento, in quibus habetur Chriſtum fuiſſe primo prædeſtinatum in mente diuina. Prou. 8. & ad Rom. 8. & ad Coloſ. 1. vbi habetur, Chriſtum eſſe *primogenitum omnis creaturæ, in quo vniuerſa ſunt condita*, explicantur de exaltatione Chriſti, tamquam cauſa finali; non tamen hinc ſequitur Chriſtum venturum fuiſſe, ſi Adam non peccaſſet, quia iuxta hunc modum noſtrum, exaltatio Chriſti, & remedium peccati, fuerunt ſimul ratione, & appetibilitate: ita vt non fuerit appetitum vnum ſine alio, quamuis exaltatio Chriſti fuerit prior in genere cauſæ finalis. Alia verò loca Scripturæ, & Patrum, quæ videntur pugnantia adducta pro tertia noſtra opinione, in quibus ſola cauſa Incarnationis aſſignatur remedium peccati, vt habetur ad Heb. 2. 1. Ioann. 4. ad Timoth. 1. Luc. 12. & illa loca Patrum, in quibus habetur nullam aliam cauſam Incarnationis afferri poſſe, quàm remedium peccati, vt Auguſt. ſerm. 8. de verb. Apoſtoli: Athan. ſer. 3. cont. Arianos & Nazian. orat. 36. quæ eſt 4. Theol. Leo ſer. 3. Pentec. non ſunt explicanda, vt aliqui explicant, quòd remedium peccati ſit cauſa finalis: quia tunc ſequeretur quòd hæc loca eſſent pugnantia cum aliis locis ſuprà allatis in 1. opinione, ſed ſunt iuxta hunc modum noſtrum explicanda, de remedio peccati tamquam motiuo, ſine quo ex vi primi decreti, Deus non voluiſſet exaltationem Chriſti, tamquam cauſam finalem, quia iuxta hunc modum exaltatio Chriſti tamquam cauſa finalis non fuit per ſe, ſcilicet, ſolitariè volita, ſed ſimul cum remedio peccati tamquam vnico medio ex ſuppoſitione complacentiæ Dei, vel ſunt explicanda præſertim aliqua ex ipſis locis, quòd remedium peccati ſit cauſa finalis, non exaltationis Chriſti, ſed Incarnationis; vt probatum eſt paulò antè, quia Incarnatio fuit ordinata ad remedium peccati, & remedium peccati ad exaltationem Chriſti, & omnia tandem ad gloriam ipſius Dei, vt ſuprà probatum eſt, fuerunt tamen ſimul in mente diuina ratione, & appetibilitate; vt dictum eſt.

Conciliantur Scripturæ loca, quæ videntur inter ſe contraria.

1. Ioan. 4 ad Timoth. 1. Luc. 12.

Auguſtin. Athan. Naz. Leo.

Incarnatio fuit ordinata ad remedium peccati, & remedium peccati ad exaltationem Chriſti.

Reſpondetur ad argumenta primæ opinionis Scoti allata initio quæſtionis.

31. Argumenta primæ opinionis videntur probare exaltationem Chriſti, & ipſam Incarnationem eſſe cauſam finalem priùs volitam contra id, quod ſuprà tenuimus, exaltationem ſcilicet Chriſti eſſe quidem cauſam finalem, vt oſtendimus ſuprà: ſed non priùs volitam independenter à remedio peccati, ſed ſimul volitam cum remedio peccati, vt vidimus ſuprà, ac proinde Chriſtum non venturum fuiſſe ex vi primi decreti, ſi Adam non peccaſſet, A prætereà tenuimus ibidem Incarnationem eſſe medium ad remedium peccati, tamquam ad medium propinquius ad ipſam Chriſti exaltationem, & gloriam Dei, quia in eo magis manifeſtatur iuſtitia, & miſericordia Dei. Ad argumenta igitur huius primæ opinionis quatenus militant contra hanc opinionem noſtram reſpondetur.

Ad primum reſpondent aliqui in actu ſimpliciſſimo Dei non poſſe aſſignari ordinem prioris, & poſterioris. Sed hæc reſponſio communiter confutatur, quia poteſt dari hic ordo inter ipſa obiecta, vt ſuprà oſtendimus, & fuſiùs tractari ſolet 1. 2. quæſtione 19.

32. Confutatur 1. reſp. ad 1. argum.

Reſpondetur igitur ſecundò; Vel ſermo eſt de exaltatione Chriſti, & conceditur ex dictis in ſententia noſtra, quòd remedium peccati fuerit ordinatum ad exaltationem Chriſti tamquam ad finem; negatur tamen conſequentia, quòd fuerit priùs volitum, quia, vt dictum eſt, ſunt ſimul ratione, & appetibilitate, & conſequenter non eſt vnum volitum ſine alio, vnde potiùs ſequitur Chriſtum non venturum fuiſſe ex vi primi decreti. Si verò ſermo eſt de ipſa Incarnatione Chriſti, tunc argumentum maiorem habet in opinione noſtra difficultatem, quia tenuimus ſuprà Incarnationem eſſe ordinatam à Deo ad remedium peccati, tamquam ad medium C propinquius, & tamquam ad cauſam finalem, quod videtur abſurdum, & non conſonum rationi, quia perfectiùs ordinaretur ad imperfectius. Sed reſpondetur, remedium peccati eſſe medium magis propinquum ad oſtendendam gloriam Dei, quæ magis manifeſtatur in redemptione, in qua oſtenditur perfecta iuſtitia, & miſericordia, quamuis ſecundum perfectionem abſolutè ſumptam Incarnatio ſit præſtantior quàm redemptio. Quòd ſi vrgeas; Id, quod eſt perfectius, in ſe abſolutè ſumptum, non debet ordinari ad imperfectius, quia videtur hoc abſurdum, & non conſonum rationi, quare Incarnatio, quæ eſt perfectior in ſe, quàm ſit redemptio, non debuit ordinari ad redemptionem tamquam ad finem. Reſpondetur: Negatur maior in his, quæ D dependent ex libera voluntate agentis: ſecundò negatur eſſe abſurdum, & non conſonum rationi, perfectius ordinari ad imperfectius, quando vtrumque ordinatur ad finem vltimum, & quod eſt imperfectius præſtantiori quodam modo concurrit ad finem vltimatum. Sicut in naturalibus potentiæ, quæ ſecundum aliquos ſunt tamquam cauſæ perfectiores actibus, ordinantur ad actus, quia hoc totum ordinantur ad perfectionem compoſiti; & ſic eſt in caſu noſtro: nam Incarnatio ordinatur ad remedium peccati, & remedium peccati ad exaltationem Chriſti, & exaltatio Chriſti ad gloriam Dei; exaltatio autem Chriſti, & gloria Dei magis reſplendent in redemptione, quàm in Incarnatione, E quia magis oſtenditur perfecta iuſtitia, & miſericordia ex parte Dei, & charitas ex parte Chriſti.

2. Et verior reſp. ad idem 1. argum.

Remedium peccati, eſt mediū magis propinquum ad oſtendendum gloriam Dei.

33. Ad ſecundum patet ex dictis, loca adducta ex Scripturis tantum oſtendere exaltationem Chriſti eſſe cauſam finalem, remedium verò peccati & creationem vniuerſi eſſe media: non tamen hinc ſequitur, quòd Chriſti exaltatio fuit priùs volita independenter à remedio peccati, & creatione vniuerſi, quia, vt dictum eſt, hæc omnia ſunt volita ſimul, & cum dependentia vnius ab altero in diuerſo genere cauſæ. Creatio quidem vniuerſi eſt prior in genere cauſæ materialis in ipſa Incarnatione Verbi, & remedio peccati, & exaltatione humanitatis Chriſti; in genere verò cauſæ finalis exaltatio Chriſti eſt prior, remedio peccati; & remedium peccati eſt priùs,

Ad ſecūdum argumentum ex Scripturis.

Omnia fuerunt volita ſimul, ſed cū dependentia vnius ab altero in diuerſo genere cauſſæ.

Digitized by Google

eſt priùs, quàm Incarnatio Verbi, quia vt dictum eſt, eſt medium propinquius ad Chriſti exaltationem, & ad manifeſtandam gloriam Dei, quæ eſt prima cauſa finalis: Incarnatio verò eſt prior, quàm creatio vniuerſi, & hoc modo intelligitur locus ille citatus ab aduerſariis Prou.8. *Dominus creauit me in initio viarum ſuarum.*

34. Prima reſp. ad 3. Argu.

Ad tertium reſpondent quidam recentiores, qui tenent Chriſtum non venturum, niſi ſuppoſito peccato, gratiam in Adamo in ſtatu innocentiæ, quæ erat communicanda poſteris, non fuiſſe dependenter à Chriſti Incarnatione, ad locum verò citatum ex Paulo, *benedixit nos omni benedictione ſpirituali in Chriſto*, dicunt eſſe intelligendum de illis beneficiis quæ fuerunt poſt peccatum, quod colligunt ex ſequentibus verbis, *in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius.*

Epheſ.1.

Confutatur hæc 1. reſp.

Sed impugnatur hæc reſponſio, quia ſequeretur, quòd illa merita mortificata, quæ fuerunt data Adamo poſt recuperatam gratiam, non fuerint dependentia à Chriſto; quare ſequeretur, quòd modo de facto haberet Adamus aliquod meritum, ſeu aliquem gradum beatitudinis independenter à Chriſti ſatisfactione; Quòd ſi reſpondeant fuiſſe viuificata per pœnitentiam, quæ fuit ex meritis Chriſti, contrà, illa merita redierunt iuxta proportionem pœnitentiæ, vt ſupponitur in materia de pœnitentia; ergo aliquem gradum meriti, & conſequenter aliquem gradum beatitudinis maiorem indepēdenter à meritis Chriſti haberet modò Adamus per pœnitentiā per ordinē ad merita quæ fuerunt in ſtatu innocētiæ. nā ſi non præceſſiſſent plura merita in ſtatu innocentiæ, nō haberet modò Adamus tot merita per eamdē numero pœnitentiam.

2 & verior reſp. ad 3. argum. *Adamo fuit collata gratia ex meritis Chriſti in ſtatu innocentiæ.*

Ad argumentum igitur ſecundò reſpondetur, Adamo fuiſſe collatam gratiam in ſtatu innocentiæ ex meritis Chriſti, quia ex ſcientia conditionata nouerat Adamum peccaturum, & poſtea abſolutè decreuit exaltationem Chriſti tamquam cauſam finalem, ad quam ordinauit, & ipſam creationem vniuerſi, & ipſam gratiam Adami, & remedium peccati, vt viſum eſt.

35. S.Thom. *Adamo fuit reuelatū Incarnationis myſterium. ſed non cauſſa illius.*

Reſpondetur, Adamo fuiſſe reuelatum myſterium Incarnationis, non autem cauſam illius, ex S. Thoma 3.par.q.1.ar.3.ad 5. Neque ex hoc bene infertur in argumento, quòd quia non fuit reuelata cauſa, quæ erat peccatum, ſignum ſit, quòd peccatū non erat cauſa Incarnationis Chriſti: hoc, inquam, non bene infertur; nam Adamo fuit etiam reuelatū, Eccleſiam fabricandam eſſe ex latere Chriſti, vt docet Hieronymus ſuper illa verba Pauli ad Epheſ. 5. *Sacramentū hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Vt autem Eccleſia fabricaretur ex latere Chriſti, cauſa fuit paſſibilitas Chriſti, & peccatum Adami, ſine quo Chriſtus non veniſſet paſſibilis; & tamen non fuit reuelatum Adamo ſuum peccatum. Sed hinc mouent aliqui Recent. difficultatem; nam videtur, hinc (inquiunt) ſequi, Adamum habuiſſe aliqua dona independentia à meritis Chriſti, vt gratiam, & alias virtutes infuſas, aliqua verò dependentia, vt fuit hoc donum prophetiæ de fabricanda Eccleſia ex latere Chriſti, quod quidem præſupponebat mortem Chriſti, & peccatum Adami. Reſpondent aliqui concedendo; nam ſunt (inquiūt) diuerſa dona, quæ poſſunt dependere à diuerſis cauſis; pro cuius explicatione aſſignant in mente diuina quatuor inſtantia. Primum, in quo Deus decreuit creare Adam cum gratia originali, & aliis donis, quę eſſent communicanda poſteris, ſi Adam non peccaſſet. In ſecundo inſtanti, vidit ſcientia viſionis peccatum Adami futurum. In tertio decreuit Incarnationem, & redemptionem: In quarto decreuit reuelare Adamo hoc myſterium Incarnationis, & vnionis Chriſti cum Eccleſia, ad hoc, vt Adamus poſt peccatum non deſperaret, ſed cognoſceret, ex eo quòd illi reuelatum eſt, fabricandam eſſe Eccleſiam ex latere Chriſti, quòd Chriſtus etiam venturus erat ob remedium ſui peccati: hoc autem donum prophetiæ (inquiunt) fuit ex meritis Chriſti.

Ad Epheſ.5.

Quatuor inſtātia in Deo, in quibus Deus futura ordinauit.

Sed in opinione noſtra dicendum eſt congruentiùs, ad hanc difficultatem omnia dona collata Adamo fuiſſe ex meritis Chriſti; iuxta quam opinionem alio modo diſtinguimus inſtantia in ipſis rebus ſcitis, & volitis à Deo. In primo per ſcientiam conditionatam cognouit peccatum Adami futurum conditionaliter, ſi crearetur in tali ordine rerum. In ſecundo inſtanti decreuit abſolutè exaltationem Chriſti tanquam cauſam finalem, & ſimul ratione, & appetibilitate voluit omnia, tanquam media cum quodam ordine naturæ inter ſe, ita vt in tertio inſtanti naturæ ordinauerit remedium peccati iam præſciti certò conditionaliter in primo inſtanti, tamquam medium ad maiorem exaltationem Chriſti, & gloriam Dei. In quarto inſtanti ordinauit Incarnationem, quæ quamuis in genere cauſæ materialis, ſit prior exaltatione Chriſti, tamen in genere cauſæ finalis, non ſolùm eſt poſterior ipſa exaltatione, ſed etiam eſt quid poſterius, & tamquam medium ad remedium peccati. Quamuis enim Incarnatio ſit quid perfectius, quàm remedium peccati, tamen vt ſuprà dictum eſt, ad manifeſtandā gloriam Dei remedium peccati præſtantiori modo concurrit. In quinto ordinauit creationem vniuerſi, & tam ipſam creationem vniuerſi, quàm ipſam gratiam Adami, & alia dona collata Adamo in ſtatu innocentiæ, quæ communicanda erant poſteris, ſi Adam non peccaſſet, ſiue ſint priora creatione vniuerſi, ſiue poſteriora, ordinauit tamquam medium ad ipſam Incarnationem quia in hac magis reſplendet gloria Dei, quæ quidē patent ex his, quæ ſuprà diximus. His ſuppoſitis dicimus, omnia dona quæ habuit Adam fuiſſe ex meritis Chriſti, quia omnia, vt dictum eſt, fuerunt ordinata ad exaltationem ipſius Chriſti, iuxta illud Pauli ad Coloſſ. primo: *qui eſt imago Dei, inuiſibilis primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa, tum in Cœlis, & in terra.* Quare iuxta hanc noſtram ſententiam dicendum eſt, quòd fortaſſe in quarto inſtanti decreuit Deus reuelare Adamo ſuam incarnationem, & vnionem Chriſti cum Eccleſia, quæ futura erat ex latere ipſius, & in quinto decreuit dare Adamo gratiam, & alia dona, quæ erant communicanda poſteris. & ratio eſt, quia illa reuelatio tendebat ad remedium peccati, quod fuit præordinatum in quarto inſtanti. At verò gratia collata Adamo, & alia dona, quæ erant communicanda poſteris, non erant in ordine ad remedium peccati, ideo fuerunt ordinata in quinto inſtanti, tamquam medium magis remotum ad exaltationem Chriſti, & ad gloriam Dei, quàm ſit remedium peccati, in quo relucet magis Iuſtitia & miſericordia Dei; & propterea hoc ordine intentionis fuit primò ordinatum, quamuis omnia fuerint ſimul ratione, quia omnia habebant mutuam dependentiam ab inuicem in diuerſo genere cauſæ, vt explicatum eſt.

Omnia dona collata Adamo fuerūt ex meritis Chriſti.

Ad Coloſſ.1

Ad quintum patet ex dictis; Circa fundamentum. ſecundæ opinionis nihil occurrit dicendum, præterea, quæ diximus initio in noſtra ſententia.

Explicatur

A

Explicatur mens Sancti Thomæ circa hanc quæſtionem.

36. QVID autem ſenſerit S. Thomas circa hanc quæſtionem dicendum eſt primò eſſe certum in opinione S. Thomæ Chriſtum ex vi primi Decreti non venturum fuiſſe, ſi Adam non peccaſſet. Secundò certum eſt ex S. Thoma, quòd Deus ex vi alterius Decreti ſaluaſſet homines per alium modum, ſi Chriſtus non fuiſſet incarnatus, ita expreſsè dicit 3. part. quæſt. 24. art. 4. ad 3. An autem priùs præuiderit ſcientia viſionis ipſum peccatum Adami futurum, & in remediũ peccati decreuerit tamquam medium Incarnationem Verbi, & mortem ipſius, dubitatur ex loco, tertiæ partis qu. 1. art. 3. ad quartum, vbi Sanctus Doctor facit hoc argumentum: Deus ab æterno prædeſtinauit Incarnationem, antequàm eſſet peccatum; ergo quamuis non fuiſſet peccatum, fuiſſet Incarnatio. Ad quod argumentum reſpondet, negando conſequentiam, & rationem reddit, quia prædeſtinatio ſupponit præſcientiam futurorum: Ex quo loco aliqui Thomiſtæ colligunt præſcientiam abſolutam peccati futuri anteceſſiſſe in Deo ſecundum rationem ipſam voluntatem ſe incarnandi. Sed ſi exactiùs hic locus perpendatur, videtur hoc non poſſe dici. nam in eo loco S. Thomas affert exemplum ad ſuum intentum probandum de prædeſtinatione alicuius electi, quæ (inquit) præſupponit orationem alicuius Sancti, per quam ille electus ſaluatur, ſicut exempli gratia, fuit oratio Sancti Stephani circa prædeſtinationem Pauli, ſed tam ſecundum veritatem, quàm ſecundum ipſum S. Thomam, prior fuit voluntas efficax prædeſtinandi Paulum, quàm oratio Stephani: imò hæc oratio fuit effectus prædeſtinationis. Nec poteſt intelligi hic locus, vt volunt aliqui recentiores, de ordine executionis, ſecundum quem prior fuit oratio; nam patet ibi ſermonem eſſe de voluntate efficaci prædeſtinationis Chriſti: ergo eodem modo dicendum eſt, quòd prædeſtinatio Incarnationis, ſeu exaltationis Chriſti, quæ duo pro eodem accipit ibi S. Thomas, fuit antè præuiſum peccatum abſolutè, quare dicendum potiùs eſt, Sanctum Thomam loqui de peccato ſcito per ſcientiam conditionatam, qua ſuppoſita Deus incarnari voluit Chriſtum, vt cauſam finalem. Quod autem S. Thomas agnouerit hanc ſcientiam conditionatam ſuprà oſtendimus in quarto principio Philoſophico, Corollario quarto, Dubitatione prima circa finem. Quòd autem ſimul ratione, & appetibilitate voluerit remedium peccati, ex eodem loco poteſt colligi. nam dicit, quòd remedium peccati, & prædeſtinatio Chriſti fuit ſimul ab æterno, non autem hoc poteſt intelligi de ſimultate durationis, quia hoc erat ita manifeſtum, vt non debuiſſet difficultatem de hoc mouere: ergo intelligit de ſimultate rationis in eadem æternitate.

Chriſtus venturus nõ fuiſſet, ſi Adam non peccaſſet.

Prædeſtinatio ſupponit præſcientiam futurorum.

Oratio Stephani fuit effectus prædeſtinationis S. Pauli.

QVÆSTIO SECVNDA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia ſecundi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, in Deo ſit libertas ad alia obiecta extra ſe.

B

SVPPONENDVM eſt primò, certum eſſe Deum non agere neceſſitate naturæ, ſicut ignis, quod etiam conceſſit Ariſtoteles, tum quia hic modus dicit imperfectionem in Deo, qui eſt naturæ intellectualis, tum quia produceret infinita; tum quia tolleretur contingentia à rebus, quia non poſſet huic Dei actioni creatura reſiſtere. 1.

Suppoaitur 1. Deus nõ agit ex neceſſitate naturæ.

Supponendum eſt ſecundò, Deum non agere ex neceſſitate naturæ per intellectum, & voluntatem, ita vt intellectio, & volitio potiùs ſe habeant ſpeculatiuo modo, quàm practico, cognoſcendo ſcilicet, & volendo concomitanter rem, quam operatur, quia hic modus dicit imperfectionem, tum quia Deus eſt prima cauſa, & non debet determinari ab alio, ſed à ſe ipſo, tum quia eſt cauſa infinita, & conſequenter redeunt eædem implicantiæ allatę, in primo ſuppoſito, quod ſcilicet produceret infinita, & tolleretur contingentia à rebus. 2.

C

2. Supponitur. Deus nõ agit ex neceſſitate naturæ per intellectum & voluntatem.

Supponendum eſt tertiò, quòd etiam ſi Deus agat per intellectum, & voluntatem practico modo, ita vt intellectus, & voluntas ſint ratio agendi, adhuc certum eſt Deũ non agere ex neceſſitate naturæ abſolutè, & ſimpliciter quãtum poteſt propter eaſdem implicantias ſuprà allatas; tum quia ſequeretur poſſe produci infinitum, & deſtrui, & iterum reproduci in infinitum, tum quia tolleretur contingentia à rebus, quia nulla creatura poteſt reſiſtere actioni Dei. 3.

3. Supponitur. Deus nõ agit abſolutè & ſimpliciter, quantùm poteſt.

D

Et in his tribus ſuppoſitis conueniunt non ſolùm Theologi, ſed etiam Philoſophi cum Ariſtotele in 2. phyſi. text. 49. vbi diſtinguit Agentia propter finem, in ea, quæ agunt ex neceſſitate naturæ, & in ea, quæ agunt ex electione, id eſt, per intellectum, & voluntatem, & ibidem c. 8. docet in 2. membro, ponendum eſſe primum motorem, & præterea 8. phyſ. probat primum motorem non agere naturaliter, quantùm poteſt, quia cùm habeat virtutem infinitam, moueret in non tempore: quamuis oppoſitum videatur dicere ibidem: vbi mundi æternitatem probat ex eo, quia primus motor mouet ex neceſſitate naturæ; tamen hoc non probat ex eo, quia agit quantùm poteſt ex neceſſitate naturæ; ſed quia creatio de nouo repugnat immutabilitati Dei, vt clarè patet ex 12. Met. cap. 6. & 2. cœli, cap. 6. Et ratio ipſius eſt, quia eſſet creatio de nouo quædam mutatio, & cùm non mutetur ſubiectum, quia nullum preſupponitur in creatione, ſequitur quod mutatur Deus; & quamuis hæc ratio nulla ſit, quia vt alibi diximus, ſufficit mutari rem, quæ de nouo fit tranſiens de non eſſe ad eſſe, tamen ſatis eſt ad propoſitum, quòd hæc ſit ratio Ariſtotelis.

Ariſt. 2. phyſic. tex. 49.

Primus motor non agit, quantùm poteſt apud Ariſtot.

E

Supponendum eſt quartò, dubium eſſe inter Peripateticos, an Ariſtoteles poſuerit Deum tamquam cauſam neceſſariò agentem per intellectum, & voluntatem, tamquam per rationem agendi non abſolutè quidquid poteſt, ſed quod iudicat eſſe melius, 4. Supp.

Digitized by Google

Ariſt. Sonci. Sot. Scot. Gabr. Ochã. Com. Alex.

meliùs, aut conuenientiùs, & eſt quartus modus. & quidem partem affirmatiuam tenuit in Ariſtot. Soncinus 12. Met. quæſt. 30. & 41. Sotus 8. phyſic. quæſt. 2. & alij, Scotus in 1. diſtinct. 8. quæſt. 5. Gabr. Ocham, partem verò negatiuam tenent in Ariſtot. Commentato lib. deſtructionum, diſput. 10. ad 1. & 2. dub. vbi negat in Ariſtotele Deum agere ex neceſſitate naturæ, nec ſecundum tres modos priores, nec neceſſariò ex electione iuxta quartum modum, idem cum Auerroe ſentit Alexander in libro de fato, & multi alij.

5. *5 Supp. In Deo eſt libertas in operibus ad extrà.*

Supponendum eſt quintò, quidquid ſit de Ariſtotele, certum eſt de fide dari in Deo libertatem in operibus ad extrà, etiam circa ea, quæ iudicat ex parte obiecti eſſe conuenientiora, & meliora; & hanc eſſe libertatem non ſolùm à coactione, verùm etiam à neceſſitate, probatur, ex 1. ad Corinth. 12. *hæc autem operatur vnus, & idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult*: id eſt, pro libero arbitrio ſuæ voluntatis, vt exponit Ambroſ. lib. 2. de fide & grat. (Ambr.) Secundò probatur ad Epheſ. 1 *omnia operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, in quibus verbis oſtenditur libertas Dei; Primò, quia Paulus, cùm egiſſet gratias Deo de beneficiis ſalutis, ſubdit, *omnia operatur*, &c. gratiarum autem actio ſupponit beneficium liberè datum: ſecundò, quia Paulus hoc adducit, vt oſtendat prędeſtinatos eſſe vocatos ſorte, ex ſolo ſcilicet propoſito diuinæ voluntatis. Tertiò, quia conſilium non eſt de neceſſariis, vt dicit Ariſtoteles 1. peri her. & alibi. Et (quamuis in Deo non ſit conſultatio, vt notauit Damaſcenus lib. 2. de fide ca. 22. eſt tamen in Deo iudicium certum de agendis ſine inquiſitione, vt dicit S. Doctor 1. 2. quæſt. 9. art. 1. 4. ad oſtendendum autem voluntatem, & liberam poteſtatem, dixit *ſecundum conſilium*, vt colligitur ex Anſelmo ſupra hunc locum, & clariùs ex Hieronymo ibidem, & apertis verbis Gregorius Nyſſenus in lib. de fat. cap. vltim. idem oſtendit. *Non enim* (inquit) *ſub neceſſitate eſt Deus, neque voluntatem eius neceſſitati ſeruire fas eſt dicere.* Quod igitur controuertitur in hac quæſtione, eſt an libertas Dei contra Philoſophos ſuprà citatos probari poſſit ratione Philoſophica, & oſtendemus quòd ſic.

In Deo non eſt conſultatio. Damaſc. S. Doct. Anſelm. Hieron. Nyſſen. Punct. diffic.

Probatur libertas Dei ex principio Philoſophico.

6. PRobatur igitur libertas Dei ſuprà explicata ex principio noſtro Philoſophico. Obiectum ad extra ex natura ſua eſt indifferens, & non eſt medium neceſſarium ad ipſum Deum tamquam ad finem, quia tunc Deus haberet imperfectionem indigentiæ; ergo voluntas Dei non poteſt determinari ab obiecto. Antecedens eſt manifeſtum. Conſequentia probatur ex noſtro principio Philoſophico, quia ſi non prouenit ex obiecto, prouenit ex imperfectione naturæ volentis. Sed hæc neceſſitas non eſt in homine, vt ſupponimus de fide, & per hoc diſtinguitur à reliquis animalibus, quæ potiùs aguntur, quàm agunt; ergo non debet eſſe in Deo ex principio Philoſophico, quia in cauſa æquiuoca, qualis eſt Deus, ſunt omnes perfectiones creaturarum, vel formaliter, ſi dicunt perfectionem ſimpliciter ſimplicem, vel eminenter, & hoc modo S. Doctor in 1. par. probat omnes perfectiones, quæ ſunt in creaturis eſſe in Deo, vel formaliter, ſi ſunt perfectiones ſimpliciter ſimplices, vel eminenter, & S. Auguſtinus lib. 83. quæſt. quæſtiuncula 2. ex hoc eodem noſtro principio probat Deum eſſe perfectiorem homine, quia (inquit) eſt cauſa hominis; iuſtitia autem (inquit) exigit, vt effectus non ſit par ei à quo fit.

Homo diſtinguitur à brutis, quia habet liberum arbitrium.

Perfectiones omnes quæ ſunt in creaturis, ſunt in Deo eminenter.

Sed inſurgit ſtatim difficultas circa hanc probationem, An ſcilicet libertas in homine ſit perfectio, vel proueniat ex imperfectione. ſi enim prouenit ex imperfectione, cùm hæc non reperiatur in Deo; non ſequitur ex vi huius probationis reperiri libertatem in Deo: quòd autem in homine libertas oriatur ex imperfectione, probari poteſt ex quinque capitibus, ex quibus ſumuntur quinque argumenta ad probandum in Deo non poſſe eſſe libertatem. 7. *Libertas in homine an ſit perfectio.*

Primum argumentum ex primo capite imperfectionis, eſt, quia in homine iudicium practicum eſt imperfectum, & obſcurum, & ideo non videt ſtatim, quod melius eſt, & propterea indiget, vt intellectus applicetur à voluntate ad hoc, vel illud cognoſcendum. quod quidem non contingit in Deo, quia ſimplici intuitu omnia cognoſcit neceſſariò. *Iudiciũ practicũ eſt imperfectum in homine.*

Secundum caput imperfectionis eſt, defectibilitas à bono honeſto, & peccabilitas in voluntate creata: vnde fit vt voluntas creata habeat omnimodam libertatem, quia non ſolùm habet libertatem, vt benè notauit S. Doctor 1. par. quæſt. 1. artic. 8. ad vtramque partem contradictionis, ſcilicet ad velle, vel non velle hoc, quod pertinet ad libertatem exercitij: ſed ad vtramque partem contrarietatis, ſcilicet ad velle hoc, & velle oppoſitum, quod pertinet ad libertatem ſpecificationis. At in Deo quia non poteſt eſſe talis imperfectio (eſt enim ſua voluntas intrinſecè recta) ideo nec poteſt reperiri in Deo ſaltem omnimoda libertas: non enim eſt liber quo ad ſpecificationem quantùm ad illud, quod eſt intrinſecè malum, ſicut eſt, exempli gratia, mendacium: non enim poteſt Deus dicere mendacium; ex 2. ad Timoth. cap. 2. 8. 2. Argum. *Volũtas creata habet omnimodam libertatem.* S. Doctor. 2. ad Tim. 2.

Tertium caput imperfectionis eſt, mutabilitas in homine, ex qua ſequitur, quòd homo antequàm velit, poſſit velle, & non velle, & poſtquàm voluit, adhuc eſt liber ad nolendum: at verò Deus ab æterno eſt immutabilis, ergo ab æterno ſemper determinatus. Præterea cùm iam eſt determinatus ad volendum vnum, non eſt liber ad nolendum. 9. 3. Argum. *Mutabilitas in homine quanta ſit.*

Quartum caput imperfectionis eſt, quia voluntas humana non eſt infinitè, & per eſſentiam bona, & ideo liberè poteſt ſe communicare, & non communicare ad extrà: at verò Deus eſt per eſſentiam infinitè bonus; ergo intrinſecè inclinatur ad communicandum ſe ſaltem aliquo modo: ergo quantùm ad hoc non poteſt eſſe liber, quia faceret contra ſuam inclinationem naturalem, & eſſentialem. 10. 4. Arg.

Quintũ caput imperfectionis, ex quo oritur libertas in homine, eſt, quia in homine ob ſuã mutabilitatẽ poteſt aſſignari determinatiuũ, per quod ipſa volũtas, quæ in primo ſigno eſt indifferens, & indeterminata ad hoc, vel illud obiectũ, determinetur in ſecũdo ſigno ad vnũ obiectũ: determinatiuum autem eſt actus volẽdi, qui elicitur ab ipſa volũtate. Quòd ſi vrgeas, per quod determinatur ad hũc actum. Reſpondetur, quòd ipſomet actu, in quo virtualiter includitur volitio eiuſdem actus tãquam obiectũ, & ſic nõ eſt neceſſe, quòd alio actu velit hunc actum, quia abiretur in infinitum; at verò in Deo, cuius voluntas eſt immutabilis, & inuariabilis, hoc determinatiuũ aſſignari nõ poteſt, per quod in primo ſigno, in quo eſt indifferens ad volendum creare, vel ad nõ volẽdum creare, determinetur in ſecundo ſigno ad volendũ potiùs quã ad nõ volendum: nã actus, quo vult creaturas, eſt idem actus omninò inuaria- 11. 5. Argum. *Voluntas per quid determinetur ad actum.*

Digitized by Google

tus,quo vult ſe ipſum, niſi dicatur, vt dicit Caietanus,eſſe modum ſuperadditum,qui ſit accidēs quinti prædicabilis, qui poſſit adeſſe, & abeſſe: ſed hoc dici non poteſt, nam hic modus identificari debet cum Deo;ergo eſt quid increatum,& diuinum; non poteſt ergo adeſſe, & abeſſe, quia alioquin ſequeretur quòd Deus poſſet carere ſe ipſo, & augetur difficultas, quia in creaturis libertas eſt in potentia volitiua, & non in actu,quia actus non eſt indifferens, ſed determinatus: at cùm in Deo non ſit potentia volitiua, ſed actus, quia eſt purus actus non habens admixtionem potentiæ; ſequitur quòd non poſſit eſſe liber.

12. Reſpōſio ad primum argumentū de differētia inter iudicium practicum Dei, & hominis.

Sed ad argumenta iſta reſpondetur,& primum argumentum petit illam difficultatem, an voluntas diuina determinetur neceſſariò à iudicio practico: & ratio difficultatis eſt tacta in argumento, quia cum in homine iudicium practicum ſit debile,& obſcurum, B poteſt homo modò ad hoc, modò ad illud ſe applicare; in Deo autem eſt perfectum,& ideo videtur in Deo ceſſare ratio applicationis liberæ.

Pr. reſponſio ex Capr.

Ad quam difficultatem omittendo nonnulla, quæ non faciunt ad ſolutionem argumenti,aliqui reſpondent ex Caprelo in 1. d. 45. q. 1. & 1ſ ad argumenta Aureoli contra 3. concl. vbi agit de determinatione diuinæ voluntatis, diſtinguentes ex doctrina Capr. quinque ſigna in Deo. In primo ſigno Deus cognoſcit omnia neceſſariò, & proponit voluntati: In ſecundo ſigno volūtas diuina neceſſariò vult ſeipſam, vt primum obiectum independens: In tertio ſigno voluntas diuina vult liberè, vt intellectus dictet aliquid producendum, tamquàm medium manifeſtatiuum diuinæ bonitatis amatæ in ſecundo ſigno: In C quarto ſigno intellectus dictat hoc, vel illud eſſe faciendum: In quinto ſigno voluntas neceſſariò determinatur ad illud,quod dictatur ab intellectu.

13. Confutatur prima reſp.

His poſitis reſpondent ad argumentum ſaluari libertatem in tertio ſigno. Sed contrà inſtatur, quia in tertio ſigno non habet voluntas diuina, à quo determinetur: inſtatur ſecundò, quia in illo primo ſigno omnia cognoſcuntur neceſſariò,& proponuntur voluntati ſecundum omnem rationem conuenientiæ: fruſtrà ergo datur illud tertium ſignum, fruſtrà etiā datur quartū,quia nihil cognoſcitur in quarto ſigno, quod non cognoſcebatur in primo,niſi fortè dicatur in quarto ſigno cognoſci eadem,vt facienda, quæ in primo cognoſcebantur,vt factibilia. Sed contrà, quia D ad hoc,vt cognoſcantur, vt facienda, debet præcedere decretum abſolutum diuinum illa faciendi, hoc autem decretum eſt neceſſarium in quinto ſigno ſecundum hanc opinionem; non poteſt igitur dari in Deo illud quartum ſignum,ſecus autem eſt in nobis ex imperfectione noſtræ cognitionis.

Verior reſp. ad primum argumentū. *In Deo libertas oritur ex imperfectione obiecti.*

Reſpondendum igitur eſt ad argumentum, quòd in Deo libertas non oritur ex imperfectione cognitionis, ſeu iudicij, ſed ex imperfectione obiecti ad extrà,quòd non habeat omnem rationem boni ſicut eſt obiectum ad intrà, nec eſt medium neceſſarium ad ipſum Deum tamquàm ad finem, quia non indiget creaturis; non igitur neceſſitat Deum, quia eſſet E imperfectio in Deo trahi ab obiecto indifferenti, & agi potiùs quàm agere, ſicut aguntur, & trahuntur bruta ab obiecto ſecundum ſe indifferenti.

14. Pr. reſp. ad ſecūdum argumentū in Deo,ſit libertas contradictionis ad v. nam partē,

Ad ſecundum aliqui negant in homine eſſe maiorem libertatem etiam extenſiuam quò ad ſpecificationem,quàm in Deo; exiſtimāt enim Deum poſſe velle quamcumque partem contradictionis ad extrà, etiam circa obiectum turpe,tum propter rationē allatam in ſecūdo argumento, quia ſcilicet dominium diuinæ libertatis debet eſſe ſummum, tum quia eo A ipſo, quòd Deus vult obiectum, iam illud obiectum non eſt turpe; velle enim,& nolle Dei eſt regula omnis rectitudinis, vt docet Anſelmus in Proſol. c. 11. *Illud eſt iuſtum*,inquit,*quod vis:non iuſtum, quod nō vis.* Sed hæc reſponſio falſa eſt, & communiter exploditur à Doctoribus: negandum eſt igitur, voluntatem diuinam eſſe regulam quo ad ſpecificationem;in hoc ſenſu quatenus, quòd eſt turpe ex natura ſua non poteſt voluntas diuina facere,vt ſit honeſtum,vt mētiri,vt docet S.Tho.1.p.q.21.ar.1.&idem Anſelmus in proſol. c. 11. citato, vbi dicitur Deus iuſtus, quia facit quod decet ſummum bonum; regulatur igitur quò ad hoc, vt ita dicam, ab obiecto ex natura ſuà honeſto;vnde idem Anſelmus lib. 1. cur Deus homo c.12.& Auguſtin. lib. 15.de Trinit.c. 15. & Paul. 2. ad Theſſ. 2. dicunt *Deum non poſſe mentiri, ſicut non poteſt ſeipſum negare*, quia voluntas ſua eſt intrinſecè, B & naturaliter recta, quia eſt bonitas per eſſentiam: non ergo poteſt velle obiectum,quod ex natura ſua, & ex principiis intrinſecis eſt turpe.

ſicut eſt in homine. *Velle & nolle Dei eſt regula omnis rectitudinis.* Anſel. Confutatur 1. reſp. ad 2. arg. *Quod eſt turpe natura ſua, Deus nō poteſt facere vt non ſit turpe.* S. Thom. Anſel. Aug. 2. ad The. 2.

Verior reſp. ad 2. arg.

Hoc igitur conceſſo, ad argumentum reſpondetur ex eodem S. Thoma loco citato in argumento, quòd quāuis eſſe voluntatem liberam quo ad ſpecificationem ad vtramque partem contrarietatis ſit maior libertas extenſiuè, intenſiuè tamen eſt defectus potiùs,quàm perfectio,quare ex hoc potiùs ſequitur in Deo eſſe perfectiorem libertatē,quàm in creatura.

15. Reſp. ad arg. tertiū ſuprà poſitum. Scare ſimul in Deo libertatem cum immutabilitate. *Voluntas hominis cur ſit libera.*

Ad tertium reſpondetur, non obſtare immutabilitatem ab æterno, quod Deus ſit liber, & antequam determinetur, & poſtquàm eſt determinatus. Prima pars probatur, quia quāuis ab æterno ſit determinatus, tamen in primo ſigno rationis intelligitur voluntas Dei indeterminata, & indifferens, ſicut C voluntas hominis dicitur libera non ex eo præcixè formaliter, quia ante inſtans volitionis poterat non velle; ſed quia, vt tenet communis Philoſophorum opinio contra paucos Nominales, in eodem inſtanti volitionis, in priori naturæ eſt indifferens ad volendum,& non volendum; & probatur ratione, quia ſicut in eo inſtanti voluntas ſe applicauit ad vnum,poterat ſe applicare ad oppoſitum; ergo pro eodem inſtanti eſt libera. Secunda pars probatur concedendo, quòd poſtquam Deus eſt determinatus ex perfectione immutabilitatis,non poſſit non velle,quod voluit, quia non occurrit aliquid cognoſcēdum, quod priùs non cognouerit; nec poteſt mutari ex libertate tantùm, D quia eſſet leuitas,vt ſupponimus in propria materia: hoc tamen conceſſo non ſequitur, quòd Deus non ſit liber etiam, poſtquàm eſt determinatus, quia hæc neceſſitas non eſt ſimpliciter,ſed ex ſuppoſitione conſequenti: neceſſitas autem, ex ſuppoſitione conſequenti poteſt ſtare cum libertate. Alij ſoluunt dicentes,quòd Deus velit liberè de præſenti,quia in actibus Dei non datur præteritum, & futurum,cùm menſurentur æternitate,quod eſt vnum inſtans, permanens perperuum. Sed hæc reſponſio bona eſt, non tamen ſatisfacit, niſi recurratur ad priorem reſponſionem:ſuprà enim probauimus in 4.q.Phil.Corol.1. in actibus Dei poſſe dari præteritum, & futurum in ordine ad tempus noſtrum,cui verè coëxiſtit extrinſecè æternitas Dei.

16. *Deus poſt ſuū de.r.tum quo modo maneat immutabilis.*

Confutatur aliorum ſolut.

17. Reſp ad quartum arg. An naturalis inclinatio Dei ad ſe communicādū tollat libertatem. 1. Inſtatur.

Ad quartum reſpondetur,inclinari quidem Deum ob argumentum factum ad ſe communicandum ad extrà, non tamen neceſſariò; quia obiectum ad extrà non eſt remedium neceſſarium ad ipſum, tanquā ad finem, quia alioqui in Deo eſſet indigentia, & imperfectio. Et cùm vrgetur primò: In Deo eſt naturalis, & eſſentialis inclinatio ad ſe communicandum; ergo naturaliter,& neceſſariò vult ſe communicare: Reſpondetur inclinationem eſſe ad volendum

Digitized by Google

Solutio. dum liberè:ſicut petit natura obiecti. Et cùm vrge-
2. Inſtatur. tur ſecundò ; ergo faceret contra ſuam inclinationem, vel ſaltem fruſtraretur illa naturalis inclinatio:
Solutio. Reſpondeo neutrum ſequi : non primùm,quia non inclinatur ad volendum neceſſariò,ſed ad volēdum liberè : non ſecundum, quia hæc actio ad extra non eſt debita Deo , nec conſentanea, niſi quatenus eſt
3. Inſtatur. liberè volita.Et cū vrgetur tertiò, inclinatio in Deo eſt actualis per modum actus ſecundi;non enim poteſt dari in Deo potentia , cùm ſit actus puriſſimus: ergo actualiter inclinatur ex natura ſua;|hæc autem actualis inclinatio eſt ipſa volitio creaturarum in
Solutio. Deo.Reſpondetur , quamuis in Deo non ſit potētia, tamen ille actus ſecundus,quo vult ſeipſum , poteſt eſſe per modum actus primi,quo vult creaturas , ita vt reſpectu creaturarum intelligatur ſecundum noſtrum modum concipiendi in primo ſigno entitas actus ſine exercitio ad creaturas , in poſteriori verò ſigno ſuppoſita quadam volitione virtuali determinante, intelligitur ille actus cum exercitio,vt fuſiùs explicabitur mox in ſequenti reſponſione ad quin-
Inſtatur 4. tum. Quòd ſi adhuc vrgeatur quartò , ſaltem Deus poſſet carere hoc exercitio; quod eſt quædam ſal-
Solutio. tem extenſiua perfectio in Deo : Reſpondetur, hoc exercitium in Deo nullam dicere perfectionem,nec intenſiuam,nec extenſiuam entitatiuè , ſeu intrinſecè,ſed tantùm obiectiuè,& extrinſecè , vt mox ibidem probabimus.

Soluitur quintum argumentum ; & explicatur ; an detur in Deo actus vitalis liber terminatus ad creaturas.

18. Responsio ad quintum petit illam arduam difficultatem : An in Deo ſit actus vitalis liber terminatus ad creaturas.

1.Suppoſitū Vt autem punctus difficultatis appareat , ſecernenda ſunt certa ab incertis.Primò certum eſt hunc actum liberum in Deo non eſſe purum reſpectum rationis;nam Deus paſſim in Scripturis dicitur velle;velle autem dicit actum vitalem,& purum reſpectum rationis.

2.Suppoſitū Secundò ſupponendum eſt tamquam certum, hunc actum non eſſe aliquam perfectionem liberam ſuperadditam Deo contra Caietanum , vt ſuprà dictum eſt,quia hæc perfectio eſſet intrinſeca ; ergo eſſet Deus,ergo neceſſaria,ſicut ipſe Deus : & confirmatur ex Concilio Remenſi in ſymb.fidei,vbi dicitur,quòd ea,quæ ſunt in Deo ab æterno, ſunt ipſe Deus:& quamuis multa ex illo concilio non fuerint confirmata per Eugenium III. tamen habent magnam auctoritatem.

Quæ ſunt in Deo ab æterno ſunt ipſe Deus.

19. His igitur poſitis tamquam certis inſurgit ratio dubitandi.nam ſequitur,quòd hic actus liber ſit, vel ipſa eſſentia Dei ſignificata per modum actus eliciti,vel clariùs,ſit ipſemet actus volitionis , quo Deus vult ſe ipſum : ſed quodcumque dicatur , eſt perfectio neceſſaria : ergo informat ſecundum noſtrum modum concipiendi neceſſariò ipſam voluntatem Dei, vel debet dari aliquod , per quod ipſa entitas actus determinetur liberè ad creaturas : hoc autem determinatiuum non poteſt eſſe intrinſecū in Deo, quia ex primo ſuppoſito eſt perfectio neceſſaria in Deo,nec poteſt eſſe purus reſpectus rationis , quia hic reſpectus deberet habere aliquod fundamentum : non poteſt autem habere rem futuram , quia actus hic liber ſecundum illum reſpectum eſt cauſa rei futuræ;ergo debet habere fundamentum in Deo: hoc autem eſt perfectio neceſſaria,vt probatum eſt,

Actus liber in Deo quid ſit.

A ergo & ille reſpectus rationis erit neceſſarius.

Propter hanc rationem dubitandi Vaſquez 1. p. diſ.80.tenet tandem,poſtquam multa dixit,hāc difficultatem eſſe inexplicabilem. Suarius verò relatis aliorum opinionibus , quas paulò ſuprà confutauimus , conatur explicare dicens , quòd eodem actu, quo Deus vult ſeipſum , vult creaturas, qui quidem actus ſimpliciſſimus propter ſuam infinitatem , poteſt eſſe ſimul neceſſarius, & liber:& præterea dicit illum actum reſpectu creaturarum ſe habere ad modum actus primi,atque adeò poſſe Deum illo vti, & applicare quo ad exercitium ad volendum creaturas,vel ad non volendum , ſicut homo ſine aliquo actu poteſt applicare liberè potentiam ad eliciendum potiùs hunc actum volitionis,quàm illum.

Varij dicēdi modi. 1. eſt Vaſq. 2.Opinio Suarij.

B Sed hæc opinio Suarij habet difficultatem. nam quæro primò:quo modo actus ille volitionis habet rationem actus primi , & ſecundi. & ratio difficultatis eſt,quia actus volitionis , ſicut alij actus conſiſtunt in exercitio.Secundò quæro , quare actus ille non informet neceſſariò ipſam Dei potentiam,cùm habeat omnia requiſita : eſt enim vitalis à principio interno,immò ipſa vita : & quidem à potentia vitali creata,cùm eliciuntur actus vitales , neceſſariò ſtatim informant , nec eſt in libera poteſtate voluntatis volitionem informare,vel non informare:dicere autem tunc id prouenire ex eminentia actus diuini, hoc non ſoluit difficultatem : nam eſto concedatur illum actum diuinum eſſe per modum actus primi, & ſecundi propter ſuam infinitatem , tamen adhuc

Pr.inſtantia cōtra ſecundum modū. 2. Inſtantia. *A potentia creata cū eliciuntur actus vitales ſtatim informant.*

C non videtur infinitas obſtare ; quin actus informet neceſſariò,quia informare eſt formā dare ſeipſam.ſi ergo ſunt omnia requiſita , vt videntur eſſe in caſu quæſtionis, neceſſariò præbet ſeipſam:ſicut igitur ſi in voluntate creata eſſet entitas volitionis à principio intrinſeco neceſſariò, informaret quò ad actum ſecundum , ita etiam in Deo. Tertiò quæro , à quo determinetur ipſe actus Dei conceptus per modum actus primi ad actum ſecundum?& quidem nō omninò ſatisfit , cùm dicitur , quòd ſicut voluntas ſeipſa determinatur ad hunc actum potiùs , quàm ad illum,ita etiam ſe determinat Deus ; & ratio diſparitatis eſt,quia in creaturis voluntas libera determinatur per ſuum concurſum vitalem,in quo includitur volitio virtualis ipſius actus,qui producitur:at in

3.Inſtantia.

D Deo hæc determinatio eſſe non poteſt : vnde ſi in voluntate creata ſupponamus poſſe poni à Deo actum volitionis ſine exercitio illius,non poſſet voluntas ſe determinare ad exercitium ſine concurſu aliquo influente in ipſum actum, in quo ſaltem includitur volitio,& acceptatio illius actus, ſeu exercitium ipſius actus. Quare non eſt verum , quòd in creaturis exercitium non addat aliquid ſupra entitatem;addit enim quòd potentia ſit vitalis, & etiam quòd ſit influxus ipſius potentiæ:vnde ſi eadem volitio,quæ eſt in lapide,ponatur in volūtate, non ſtatim exerceret actum niſi voluntas concurreret ad actum per influxum conſeruatiuum.Sed his nō ob-

E ſtantibus, hæc opinio eſt omnino tenenda,quantùm ad id quod dicit actum volendi creaturas eſſe; vel eſſentiam Dei ſignificatam per modum actus eliciti, ſiue ipſum actum , quo Deus vult ſe ipſum,indiget tamen explicatione; pro quo.

Suarij opinio tenenda eſt.

Notandum eſt primò in actu vitali , ſicut in aliis relatiuis eſſe diſtinctam entitatem ab exercitio. & ratio eſt , quia non ſolùm reſpicit ſubiectum , ſicut ſunt abſolutæ entitates,verbi gratia,album; ſed etiā terminum. poteſt igitur eſſe entitas talis relatiui in ſubiecto ; & tamen non exercitium ex defectu termini,vel rationis fundandi,vel alicuius requiſiti:vn- 20.

Pr. not. Declaratur ſententia Suarij. *In relatiuis entitas diſtincta eſt ab exercitio.*

de ſi poneretur relatio paternitatis in lapide, faceret quidem lapidem habentem entitatem relatiuam, nõ tamen exerceret actum referendi in lapide, quia non eſſet terminus, ſcilicet filius, nec ratio fundandi, nimirum generatio, & de facto ſecundum multos Philoſophos entitas paternitatis, & filiationis eſt in quolibet homine, diſtincta ratione ratiocinata à fundamento remoto, ſcilicet potentia actiua, vel paſſiua, & tamen dicunt non exercere actum referendi, niſi poſita ratione fundandi, quæ eſt generare, vel generari, & poſito termino. Et in caſu quæſtionis exemplum poteſt eſſe, ſi Deus ſe ſolo produceret actum vitalem, potentia noſtra diceretur habere entitatem actus vitalis, non tamen vitaliter per modum exercitij, quia requiritur neceſſariò ad exercitium, vt ſit actus ille à principio interno vitali, & ob hanc rationem negant contra Durand. à Deo ſolo produci viſionem beatificam in intellectu Beati.

21. 2. Not. *In potentia, vt ſit actus vitalis plura requirit & quæ ſint illa.*

Notandum eſt ſecundò, vt in potentia ſit exercitium actus vitalis, requiri plura, inter quæ præcipuè ſunt, vt actus ille non ſolùm ſit in potẽtia vitali, ſed vt ſit à principio intrinſeco vitali, ſicut paulò antè dicebamus de viſione. & ratio eſt, quia actus eſt intrinſecè vitalis; ergo vt exerceat actum volitionis, ſeu vitalitatis, neceſſariò requiritur, vt ſit à vita. Secundò requiritur, vt habeat potentiam proportionatam: quam informet; eſt enim actus intrinſecè immanens: vnde fit, vt etiam ſi actus vitalis eliceretur à potentia vitali, & per impoſſibile non reciperetur in potentia vitali, non exerceret actum vitalitatis in potentia eliciente attingendo ſcilicet vitaliter obiectum. Et patet primò; nam ſi viſio poneretur in lapide, non faceret lapidem formaliter videntem. Patet 2. quia ſecundum illos, qui tenent potentiam receptiuam debere eleuari, vt recipiat viſionem beatificam, vel alium actum ſupernaturalem, quòd nos etiam ſuprà tenuimus in q. 2. Philoſophica, Corol. 2. tunc ſi intellectus tantùm eleuaretur à Deo ad producendum actum viſionis, & non ad illum recipiendum, in tali caſu actus ille viſionis non informaret potentiam quo ad exercitium, ſcilicet, per attingentiam obiecti, quia deeſſet potentia receptiua proportionata.

22. 3. Not. *Exercitium actus non addit ſupra entitatem actus aliquid poſitiuum.*

Notandum eſt tertio, quod exercitium non addit ſuprà entitatem actus aliquod poſitiuum reale, ſed tantùm dicit informationem, ſicut relatio paternitatis poſita in ſubiecto, non habente rationẽ fundandi. ſicut tenent illi, qui dicunt relationes ſolùm diſtingui ratione raciocinata, & conſequenter eſſe coæuas ſubiecto: huiuſmodi, inquã relatio non exercet actum, poſita autem ſola ratione fundandi ſtatim exercet actum, niſi fortè dicatur addere nouum informationis modum, præter illum modum priorem informationis. Sed hoc gratis confingitur: nam nouus iſte modus nihil videtur poſſe addere ad priorem, niſi ordinem actualem ad terminum, qui eſt relatio prædicamẽtalis adueniens: Quòd ſi quis ſecundò dicat, exemplum allatum de relatione non benè probare intentum: nam ad hoc vt relatio exerceat actum, requiritur terminus, & ſic aliquid additur: at verò de aliis formis hoc dici non poteſt: nã vt volitio, de qua eſt controuerſia, exerceat actum, non poteſt ſupponere terminum, ſed potiùs terminus cauſatur ex exercitio volitionis. Reſpondetur, nos ſolùm intendere in hoc tertio notabili, quòd exercitium non addit aliquid intrinſecum ipſi entitati actus, quicquid ſit, an requiratur aliquod extrinſecum, ſicut terminus in relatione, vel aliquid ſimile in volitione: requiruntur enim nonnulla ad hoc vt volitio exerceat actum, exempli gratia, vt ſit in

A ſubiecto proportionato, & præterea ſupponi debet cognitio obiecti. vnde ſi Deus tollat iudicium de re, quæ appetenda eſt, non poteſt in hoc caſu volitio exercere actum; quia non poteſt voluntas ferri, niſi in obiectum cognitum: poſito tamen obiecto cognito ſtatim volitio exercet actum: eodem etiam modo ſi volitio ponatur ſubiectiuè in ſubiecto non apto, ſtatim adueniente aptitudine totaliter requiſita, volitio illa exercet actum: Quòd ſi quis dicat tertiò, quòd ſi entitas volitionis produceretur à ſolo Deo, & poneretur in voluntate mea, nõ exerceret actum, niſi voluntas mea poſitiuè concurreret ad illum actum: ergo aliquod intrinſecum additur actui. Reſpondetur, quod tunc ille concurſus requiritur ſolùm, vt actus ille vitalis ſit à principio intrinſeco B eius, in quo eſt, ſed quantùm ad informationem, non addit aliquid reale.

Vt volitio exerceat actũ aliqua requiruntur & quæ ſint illa.

23. 4. Not. *In Deo eſt vnus actus, quo vult ſe & creaturas.*

Notandum eſt quartò, quòd in Deo eſt vnus, & idem actus, quo vult ſeipſum, & quo vult creaturas: poſſumus tamen diſtinguere ſecundum noſtrũ modum concipiendi actum, quo Deus vult ſe ipſum, ab actu, quo vult creaturas, ita vt in Deo ſit entitas volitionis, qua vult eſſe creaturas, & volitionis, qua vult non eſſe creaturas: ſi tamen actu poſitiuo vult illas non eſſe: & hic quidem actus ſub diſiunctione eſt neceſſarius in Deo. His notatis,

24. Pr. dictum.

Dico primò ex primo notabili, in primo ſigno, in quo Deus vult ſe ipſum eſſe entitatem volitionis circa creaturas, ſed nõ eſſe exercitium, ſeu informationem ſecundum noſtrum concipiendi modum. C Supponimus autẽ illa duo diſtingui, vt oſtendimus in primo notabili. Probatur hæc aſſertio aliquibus exẽplis præter ea, quæ attulimus in primo notabili. Primò multi tenent relationem prædicamentalem creatoris in Deo eſſe ab æterno, quæ tamen quo ad actum referendi tãtùm eſt in tempore, cùm producit creaturas, quia tunc eſt ratio fundandi, & terminus. Sed ego hoc exemplum nõ exiſtimo verum, vt dixi in Metaph. ſed eſt aliud exemplum in productionibus diuinis: tenuimus enim opinionem illam probabilem, cùm legeremus materiam de Trinitate, quòd in Patre eſſentia diuina in primo ſigno ſibi vendicet relationem Paternitatis, quantùm ad entitatem, per quam eſt eſſentia ſecunda in primo ſigno: & in ſecundo intelligitur origo, ſeu produci ſe- D cundum noſtrum modum concipiendi, quia ex natura ſua origo præſuppõnit perſonam producentem cõſtitutam, & ſecũdã in actu primo, & in tertio ſigno illa relatio habet exercitium referendi, ſcilicet Patrẽ ad Filiũ: ita in caſu noſtro illa entitas volitionis circa creaturas eſt in Deo in quocumque ſigno volũtatis, quia eſt entitas neceſſaria; non tamen eſt quoad exercitium, quia creaturæ non poſſunt eſſe volitæ, niſi vt medium indifferens, & conſequenter præcedere debet volitio circa Deum propter ſe ipſum omnino independenter à volitione creaturarum.

In diuinis relationes quales ſint.

25. 2. dictum. *Dei volitio circa creaturas non informat neceſſariò voluntatem diuinã.*

Dico ſecundò ex ſecũdo, & tertio notabili, quòd in ſecundo ſigno illa entitas volitionis circa creatu- E ras non informat neceſſariò voluntatem diuinam quoad exercitium, non ex eo, quia non eſt à principio vitali; eſt enim ipſa vita: ſed ex eo, quia non habet ſubiectum proportionatum ſecundum noſtrum imperfectum intelligendi modum, niſi priùs voluntas diuina liberè intelligatur exercere actum. Et ratio eſt, quia actus ille quo ad exercitium connaturaliter eſt liber, & indifferens, vt ſit, vel non ſit; eſt enim circa obiectum omninò indifferens. Præterea iudicium practicum eſt indifferens obiectiuè, ergo non poteſt actus voluntatis, qui ſequitur connaturaliter

Digitized by Google

ralitet iudicium, informare ſecundum exercitium A connaturaliter, niſi prædeterminetur voluntas ab aliquo extrinſeco efficienti, quod non poteſt contingere in Deo, ſicut ſi tolleretur penitus iudicium, etiam ſi ponatur actus volitionis, non informaret quo ad exercitium: ita ſuppoſito iudicio indifferenti in Deo, non poteſt entitas volitionis informare neceſſariò, quia debet informare connaturaliter; non enim poteſt Deus ab efficienti extrinſeco determinare, ſicut voluntas humana: oportet igitur, vt voluntas liberè ſe determinet ad ſimpliciter volendum, ad hoc, vt actus habeat potentiam ſibi proportionatam, hæc autem eſt voluntas libera. Igitur priùs intelligitur in Deo eſſe in ſua poteſtate exercere actum volendi, vel non volendi, quàm eſſe ipsũ exercitium actus, & hoc voluit dicere Aureol. in 1. B d. 47. q. 1. a. 1. relatus ab Arim. in 1. d. 47. q. vnica, cùm dixit in poteſtate Dei eſſe velle, & non velle, & ipsũ velle non expoſcere aliquem actum determinatum, ſed plenitudinem perfectionis.

Aureol. Arim.

16. Sed hic ſtatim occurrit difficultas, per quod ſcilicet ipſa voluntas libera Dei determinetur potiùs ad exercitium volendi creaturas, quàm non volẽdi. Reſpondetur, ad hoc ſufficere tantùm volitionem quamdam virtualem antecedentem in quodã priori ſigno ipſum exercitium actus. nam quamuis virtualiter includatur in ipſo exercitio actus, non tamẽ includitur tamquam in aliquo priori, ſed tamquam in aliquo poſteriori; præcedit enim volitio virtualis ipſum exercitium in priori quodam ſigno. Quòd C autẽ detur huiuſmodi volitio virtualis antecedens, probatur, quia neceſſe eſt illam admittere in quacumque potentia libera, ne detur proceſſus in infinitum. Nam quæro, à quo potentia libera noſtra determinatur ad volendum potiùs hunc actum, quàm oppoſitum. quòd ſi reſpondeatur, primò determinari ab ipſomet actu, qui producitur: at verò in Deo, quia non poteſt dari aliquis actus de nouo, ideo, nõ habet, à quo determinetur. Contrà, quia intelligitur actus eſſe determinatus in ſe, & deinde per denominationem extrinſecam deriuari ad potentiam liberam, ſed antequam actus ſit determinatus; quæro per quid potentia liberè potiùs determinetur ad illum, quàm ad oppoſitum, Quòd ſi reſpondeas ſecundò, determinari à iudicio practico. Contrà, vel D iudicium practicum non neceſſitat, & tunc potẽtia remanet libera, & currit idem quæſitum: vel neceſſitat, vt tenent aliqui, & tunc intercedere debet libertas ad faciendum hoc iudicium practicum, alioquin non ſaluaretur aliqua libertas in actu: & tunc quæro eodem modo per quid determinatur potentia libera ad faciendum potiùs hoc iudicium, quàm oppoſitum: quare neceſſariò deueniendum eſt ad volitionem virtualem antecedentem.

17. Pr. obiectio cõtra ſecundum dictũ. Sed contra hoc ſecundum dictum obiiciet quis primò, quia ſi in voluntate creata ponatur à Deo actus volitionis, ab ipſo Deo productus, niſi voluntas creata influat in ipſum actum illum conſeruando, nullo modo determinatur ad velle quo ad exer- E citium, quia in illo concurſu, ſeu influxu intelligitur virtualiter velle, & acceptare illum actum, à Deo ſolo primò productum; ergo etiam Deus ad hoc, vt velit, quo ad exercitium creaturas per actum, quo vult ſe ipſum, debet aliquo modo liberè influere. Reſpondetur; quòd eſt diſpar ratio; nam volũtas creata neceſſariò debet influere, quia actus ille ponitur ab extrinſeco: ad hoc igitur vt ſit vitalis, debet eſſe à principio intrinſeco. At in Deo cùm actus ſit intrinſecus, immò ipſa vita, nõ opus eſt, vt ſit aliquis influxus, ſed ſolũ requiritur volitio virtualis vt exerceat

Solutio.

actum volitionis: quòd autem ad volitionẽ virtualem impertinens ſit productio actus, ſuprà probauimus. nam volitio virtualis debet præcedere ipſum actum, vt ſuprà viſum eſt; non ergo poterit voluntas ab actu determinari antecedenter ad productionem ſui potiùs, quàm actus oppoſiti.

Quòd ſi quis velit tenere, quòd ſi in voluntate creata ponantur duo actus oppoſiti producti à Deo, & qui etiam conſeruentur ab ipſo Deo, tunc in hoc caſu in poteſtate voluntatis eſſet exercere hunc, vel illum actum ſine aliquo influxu, quia in tali caſu nõ influeret ad actũ, nec in fieri, nec in conſeruari, quia ſupponitur vtrumque fieri à Deo ſolo; ſi quis, inquam, hoc velit tenere, nihil diceret contra nos, immò magis faueret opinioni noſtræ, in qua dicimus ſufficere volitionem virtualem in Deo ad hoc vt exerceat actum volendi potiùs, quam non volendi, ſine aliquo influxu ad actum. Obiicies ſecundò, ponamus, quòd à Deo prædeterminetur voluntas creata ad actum, circa obiectum ex natura ſua indifferens, tunc ille actus ſine aliqua virtuali volitione informaret voluntatem noſtram quo ad exercitium; ergo eodem modo in Deo ille actus volitionis intrinſecus quo ad entitatem neceſſariò debet informare ſuo modo quo ad exercitium. Reſpondetur, eſſe diſparem rationem in voluntate creata; nam voluntas creata poteſt neceſſitari ab agente extrinſeco ſcilicet Deo, cui ſubordinatur eſſentialiter ſecundũ potentiam obedientialem, & ideo actus volitionis in illo poſſet informare voluntatem creatam ſine vlla virtuali acceptatione neceſſariò: at in Deo hoc non poteſt contingere; quare debent potentia, & actus eſſe proportionata ſecundum ſuam naturam, atque adeo, vt dictum eſt connaturaliter informare: ſi igitur actus ille volitionis circa creaturas ex natura ſua eſt indifferens ex obiecto indifferenti, circa quod fertur, & à quo ſumit ſuam ſpeciem, debet etiam habere proportionatam potentiam, quam ſecundum noſtrum modum concipiendi informaret, nimirum liberam; ergo numquam intelligitur informare; niſi prius intelligatur potentia libera Dei virtualiter acceptare actum illum volitionis quo ad exercitium, acceptat autem per volitionem quamdam virtualem antecedentem ipſum exercitium actus, vt dictum eſt: ſic igitur à nobis explicatum exemplum de potentia libera, (quod multas, vt vidimus, habet difficultates) accommodari poteſt libertati Dei.

28. 2. Obiectio.

Volũtas creata poteſt neceſſitari à Deo.

Contra verò hanc ſententiam Suarij ſic explicatam ceſſant inſtantiæ ſuprà allatæ contra eamdem opinionem, quam diximus indigere explicatione. 29. Soluitur pr. inſtantia allata ſuprà.

Ad primam enim dicimus, quòd entitas relatiua habet vnum reſpectum ad ſubiectum, & alium ad terminum; ideo in illa diſtingui poteſt entitas ab exercitio entitatis, vt patet ex primo notabili. 30. Soluitur 2.

Ad ſecundam reſpondetur ex ſecundo notabili, quòd volitio creaturarum in primo ſigno, in quo Deus vult ſeipſum, non intelligitur informare quo ad exercitium, quia debet præcedere volitio finis, ſcilicet, ipſius Dei, quando finis eſt omninò independens à medio, vt eſt in caſu noſtro, & hoc patet ex primo notabili: in ſecundo verò ſigno non informat quo ad exercitium, quia actus, & potentia quo ad informationem debent eſſe proportionata, vt patet ex ſecundo notabili: at actus circa creaturas eſt omninò indifferens ex obiecto, quod reſpicit, non ergo poteſt in illo ſecundo ſigno informare voluntatem quò ad exercitium, niſi priùs intelligatur voluntas diuina ſe determinare ad exercitium illius, 31.

Digitized by Google

vel ad oppoſitum, ſi demus, quòd Deus actu poſitiuo vult non eſſe creaturas. A

32. *Soluitur 3. instantia. Voluntas diuina determinat ſeipſā, nec requiritur nouus influxus.*

Ad tertiam dico, quòd voluntas diuina determinat ſeipſam, nec requiritur nouus influxus, ſicut requiritur in voluntate creata propter rationem allatam in ſecundo dicto, quia ille actus in Deo eſt vita: at verò ſi poneretur actus productus à Deo in voluntate, requireretur nouus influxus in voluntate ad hoc, vt actus ille eſſet vitalis, & à principio intrinſeco. ſufficit igitur in Deo, quòd ſe determinet per illam virtualem volitionem ſuprà explicatam, quæ antecedit exercitium actus.

33. Ad rationem autem dubitandi allatam ſuprà num. 19. contra hunc actum liberum in Deo: Reſpondetur Deum determinari ad actum liberum per volitionem virtualem quatenus virtualiter vult, vt actus ille determinetur quoad exercitium ad creaturas. Ad ſecundam verò, cùm dicitur, ille reſpectus rationis non poteſt fundari in eſſentia, ergo fundatur in creatura; ſed hoc eſt impoſſibile, quia volitio eſt cauſa creaturæ: Reſpondetur, fundamentum huius reſpectus rationis, non eſſe, vt exiſtimat Vaſquez prima par. diſp. 80. ipſas creaturas, ſed ipſum exercitium vitale, vt liberum, quod diximus eſſe in Deo, atque adeò iſte reſpectus antecedit effectum creatum, quod non eſt ſimile in reſpectu creatoris qui ſubſequitur rem creatam, vt bene aduertit Henricus quodl. quæſt. 1.

Et hæc quidem ſufficit dixiſſe in materia tam ardua, in qua viri alioqui doctiſſimi dixerunt non poſſe pro hoc ſtatu ab intellectu creato reddi rationem.

Plura alia Corollaria ex hoc ſexto principio Philoſophico poſſunt deduci circa Deum, exempli gratia, an in Deo ſint virtutes morales, quæ ſunt in homine & aliæ huiuſmodi perfectiones; præterea de adoratione imaginis, & imaginati; ſed quia hæc paſſim reperiuntur apud Doctores Eccleſiæ, præſertim recentiores, & nihil noui mihi nunc occurrit dicendum, omitto.

SEPTI

Digitized by Google

SEPTIMVM PRINCIPIVM PHILOSOPHICVM.

Quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe, ex Ariſtotele 3. phyſ. text. 21.

Quod ſub his aliis verbis docet idem Ariſtoteles lib. 7. Topicorum, capite primo, loco quarto.

Cui alterum idem, & alterum. nam ſi non ſunt ambo eidem eadem, manifeſtum eſt, nec ſibi inuicem.

QVÆSTIO VII. PHILOSOPHICA.

Vtrum hoc Principium ſit verum.

HÆC QVÆSTIO POTEST INTELLIGI dupliciter. Primò de identitate ſecundum rem, de qua propriè loquitur Ariſtoteles. Secundò de identitate ſecundum prædicationem.

SVNT IGITVR IN HAC QVÆSTIONE DVÆ Dubitationes examinandæ.

I. *An hoc principium ſit verum de identitate ſecundum realitatem.*
II. *An ſit verum de identitate ſecundum prædicationem.*

PRIMA DVBITATIO.

An quæ ſunt eadem vni tertio ſecundum rem, ſint eadem inter ſe.

1. 1.opin.Scot. Caie.& Cap. PRIMA opinio eſt Scoti in 1. diſt. 2. quæſt.4.ab identitate extremorum in tertio ſolùm poſſe inferri identitatem ;extremorum inter ſe, eadem ratione, qua ſunt eadem vni tertio.Eiuſdem opinionis eſt Capreolus in 1.diſt.2.quæſt. 3. art. 1. in fin.& Caietanus 1.part.quæſt.28.art.3. Ferrarienſis 3.contra gentes, cap.9. Sed hæc opinio impugnatur primò,quia ſequeretur, quòd propoſitio eſſet identica, inepta ad colligendum vnitatem duorum ; at Ariſtoteles lib. 7. Topic. cap.1.loco 4. dicit hoc principium eſſe locum communem,vt ex vnitate, ſeu identitate cum vno tertio, colligatur A vnitas ſimpliciter ſecundum illa duo extrema, ſecundum ipſorum entitatem. Secundò impugnatur, quia in omnibus rebus creatis ex identitate extremorum in vno tertio colligitur vnitas ſimpliciter inter illa duo extrema. Tertiò impugnatur, quia ita hoc principium intellexerunt communiter Philoſophi ; deberet ergo à Theologo aſſignari ratio, quare non valeat in diuinis.

Impugn. hęc pr.opin.

2. 2.opin.Ferr. Secunda opinio eiuſdem Ferrarienſis cit. 2. contra gentes,c.9.qui colligit ex S.Thoma partim ex 1. par.quæſt.28, art.3. ad primum, partim ex ſecundo contra gen.cap,9.hoc principium tantùm valere in duobus caſibus. Primus caſus eſt, quando extrema ſunt eadem re,& ratione cum tertio ; vt ſunt ſynonyma ſicut tunica, & indumentum, & probat ex Ariſtot.

Ariſtot.3.phyſ.tex.21.qui colligit actionem,& paſſionem differre inter ſe, quamuis ſint identificatæ cum motu;quia non ſunt identificata re, & ratione cum motu. Secundus caſus eſt, quando extrema ſűt eadem vni-tertio ſecundum rem, & quamuis differant ratione à tertio, non tamen hæc diſtinctio rationis habet fundamentum in re, cuius modi ſunt (inquit S.Thom.ſecundo contra gentes, ca. 9.) potentia,& actio in Deo.

Confutatur hæc 2.opin.

Explicatur Ariſtoteles.

Hæc ſecunda opinio vera quidem eſt, quantùm ad hos duos caſus allatos; ſed vlterius adducit illam Ariſtoteles præſertim 7.Top.vt dictum eſt,ad colligendum duo extrema eſſe eadem inter ſe,de quorum vnitate poteſt eſſe aliquod dubium,nullum autem dubium poteſt eſſe de ſynonymis, nec dubium eſt de illis extremis,quæ ratione tantùm diſtinguűtur à tertio, cuius diſtinctionis fundamentum non eſt in re,hæc enim non poſſunt diſtingui inter ſe à parte rei,cùm nullum à parte rei ſupponatur fundamentum diſtinctionis in ipſa re: ſed dubium poteſt eſſe in his extremis,quæ realiter identificantur cum tertio,& ratione diſtinguuntur à tertio cum fundamento in re; an hæc diſtinguantur realiter inter ſe, vel tantùm ratione. Ad dubium reſpondet Ariſtoteles, huiuſmodi ſcilicet, extrema ſemper identificari inter ſe realiter, ita vt non habeant realitatem aliam diſtinctam præter realitatem tertij, ſed tantùm diſtingui ratione inter ſe,ſicut diſtinguuntur à tertio, & in hoc ſita eſt difficultas inter Theologos. nam relationes identificantur realiter cum eſſentia, & diſtinguuntur ab ipſa tantùm ratione cum fundamento in re,& tamen inter ſe diſtinguuntur non ratione, ſed realiter. quid autem ſenſerit S.Thomas infra dicemus.

3.
3.opi. Capr.

Tertia opinio Capreoli loco citato, qui ad ſoluendam hanc difficultatem de relationibus diuinis præter primam expoſitionem, quam attulimus ex ipſo in prima opinione, dicit ſecundò ibidem loco citato principium hoc intelligendum eſſe, quando extrema ſunt eadem vni tertio, adæquatè, ſicut in creaturis:at relationes in diuinis non ſunt idem cum eſſentia adæquatè, quia eſſentia eſt quid commune. Sed contrà,quia hoc principium tantùm reſtringit vel ad ſynonyma, vel ad definitionem,& definitum, cùm tamen Ariſt. vniuerſaliter illud proferat in omnibus rebus creatis,& patet de actione, & paſſione, & ſic de reliquis. Nam actio, & paſſio non ſunt eadē adæquatè motui:nam motus eſt quid commune ſaltem materialiter, & tamen bene infertur ex eo, quia ſunt eadem inadæquatè motui realiter,& differunt tantum ratione, quod etiam inter ſe ſint eadem realiter,& differant tantùm ratione.

Relationes in diuinis non ſunt idem cū eſſentia adæquatè.

4.
4 Opin. cōmunior quā ſeq. Vaſq.

Quarta opinio,quam ſequitur Vaſquez, & communis,hoc principium eſſe verum in rebus creatis, non autem in diuinis propter infinitatem, & quidē hæc opinio vera eſt,indiget tamen explicatione. nam quæro,quid facit infinitas ad hoc, vt extrema identificata cum tertio diſtinguantur realiter inter ſe. Nam ſi quid confert infinitas,eſt,vt dicemus in noſtra ſententia. vt extrema realia identificentur cum vno tertio,ſcilicet, cum eſſentia, quæ, quoniam eſt infinita,eſt etiam, vt ſingularis communicabilis tribus ſuppoſitis, ſicut in rebus creatis duo ſingularia communicantur vni tertio communi, vniuerſali, v.g. homini: ſed ſuppoſita hac identitate, nihil videtur facere infinitas, vt illa extrema diſtinguantur inter ſe realiter, quia ſunt realitates ex natura ſua oppoſita ad inuicem, identificatio autem non tollit oppoſitionem, vt docet Ariſtoteles in tertio phyſi. tex.cit. Inquit enim non obſtare, quin actio, & paſ-

A ſio diſtinguantur inter ſe ratione ex eo, quia identificantur realiter cum motu,quia identificatio non tollit oppoſitionem rationis, quam ex natura ſua habent; quare ſi per impoſſibile actio, & paſſio eſſent duæ realitates oppoſitæ, & identificarentur cum motu, ſequeretur, quòd ex natura ſua eſſent inter ſe realiter diſtinctæ; ſed hoc principium Ariſtoteles,vt patet ex 7. Top. cap.1. loco citato, aſſumit ad probandum,quòd ex identitate extremorum in tertio bene inferatur identitas realis extremorum inter ſe,quod quidem in creaturis ſemper verū eſt. Si igitur non valet in diuinis, debet aſſignari ratio,quare illa conſequentia non teneat; non autem poteſt aſſignari infinitas,vt iſti aſſignant;quia infinitas ſolùm facit vt antecedens ſit verum, quòd ſcilicet extrema realia ſint identificata cum tertio, vt

B explicatum eſt. Ratio igitur eſt,quia ſuppoſita identitate ſequitur diſtinctio inter illa ex natura ſua,quia ad inuicem illa extrema realia dicunt oppoſitionē, quæ,vt probatum eſt,non tollitur per identificationem,vt infrà fuſiùs dicemus.

Quomodo ſuppoſita idētitate perſonæ diuinæ realiter inter ſe diſtinguantur.

5.
Sentētia auctoris.
1.Suppoſitū

Scot. Capr. Caiet.

Vt igitur ſententia noſtra magis appareat, explicandum eſt,in quónam ſitus ſit punctus controuerſiæ inter opinionem noſtram, & aliorum. Supponendum eſt igitur primò tamquam certum, quòd ſi principium hoc de identitate extremorum in tertio intelligatur,vt intelligunt Scotus,Capreolus,& Caietanus ſuprà citati de identitate extremorum in tertio,ea ratione,qua ſunt eadē vni tertio, hoc principium tenere ſecundum conſequentiam formalem,

C atque adeo licet inferre in omni materia ſiue finita ſiue infinita ex identitate extremorum in tertio identitatem extremorum inter ſe.

6.
2.Suppoſitū
Ferrar.

Secundò ſupponendum eſt tamquam certum, quòd ſi principium intelligatur, vt intelligit Ferrarienſis citatus in ſecunda opinione de extremis, quæ ſunt eadem vni tertio,re, & ratione, vt ſunt ſynonyma,exempli gratia, tunica, & indumentum, valere ſecundum conſequentiam formalem ſemper in omni materia.

7.
3.Suppoſitū
Ferrar.

Tertiò ſupponendum eſt,quòd ſi principium intelligatur,vt intelligit idem Ferrarienſis, & accipit etiam S.Thomas ſecundo contra gent.cap.9. de extremis,quæ diſtinguuntur à tertio tantùm ratione, cuius diſtinctionis fundamentum non eſt in re, cer-

D tum eſt hoc principium tenere conſequentia formali,atque adeo in omni materia, ſicut eſt, inquit S. Thomas,potentia, & actio immanens in Deo.

8.
Moli. Vaſq.

Quartò ſupponendum eſt tamquam certum ſuppoſita fide, quòd ſi hoc principium intelligatur de extremis, quæ quamuis ſint eadem vni tertio, diſtinguuntur tamen ab illo, vel ex natura rei, vel ex ratione ratiocinata, & intelligatur de identitate ſimpliciter extremorum inter ſe, & non de identitate ſub eadem ratione, qua ſunt eadem vni tertio, quo quidem modo intelligit Ariſtoteles tam tertio phyſic.quàm 7. Top.loco citato:ſi(inquā) hoc principium hoc modo intelligatur, certum eſt valere conſequentia materiali,& non formali. nam quam-

E uis ſemper valeat in rebus creatis, ita vt ſemper liceat inferre ex identitate extremorū in tertio identitatem extremorū inter ſe,non tamen valet in materia increata,vt ſupponitur ex fide. nam relationes ſunt idem cum eſſentia, & tamen diſtinguuntur inter ſe. Quamuis autē Ariſtoteles videatur ſupponere hoc principiū valere conſequentia formali atque adeo in omni materia, excuſandus eſt aliquo modo, quia non cognoſcebat aliam materiam, quàm creatam,in qua ſemper tenet conſequentia, quamuis non omninò excuſandus ſit; nam à priori non habebat

Relationes in diuinis ſunt idē cum eſſentia, ſed diſtinguuntur inter ſe.

Digitized by Google

habebat euidentiam implicare oppoſitum, vt nos mox oſtendemus in noſtra ſententia.

9. *Punctus cõtrouerſiæ inter opinionem noſtram, & aliorum.* 4. *Suppoſitũ Cur hoc principium valeat in aliis rebus præterquam in diuinis.*

His poſitis punctus controuerſiæ inter opinionem noſtram, & aliorum eſt, quænam ſit ratio, quòd in hoc principio conſequentia teneat in materiæ creata; non autem in materia increata: aſſignatur autem communiter ratio, vt patet ex quarta opinione, quam ſequuntur Molina, & Vaſquez, quia materia creata eſt finita, increata verò infinita, ita vt tam finitudo in materia creata, quam infinitudo in materia increata, ſe teneant ex parte conſequẽtis, hoc eſt, ideò (inquiunt) in materia creata ex identitate extremorum in tertio, infertur identitas extremorum inter ſe, quia materia creata eſt finita, ita vt finitudo ſit ratio formalis conſequentiæ: at verò in materia increata ideò ex identitate relationum cum B eſſentia, non infertur identitas extremorum inter ſe, quia materia eſt infinita, ita vt ſuppoſita identitate extremorum cum tertio, ſcilicet identitate relationum cum eſſentia, requiratur infinitudo ad hoc, vt iſtæ relationes inter ſe diſtinguantur realiter.

10. *Sententia Auctoris, cur valeat hoc principium in finitis, non in infinitis.*

Ego verò exiſtimo finitudinem, & infinitudinem requiri ex parte antecedentis, & non ex parte conſequentis, hoc eſt; ideò in materia creata, quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe realiter, quia quæ ſunt eadem vni tertio, non poſſunt eſſe realitates, ſed ſunt modificationes quædam tertiæ realitatis: finitudo igitur facit, vt in rebus creatis extrema, quæ identificantur cum tertio, non poſſint eſſe realitates. Quo ſuppoſito neceſſariò infertur conſe- C quentia, quòd inter ſe non diſtinguantur realiter, finitudo igitur, vt patet, requiritur ex parte antecedentis: in diuinis verò, quia relationes ſunt realitates oppoſitæ inter ſe, requiritur infinitudo, vt poſſint identificari cum tertio, ſcilicet cum eſſentia propter ſummam ſimplicitatem eſſentiæ, quæ omnia ſibi identificat, ſuppoſita autem hac identitate, ſequitur, quòd relationes, quæ ſunt realitates, diſtinguantur inter ſe realiter, quia identificatio, vt probabitur, non tollit oppoſitionem extremorum inter ſe, ex qua oritur diſtinctio, & cùm extrema ſint realitates, oritur diſtinctio realis inter ſe, vt dicemus in quæſtione Theologica.

Duo autem ſunt nobis probanda in hac ſententia noſtra, primùm, quòd identificatio extremorum D cum tertio, non tollat oppoſitionem, quam extrema habent inter ſe: ſecundùm, quod in rebus creatis ma, quæ identificantur cum tertio, non poſſint eſſe realitates, ſed modificationes quædam vnius realitatis.

11. *Identificatio extremorum non tollit oppoſitionem eorundem inter ſe.* Ariſt. phy.

Probatur primum. nam actio, & paſſio identificantur cum motu, & tamen hæc identificatio non tollit diſtinctionem formalem, quam habet inter ſe; non autem poſſunt habere aliam, quàm formalem: quia, vt probabimus, ipſa extrema non ſunt realitates: ac propterea non poſſunt inter ſe opponi realiter, ſed tantùm formaliter; confirmatur, quia ad hoc propoſitum adducit Ariſtoteles in tertio phy- E ſic. text. 21. hoc principium *quæ ſunt eadem vni tertio*, &c. docet enim ibi non benè inferri actionem, & paſſionem non diſtingui inter ſe ratione, vel formaliter ex eo, quia ſecundum rem identificantur cum tertio. nam identificatio cum tertio non tollit oppoſitionem, quam habent extrema inter ſe: non enim eſt identificatio re, & ratione, ſed re tantùm: identificata enim re, & ratione, vt ſunt ſynonyma, non poſſunt habere oppoſitionem inter ſe; quòd ſi actio, & paſſio, ſicut ſunt duæ formalitates oppoſitæ, eſſent duæ realitates oppoſitæ, & poſſent identificari cum tertia realitate, quæ eſt motus, ſequeretur,

Identificatio cum tertio non tollit oppoſitionem, quam habët extrema inter ſe.

quòd actio, & paſſio, ſicut modò diſtinguuntur formaliter, diſtinguerentur in illo caſu realiter, quia à parte rei eſſet oppoſitio inter realitatem actionis, & realitatem paſſionis, quia identificatio, vt dictum eſt, non tollit oppoſitionem.

Secundum, quod modò reſtat probandum eſt, quòd in rebus creatis numquam extrema, quæ identificantur cum tertio, ſint realitates, ſed tantũ formalitates, vel modificationes vnius realitatis, quod probatur à priori: nam ſi eſſent realitates, non indigerent alia realitate, cum qua identificantur; ſicut indigent ea, quæ ſunt vel modificationes, vt figura, vel formalitates, vt ſunt gradus metaphyſici: ad ſummùm enim ſi realitates ſunt imperfectæ, indigent vnione cum exiſtentia alterius, ſicut eſt forma materialis cum materia, vel potentia vitalis ſecundum aliquos cum anima; non autem indigent identificatione cum alia realitate, cùm iam ipſæ ſint realitates: haberent igitur ad ſummum connexionem cum alia re, faciendo vnum, non tamen faciendo omninò idem; nec poſſunt identificari ex eo, quia tertium eſt ſummè ſimplex, ratione cuius infinitæ ſimplicitatis illud tertium omnia ſibi identificaret. Nam in rebus creatis ſupponitur non poſſe dari hoc tertium infinitè ſimplex, quare in rebus creatis extrema, quæ ſunt realitates, non poſſunt identificari cum tertia realitate. Probatur ſecundò, & eſt confirmatio præcedentis rationis, quia ex communi conſenſu omnium Philoſophorum, vt fusè habetur apud Suarium in metaph. diſp. 7. ſect. 1. & Fonſecam lib. 5. met. quæ identificantur cum tertio, vel nullo modo diſtinguuntur à parte rei à tertio: vel ſi diſtinguuntur à parte rei ab ipſo tertio, diſtinguuntur tantũ ex natura rei, quod patet breuiter diſcurrendo per ſingula, quæ identificantur cum tertio. nã gradus metaphyſici, qui identificantur cum natura, nõ ſunt diſtincti à natura tanquam realitates, ſed potiùs pertinent ad eamdem naturam, veluti quidam modi integrantes eſſentialiter eamdem naturam metaphyſicè conceptam; & aliqui gradus ſunt veluti quædam principia operantia ipſius naturæ, vt ſenſitiuum, & rationale in homine: an verò iſti gradus ſint diſtincti ex natura rei, vel tantùm ratione ratiocinata à natura, parum refert ad noſtrum inſtitutum, ſufficit enim, vt non ſint diſtincti realiter à natura tamquam res à re: ſed quia, ſi adhuc tolleretur omnis diſtinctio actualis, magis adhuc faueret noſtro propoſito, ideo adducam rationem fundamentalem illorum, qui tenent huiuſmodi gradus diſtingui tantùm ratione ratiocinata à natura, cuius ſunt gradus. hæc eſt autem illorum ratio, quia nullum eſt (inquiunt) ſignum diſtinctionis actualis; nã neque hæc diſtinctio actualis eſt admittenda propter ſeparabilitatem, quia res ipſa in indiuiduo non poteſt eſſe ſine ſuis gradibus metaphyſicis, cùm conſtituant metaphyſicè realitatem ipſam phyſicam. Neque præterea iſta diſtinctio actualis in his gradibus eſt neceſſaria ob conuenientiam, & differentiam, quia ad hoc ſufficit fundamentum in re: nam Deus; & creatura conueniunt in ente, & differunt in tali, & tamen non poteſt aſſignari inter Deum, & creaturam aliquod diſtinctum à parte rei, in quo differant præcisè; ſufficit igitur ad diſtinctionem fundamentum in re. Quædam verò extrema creata ſunt, quæ diſtinguũtur ex natura rei à tertio, cum quo identificantur realiter, & hæc extrema non ſunt realitates, ſeu entitates, vt iidem citati auctores probant; hæc enim extrema ſupponunt totam naturam, & realitatem indiuidui creati, quæ quoniam eſt imperfecta, indiget aliquibus modis, qui illam afficiant; aliquæ enim

12. *In rebus creatis nunquam extrema, quæ identificantur cum tertio, ſunt realitates.*

In rebus creatis non poteſt dari tertium infinitè ſimplex.

13.

Quomodo diſtinguantur gradus metaphyſici.

Ratio cur gradus metaphyſici non diſtinguantur à natura, cuius ſunt gradus.

14. *Modi rei non ſunt volitiones.*

Digitized by Google

naturæ creatæ mutantur ſecundum præſentiam, & A ſic indigent modo vbicationis;aliæ indigent vnione cum alia entitate; vt materia, & forma: aliæ inhærentia,vt accidens:aliæ terminatione, vt quantitas: aliæ dependentia, ſeu actione,vt effectus.& hi quidem modi, quibus indigent naturæ creatæ,non opus eſt, vt ſint realitates,nec poſſunt eſſe: nam multi ex illis modis aſſignatis adhuc indigerent aliis ſimilibus modis; quare ſi eſſent realitates, abiretur in infinitum. nam actio indigeret alia actione: inhærentia, alia inhærentia: & quamuis de figura hoc dici non poſſit,quia figura, quæ terminat quantitatem, non eſt quantitas,tamen commodiùs,vt patet,ſaluatur terminatio quantitatis per modum, quia eſt eadem quantitas aliter ſe habens. Præterea ſecundò, quia huiuſmodi modi in indiuiduo nec per potentiam diuinam poſſunt ſeparari ab hac re indiuidua, B verbi gratia, figura ſeu terminatio quantitatis ab hac numero quantitate: neque hæc inhærentia ab hac numero forma;& ſic de reliquis modis. Si verò eſſent realitates, poſſent ſeparari, quia non haberent ſuam intrinſecam dependentiam ab alia entitate. Præterea Deus non poteſt huiuſmodi modos ſupplere per ſuam efficientiam: argumenta autem in oppoſitum, quæ afferri ſolent à quibuſdam recentioribus, ſi quid probant, probant tantum diſtingui ex natura rei, non autem realiter:ex eo enim quod res poteſt eſſe ſine hoc ſuo modo indiuiduali, verbi gratia, accidens ſine hac inhærentia, creatura ſine hac ſubſiſtentia,quantitas ſine hac figura,& ſic de reliquis,ſolũ infertur diſtingui actualiter ex natura rei: C per hanc enim diſtinctionem tollitur illa implicãtia, vt idem ſit,& nõ ſit,ſufficit enim ad hoc vt res poſſit exiſtere ſine hoc ſuo modo,quòd res & ſuus modus non ſint in re omnino idem:& hoc tantùm voluit Ariſtoteles 7.Top.cap.1.cùm dixit; *quòd ſi poteſt alterum ſine altero eſſe, non erunt idem*, quo etiam argumento communiter vtuntur Scholaſtici ad hoc probandum. Quod ſi obiicias, ſequeretur ex hac opinione, hoc myſterium non eſſe ineffabile, vt dicunt Patres, & Scholaſtici. Sequela probatur, quia ſecundum hanc opinionem ſuppoſita identitate extremorum cum eſſentia, ex natura ſua ſequitur diſtinctio: & præterea hoc poſſet reperiri in creaturis ſecundum illos, qui tenent actionem, & paſſionem diſtingui realiter. D

Ariſto.Top.

14. Obiectio.

Reſpondetur, myſterij ineffabilitatem conſiſtere in hoc, quòd relationes ſint inter ſe diſtinctæ, realiter, & tamen ſint identificatæ cum eſſentia, quod quidem in natura creata non poteſt reperiri. oſtendimus enim ſuprà, extrema identificata cum tertio, non poſſe eſſe realitates,& ideo numquam extrema creata identificata cum tertio, diſtinguuntur realiter inter ſe.

Solutio. In quo ineffabilitas myſterij ſanctiſſimæ Trinitatis.

Concluſio igitur, quod cùm hæc,quæ in eadem entitate radicantur, non habeant aliam realitatem propriam præter realitatem illam communem in tertio, non poſſunt inter ſe diſtingui realiter. Sed tantùm diſtinguuntur, vel ratione ratiocinata, ſi à tertio diſtinguuntur hoc modo, vel ſi à tertio diſtinguuntur ex natura rei,etiã inter ſe diſtinguuntur ex natura rei.Quod ſi extrema hæc creata,vt dictum eſt,poſſent habere realitates ſibi inuicẽ oppoſitas, & illæ realitates poſſent identificari cum tertia realitate, ſequeretur, inter ſe diſtingui realiter: ſi igitur non diſtinguuntur, eſt, quia in rebus creatis,vt probatum eſt,non poſſunt duæ realitates oppoſitæ identificari cum vna tertia realitate; in diuinis autem, quia relationes, quæ propter infinitatem eſſentiæ identificantur cum ipſa eſſentia, ſunt realitates ſibi inuicem oppoſitæ, nihil obſtat, vt infrà probabimus in quæſt. Theologica, quin inter ſe diſtinquantur realiter.

Tota igitur difficultas in hoc principio Philoſophico eſt ex parte antecedentis,quomodo,ſcilicet,extrema identificentur cum tertio,non autem ex parte conſequentis, quòd ſuppoſita identificatione diſtinguantur inter ſe, vt volebat quarta opinio.

SECVNDA DVBITATIO.

An hoc principium, quæ ſunt eadem vni tertio, *&c.valeat de identitate ſecundum prædicationem in materia ſyllogiſmorum.*

Circa hoc dubium dico primò: certum eſt, vt benè notat Molina, 1. par. art. 3. diſp. 5. quòd ſi hoc Principium intelligatur de identitate ſecundum rem extremorum in tertio, inferri identitatem extremorum ſecundum rem inter ſe, ſicut diximus in priori dubio aſſumi ab Ariſtotele tam 3. phyſic. quàm 7. topic.non eſſe neceſſarium, nec proprium fundamentum ſyllogiſmorum, quia Ariſtoteles nũquam meminit huius principij ad explicandam vim ſyllogiſticam, neque hoc principium hoc modo acceptum valet in materia ſyllogiſmorum. nam ſyllogiſmus fieri poteſt ex extremis realiter diuerſis;fundamentum igitur ſyllogiſmorum eſt illud, quod Ariſtot. ponit 1. Prior. ſcilicet dici de omni, & dici de nullo, hoc eſt, quicquid dicitur de omni ſubiecto, dicitur de quouis ſub eo contento:& quicquid negatur de omni ſubiecto, negatur de quouis contento ſub illo, & ad hoc principium,quod ſi eſt primæ figuræ,reducuntur aliæ figuræ:autem hoc principium de identitate cum tertio intelligatur de identitate ſecundum prædicationem,tunc. 15.

Molin.

Fundamentum ſyllogiſmorũ quodnam ſit.

Dico ſecundò, hoc principium poſſe eſſe fundamentum ſyllogiſmorum, nam idem eſt,ac principium dici de omni, & dici de nullo: quæ enim ſunt eadem vni tertio,ſcilicet ſecundum prædicationem, ſunt eadem inter ſe ſecundum prædicationem, quamuis ſint diuerſa realiter, quæ autem non ſunt eadem vni tertio ſecundum prædicationem,nec ſunt eadem inter ſe ſecundum prædicationem. 16.

Hoc principium quomodo dici poſſit fundamentum ſyllogiſmorum.

Sed difficultas ſtatim inſurgit contra hoc ſecundum dictum, An hoc principium valeat in ſyllogiſmo expoſitorio, & ratio dubitandi eſt duplex. Prima in modo affirmatiuo, tam in creatis,quàm in diuinis. In creatis hæc eſt vera prædicatio: *Hic motus eſt actio* ſecundum prædicationem materialem, *hic motus eſt paſſio* ſecundum eamdem prædicationem, & tamen eſt falſum, quòd actio eſt paſſio. Quòd ſi dicas, prædicatio eſt vera ſecundum eamdem identitatem realem in vno tertio: Contrà, quia in ſyllogiſmis extrema ſunt eadem ſecundùm prædicationem inter ſe,& non ſolùm in tertio;& hæc ratio dubitandi multò magis militat in diuinis: hæc enim eſt vera, *hic Deus eſt Pater*, & hæc alia vera, *hic Deus eſt Filius*: & tamen non valet conſequentia, *ergo Filius eſt Pater.* 17.

Secunda ratio dubitandi in modo negatiuo tam in creatis, quam in diuinis:in creatis hæc eſt vera *actio eſt hic motus*, *actio non eſt paſſio*, & tamen non ſequitur, *ergo paſſio non eſt hic motus.* Et in diuinis hæc eſt vera: *Pater eſt hic Deus*; *Pater non eſt Filius*, *& tamen non ſequitur*, ergo *Filius non eſt hic Deus.* Sumendo hunc Deum pro indiuiduo Deitatis. 18.

Reſpondetur, hoc principium etiam verificari in 19.

Digitized by Google

Hoc principium verum eſt in ſyllogiſmo expoſitorio.

in ſyllogiſmo expoſitorio, quia militat eadem ratio, A dummodò termini eodem modo ſumantur in præmiſſis, ac in concluſione, vt patebit ex ſolutione argumentorum.

Ad primam igitur rationem dubitandi contra ſyllogiſmum expoſitorium affirmatiuum reſpondetur: ſyllogiſmum illum expoſitorium adductum in oppoſitum peccare dupliciter; primò, quia, vt aduertit Marſilius arguitur à non diſtributo ad diſtributum, quòd ſi accipiatur medius terminus, vt diſtributus in præmiſſis, ſicut accipitur in concluſione, falſæ ſunt præmiſſæ, verbi gratia, in exemplo allato de motu, ſi dicatur, hic motus quatenus eſt modificatus per actionem, & paſſionem, eſt actio; tunc eſt falſa propoſitio, quia motus eſt actio, vt modificatus per eſſe Ab, & eſt paſſio, vt modifica- B tus per eſſe In: ſic etiam multò magis non valet in diuinis, cùm dicitur; hic Deus, ſeu eſſentia diuina, vt eſt in tribus perſonis, eſt Pater, eſt falſa: nam eſſentia diuina eſt Pater, quatenus eſt contracta per Paternitatem, & hoc eſt, quod voluit dicere S.Th. q.2. de potentia, quicquid dicat Vaſquez. nam dicit S.Doctor eſſentiam diuinã tribus modis accipi poſſe. Primo modo, abſolutè; & hoc modo falſa eſt maior, & minor in ſyllogiſmo expoſitorio. Secundò, vt modificata per diuerſam relationem; & tunc ſyllogiſmus conſtat ex quatuor terminis. Tertiò, vt modificata per eamdem relationem in vtramque præmiſſa; & tunc altera præmiſſarum eſt falſa. Ex quibus verbis colligitur, quòd cùm S. Doctor dicit C in primo modo, ſcilicet ſi eſſentia ſumatur abſolutè, tunc eſt falſa maior, & minor ſumit illã, vt diſtinctam à duobus aliis modis, quatenus ſcilicet non eſt modificata per aliquam relationem, ſed vt eſt adæquatè in tribus: hoc autem modo ſumpta eſt terminus diſtributus, vnde ſequitur quòd ſit falſa maior, & minor propoſitio. Quòd ſi non accipiatur, vt terminus diſtributus, tunc argueretur à non diſtributo ad diſtributum.

Marſil.

Eſſentia diuina eſt Pater, ſed contracta per Paternitatem.

S. Thom.

Eſſentia diuina tribus modis accipi poteſt.

Secundò peccat; nam in ſenſu formali præmiſſæ non ſunt veræ, tam in exemplo de motu, quàm in exemplo de Deo: in ſenſu verò identifico ſyllogiſmus conſtat ex quatuor terminis: cùm enim dicitur, hic motus eſt actio, vel hic Deus eſt Pater, facit hunc ſenſum, motus eſt idem realiter cum actione, D ſeu Deus eſt idem realiter cum Patre; ergo deberet inferri, quod actio ſit idem realiter cum paſſione, vel quòd identificatum cum Filio, ſit identificatum cum Patre, vt dicemus infrà in quæſtione Theologica.

20. Ad ſecundam verò rationem dubitandi circa ſyllogiſmum expoſitorium negatiuum, reſpondetur, quòd in argumento termini non ſumuntur eodem modo: nam in maiori motus in primo exemplo, & Deus in ſecundo exemplo, non ſtant diſtributè, quia propoſitio eſt affirmatiua: at verò in concluſione, motus, & Deus ſtant diſtributè, quia afficiuntur negatione, quæ habet vim diſtribuendi.

Tertiò dico, quòd quamuis hoc principium ſecundum prædicationem ſit ſemper verum in omni figura, non tamen eſt neceſſarium, vt ſemper concludatur eadem connexio inter extrema in concluſione, quæ erat cum tertio in præmiſſis, niſi extrema ſumantur materialiter, v. g. fiat ſyllogiſmus in tertia figura in Darapti: Omnis homo eſt per ſe rationalis: omnis homo eſt per ſe ſenſitiuus; ergo aliquod ſenſitiuum eſt per ſe rationale: ſi ſenſitiuum in concluſione ſupponit materialiter, ſcilicet pro homine habente ſenſitiuitatem, conſequentia eſt bona: ſi verò ſenſitiuum ſtet formaliter, tunc non concluditur, quòd ſenſitiuum ſit per ſe rationale, neque è contrà: ratio eſt, quia conceptus formalis differentiæ non eſt de eſſentia generis, ſeu differentiæ ſuperioris, nec è conuerſo. Et confirmatur, quia ſi ſenſitiuum ſumptum formaliter eſſet per ſe rationale, tunc in tertia figura poſſet concludi vniuerſalis affirmatiua, quia quod competit per ſe, vniuerſaliter competit: ſed hoc eſt abſurdum, quia hoc eſt contra principiũ logicum: argueretur enim à non diſtributo ad diſtributum. nam ſenſitiuum in præmiſſa ſtat confusè, & in concluſione ſtat vniuerſaliter. Confirmatur ſecundò, quia in terminis abſtractis, in quibus prædicatur formalitas terminorum, exempli gratia, Humanitas eſt rationalitas, humanitas eſt ſenſibilitas, non valet, vt patet; ergo ſenſibilitas eſt rationalitas, quare nec valet in terminis concretè ſumptis formaliter, quia faciunt ſenſum formalem. 21.

Aduertendum tamen eſt, quòd ſi ille ſyllogiſmus factus in Darapti modo tertiæ, reducatur ad Darij modum primæ, tunc terminus perſeitatis ingredi poteſt in concluſione: ſic enim eſſet vertendus: Omnis homo eſt per ſe ſenſitiuus; Aliquod, quod eſt per ſe ſenſitiuum, eſt homo, non autem aliquod ſenſitiuum eſt per ſe homo, tum quia formaliter eſſet falſa: nam ſpecies non dicitur formaliter de differentia, tum quia ex parte ſubiecti, ſcilicet *homo* non ſe tenebat perſeitas, ſed ſe tenebat ex parte prædicari, ſcilicet, *ſenſitiuum*: cùm ergo conuertitur ad modum primæ, debet etiam perſeitas ſe tenere ex parte ſenſitiui, quòd in modo primæ ſit ſubiectum, ex his igitur duabus præmiſſis rectè concluditur in Darij, *Ergo aliquod, quod eſt per ſe ſenſitiuum, eſt rationale:* nam ſicut in præmiſſis perſeitas ſe tenebat ex parte ſubiecti, ſcilicet, *ſenſitiuum*, eodem etiam modo ſe tenet in concluſione. 22.

COROL

Digitized by Google

COROLLARIA THEOLOGICA EX HOC PRINCIPIO PHILOSOPHICO.

I. *Non repugnat in diuinis relationes omninò identificari à parte rei cum eſſentia, & diſtingui realiter inter ſe.*

II. *Potentia, & actio, & reliqua attributa in Deo non diſtinguuntur à parte rei inter ſe.*

Singula autem Corollaria ſingulis quæſtionibus Theologicis examinabimus.

QVÆSTIO PRIMA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia primi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, non repugnet in diuinis relationes omninò identificari à parte rei cum eſſentia, & diſtingui realiter inter ſe.

Ponitur hæc quæſtio, quia nonnulli ex hoc principio Philoſophico deducunt, quòd, quia relationes diſtinguuntur inter ſe realiter, diſtinguantur etiam realiter ab eſſentia: ſi enim eſſent, inquiunt, relationes idem cum eſſentia, eſſent etiam idem inter ſe, ex hoc principio Philoſophico, quæ, ſcilicet, ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe: nonnulli verò alij, vt Scotiſtæ, & nominales exiſtimant neceſſariò relationes debere ſaltem diſtingui ab eſſentia ex natura rei. Si enim eſſent, inquiunt, omninò idem cum eſſentia, non poſſent diſtingui inter ſe ex eodem principio, quare oſtendendum eſt in hac quæſtione hoc principium nihil prorſus obſtare vnitati eſſentiæ cum ſanctiſſima Trinitate perſonarum.

HÆC AVTEM QVÆSTIO CONTINET tres Dubitationes.

I. *An relationes diuinæ diſtinguantur à parte rei ab eſſentia.*
II. *An relationes ſint de eſſentia Deitatis.*
III. *An Deitas ſit de eſſentia Relationum.*

PRIMA DVBITATIO.

An relationes diuinæ diſtinguantur à parte rei ab eſſentia diuina.

1. Referuntur aliorum opiniones. *Prima opinio eſt Gilberti Porretani.*

PRIMA opinio eſt Gilberti Porretani aſſerentis relationes diuinas realiter diſtingui ab eſſentia; citat pro hac ſua opinione Gerſonem, & Gabrielem in 1. diſtinct. 2. qu. 11. Sed falsò citantur pro hac opinione: loquuntur enim ſolùm de diſtinctione ex natura rei. Fundamentum huius opinionis eſt principium illud Philoſophicum ſuprà allatum; *Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe.* Si ergo Relationes eſſent idem realiter cum eſſentia, non diſtinguerentur realiter in ſe; quod aſſerere eſſet hæreticum.

Digitized by Google

2. *Secunda op. eſt Scoti.* Secunda opinio Scoti in 1. diſtinct. 2. quæſt. 4. §. ſed hic reſtat, qui expreſsè tenet, Relationes non eſſe idem à parte rei cum eſſentia, non tamen expreſsè dicit eſſe diſtinctas à parte rei ab eſſentia, quia ad verificandum primum ſufficit, quòd Relationes non ſint de eſſentia Deitatis; ad verificandum autem ſecundum, requiritur actualis diſtinctio à parte rei, vt clariùs explicabitur in ſecunda noſtra aſſertione: Durandus autem expreſsè affirmat in 1. diſt. 33. quæſt. 1. & 34. quæſt. 2. & Ocham, & Nominales in 1. diſt. 33. & ibidem Marſilius qu. 3. artic. 2. & Gabriel in 1. diſt. 2. quæſt. 1. art. 1. & 3. dub. 3. affirmat Relationes diuinas diſtingui à natura rei ab eſſentia diuina ex eodem principio Philoſophico: exiſtimant enim eſſe impoſſibile, quòd data omnimoda identitate inter Relationes, & eſſentiam, Relationes diſtinguantur inter ſe realiter, ſicut eſt impoſſibile, quòd eſſentia, quæ eſt eadem ſibi ipſi, diſtinguatur à ſeipſa realiter, quia hæc ratio ceſſat in attributis, ideo dicunt contra Scotum attributa non diſtingui ex natura rei ab eſſentia, alia argumenta pro hac opinione afferemus in ſecunda noſtra aſſertione.

3. *Tertia opinio verior B. Thom.* Tertia opinio communior, & verior inter eſſentiam, & relationes diuinas nullam eſſe actualem diſtinctionem ex natura rei. Et S. Thomæ 1. parte quæſt. 18. art. 3. & 39. & hîc Caietanus, & de potentia quæſt. 8. art. 1. 2. & in 1. diſt. 33. & 34. & omnium Thomiſtarum locis citatis, & Bonauenturæ, Ægidij, & Gregorij in 1. diſt. 33. & 34. & Henrici 2. part. art. 56. q. 4. & quodlib. 5. quæſt. 6.

Opin. Auct. Ego autem exiſtimo idem eſſe dicendum cum hac opinione, ſed indiget explicatione, & limitatione; explico igitur illam quatuor aſſertionibus.

PRIMA ASSERTIO.

4. *Relationes diuinæ non diſtinguuntur realiter ab eſſentia diuina.* Relationes diuinæ non diſtinguuntur realiter ab eſſentia diuina, contra Gilbertum Porretanum eſt communis omnium Scholaſticorum, etiam ipſius Gabrielis in 1. diſt. 2. quæſt. 1. art. 1. & 3. dub. 3. & Durandi in 1. diſt. 33. quæſt. 1. & 3. 4. quæſt. 2. qui falsò citatur pro prima opinione: omnem enim diſtinctionem realem, ante opus intellectus appellat Durandus realem; etiam ſi ſit modalis, ſeu ex natura rei; vt eſt hæc inter relationes, & eſſentiam ſecundum ipſum. Probatur hæc aſſertio primò, quia *Conc. Rem. Bern.* oppoſitum eſt damnatum in Conc. Remenſi ſub Leone VIII. vt habetur apud Diuum Bernardum in ſerm. 60. in cant. Secundò, videtur damnatum in cap. damnamus, de Summ. Trin. vbi damnantur ponentes quaternitatem in Deo. Si autem Relationes diſtinguerentur ab eſſentia, tamquam res à re, daretur, vt euidenter patet, quaternitas rerum in Deo. Tertiò ſequeretur perſonas diuinas eſſe compoſitas ex rebus realiter diſtinctis, quod expreſsè eſt contra Florentinum ſeſſ. 1. vbi habetur ſubſtantiam, & perſonam re eſſe idem; habetur etiam ſeſſ. 19. & vltima. Sed quia poſſet aliquis dicere hoc in iſtis locis non dici definitiuè, ſed diſputatiuè, ideo contra hanc opinionem expreſſam facit definitio in Concilio Lateranenſi, cap. damnamus, & cap. Firmiter, vbi dicitur eſſe tres perſonas, ſed vnam naturam omnino ſimplicem. Quartò probatur, ſi Paternitas diſtinguitur realiter ab eſſentia; ergo ipſa non eſſet Deitas, nec Deus: ergo creatura.

5. *Prima obiectio circa primam aſſertionem.* Contra hanc primam aſſertionem inſtatur, vt dictum eſt, ex principio Philoſophico, *quòd ea, quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe.* Si igitur A relationes ſunt idem realiter cum eſſentia, ſunt etiam idem inter ſe, quod quidem eſt hæreticum: ergo non eſt aſſerendum illud primum, relationes ſcilicet eſſe idem cum eſſentia.

Primus modus reſpondendi ad primam inſtantiam. Ad hanc inſtantiam ſunt varij modi reſpondendi Scholaſticorum. Aliqui intelligunt illud principium de identitate extremorum inter ſe in eodem tertio, & iuxta hunc ſenſum concedunt relationes eſſe idem inter ſe ſecundum realitatem eſſentiæ, cum qua identificantur.

Secundus modus reſpondendi. Alij verò intelligunt, quando extrema ſunt eadem cum tertio, re, & ratione, vt ſunt ſynonyma, vel ſi diſtinguuntur ratione, non diſtinguuntur cum B fundamento in re ipſa, quia tunc inter extrema, & tertium eſt omnimoda identitas, quæ impedit diſtinctionem inter ipſa extrema, at verò (inquiunt) relationes, quamuis ſint idem cum eſſentia, diſtinguuntur ratione ab eſſentia cum fundamento in re, quia à parte rei eſſentia eſt quid abſolutum communicabile, relatio verò incommunicabilis, & ideò per identitatem cum tertio, non tollitur diſtinctio inter ſe.

Tertius modus reſpondendi. Alij tertiò reſpondent, principium illud verificari in rebus finitis, cuiuſmodi ſunt res creatæ, in quibus (inquiunt) eſt impoſſibile, quòd extrema identificata cum tertio, quamuis diſtinguantur ratione cum fundamento in re ab ipſo tertio, non ſint C etiam idem inter ſe, & non ſolùm in tertio: at verò in diuinis non valet, quia quæ ſunt identificata vni tertio, poſſunt propter infinitatem diſtingui inter ſe.

6. *Confutatur omnes iſti tres modi reſpondendi ex quæſt. Phil. dub. 1. Ocham Gabr. Durand. Marſ. Vaſq.* Hos autem modos reſpondendi ſuperfluum eſt hîc confutare: ſatis enim confutauimus in quæſtione ſuperiori Philoſophica.

Reſpondendum igitur eſt ad inſtantiam iuxta ſententiam noſtram ibidem allatam, quòd in myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis ex identitate relationum cum eſſentia diuina non inferatur identitas relationum inter ſe: nec difficultas eſt, vt exiſtimant Ocham, Gabriel, Durandus, & Marſilius ſuprà citati, Vaſquez, & alij, in conſequenti, ſed difficultas eſt in ante- D cedenti. Suppoſito enim, quòd relationes diuinæ, quæ ſunt realitates oppoſitæ, identificentur cum eſſentia, & identificentur re, & non ratione, ſequitur ex natura ſua, quòd iſtæ realitates ſint diſtinctæ inter ſe. nam identificatio cum tertio non tollit oppoſitionem, quam habent extrema inter ſe, vt benè aduertit Ariſtoteles in tertio phyſic. Non enim (inquit) ex eo quòd actio, & paſſio identificantur cum *Identificatio cum tertio non tollit oppoſitionem extremorum inter ſe.* motu, ſequitur non opponi inter ſe, quia identificatio cum tertio, quando non eſt re, & ratione, non tollit oppoſitionem extremorum: ſi igitur relationes ſunt realitates, vt ſupponitur, & oſtendemus infrà, & ex natura ſua ſunt oppoſitæ oppoſitione originis, quamuis identificentur cum eſſentia re, non hinc E ſequitur non eſſe inter ſe realiter diſtinctas, & hoc voluit dicere S. Thomas ſuprà citatus explicans hoc *S. Thom.* principium ſecundo contra gentes, quod non valet in materia Sanctiſſimæ Trinitatis, quia relationes diſtinguuntur ratione cum fundamento in re ab eſſentia: ſupponebat autem ex fide, relationes eſſe realitates ex natura ſua oppoſitas; principium autem illud dicebat intelligendum eſſe, quando extrema ſunt eadem re, & ratione cum tertio: vel ſi diſtinguuntur ratione à tertio, non tamen diſtinguuntur cum fundamento in re. Patet igitur, quòd *Difficultas tota quæſtionis in quo ſit poſita.* tota difficultas eſt in antecedenti, an ſcilicet relationes, quæ ſunt realitates oppoſitæ, poſſint identificari cum eſſentia, & quantùm ad hoc recurrendum eſt ad infinitatem Dei, non autem quantùm ad

Digitized by Google

ad conſequens, ſicut recurrebant Scholaſtici citati: **A** in creaturis verò diximus in quæſtione Philoſophica hoc principium ſemper eſſe verum, quia in creaturis numquam reperiuntur extrema, quæ ſint realitates, & identificentur cum tertia realitate; ſed vel ſunt modi, vel gradus, qui identificantur realiter cum tertio, quia non habent aliam realitatem, niſi realitatem communem tertij: quate ſi per impoſſibile actio, & paſſio eſſent duæ realitates oppoſitæ, ſicut ſunt duæ formalitates, & poſſent identificari cum tertia realitate motus, ſequeretur ex natura ſua, quòd actio, & paſſio opponerentur, & diſtinguerentur inter ſe realiter, quia ipſæ eſſent realitates oppoſitæ, & non formalitates ex hypotheſi; principium igitur illud, quod ex identitate extremorum in tertio, inferatur identitas extremorum inter **B** ſe, & non ſolùm in tertio, valet ſecundum conſequentiam materialem, & non formalem: quia non valet in omni materia, ſed tantùm in materia creata, propter rationem allatam.

In creaturis cur hoc principium ſemper ſit verū.

7. Secundò inſtatur: Relationes, diſtinguuntur à parte rei ab eſſentia, ergo realiter, Antecedens conceditur à multis Scholaſticis, præſertim Nominalibus, & infrà probabitur, tum quia relationes non ſunt de conceptu eſſentiæ, tum quia à parte rei eſſentia communicatur, & non relatio. Conſequentia probatur, quia relatio eſt quædam realitas; nam relationes ſunt inter ſe realiter diſtinctæ: ſi ergo à parte rei relatio diſtinguitur ab eſſentia, diſtinguitur tam- **C** quam res à re.

2. Inſtantia contra 1. Aſſertionē.

Reſpondetur, & primò quidem Scholaſtici, præſertim Nominales in 1. diſt. 33. reſpondetur ad argumentum concedendo antecedens, & negando conſequentiam: exiſtimant enim relationem non dicere aliquam realitatem, niſi quatenus eſt idem cum fūdamento, vt videtur tenere Capreolus in primo, diſt 33. loco citato. Sed mihi videtur potiùs negandum eſſe antecedens, vt probauimus in ſecunda aſſertione, &, ſoluemus argumenta in oppoſitum: conſequentia autem non videtur poſſe negari. nam relatio diuina, vt relatio eſt, eſt realis: nam alioquin perſonæ diuinæ non haberent aliquid reale incommunicabile, ſibi proprium, quod quidem aſſerere eſſet hæreticum. & præterea eſt de fide perſonas diſtingui realiter inter ſe; ergo in aliqua realitate: ſi **D** ergo relatio à parte rei diſtingueretur ab eſſentia, diſtingueretur vt res à re: quia probatum eſt relationem, vt relationem eſſe rem.

1. Reſp. confutatur.

Secunda reſponſio Auctoris.

Relatio diuina realis eſt.

SECVNDA ASSERTIO.

8. INter relationes diuinas, & eſſentiā non eſt actualis diſtinctio ex natura rei: eſt communis Thomiſtarum cum S. Thom. 1. par. quæſt. 18. art. 3. & in 1. d. 33. & 39. Bonauenturæ, Ægidij ibidem, & Henrici, quodlibet. 5. quæſt. 6. Vaſquez & communiter **E** recentiorum fuit etiam communis conſenſus omnium Epiſcoporum, qui fuerunt in Concilio Florentino, in epiſtola ad Græcos, vt habetur in eodem Concilio Seſſ. 19. & vltima, in qua epiſtola dicitur expreſsè, relationes diuinas non re, ſed ſola ratione differre ab eſſentia. & quamuis in eo Concilio de fide hoc non fuerit definitum; facit tamen conſenſus omnium Epiſcoporum magnam auctoritatem. eſt autem hæc aſſertio contra Nominales, & Durandum relatos in ſecunda opinione. Scotus autem quamuis expreſsè affirmet relationes non eſſe idem cum eſſentia, numquam tamen auſus eſt affirmare diſtinctionem actualem inter eſſentiam, & relationes, vt patet ex 1. d. 2. q. 4.

Inter relationes diuinas & eſſentiam non eſt actualis diſtinctio.
S. Thom.
Bonau.
Ægid. Hen.

9. Hæc aſſertio probatur ratione fundamentali, ad quam aliæ reducuntur: ſi daretur diſtinctio actualis à parte rei inter eſſentiam, & relationes diuinas, ſequeretur, quòd in Deo daretur compoſitio ex natura, & perſonalitate: ſed hoc eſt abſurdum; ergo non eſt concedenda illa diſtinctio actualis à parte rei. Sequela maioris probatur, quia nihil aliud eſt compoſitio, quàm vnio diſtinctorum; & compoſitum nihil aliud eſt, quàm id quod conſtat ex diſtinctis. Si ergo relatio Paternitatis diſtingueretur à parte rei ab eſſentia, ſequeretur, quòd Deus eſſet compoſitus ex natura, & perſonalitate, & quod Pater eſſet compoſitus ex natura, & paternitate. Minor, in qua **B** dicebatur hoc eſſe abſurdum, probatur ex cap. Firmiter, vbi habetur expreſsè, quòd *Deus eſt ſubſtantia ſimplex*; & in cap. Damnamus, de ſumma Trinit. ex Concilio Lateranenſi, vbi dicitur, *quòd eſt vna res eſſentia diuina, quæ veraciter eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus*, & infrà dicit, *quòd eſſentia nō eſt generans, ſed eſt Pater, qui generat*, & quòd diſtinctio eſt in perſonis, vnitas in natura. Et ex Concilio Remenſi ſub Eugenio tertio, vbi, vt refert Bernardus, habita eſt, vt ſuſpecta expoſitio Gilberti, quòd expoſuiſſet *Patrem eſſe veritatem, ſcilicet, verum*, ſed ſi relatio diſtingueretur formaliter, vel ſicut modus ex natura rei ab eſſentia, tunc magis propriè diceretur **C** Pater eſſe vnus Deus, & vnum verum, quàm eſſe vna deitas aut veritas; ſicut ſi eadem humanitas terminaretur tribus ſubſiſtentiis creatis, magis propriè diceretur vnus homo, quàm vna humanitas. Probatur præterea ex communi conſenſu Patrum, præſertim, qui clariùs loquuntur, eſt Bernardus ſer. 60. in cant. vbi dicit tres perſonas eſſe vnam veritatem. idem dicit Anſelmus in monologio, & Gregorius Nazianzenus in orat. in ſancta lumina; at ſi relatio diſtingueretur à parte rei ab eſſentia, tunc perſona conſtitura ex eſſentia, & relatione diſtingueretur ab eſſentia, ſicut ab incluſa: eſſentia igitur non propriè prædicaretur in abſtracto de perſona.

1. Ratio fūdamentalis, pro hac 2. aſſertione.

Compoſitio eſt vnio diſtinctorum.

Confirmatur de ſumma Trinit. ex cap. Firmiter. Cōc. Later.

Perſona eſt quæ generat, non eſſentia.

Conc. Rem.

Bern.

Anſelm.
Greg. Naz.

10. Ad hanc autem noſtram rationem fundamentalem reſpondent aduerſatij dupliciter, primò aliqui, quòd hæc diſtinctio inter relationes, & eſſentiam **D** non eſt rei à re, ſed eſt formalis ex natura rei. Sed contrà, quia ſaltem eſſet talis diſtinctio, qualis eſt inter figuram, & quantitatem, & inter naturam, & ſuppoſitalitatem creatam, quæ tantùm ex natura rei ſecundum ipſos aduerſarios diſtinguitur à natura; ergo concederetur in Deo illa ſaltem compoſitio inter naturam diuinam. & perſonalitatem, quæ eſt in ipſis creaturis, quod eſt contra id, quod dicitur in dicto cap. damnamus: vbi indicatur maior ſimplicitas, quàm ſit in creaturis. & in cap. Firmiter dicitur Deus *eſſe ſubſtantia omninò ſimplex*: non eſſet autem ſubſtantia omninò ſimplex, ſi illo modo componeretur, illud enim eſt ſimplex, ſecundum Ariſtotelem 12. metaph. t. 3. in quo non eſt aliud, quod **E** habet, & quod habetur. Impugnatur ſecundò hæc reſponſio ex Florentino citato, vbi habetur expreſsè, *Relationes diuinas ſola ratione diſtingui ab eſſentia*, & quamuis, vt dictum eſt, hoc ibi non fuerit definitum de fide, tamen fuit ſentētia omnium Epiſcoporum in epiſt. ad Græcos. Tertiò impugnatur; nam ſi admitteretur hæc diſtinctio actualis à parte rei, ſequeretur, quòd eſſet perfecta compoſitio rei cum re. nā vt probatum eſt in ſuperiori aſſertione, relationes ſunt realitates, per quas perſonæ incōmunicabiliter cōſtituuntur & diſtinguūtur realiter inter ſe: ſi ergo diſtinguerentur à parte rei ab eſſentia, diſtinguerētur tamquam

Variæ reſponſiones aduerſariorum ad hāc noſtram rationem fundamentalē.

Deus eſt ſubſtantia omninò ſimplex.
Ariſt.
2. Impugnatur 1. reſp. Florent. in ep. ad Græcos.
Simplex omninò quid ſit.
3. Impugnatur.

Digitized by Google

tamquã res à re ; & ita Deus eſſet cõpoſitus ex duabus rebus, ex natura ſcilicet, & perſonalitate ; vnde ſequeretur vlteriùs eſſe maiorem compoſitionem in Deo, quàm in rebus creatis. Nam aduerſarij, & nonnulli alij tenent perſonalitatem creatam non eſſe realitatem, ſed modum naturæ.

4. Impugn. Quartò impugnatur hæc reſponſio: nam quæro ab iſtis, vel relatio præcisè ſumpta diſtincta à parte rei ab eſſentia, eſt Deus, vel nòn eſt Deus. Si Deus, ergo non diſtinguitur à Deitate: ſi non Deus, ergo in Deo eſt compoſitio ex Deo, & non Deo ; ergo eſſet compoſitio ex Deo, & creatura, quia inter Deum, & creaturam non datur medium, quicquid dicat Vaſquez 1. p. diſp. 121. contra quem iterum incidet ſermo infrà dub. 3. Nam ſi non eſt creatum; eſt quid increatum: increatum autem neceſſariò eſt Deus, quia res à ſe exiſtens eſt infinita in omni genere perfectionis: illa igitur relatio, vt ſic diſtincta ex natura rei, eſt quid increatum ; ergo vt ſic, eſt Deus, vel ſi non eſt Deus, eſt creatura.

Inter Deũ, & creaturã nihil eſt mediũ.

Increatum neceſſariò eſt Deus.

12. 2. Reſp. ad rationem fundamentalem pro prima aſſertione, & impugnatur.

Secundò reſpondent alij ad eamdem rationem fundamentalem, & ſupponunt duo: Primum, quòd eſſentia diuina non includat in ſuo conceptu quidditatiuo relationes, quia vt ſic, præciſa à relatione eſt tota eſſentia communicabilis, & infinita ſimpliciter. nec refert, quòd non includat relationes formaliter, quia non ſunt perfectiones ſimpliciter ſimplices. Secundò ſupponunt relationes includere in ſuo conceptu eſſentiam. nam non poſſunt præſcindere in ſuo conceptu ab eſſe increato, nec conſequẽter à Deitate, quia eſſe increatum, quod eſt eſſe independens, eſt formaliſſimè Deus, quibus ſuppoſitis dicunt, quòd cùm iſta diſtinctio inter relationes, & eſſentiam non ſit perfecta, & mutua, ſed cum quadam intima incluſione vnius in alia, non facit compoſitionem; ſicut ens non dicitur facere compoſitionem cum ſuis inferioribus, quia quamuis ipſum præſcindat ab inferioribus, inferiora tamen non poſſunt præſcindere ab ente. Soluunt ſecundò per hanc reſponſionem inſtantiam factam contra primam reſpõſionẽ; quãdo enim inſtabatur, quòd tanta eſſet diſtinctio in diuinis, inter naturam, & perſonalitatem quanta eſt in humanis: Reſpondent negando paritatem, quia in humanis natura, & perſonalitas non ſe habent tamquam includens, & incluſum, ſed eſt perfecta, & mutua diſtinctio inter illa duo, ac proinde perfecta compoſitio, quæ eſt vnio diſtinctorum. Tertiò ſoluunt aliam inſtantiam ibidẽ factam. quãdo enim dicebatur, quòd ſequeretur Deum conſtare ex increato, & creato, ex natura ſcilicet diuina, & perſonalitate, quia perſonalitas, vt præcisè ſumpta, & vt diſtincta à Deitate, non eſſet Deus, & conſequẽter eſſet quid creatum: reſpondetur perſonalitatem, ſeu relationem eſſe formaliter Deum, Deitatem autem non eſſe formaliter relationem. Tertiò ſoluunt argumentum deſumptum ab auctoritate Conciliorum, quæ dicunt ſubſtantiam Dei eſſe ſimpliciſſimam. dicunt enim intelligenda eſſe illa loca de ſimplicitate, quæ opponitur vnioni duorum diſtinctorum, quæ diſtinguuntur perfecta ; & mutua diſtinctione. talis enim vnio eſt propriè compoſitio, quæ opponitur ſimplicitati.

Ens nõ facit compoſitionẽ cum ſuis inferioribus.

13. Impugnatur 1. hæc 2. reſ.

Sed hæc ſecunda reſponſio, quamuis non ita facilè poſſit impugnari ſicut prior, impugnatur tamen primò ad hominem, quia hæc reſponſio non poteſt fauere illis Auctoribus ſecundæ opinionis, qui cum Scoto tenent in diuinis mutuam præciſionem inter relationem, & eſſentiam.

2. Impugn. Secundò hæc reſponſio non bene ſaluat locum, quem adduximus contra primam reſponſionem in cap. Firmiter. vbi dicitur, quòd *Deus eſt ſubſtantia omninò ſimplex*. Et notandum eſt contra iſtos auctores verbum illud *omninò*. nam ſecundum iſtos non eſſet in Deo omnimoda ſimplicitas à parte rei, ſed daretur diſtinctio à parte rei, inter eſſentiam, & relationem tamquã includẽtis, & incluſi, quare daretur etiam aliqua cõpoſitio, vnio ſcilicet quædam ex duobus diſtinctis à parte rei, ſaltem tamquam includente, & incluſo.

3. Impugn. Conc. Flor. Tertiò hæc reſponſio non ſaluat ſententiam omnium Epiſcoporum qui interfuerunt Concilio Florentino, qui omnes, vt diximus contra primam reſponſionem, vnanimiter conſenſerunt, vt habetur Seſſ. 19. & vltima, relationem & eſſentiam non differre niſi ſola ratione.

4. Impugn. Quartò, non ſoluit hæc reſponſio argumentum illud, quod fecimus contra primam reſponſionem, quòd ſi daretur diſtinctio actualis à parte rei inter relationem, & eſſentiam, hæc diſtinctio eſſet realis rei à re, quia, vt ibidem probatum eſt, relatio eſt realitas diſtincta à realitate alterius relationis ; ergo ſi diſtingueretur ab eſſentia à parte rei, diſtingueretur tamquam res à re, quòd eſt damnatum in Concilio Remenſi apud S. Bernardum ſerm. 60. in Can. & in cap. Damnamus, de ſumma Trinitate, vt in prima aſſertione probatum eſt. S. Bern. Quòd ſi dicas relationem non eſſe realitatem, ſed modum realitatis: contrà, quia ſequeretur, quòd perſonæ diſtinguerẽtur per relationes inter ſe non realiter, ſed modaliter contra Concilia. Sed contra hanc ſecundam aſſertionem hactenus probatam inſtatur multipliciter ab aduerſariis.

14. 1. Inſtantia contra hanc primã aſſertionem noſtram.

Et primò. Relationes diuinæ à parte rei non ſunt de eſſentia Deitatis: ergo à parte rei non ſunt ipſa Deitas, ſed diſtinctæ à Deitate. Conſequentia videtur manifeſta; antecedens probatur. Nam natura diuina etiam ſi concipiatur conceptu adæquato, vt cõcipitur à Deo, non concipitur vt includens eſſentialiter relationes: nam Filius eſt completè Deus, & tamen Paternitas non eſt de eſſentia Filij: & idem dicitur de aliis relationibus, relatio igitur non poteſt eſſe de eſſentia Dei ; nam alioquin vna perſona non haberet totam eſſentiam completè.

1 Soluitur 1. inſtantia ex Caie. & impugnatur ſolutio.

Reſpondetur, & primò reſpondet Caietanus 1. p. quæſt. 27. art. 2. & quæſt. 39. art. 1. negando antecedens; exiſtimat enim rectè inferri conſequentiam admiſſo antecedenti.

Sed hæc reſponſio impugnatur: probabimus enim infrà dubio ſecundo cum aliis Thomiſtis contra Caietanum, eſſentiam diuinam non includere eſſentialiter relationes.

2. Solutio Fer. & Tor

Secundò, ad argumentum reſpondet Ferrarienſis 3. contra gentes cap. 5. & Torres 1. par. quæſt. 18. art. 3. dub. vltimo, concedendo antecedens, & negando conſequentiam. Nam aliud (inquiunt) eſt relationem eſſe ipſam eſſentiam diuinam in recto, aliud eſt eſſe de eſſentia eſſentiæ diuinæ. Nam primus modus loquendi in recto ſignificat identitatem cum eſſentia, ad hoc autem ſufficit, vt eſſentia diuina ſit vna ratio formalis ſimpliciter infinita, includens abſque vlla diſtinctione actuali abſolutum, & reſpectiuum cum ſola diſtinctione virtuali, quæ eſt ſufficiens, vt eadem eſſentia, quatenus abſoluta, habeat rationem naturæ formaliter, conſtituentis Deum ſub ratione Dei, & vt reſpectiua habeat rationem perſonalitatis formaliter, conſtituentis perſonam. Poſterior verò modus loquendi, cùm dicitur relatio, eſt de eſſentia, ſignificat, quòd ratio conſtituens eſſentiam in ratione eſſentiæ, ſit relatio vt relatio; quod eſt falſum. Nam quamuis eſſentia diuina includat abſolutum, & reſpectiuum propter identitatem,

Aliud eſt eſſe eſſentiam diuinam, aliud de eſſentia diuina.

titatem,tamen propter virtualem diſtinctionem; vt dictum eſt,ipſa eſſentia,vt habet rationem perſonalitatis,non conſtituit formaliter Deum ſub ratione Dei:ſed conſtituit formaliter perſonam ſub ratione perſonæ.

15. Impugnatur hæc 2. reſp. Ferr.

Sed hæc reſponſio,quamuis vera ſit, non tamen omnino videtur euacuare inſtantiam factam. Nam ſi relationes, vt iſti Auctores concedunt, non ſunt à parte rei de eſſentia Deitatis ſecundum conceptum adæquatum Deitatis,ergo à parte rei diſtinguuntur à Deitate,cùm à parte rei non ſint idem eſſentialiter cum Deitate. Quod autem dicunt relationes non eſſe de eſſentia,ſed eſſe eſſentiam,verum quidem dicunt,ſed oporteret explicare,quid ſit hoc,eſſe eſſentiam. nam ſi à parte rei,vt arguit Caietanus,non ſunt idem cum eſſentia; quia relationes non ſunt de eſſentia Deitatis,etiam ſi Deitas,prout in ſe eſt,concipiatur,quomodo dicitur,quòd ſunt idem à parte rei cum eſſentia.

16. 3. Reſ. Auct.

Quare meo iudicio reſponderi poteſt tertiò, ſeu explicari potiùs prior reſponſio:quòd ad diſtinctionem actualem à parte rei requiritur,vt duo diſtincta non ſint vna actualis entitas,ita vt quodlibet ex diſtinctis habeat ſuam propriam exiſtentiam,& ſit vna actualis entitas diſtincta ab alia:& ſanè quando duo ita identificantur à parte rei,vt ſint vna actualis entitas per vnam exiſtentiam,qua exiſtunt,non dicuntur à parte rei diſtingui actualiter, quamuis vnum non ſit de eſſentia alterius,etiam ſi vt in ſe eſt, adæquatè concipiatur,ſed potiùs dicetur non eſſe idem. & hoc fortè voluit dicere Scotus,cùm dixit relationes non eſſe idem cum eſſentia diuina, quatenus non ſunt de eſſentia illius.

17. Inſtatur 2. côtra 2. Aſſe. *Eſſentia communicatur, non Paternitas.*

Inſtatur ſecundò; eſſentia à parte rei communicatur tribus perſonis,& non Paternitas:ergo à parte rei Paternitas diſtinguitur ab eſſentia. Et confirmatur primò.contradictoria non verificantur de re omninò eadem;ergo communicari, & non communicari non poſſunt verificari de re omninò eadem.

1. Confirmatio eiuſdem inſtantiæ. 2. Confirm.

Confirmatur ſecundò,quia Pater totam ſuam entitatem ſimpliciſſimam, communicat Filio, vt habetur ex Concilio Lateranenſi in c. damnamus. Si igitur ſubſtantia Patris eſt ſimpliciſſima entitas includens abſolutum, & reſpectiuum ſub vna ratione formali à parte rei;ergo totam hanc communicaret Filio.ſi ergo non communicat,ſequitur,quòd reſpectiuum in Patre diſtinguitur ab abſoluto.

3. Confirm.

Confirmatur tertiò,ſecundum illos,qui tenent gradus metaphyſicos diſtingui ratione, ideò dicunt genus non diſtingui à parte rei in vna, & eadem ſpecie, quia quamuis prout eſt in vna ſpecie ſit ſeparabile in re à differentia alterius ſpeciei; quia tamen prout eſt in vna,& alia ſpecie,non eſt realiter idem, ſed tantùm ratione,& abſtractione, ideo talis ſeparabilitas non arguit diſtinctionem à parte rei, ſed in caſu quæſtionis hoc dici non poteſt;nam eadem numero eſſentia diuina eſt modificata ad Paternitatem, & modificata ad Filiationem, & vt eſt modificata per Paternitatem excludit Filiationem;ergo eſt diſtincta à parte rei à Paternitate,& Filiatione.

18. Reſp. ad 2. inſtantiam. Ad 1. Côfir. reſp. *Sufficit diſtinctio virtualis inter relationes & eſſentiam.*

Reſpondetur,quòd ſufficit diſtinctio virtualis inter relationes,& eſſentiam.Ad primam autem confirmationem reſpondetur non eſſe contradictoria, quia communicari,& non communicari non verificantur de eadem re,ſub eadem ratione.Nam quatenus eſſentia diuina habet rationem abſoluti communicatur; quatenus autem habet rationem reſpectiui,non communicatur perſonaliter;ad hoc autem ſufficit diſtinctio virtualis. Secundò reſpondetur, quòd communicari, & non communicari non ſu- A muntur eodem modo.nam eadem res,quæ eſt eſſentia diuina,communicatur eſſentialiter,ſeu ſecundum actualem entitatem, & non communicatur, non quidem ſimpliciter, ſed cum addito, ſcilicet perſonaliter, communicatur tamen per identificationem eſſentialiter.

Ad ſecundam confirmationem reſpondet primò Gregorius negando in Patre eſſe aliquam entitatem incommunicabilem propter argumentum ibi factũ. Sed hæc reſponſio impugnatur. nam Paternitas eſt aliqua res,ſeu entitas,& realitas,vt dictum eſt ſuprà, & infrà oſtendemus in tertia aſſertione, & hæc entitas non eſt Filius, ſed diſtinguitur realiter ab illo: ergo in Patre eſt res incommunicabilis.nam cõmunicabile idem eſt in propoſito,ac identificabile. 19. Reſp. ad 2. Confirm.

B Secundò igitur reſpondent alij, propter rationem factam,concedendum, quòd in Patre eſt entitas communicabilis, & incommunicabilis: quando verò Concilia dicunt, quòd Pater communicat totam ſubſtantiam, per ſubſtantiam intelligunt eſſentiam. Sed contra hanc reſponſionem arguitur.quia quicquid eſt in Patre, eſt idem cum eſſentia. ergo communicata eſſentia, communicatur totum,quod eſt in Patre; non ergo datur in Patre entitas communicabilis, & alia entitas incommunicabilis, ita vt ſit aliquod in Patre quod aliquo modo non communicatur Filio, vt videtur ſignificare modus loquendi iſtorum Doctorum.nam negatio eſt ſignum diſtribuens negans omnem modum communicationis. Quare reſpondendum videtur,quòd non datur C entitas in Patre alia, quæ communicatur Filio, & alia, quæ non communicatur,ſed nulla eſt,quæ non communicatur eſſentialiter, quamuis non perſonaliter. Cùm autem dicunt Scholaſtici, Paternitatem communicari eſſentialiter Filio, non intelligunt, quòd ſit de eſſentia Filij, ſed quòd communicatur ſecundum eſſentiam;id eſt, ſecundum quod identificatur cum eſſentia diuina. Abſolutè igitur non eſt concedenda iſta propoſitio: *Aliqua entitas eſt in Patre, quæ non communicatur Filio*, quia negatio eſt ſignum diſtribuens; quare negat omnem modum communicationis, & identificationis: & ideo modus ille loquendi negaret Paternitatem communicari Filio per identificationem,quòd,ſcilicet, ſit idẽ cum filio eſſentialiter, ſeu ſecundum actualem en- D titatem,ſed debet cum addito dici, quòd eſt aliqua entitas in Patre,quæ non communicatur Filio, ſcilicet perſonalitas,quia Paternitas non eſt idem cum Filio perſonaliter,eſt autem idem eſſentialiter,quare ad argumentum reſpondendum eſt, *quòd Pater* vt dicitur in cap. damnamus ex Concilio Lateranenſi,*totam ſubſtantiam ſuam communicat Filio*, quia in Patre non eſt aliquod,quod aliquo modo non ſit idem cum Filio,ſcilicet eſſentialiter, ſeu ſecundum eſſentiam; quamuis aliquod ſit in Patre quod non ſit perſonaliter in Filio, ad quod ſufficit diſtinctio virtualis inter eſſentiam, & relationem, in qua diſtinctione virtuali eminenter continetur diſtinctio actualis.Ex eo igitur loco citato ex Lateranenſi, be- E nè colligitur id,quod nos dicimus, quòd hæc propoſitio vera eſt,*Pater eſt res communicabilis*,quia Paternitas, & eſſentia eſt vna res,& vna actualis entitas;hæc autem propoſitio;*Pater eſt res incommunicabilis*,non eſt ſimpliciter proferenda,vt dictum eſt,& per hæc patet ad tertiam confirmationem,quòd eſſentia diuina eſt per identitatem cum omnibus relationibus: negandum eſt igitur quod aſſumitur in argumento reperiri, ſcilicet cum vna relatione, & non cum alia; & ideo ſicut genus ſecundum rationem, & abſtractionem eſt idem in diuerſis ſpeciebus,

Eſt aliqua entitas in Patre, quæ non cõmunicatur Filio.

Pater eſt res communicabilis, vera eſt propoſitio,ſed Pater eſt res incõmunicabilis,non dicendum eſt.

Digitized by Google

ciebus, ita eſſentia diuina eſt eadem ſecundum rem in diuerſis relationibus propter identitatem eſſentialem.

19. Tertia inſtantia contra 2. Aſſertionem.

Tertiò inſtatur, ſi relationes & eſſentia, eſſēt vna ſubſtantia omnino ſimplex, & eadem ſequeretur nō poſſe relationes inter ſe diſtingui realiter. Sequela probatur per illud principium Philoſophicum, *quæ ſcilicet ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe.* quod quidem maximè habet locum quādo inter tertium, & extrema eſt omnimoda identitas, ſicut eſt in caſu noſtro, nam Paternitas eſt tam idem eſſentiæ, ſicut eſſentia ſibi ipſi. Sicut ergo inintelligibile eſt, quòd eſſentia diſtinguatur à Filiatione; cum qua eſt idem, ita inintelligibile eſt, quòd Paternitas ſit idem cum eſſentia, cum qua eſt omnino idem Filiatio, & quòd Paternitas diſtinguatur realiter à Filiatione. Quòd ſi tollatur iſta omnimoda identitas, ponendo Paternitatem diſtinctam ex natura rei ab eſſentia, fit magis intelligibile, quomodo Paternitas, & Filiatio diſtinguantur inter ſe.

Reſpondetur, ſed primò ſciendum, propter hoc argumentum videri Scotum poſuiſſe, quamuis non ita clarè, ſicut clariùs ponunt aliqui Scotiſtæ, diſtinctionem ex natura rei inter relationem, & eſſentiam. Sed contrà, retorqueo argumentum contra Scotum, & Scotiſtas. nam illud principium Philoſophicum, ſcilicet, *Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe*, intelligitur de eadem identitate, qua ſunt eadē vni tertio, ſicut actio, & paſſio, quia ſunt idem realiter cum motu, & diſtinguuntur formaliter ab illo, etiam inter ſe ſunt idem realiter, & diſtinguuntur formaliter. Si igitur relationes ſunt idem realiter cum eſſentia, & diſtinguuntur ex natura rei ab illa; ergo ſequeretur ex illo principio, quòd relationes eſſent idem realiter inter ſe, & tantùm diſtinguerentur ex natura rei, quod eſt hæreticum. Quare hæc opinio Scoti, quæ ad ſaluandum illud principium admittit diſtinctionem ex natura rei inter relationem, & eſſentiam, non benè videtur procedere, & ſibi cohærere. Reſpondetur igitur ad hanc tertiam inſtantiam ex his, quæ diximus, tum in quæſtione Philoſophica, dubio primo, tum ſuprà in reſponſione ad primum. quibus in locis explicauimus principium hoc intelligendum eſſe, quando extrema, quæ identificantur cum tertio, non ſunt realitates: ſicut contingit in rebus creatis; non autē quando extrema, quæ identificantur, ſunt realitates oppoſitæ, vt eſt in diuinis, quia identificantio non tollit oppoſitionem, quam habēt extrema inter ſe, vt patet de actione, & paſſione, quæ diſtinguuntur inter ſe: quamuis identificentur cum motu. Sed quia inſtantia allata petit aliquam nouam difficultatem; quomodo ſcilicet cum omnimoda identitate extremorum cum tertio (ſicut eſt identitas relationum cum eſſentia) poſſit ſtare diſtinctio realis extremorum inter ſe: ideo reſpondendum eſt, negando inter relationes, & eſſentiam diuinam eſſe illam omnimodam identitatem, quæ eſt inter eſſentiam, & ſe ipſā. dicitur enim eſſentia eadem ſibi ipſi, omninò eadem, quatenus, nec ratione diſtinguitur à ſe ipſa. At verò non eodem modo relatio eſt idem cum eſſentia; ſed eſt virtualis diſtinctio, quę habet fundamentum in ipſo Deo, & ideo poteſt ſtare diſtinctio realis relationum inter ſe cum identitate earumdem relationum cum eſſentia; dicitur autem eſſe omnimoda identitas relationum cum eſſentia, quatenus identitas opponitur actuali diſtinctioni. Pro quo notandum eſt triplicem poſſe concipi omnimodam identitatem. Primò cùm aliqua res dicitur eadem ſibi ipſi: & hæc opponitur diſtinctioni rationis, quæ

Vera reſponſio ad hanc inſtantiam.

Inter relationes & eſſentiam diuinā non eſt omnimoda identitas.

Omnimoda identitas triplex.

A habet fundamentum, vel in ipſa re, vel in alia: nulla enim poteſt concipi diſtinctio inter eſſentiam diuinam, & eſſentiam diuinam, quæ habeat fundamentum vel in Deo, vel in creaturis; & ſecundum hanc identitatem eſt impoſſibile, vt quæ ſunt eadem hoc modo vni tertio, diſtinguantur inter ſe. Secundò omnimoda identitas eſt, quæ opponitur diſtinctioni rationis, quæ non habet fundamentum in re, ſicut eſt in Deo potentia, & ſua actio, ſicut dixit S. Thom. ſuprà citatus, ſecundò contra gentes, & cum hac identitate, vt dixit S. Thom. ibidem, non poteſt ſtare diſtinctio extremorum inter ſe. Tertiò omnimoda identitas eſt, quæ opponitur non quidem diſtinctioni rationis, cum fundamento in re; ſed quæ opponitur diſtinctioni actuali à parte rei: & hoc modo re- B lationes ſunt idem cum eſſentia, quamuis in ipſo Deo ſit fundamentum diſtinctionis rationis inter relationem & eſſentiam: eſſentia enim non generat, Pater generat: eſſentia non producitur, Filius producitur: eſſentia communicatur relatio, vt relatio non communicatur: quia tamen nō eſt actualis diſtinctio inter relationem, & eſſentiam, ideo dicitur eſſe inter eas omnimoda identitas: hæc enim ſufficit ad perfectam identitatem, nam compoſitio, quæ opponitur ſimplicitati, eſt formaliter vnio diſtinctorum. Vbi igitur non eſt diſtinctio, ibi eſt ſumma ſimplicitas. Nec obſtat ſummæ ſimplicitati diſtinctio per intellectum: hoc enim prouenit, quia res ex imperfectione intellectùs creati inadæquatè con- C cipitur.

Diſtinctio per intellectū nō obſtat ſimplicitati diuinæ.

Quòd autem hæc, quæ ſunt eadem vni tertio, hoc tertio modo non repugnet eſſe diſtincta inter ſe, iam vt ſæpius diximus, probatum eſt, tum in principio Philoſophico, tum hîc in prima aſſertione in ſolutione ad primum.

Quartò inſtatur. Maior eſt diſtinctio inter relationes & eſſentiam, quàm inter attributa, & eſſentiam: ſed attributa non diſtinguuntur niſi ratione ab eſſentia: ergo relationes diſtinguuntur ab eſſentia plus quàm ratione: ergo ſaltem ex natura rei, quæ in diſtinctionibus à parte rei eſt minima. Propter hoc argumentum Durandus, Ocham, Gabriel, & Marſilius locis ſuprà citatis, exiſtimant attributa ab eſſentia diſtingui ratione tantùm; relationes verò ex na- D tura rei, quam diſtinctionem Durandus appellat realem, non quòd ſit diſtinctio, ſicut res à re, ſed ſicut modus à re. Sed ad argumentum reſpondetur, illud ſolùm probare eſſe maiorem diſtinctionem virtualem inter eſſentiam, & relationes, quàm inter eſſentiam, & attributa, propter maius fundamentum diſtinctionis, quod reperitur in ipſis relationibus; & iuxta hunc ſenſum intelligendus eſt Ferrarienſis 2. contra gen. cap. 9. admittens propter argumentum factum, maiorem diſtinctionem inter relationes, & eſſentiam, quàm inter attributa: hoc autem maius fundamentum ex tribus præcipuè colligitur. Primò, quia aliqua attributa, vt æternitas, immenſitas, &c. habent fundamētum diſtinctionis non in ipſo Deo, E ſed in creatura: at verò relationes habent fundamētum in ipſo Deo: alia verò attributa vt intellectus, & voluntas habent fundamentum in ipſo Deo, ſed non in ſeipſis, ſed in terminis, quatenus per intellectum producitur Verbum, & per voluntatem Spiritus ſanctus, qui ſunt termini realiter diſtincti. At verò relationes habent fundamentum in ſeipſis, vt poſſint diſtingui ab eſſentia, quia ipſæmet ſunt, quæ diſtinguuntur inter ſe. Præterea ſecundò, ſi cōceptu adæquato eſſentia conciperetur, vt eſt in ſe, cōciperetur cū omnibus attributis, non autem cū relationibus, quia ſunt extra conceptū eſſentiæ, vt in ſequēti dubio

20. Quarta inſtantia.

Durā. Och. Gab. Marſ.

Reſp. ad 4. inſtantiam.

Ferrar.

Diſcrimen maius eſt inter relationē, & eſſentiā, quam inter attributa.

Digitized by Google

dubio oſtendemus. Præterea tertio aliqua prædicatur verè,& conceptu adæquato de relationibus,quæ non prædicantur de eſſentia, verbi gratia Verbum produci,& non eſſentiam : eſſentiam communicari, & non relationem;ac propterea attributa adæquatè identificantur à parte rei inter ſe,& ſingula cum omnibus,cum quibus alia identificantur, quod non ſic eſt inter relationes,& eſſentiam.Ex hoc autem maiori fundamento non licet arguere diſtinctionem actualem,ſed tantùm diſtinctionem maiorem virtualem,quàm ſit inter attributa,& eſſentiam; hæc autẽ diſtinctio virtualis eminenter continet diſtinctionem actualem,quia facit,quicquid faceret diſtinctio actualis.Quòd ſi vlteriùs inſtetur,ſi non eſſet diſtinctio actualis inter eſſentiam, & relationes;ſequeretur,quòd verè à parte rei contradictoria prædicarentur de eodem. nam relatio,& eſſentia eſſent vna, & eadem res ſimpliciſſima,quæ ſimul eſſet communicabilis,& incommunicabilis, abſoluta, & non abſoluta, quia ſimul eſſet reſpectiua. Reſpondetur,hæc non eſſe propriè contradictoria;vt dictum eſt ſuprà in ſolutione ad primam confirmationem ſecundæ inſtantiæ.

21. Inſtatur quintò contra hanc aſſertionem noſtram Auguſtinus 7.de Trinit. cap.4. vbi dicit aliud eſſe, Deum eſſe,& Patrem eſſe,& cap.2.Filius non eſt eo Verbum,quo Sapientia,nam Verbum relatiuè dicitur:Sapientia abſolutè,& Anſelmus lib.de proceſſione Spiritus ſancti, cap. 2. dicit non eſſe idem eſſe Deum,quòd eſſe Patrem ; videntur igitur inſinuare Paternitatem diſtingui ab eſſentia.

Auguſt.
Aliud eſt eſſe Deum, aliud eſſe Patrem.
Anſel.

Reſpondetur primò aliqui, citatos Patres tantùm velle nomine eſſentiæ ſecundum noſtrum modum concipiendi aliud ſignificare, quàm nomine Patris. Vel dicendum ſecundò,quòd illa particula *aliud* denotat diſtinctionem virtualem , ſeu fundamentum diſtinctionis, quod quidem fundamentum cùm maius ſit in relationibus quàm in attributis , ideo conuenientiùs dicitur *aliud* in relationibus, quam dicatur in attributis,ſeu veriùs dicitur non idem, vt loquitur S. Anſelmus, & rationem aſſeremus in quarta aſſertione.

S. Anſelm.

TERTIA ASSERTIO.

22. RElationes, & eſſentia diſtinguuntur ratione. Hæc concluſio clarè patet ex dictis. probauimus enim ſuprà, relationes non diſtingui actualiter ex natura rei ab eſſentia, ſed habere fundamentum diſtinctionis, & maius,quàm ſit fundamentum inter attributa, & eſſentiam, vt patet ex ſolutione ad quartam inſtantiam contra ſecundam aſſertionem: ex his ergo manifeſtè ſequitur,relationes ab eſſentia diſtingui ſaltem ratione ; argumenta autem contra hanc tertiam aſſertionem ſunt eadem , quæ allata ſunt contra ſecundam.

3.Aſſertio.
Relationes & eſſentia ratione diſtinguuntur.

Sed tres difficultates hic reſtant examinandæ:Prima,an hæc diſtinctio ſit rationis ratiocinantis, ſicut relatio Creatoris diſtinguitur à Deo ; an verò ſit rationis ratiocinatæ.Secunda,An hæc diſtinctio rationis fiat ab intellectu diuino, & conſequenter ſit temporalis.Tertia,An diſtinctio hæc rationis fiat per ordinem ad Deum,vel ad creaturas.

A

PRIMA DIFFICVLTAS circa hanc tertiam aſſertionem.

An hæc diſtinctio inter relationes & eſſentiam ſit rationis ratiocinantis,an ratiocinata.

QVantùm ad hanc primam difficultatem, quicquid dicant Nominales in 1. d. 2.& quicquid dicant aliqui recentiores, mihi videtur,quòd differentia inter diſtinctionem rationis ratiocinantis & ratiocinatæ hæc ſit,quòd in priori diſtinctione non ſolùm ſit diſtinctio ab intellectu, ſed etiam res ipſa B confingitur ab intellectu, vt eſt relatio creatoris in Deo, vt vidimus ſuprà:at verò in poſteriori ſupponitur res in Deo, & ſolùm ſit diſtinctio ab intellectu.His notatis dico relationes in Deo diſtingui ratione ratiocinata. nam relationes diuinæ non ſunt merè confictæ ab intellectu, ſed verè ſunt in Deo, ſecundum continentiam eminentialem, ſunt igitur reales.Et probatur primò ex communi conſenſu totius Eccleſiæ. Secundò probatur ratione S. Thomæ 1.p.q 18.art.1.quæ quamuis afferatur in argumento, optima tamen illa eſt,ſi Paternitas(inquit) non eſſet relatio realis, ergo Pater non eſſet realiter Pater, quod eſt contra fidem. Sed contra hanc rationem primò inſtant aliqui, negantes conſequentiam; & probant à ſimili.nam valet hæc,relatio dominij non C eſt realis in Deo, non tamen hinc ſequitur, ergo Deus non eſt realiter Dominus. 23.

Relationes in Deo diſtinguuntur ratione ratiocinata.

Inſtatur 1. contra hanc rationem S. Thom.

Reſpondetur,quòd ſi Dominus ſumatur,vt dicit relationem ſecundum eſſe, optima eſt conſequentia;ſi verò ſumatur Dominus, vt dicit poteſtatem in ſubdito, vt ſubeſt reali relationi ſeruorũ ad ipſum: ſic Deus eſt realiter Dominus, quia realiter eſt in illo talis poteſtas, & in ſubditis eſt realis relatio ad ipſum:non eſt autem ſimile de Patre,quia Pater dicit relationem prædicamentalem ſecundum eſſe, & ideo ſi relatio Paternitatis non eſſet realis, ſequeretur,quòd Pater non eſſet realiter Pater. Inſtatur ſecundò Pater poteſt ſumi pro habente poteſtatem ad generandum, vt ſubeſt actuali terminationi relationis Filij, ſicut dicebamus de Domino reſpectu D ſeruorum. Reſpondeo hoc non poſſe habere locum in Patre, quia neceſſariò relatio Filiationis debet eſſe mutua,quia Pater,& Filius ſunt eiuſdem ordinis, & ideo Filiatio eſt realis, etiam Paternitas eſt realis: non ſic autem eſt in relatione dominij, quia ſubditi poſſunt eſſe alterius ordinis, & inferioris naturæ. Alij tertiò inſtant, dicentes,relationes diuinas eſſe quidem reales, provt ſunt idem cum eſſentia Dei, tamen provt referunt vnam perſonam ad aliam,nihil reale dicunt,quia nulla relatio provt relatio, dicit realitatem, ſed tantùm provt eſt idem cum fundamento:tribuitur Capreolo 1. diſt. 33. q. 1.ad ſecundum, & tertium Aureoli, qui licet non expreſsè dicat, innuit tamen illam:quod etiã faciũt E in ſuo modo loquendi ferè omnes Thomiſtæ, fauet D.Thomas quæſt.2.de potentia art.5.dicens, quòd relatio, vt relatio ratione ſui generis non dicit aliquid.Idem dicit in primo,diſtinct.20. quæſt.1. articul.1.ad 3. Sed hæc ſententia abſolutè,& provt ſonat eſt falſa.Primò,quia ſi relatio diuina, vt relatio, & vt refert, non eſſet realis, ſed ſolùm id quod eſt abſolutum in Deo eſſet reale; ergo perſonæ diuinæ non haberent aliquid reale ſibi proprium, & incommunicabile: conſequens eſt hæreticum, quia ſequeretur perſonas non diſtingui in aliqua realitate;

Solutio.
Relatio dominij in Deo quomodo ſit.

Inſtatur 2. contra eandem rationem.

Solutio.

Inſtatur 3.

Capr.

S. Thom.

Relatio in diuinis eſt aliquid reale.

Digitized by Google

tate;& conſequenter nec realiter. Secundò ſequeretur, quòd Pater, vt Pater, non eſſet quid reale. nam Pater, vt Pater, dicit ordinem ad aliud: ſi ergo ille reſpectus vt ſic, non eſſet realis, ſequeretur quòd Pater, vt Pater, non eſſet quid reale. Præterea tertiò vel id, quod eſt reale in relatione diuina eſt omnino abſolutum, vel reſpectiuum: ſi omninò abſolutum, ergo in Deo nulla relatio eſt realis, & communiter nullum eſt ibi ens reale, niſi abſolutum: ſi reſpectiuum, cùm eſſe reſpectiuum conſiſtat in ordine ad terminum, ſequitur, quòd relatio diuina, quatenus reſpicit terminum, ſit quid reale. Nec eſt verum, quod aſſumitur, quòd in rebus creatis relatio, vt relatio, non eſt ens reale. nam licèt ſint aliquæ relationes, quæ non ſint reales, tamẽ hæ non habent verum eſſe Ad. ſed finguntur habere. nam verum eſſe Ad, & vera relatio, ſemper dicit quid reale formaliter, ſiue ſit entitas diſtincta à fundamento, ſiue non.

Relationes aliquæ ſunt reales in rebus creatis.

24. Reſpondetur igitur, quòd ea, quæ diſtinguuntur ex natura rei, vt ſunt modi, exempli gratia, figura, vbicatio, & ſimiles, habent propriam exiſtentiam, & ſunt actuales entitates, & ideo cùm diſtinguuntur à ſua realitate, diſtinguuntur ex natura rei: at verò quæ ſunt identificata à parte rei, vt ſunt illa, quæ diſtinguuntur ratione ratiocinata, non habent propriam exiſtentiam, ſed exiſtunt exiſtentia illius realitatis, cum qua identificantur, & ideò cùm à parte rei, ſint vna actualis entitas, non poſſunt ex natura rei diſtingui, ſed tantùm ratione cum fundamento in re: qui verò tenent modos non habere propriam exiſtentiam, ſed exiſtere exiſtentia realitatis, cuius ſunt modi, profectò meo iudicio maiorem habent difficultatem in aſſignanda differentia inter diſtinctionem rationis ratiocinatæ, & diſtinctionem ex natura rei.

SECVNDA DIFFICVLTAS circa hanc tertiam aſſertionem.

An hæc diſtinctio rationis fiat ab intellectu diuino.

25. 2. Difficultas circa 3. Aſſertionẽ. Pr. modus dicendi ex Capr.

CIrca ſecundam difficultatem primus modus dicendi eſt Capreoli in 1. d. 8. q. 4. ar. 1. intellectum diuinum non diſtinguere ea, quæ inter ſe non ſunt diſtincta, ſicut ſunt attributa diuina, & relationes ab eſſentia; & ratio eſt, quia Deus cognoſcit rem ſicuti eſt.

2. modus dicẽdi ex Dur. & Henr.

Secundus modus dicendi eſt Durandi in 1. d. 2. q. 3. n. 20. & Henrici quodl. 5. q. 1. aſſerẽtium Deum diſtinguere attributa, & relationes ab eſſentia. Sed hi Doctores differunt in modo explicandi. nam Durandus tenet, non poſſe Deum diſtinguere ſua attributa ſine ordine ad creaturas; Henricus verò exiſtimat Deum diſtinguere in ordine ad ſuum intellectum, & voluntatem, quatenus ſunt principia productiua relationum, quæ ſunt diſtinctæ realiter inter ſe. ſed de hoc modo explicandi mox infrà dicetur in 3. difficultate. fundamentum autem huius ſecundæ opinionis ex Henr. ſuprà citato, hoc eſt, quia quãuis eſſentia diuina ſit vna ſimplex veritas, multæ tamen perfectiones, & attributa virtualiter continentur in illa, quæ ſecundum veritatem poſſunt de Deo dici: poteſt igitur intellectus diuinus quaſi negotiando, vt ipſe loquitur, circa eſſentiam diuinam intelligere omnem veritatem, quæ eſt in eſſentia diuina, atque adeo intelligere rationem intellectus, & rationem voluntatis, vt diſtinctas, quatenus

Fundamẽtũ huius ſecũdi modi.

Intellectus diuinus omnẽ veritatẽ quæ eſt in eſſentia diuinâ intelligit.

ſunt principia productiua diſtinctarum relationum; ſi enim nõ repugnat cognoſcere relationes diſtinctas. nec repugnabit cognoſcere principia diſtincta.

3. modus dicendi ex Vaſquez.

Tertius modus dicendi eſt Vaſquez 1. p. d. 128. c. 4. aſſerentis cum prima opinione, intellectũ diuinum primariò non diſtinguere, nec facere aliquid aliud ens rationis, addit tamen nec Deũ cognoſcere diſtinctionem, quam facit intellectus creatus inter attributa, ſeu relationes, & eſſentiam. Fundamentum eſt, quia ſi Deus cognoſceret ens rationis fabricatum ab intellectu creato, iam illud faceret per intellectum ſuum: nam nihil aliud eſt fieri ens rationis, quam illud obiici, ſeu eſſe præſens obiectiuè intellectui. ſi ergo diſtinctio rationis facta per intellectum creatum cognoſcitur à Deo, iam illa diſtinctio rationis intellectui diuino obiicitur, & fit præſens obiectiuè; ergo per illam cognitionem Dei, quæ eſt conceptus formalis, fit ipſum ens rationis, & ſic Deus format in mente ſua figmentum: quare ſequitur idem abſurdum, ac ſi ens rationis, ſeu figmentum hoc ab ipſo Deo primariò fieret, & idem dicit hæc opinio de omni alio ente rationis.

Fundamẽtũ huius 3. modi.

Ens rationis quomodo fieri dicatur.

4. modus dicendi.

Quartus modus dicendi eſt aliorum qui dicunt duo: Primum, intellectum diuinum non facere primariò entia rationis cum tertia opinione, & aſſignãt rationem, quia non poſſunt concipi, niſi ad modum entis, qui modus cognoſcendi dicit imperfectionẽ in Deo. Dicunt ſecundò contra tertiam opinionem, Deum cognoſcere ipſa entia rationis vt factibilia, vel facta ab intellectu creato, & hoc modo huiuſmodi entia habere aliquod eſſe obiectiuum in intellectu Dei. hoc ſecundum dictũ infrà probabimus.

26. Sent. Auct.

Circa hanc difficultatem, quantùm facit ad noſtrum inſtitutum, ſententia mea hæc eſt, & dico primò, in quo dicto ſitus eſt punctus difficultatis, quòd etiam ſi concederetur poſſe Deum facere relationes rationis, tam in humanis, referendo id, quod eſt abſolutum ad aliud, quàm in diuinis, referendo ſua attributa ad creaturas, in quo nulla apparet implicantia: non tamen propterea concedendum eſſet Deum diſtinguere ea, quæ ſunt eadem à parte rei, ſiue in humanis, ſiue in diuinis. Hoc dictum habet duas partes: Prima pars probatur: Quòd enim Deus non poſſit facere ens rationis, ratio fundamentalis aſſignari ſolet, quia opus eſſet, vt intellectus diuinus cõciperet per modum entis id, quod ens non eſt, hoc autem diceret imperfectionem in intellectu cognoſcente, & non in obiecto. nam intellectus cognoſcens nõ cognoſceret rem ſicuti eſt, cùm tamen cognitionis perfectio conſiſtat in adæquatione intellectus ad rem cognitã, vt cognoſcatur, ſcilicet res ſicuti eſt. nam quamuis aliquando res cognoſci poſſit modo nobiliori, ſicut cognoſcitur res materialis immaterialiter, hic tamen modus, quia ſe tenet ex parte cognitionis, & non ex parte obiecti cogniti, cùm cognoſcatur res materialis ſicuti eſt; ideò nullam dicit imperfectionem. At in caſu difficultatis cognoſceretur ens rationis aliter, quàm eſt, quia cognoſceretur per modum entis, cùm tamen non ſit ens, ſicut non poſſunt ab intellectu diuino cognoſci ſpiritualia admodum corporalium. Hæc autem ratio fundamentalis poſſet ſolui primò, ſi dicatur, quòd ſi ens rationis alio modo cognoſci non poteſt, non indicat imperfectionem, ſi hoc modo cognoſcatur à Deo, imò auctores quartæ opinionis, qui tenent Deum cognoſcere ens rationis formatum ab intellectu creato, hoc idem etiam debent concedere, quia cognoſceretur per modum entis. Nec obſtat, quòd cognoſceretur; vt formatũ ad inſtar entis ab intellectu creato: nam à Deo non

Deus non poteſt facere ens rationis.

Digitized by Google

cognoſceretur alio modo, quia non cognoſceretur à Deo, vt eſt in ſe; quod non eſt ſimile, cùm cognoſcit Deus ſpiritualia cognita à nobis admodum corporalium, quia ipſe cognoſcit ſpiritualia, vt ſunt in ſe. Vel ſecundò poſſet ſolui illa ratio fundamentalis, ſi negaretur Deum cognoſcere ens rationis admodum entis realis, ſed hoc prouenire ex imperfectione intellectus noſtri. Secunda verò pars huius primi dicti, quòd ſcilicet quiquid ſit, an intellectus diuinus formet ens rationis, nō poſſit diſtinguere ea, quæ à parte rei nō ſunt diſtincta; probatur, quia eſt peculiaris quædam ratio in facienda diſtinctione, quæ non eſt in facienda relatione rationis. nam cùm intellectus diuinus diſtinguit, cognoſcit vnū ſine alio, atque adeo non cognoſcit rem ſicut eſt, quam ſupponimus eſſe ſimpliciſſimam; at verò cùm refert vnum abſolutum ad aliud, cognoſcit rem ſicuti eſt, cognoſcit, ſcilicet, rem eſſe abſolutam, & habere fundamentum, vt poſſit referri: ſuperaddit autem intellectus diuinus referentiam actualem formatam à ſuo intellectu ad aliud abſolutum.

Deus nō poteſt diſtinguere ea, quæ à parte rei diſtincta non ſunt.

27. *Prima obiectio contra hoc 1. dictū.* Quòd ſi obiicias, ſicut hîc eſt fundamentum relationis, ita ibi eſt fundamentum diſtinctionis; ergo ſicut hîc poteſt referre, ita ibi poteſt diſtinguere. *Solutio.* Reſpondetur, eſſe diſparem rationem, quam paulò antè attulimus. nam cùm intellectus diuinus diſtinguit, concipit vnum ſine alio, atque adeo non poteſt cōcipere rem ſicuti eſt à parte rei: diſtinctio enim opponitur identitati, & multitudo vnitati: at verò cùm refert vnum abſolutum ad aliud, poteſt concipere abſolutum, vt eſt à parte rei, formando relationem rationis, quæ eſt fundamētaliter in ipſo abſoluto: tunc autem militaret obiectio, ſi Deus non cognoſceret abſolutum, vt abſolutum, ſed per modum relatiui tantùm: hoc enim diceret imperfectionem, ſicut contingit in intellectu noſtro.

2. Obiectio. Henr. Quòd ſi obiicias ſecundò, ex Henrico ſuprà citato quodlib. 5. quæſt. 1. in eſſentia Dei eſſe virtualiter plures perfectiones, quæ poſſunt ſecundum veritatem prædicari de Deo; ergo poteſt intellectus diuinus illas diſtinguere, & conferre inter ſe: Solutio. Reſpondetur, negando conſequentiam ob rationem aſſignatam, quia non poſſet ipſe diſtinguere, niſi conciperet vnam perfectionem ſine alia, quod quidem dicit imperfectionem, quia non conciperet rem ſicuti eſt à parte rei.

2. Dictum. *Deus non poteſt diſtinguere attributa ab eſſentia ſecūdū conceptū eſſentialem.* Secundò dico, Deum non poſſe diſtinguere attributa ab eſſentia ſecundum conceptum eſſentialem, quia ſupponitur attributa eſſe de eſſentia Dei, atque adeò ſi diſtingueret, conciperet conceptu inadæquato, & limitato ipſam eſſentiam, relationes autem diuinas hoc modo diſtinguit, quia, vt oſtendemus in ſequenti dubio, relationes non ſunt de eſſentia diuinitatis ſecundum ſe conſideratæ: cōcipit igitur Deus eſſentiam conceptu adæquato ſine relationibus; non autem relationes ſine eſſentia, vt dicemus in tertio dubio. Si autem ſermo eſt de diſtinctione actuali à parte rei, tunc intellectus diuinus, non diſtinguit relationes ab eſſentia; neque è contrà, quia à parte rei ſunt idem, vt probatum eſt. Si autem diſtingueret, non conciperet rem ſicuti eſt, quia conciperet vnum ſine alio, quod quidem dicit imperfectionem, vt iam viſum eſt.

28. 3. Dictum. Tertiò dico, Deus cognoſcit diſtinctionem attributorum, ſeu relationum ab eſſentia, vt formatam, ſeu formabilem ab intellectu creato, & idem dicendum de aliis entibus rationis, ſi teneatur à Deo non poſſe illa formari primariò. Probatur, quia Deus cognoſcit omnes conceptus formales creaturarum; ergo conceptus obiectiuos illis correſpondentes: ſed

A intellectus creatus conceptu formali format ens rationis, & habet pro obiecto ipſum ens rationis; ergo Deus illud cognoſcit. Secundò, quia Deus debet cognoſcere omne cognoſcibile eo modo, quo poteſt cognoſci: ſed diſtinctio rationis non poteſt cognoſci, niſi quatenus eſt conceptus obiectiuus conceptus formalis creati: ergo illo modo debet cognoſci. Nec aliquid obſtat, quòd hoc modo cognoſcatur: cùm enim primò obiicit Vaſquez, hinc ſequi Deum formare ens rationis, negatur. Supponit enim Deus ens rationis factibile, ſeu factum ab intellectu creato, & ſolum cognoſcit illud, vt factibile, ſeu factum: & cùm vrget ſecundò, ens rationis non habet aliud eſſe, quàm eſſe obiectiuum, ſed eſt præſens in mente Dei, cùm à Deo cognoſcitur, vt factibile ab intellectu creato: ergo Deus format ens rationis, & diſtinctionem rationis; reſpondetur, concedendo illud ens factum ab intellectu creato eſſe præſens obiectiuè in mente Dei, & hoc eſſe obiectiuum haberi ex cognitione Dei, ſed hoc eſſe obiectiuum eſt quaſi ſecundarium, ſupponit enim intellectus diuinus iam diſtinctionem, vel aliud ens rationis formatum, vel formale ab intellectu creato: quare cognitio Dei eſt veluti quædam reflexio ſuper ens rationis iam factum, ac ſi idem intellectus creatus reflecteret ſe ſuper illud idem ens rationis, quod formauit, cognoſcendo illud iam factum; aſſigno autem differentiam inter cognitionem diſtinctionis, & formationem diſtinctionis, vnde meo iudicio apparebit ratio diuerſitatis, eſt autem hæc; nam Deus per cognitionem ſpeculatiuam, quam habet diſtinctione facta ab intellectu creato, non diſtinguit concipiendo vnum ſine alio; ſecus autem ſi quaſi practicè ipſe diſtingueret formando diſtinctionem; & hoc diceret imperfectionem in Deo, quia non cognoſceret rem ſicuti eſt, & idem dicendum eſt proportionaliter de aliis entibus rationis. Ex his autem dictis infertur ex S. Thom. in 1. diſt. 2. quæſt. prima art. 3. diſtinctionem rationis eſſe fundamentaliter ab æterno; formaliter verò, & completè prouenire ex limitatione intellectus noſtri, atque adeò eſſe temporalem: cognoſcens enim Deus ab æterno eſſentiam ſuam, cognoſcit illam eſſe conceptibilem diuerſis conceptibus, & vt obiectibilem vni conceptui limitato eſſe diſtinctam à ſe ipſa, vt obiectibilem alteri.

29. Prima obiectio contra 3. dictum. Solutio. 1. Obiectio. Solutio.

Differentia inter cognitionē diſtinctionis, & formationem diſtinctionis.

S. Thom.

Ad argumenta verò ſecundi, tertij, & quarti modi dicendi, quatenus militant contra primum & tertium dictum noſtrum, habetur ſolutio in iiſdem dictis.

TERTIA DIFFICULTAS CIRCA EAMDEM TERTIAM aſſertionem.

30. QVantùm ad tertiam difficultatem, an ſcilicet, hæc diſtinctio rationis, ſiue ſit à Deo, ſiue ab intellectu creato, fiat per ordinem, & proportionem ad aliqua diſtincta à parte rei in creaturis, vel ad aliqua diſtincta in diuinis: reſpondetur; Durandus in 1. diſtinct. 2. quæſt. 3. num. 20. exiſtimat fieri per ordinem ad creaturas. Henricus verò, quodlib. 5. quæſt. 1. tenet fieri per ordinem ad ipſum Deum. Mihi verò videtur diſtinguendum, quòd in caſu noſtro intellectus concipit diſtinctionem relationum ab eſſentia per ordinem ad veram, & realem diſtinctionem perſonarum inter ſe, quia perſonæ conſtituuntur per ipſas relationes; circa verò diſtinctionem Sent. Auct.

Digitized by Google

ſtinctionem attributorum ab eſſentia, dicendum A eſt, quòd intellectus aliqua diſtinguit cum ordine ad ea, quæ verè ſunt diſtincta in diuinis, ſicut cùm diſtinguit intellectum à voluntate in diuinis, diſtinguit in ordine ad perſonas diuinas realiter diſtinctas, quæ perſonæ procedunt per intellectum, & voluntatem: at verò illa attributa, quæ nullo modo habent ordinem ad diſtinctionem perſonarum, non poſſunt diſtingui ratione, niſi cum ordine, & proportione ad diſtinctionem, quæ verè eſt in creaturis: ſicut iuſtitia, & miſericordia diſtinguuntur in Deo per ordinem ad effectus realiter diſtinctos, vel propter quid ſimile, vt docuit Capreolus in 1. diſt. 8. quæſt. 4. Quare ſi in Deo non eſſet hæc diſtinctio realis perſonarum, omnis diſtinctio in Deo eſſet cum ordine vel proportione ad veram diſtinctionem inuentam in creaturis. B

QVARTA ASSERTIO.

31. 4. Aſſertio. *Relationes nō ſunt eſſentialiter idem cum eſſentia.*

RElationes præciſo omni opere intellectus, non ſunt à parte rei idem eſſentialiter cum eſſentia; eſſentia autem eſt idem eſſentialiter cum relationibus; non oportet autem has duas huius aſſertionis partes hîc probari; pendent enim ex illis duabus quæſtionibus, an relationes ſint de formali conceptu eſſentiæ, & an eſſentia ſit de formali conceptu relationum, quas quæſtiones infrà dubio ſecundo & tertio examinabimus. C

Duo tamen ſunt hîc aduertenda; Primum, quòd Scotus citatus pro 1. opin. admittit primam partem huius aſſertionis, ſed non rectè loquitur: nam abſolutè dicit relationes non eſſe idem à parte rei cum eſſentia; cùm tamen debuiſſet proferre cum addito, ſcilicet, eſſentialiter: nam negatio (vt dicunt Logici) eſt malignantis naturæ, quia negat quicquid inuenit poſt ſe; & etiam diſtribuit: quare illa propoſitio Scoti abſolutè prolata, negat omnem modum identitatis relationum cum eſſentia; quod eſt falſum. Nam vt probatum eſt, relatio, & eſſentia ſunt idem à parte rei in ſenſu identico. Secundò aduertendum eſt, quòd quamuis Scotus concedat relationes non eſſe idem à parte rei cum eſſentia, numquam tamen, & meritò, auſus eſt concedere, relationes diſtingui à parte rei ab eſſentia, quia D diſtinctio à parte rei dicit eſſe duas entitates actuales: probatum eſt autem in ſecunda aſſertione, relationem, & eſſentiam vnam eſſe entitatem actualem: quamuis relatio non ſit de conceptu formali eſſentiæ ſecundum ſe conſideratæ.

Negatio eſt malignantis naturæ.

SECVNDA DVBITATIO.

An Relationes ſint de eſſentia Dei.

1. Prima opinio affirmat relationes eſſe de eſſentia.

PRima opinio affirmat relationes eſſe de eſſentia Dei, eſt Caietani ſuprà citati 1. part. quæſt. 27. art. 2. & quæſt. 39. artic. 1. citatur pro hac opinione D. Thomas 1. part. quæſt. 22. art. 2. ad tertium, vbi docet in perfectione diuina contineri & Verbum, E & principium Verbi, & quæſt. 39. art. 6. ad ſecundum dicit hanc eſſe per ſe, *Deus eſt Pater*, ſicut hæc, *Pater eſt Deus*: hæc autem poſterior propoſitio eſt per ſe in primo modo, ergo & prior: ergo Pater, quod eſt prædicatum in illa propoſitione, eſt de eſſentia Dei, quod eſt ſubiectum. Argumenta pro hac opinione afferemus, & ſoluemus in noſtra ſententia, punct. 2. vbi etiam oſtendemus, quid ſenſerit S. Thomas.

Secunda opinio negat relationes eſſe de eſſentia Dei. Primò hanc opinionem tenent omnes illi Scholaſtici, qui tenent relationes diſtingui à parte rei ab eſſentia, tenent etiam aliqui ex illis, qui negant diſtingui à parte rei, ita Ferrarienſis ſuprà citatus 2. contra gen. cap. 9. & Torres 1. par. quæſt. 28. art. 3. dub. vltimo, & aliqui alij recentiores.

MEA verò ſententia eſt media, & explicatur tribus aſſertionibus. Prima, relationes, ſiue collectiuè, ſiue diuiſiuè ſumptæ, non ſunt de eſſentia Dei. Secunda, diſiunctim verò ſunt de eſſentia. Sed antequàm iſtæ duæ aſſertiones probentur, explicandum eſt, vbinam ſitus eſt punctus difficultatis, & pro explicatione huius dubij ponam primò ea, quæ ſunt certa apud omnes. Primò certum eſt relationes diuinas eſſe intrinſecas diuinitati, & neceſſariò requiſitas vt eſſentia Dei plenè ſubſiſtat. Probatur, quia quod conuenit Deo ad intra, conuenit ab intrinſeco, nihil enim poteſt eſſe illi extraneum, & accidentale.

2. Sententia Auctoris.

Quicquid conuenit Deo ad intra, conuenit ab intrinſeco.

Secundò, certum eſt eſſe de eſſentia naturæ diuinæ, eſſe communicabilem & communicatam tribus ſuppoſitis. Probatur, quia hoc conuenit eſſentiæ diuinæ ratione ſui, & non ratione relationum, quia non ideo eſſentia eſt communicabilis tribus, quia in Deo ſunt tres relationes, ſed potiùs contrà, ideò in Deo poſſunt eſſe relationes diſtinctæ, quia eſſentia diuina ex ſua eminentia, & fœcunditate eſt communicabilis tribus: quod autem conuenit Deo, ratione ſui, ſeu ſecundum ſe, conuenit eſſentialiter, quia in Deo non eſt niſi eſſentia & relatio. Si ergo id, quod dicitur de Deo ad intrà, & neceſſariò, non conuenit ratione relationis, conuenit ratione eſſentiæ. Sed quamuis hoc ſecundum tamquam certum ab omnibus ſupponatur, habet tamen difficultatem. nam ſi communicabilitas eſt de eſſentia Deitatis, vtique prædicaretur de perſona; nam perſona eſt completè Deus: at non poteſt prædicari de perſona; quomodo igitur intelligendum ſit communicabilitatem eſſe de eſſentia Dei infrà explicabitur: nunc autem ſupponatur tamquam verum.

De natura diuinæ eſſentia eſt eſſe communicabilem.

Tertiò certum eſt relationes non eſſe eſſentiæ diuinæ accidentales, quia ſaltem ſunt proprietates ſubſtantiales ipſius eſſentiæ, quæ quidem pertinent ad conſtitutionem perſonarum, vt habetur expreſsè ex Auguſtino, lib. 5. de Trinit. cap. 2. 3. & 4.

Relationes ſunt proprietates ſubſtātiales ipſius eſſentiæ.

Punct. diffic.

Quod igitur quartò controuertitur eſt, an ipſæ relationes diuinæ in recto ſint de eſſentia Dei, ſeu Deitatis, ita vt concipi non poſſit Deitas conceptu adæquato, ſecundum quod eſt in ſe ſine relationibus in recto; dixi in recto, quia non poteſt concipi ſine relationibus in obliquo: nam de eſſentia Dei eſt, vt diximus, eſſe communicabilem tribus perſonis relatiuis.

His poſitis probantur aſſertiones poſitæ in noſtra ſententia.

Probatur prima Aſſertio.

3. *Relationes in diuinis non ſunt de eſſentia Deitatis.*

PRIMA aſſertio erat contra primam opinionem Caietani, relationes in diuinis non eſſe de eſſentia Deitatis; ſi ſumantur diuiſiuè, vel collectiuè. Pro quo notandum eſt, tripliciter poſſe relationes intelligi eſſe de eſſentia Deitatis: Primò diuiſiuè, exempli gratia, quòd Paternitas ſit eſſentia, & ſic de ſingulis diuiſiuè ſumptis. Secundò collectiuè, quòd omnes ſimul ſint eſſentia. Tertiò diſiunctiuè, quòd ſcilicet hæc, vel illa in ſenſu diſiuncto, vt loquuntur Logici, ſit de eſſentia Deitatis, ita vt non liceat deſcendere ſenſu diſiunctiuo ad hanc in particulari diuiſim ſumptam. Dico igitur in hac prima aſſertione

Digitized by Google

tione relationes non eſſe de eſſentia Deitatis ſiue diuiſiuè,ſiue collectiuè ſumantur;& hanc opinionem, quicquid dicat Caiet. exiſtimo eſſe S. Th.1.p.q.33. art.8.ad primum, vbi dicit,quòd in Deo omnia ſunt de conceptu propriorum, & non è contra; ſicut Deus eſt de conceptu Patris,& non è contrà, & qu. 8.de potentia art.2. dicit iſtam propoſitionem non eſſe per ſe, *eſſentia eſt Paternitas.* & 3. part. quæſt. 3.art.4.dicit, quòd intellectus noſter poteſt intelligere bonitatem,& alia attributa eſſentialia, non intellecta Paternitate,& Filiatione quæ ſunt perſonalia:Eſt etiam hæc aſſertio Auguſtini lib. 5. de Trin. cap. 2. 3. & 4. vbi dicit, *relationes non conuenire Deo neque ſecundum accidens, neque ſecundum ſubſtantiam,* quod non poteſt aliter intelligi, niſi quia ſunt proprietates ſubſtantiales, vt dictum eſt, pertinentes ad conſtitutionem perſonarum,& ideo non dicitur eſſe accidens: non dicuntur autem eſſe ſecundum ſubſtantiam, quia non ſunt de ratione formali eſſentiæ.

Cai. S.Tho.

Intellectus noſter poteſt intelligere attributa eſſentialia, ſine perſonalibus. Auguſt.

Ad hanc etiam aſſertionem videntur accedere Patres, & Concilia, quæ communiter diſtinguunt in eſſentialia à perſonalibus & abſoluta dicunt eſſentialia & relatiua perſonalia. Quòd ſi perſonalia eſſent de eſſentia Dei non diſtinguerent illa à prædicatis eſſentialibus:ſed tantùm ab abſolutis.

Probatur 1. *Paternitas non eſt de eſſentia Filij.*

Probatur hæc aſſertio ratione; & primò probatur prima pars,quòd ad primam partem, quòd ſcilicet relationes diuiſiuè ſumptæ non ſint de eſſentia deitatis.

Primò Paternitas non eſt de eſſentia Filij, quia intelligitur Filius perfectè conſtitutus ſecundùm conceptum intrinſecum, & formalem Filij ſine Paternitate. Et præterea ſi eſſet de eſſentia, poſſet Paternitas vt quid indiſtinctum prædicari de Filio; quod eſt falſum: ergo neque eſt de eſſentia Deitatis. Conſequentia etiam probatur: nam quicquid eſt de eſſentia Dei,eſt de eſſentia Filij,vt conſtat ſecundùm fidem; Filius enim eſt completè Deus. Sicut igitur non diceretur completè eſſentialiter homo, qui non includeret, quicquid eſt de eſſentia hominis:ita Filius in diuinis non diceretur completè Deus,ſecundum conceptum intrinſecum,& formalem,niſi includeret quicquid eſt de eſſentia Dei. & hoc quidem argumentum poteſt applicari alijs relationibus diuiſiuè ſumptis. Secundò probatur, Pater communicat Filio totam ſubſtantiam, & eſſentiam Dei, vt patet ex definitione Concilij Lateranenſis ſuprà citati, ſed non communicat Paternitatem, vt Paternitatem, quia communicatio eſt per identitatem: at Paternitas vt ſic, manet diſtincta à Filio; ergo Paternitas non eſt de eſſentia Dei. Tertiò,ſi Filiatio vt ſic, eſſet de eſſentia Deitatis, ſequeretur,quòd eſſentia diuina produceretur,cùm generatur Filius, vel ſaltem comproduceretur aliquid pertinens ad eſſentiam Dei,ſcilicet ipſa Filiatio,quæ per ſe eſt de conceptu Deitatis. Conſequens autem eſſe falſum patet, quia Deitas perfectè conſtituta in ſuo conceptu, ſupponitur generationi, quia aliter Deus non eſſet ex Deo: ergo non poteſt produci cùm generatur Filius, neque comproduci aliquid pertinens ad eſſentiam Dei.

Probatur 2. eadem 1. pars relationes ſcilicet diuiſiuè ſumptas non eſſe de eſſentia Deitatis.

3.Probatur.

Probatur 2. Secũda pars huius ſententiæ, relationes ſcilicet collectiuè ſumptas non eſſe de eſſentia Dei.

Secunda pars huius aſſertionis,quòd ſcilicet,nec relationes collectiuè ſumptæ, ſint de eſſentia Deitatis, probatur. Primò,eſſe trinum non eſt de eſſentia Dei; ergo relationes collectiuè ſumptæ non ſunt de eſſentia Dei. Conſequentia eſt manifeſta, quia vt ſupponitur,per relationes conſtituitur Trinitas. Antecedens probatur;nam vel eſſe trinum, quod dicit omnes relationes collectiuè ſumptas, eſt de eſſentia Dei,quatenus eſſe trinum reperitur in omnibus perſonis collectiuè ſumptis;& hoc eſt falſum,nam hinc ſequeretur, quòd tantùm tres perſonæ collectiuè ſumptæ eſſent Deus, & non ſingulæ per ſe eſſent Deus. Vel eſſe trinum reperitur in ſingulis perſonis diuiſiuè ſumptis:& hoc etiam eſt falſum,nam Pater diuiſim ſumptus non eſt trinus,nec Filius.

Eſſe trinum non eſt de eſſentia Dei.

Probatur 2. eadem 2. pars.

Secundò probatur, eſſentia diuina vt eſſentia diuina,eſt formaliter abſoluta; ergo non poteſt includere in ſuo conceptu formali reſpectiuum, vt reſpectiuum. Antecedens probatur ex Concilio Toletano,in confeſſione fidei, vbi dicitur Deum non dici ad aliud,ſed ad ſe:Patrem verò dici ad Filium.quod idem dicit Auguſtinus lib.7.de Trinit. cap.2. Conſequentia eſt manifeſta nam abſolutum includit negationem reſpectus, quia abſolutum vt abſolutum eſt ad ſe, reſpectus autem ad alium.

Conc. Tol.

Auguſt.

3. Probatur.

Tertiò illæ perfectiones ſunt de eſſentia Deitatis, quæ ſunt perfectiones ſimpliciter ſimplices. nã eæ ſunt,quæ videntur conſtituere in Deo naturam ineſſe naturæ; quia hæ poſſunt conuenire omnibus perſonis: at verò relationes non ſunt perfectiones ſimpliciter ſimplices,vt ſupponitur,quia non eſt vna relatio melior ipſa,quàm non ipſa in qualibet perſona:potiùs igitur pertinent ad conſtitutionem perſonæ, quàm ad conſtitutionem naturæ.

4. Caiet.

Sed contra hanc primam aſſertionem, vt diximus, tenet Caietanus 1.p.quæſt.27. art.2. & q. 39. art.1. quamuis fortè alio modo poſſet explicari, vt dicetur ad ſecundam inſtantiam.

1. Inſtantia cõtra 1. Aſſertionem.

Inſtat autem primò:Relatio in diuinis, vt probatum eſt in ſuperiori dubio, non diſtinguitur à parte rei ab eſſentia diuina, ſed eſt omnino idem à parte rei cum eſſentia: ergo relatio eſt de eſſentia Dei; Conſequentia probatur primò, quia vera eſt hæc propoſitio,relatio eſt ipſa eſſentia Dei, ergo eſt de eſſentia. Secundò probatur eadem conſequentia, ſi relationes non ſunt eſſentia, etiam ſi eſſentia concipiatur conceptu adæquato, vt eſt in ſe: ergo non ſunt idem cum eſſentia à parte rei, ergo diſtinguuntur ab illa à parte rei, quod eſſet contra antecedens ſuppoſitum.

Solutio.

Quomodo relationes ſunt ipſa eſſentia diuina.

Ad hanc inſtantiam patet reſponſio, ex dictis in ſuperiori dubio, in ſolutione ad primam inſtantiam contra ſecundam aſſertionem: Quare breuiter hîc reſpondetur ad conſequentiam, relationes eſſe ipſã eſſentiam diuinam, quia eſſentia diuina ſimul cum relationibus eſt vna actualis entitas: non tamen eſt de eſſentia,quia relatio non eſt ratio conſtituens eſſentiam in ratione eſſentiæ. Ad ſecundam probationem eiuſdem conſequentiæ, concedimus relationes non eſſe idem cum eſſentia eſſentialiter; negatur tamen hinc ſequi, diſtingui à parte rei, quia ad diſtinctionem à parte rei requiritur, vt ſuprà diximus, vt ſint duæ entitates actuales habentes propriam exiſtentiam, ſiue entitas ſit res,ſiue modus: at verò in diuinis relatio, & eſſentia ſunt vna entitas actualis.

5. 2.Inſtatur.

Secundò inſtatur contra hanc primam aſſertionem. De eſſentia Dei eſt, quòd ſit trinus eſt vnus; ergo de eſſentia Dei ſunt relationes. Antecedens probatur primò, quia eſſe trinum non eſt accidentale, ſed eſt intrinſecum Deo. Secundò probatur, quia nihil aliud eſt eſſe trinum, quàm vnam naturam eſſe in tribus ſuppoſitis; ſuprà autem dictum eſt, communicari tribus ſuppoſitis eſſe de eſſentia. Conſequentia probatur, quia eſſe trinum intrinſecè includit ipſas relationes, nihil aliud enim eſt eſſe trinum,quàm eſſe tria ſuppoſita, quæ conſtituuntur per relationes.

Eſſe trinum

Reſpondetur, negando antecedens; ſuprà enim

pro

Digitized by Google

…tu eſt de eſſentia diuina.

probatum eſt eſſe impoſſibile, quòd eſſe trinum ſit de eſſentia, quia tunc Filius deberet eſſe trinus, quia Filius eſt completè Deus, & ad primam probationem antecedentis reſpondetur eſſe trinum eſſe intrinſecum Deo, tamquam quid ſubſtantiale pertinens ad conſtitutioné perſonæ. Ad ſecundá probationé reſpondetur negando, idem eſſe dicere, Deum eſſe trinum, ac dicere Deum eſſe in tribus ſuppoſitis, ſeu communicabilem tribus ſuppoſitis: nam primus modus dicendi includit ſuppoſita in recto, ſecundus verò modus dicendi includit ſuppoſita in obliquo, quia in recto intrinſecè includit tantùm ordinem ad ſuppoſita tamquam ad terminum.

Quòd ſi inſtes, eſſe eſſentiam diuinam communicabilem tribus, eſt per identitatem cum tribus ſuppoſitis; ergo idem eſt eſſe in tribus ſuppoſitis, & eſſe illa tria.

Reſpondetur, argumentum tantùm probare relationes eſſe eſſentiam diuinam, & è contrà per identitatem, id eſt, in ſenſu identico, quatenus relatio, & eſſentia eſt vna entitas actualis, vt dictum eſt, non tamen, quòd eſſentia ſit relatio in ſenſu formali, de quo eſt quæſtio, in ſenſu autem formali eſſentia includit relationes tantùm in obliquo tamquam terminum.

6.
Tertia inſtantia contra primam aſſertioné.

Inſtatur tertiò, S. Thomas 1. part. quæſt. 27. art. 2. ad 3. docet in perfectione diuina contineri Verbum, & principium Verbi, & quæſt. 39. art. 6. ad 2. dicit hanc eſſe per ſe *Deus eſt Pater* ſicut hæc, *Pater eſt Deus*; ſed hæc ſecunda propoſitio eſt per ſe in primo modo, quia Deus eſt de eſſentia Patris; ergo & in priori propoſitione, Pater eſt de eſſentia Dei. Reſpondetur, S. Thomam in primo loco intelligendum eſſe quantùm ad conſtitutionem ſubſtantialem perſonarum, quia de perfectione naturæ diuinæ eſt, vt conſiſtat in tribus, & hoc modo fortè intelligi poteſt Caietanus. Ad ſecundum locum dicitur, quòd vtraque propoſitio eſt per ſe, & in hoc ſtat paritas, non autem quòd vtraque ſit per ſe in primo modo dicendi, quamuis hæc loca interpretari poſſint iuxta ſenſum ſecundæ aſſertionis.

Relationes diuinæ non ſunt de eſſentia Deitatis, ſiue diuiſiuè, ſiue collectiuè ſumantur.

Remanet igitur probatum ex dictis in hac aſſertione, relationes diuinas non eſſe de eſſentia Deitatis ſiue ſumantur diuiſiuè, ſiue collectiuè: nunc remanet videndum, an ſaltem ſint de eſſentia Deitatis in ſenſu disiuncto: pro quo ſit ſecunda aſſertio.

Probatur ſecunda aſſertio.

7.
Si relationes ſumantur in ſenſu disiuncto, ſunt de eſſentia Deitatis.

Secunda aſſertio erat, relationes eſſe de eſſentia Deitatis, ſi relationes accipiantur in ſenſu disiuncto, ita vt eſſentia diuina ſit, vel Pater, vel Filius, vel Spiritus Sanctus, quatenus de eſſentia diuinitatis eſt, quòd modificata ad vnam perſonam, verbi gratia, ad Paternitatem, excludat à ſe ipſa ſic modificata Filiationem perſonaliter, vt autem modificata ad Filium excludat Paternitatem. Et hæc aſſertio videtur eſſe S. Thomæ 1. part. quæſt. 22. art. 2. ad 3. & clariùs, quæſt. 1. de potentia & iuxta hunc ſenſum poteſt etiam intelligi opinio Caietani ſuprà allata. Probatur autem primò hæc aſſertio, quia ſimile quid reperimus in natura creata, nam natura humana, ſi conſideretur ſecundum ſe, dicit ordinem eſſentialem ſaltem radicalem (vt excludam indifferentiam, quæ fortè oritur ex ordine radicali) vt poſſit contrahi ad Petrum, & ad Paulum, ita tamen, vt contracta per Petreitatem excludat Pauleitatem, & è contrà; alioquin ſi hoc modo non explicetur hic ordo eſſentialis radicalis, ſequeretur, quòd natura humana in Petro, non diceret ordinem communicabilitatis ad Paulum, atque adeo aliquod prædicatum eſſentiale deeſſet Petro, ſi communicabilitas eſſet de eſſentia naturæ. Ita etiam ſuo modo philoſophandum eſt de eſſentia diuina, & relationibus, ita vt eſſentia diuina, quamuis in ſenſu identico ſit Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, in ſenſu tamen formali, intrinſecè tantùm habeat, vt ſub diſtinctione ſit vel Pater, vel Filius, vel Spiritus Sanctus, ita vt quando intelligitur modificata in Patre, excludat eſſe Filij perſonaliter. Sed aliqui recentiores reſpondent ad hoc argumentum factum, dicentes, quòd prædicatum, quòd conuenit naturæ, vt abſtrahenti, non conuenit naturæ, vt contractæ, & ideo poteſt naturæ humanæ competere eſſe communem ad plura indiuidua, quod non conuenit Petro: eodem modo naturæ diuinæ, vt abſtrahenti à perſonis conuenit eſſe communem, non autem vt modificatæ ad perſonam. Sed contrà, quia ſi eſſe communem eſt de eſſentia, tunc neque in humanis Petrus, eſſet completè homo, nec in Diuinis Pater eſſet completè Deus, quia illis deeſſet aliquod eſſentiale. Secundò reſpondent aliqui recentiores ad idem argumentum, quòd Patri conuenit eſſe communicabilem cum addito quatenus, ſcilicet includit naturam. Sed contrà, quia prædicata eſſentialia poſſunt prædicari de perſonis ſine addito, quia in ſuo conceptu intrinſeco includunt, quòd ſint Deus completè, & præterea ſequeretur, quòd poſſet dici, quòd eſſe trinum ſit de eſſentia Patris, quia poſſet hoc competere Patri, vt includit naturam, & tamen concedere illam ſequelam, eſſet abſurdum. Quamuis igitur prædicari poſſit de Patre, quòd habet naturam communicabilem Filio, & præterea, quòd Pater ſit Filius, cum addito ſcilicet, in ſenſu identico, quia facit ſenſum, quòd Pater eſſentialiter habeat ſibi Filiationem identificatam, quia cùm hæc communicatio ſit per identitatem, non repugnat includere ſuppoſita in recto in ſenſu identico: tamen non poteſt, neque Filius in recto, neque eſſe identificatum cum Filio prædicari de Patre in ſenſu formali, quia hæc non eſt vera; conſtitutum ex natura, & Paternitate, quod eſt formaliter Pater, eſt formaliter Filius, vel identificatum cum Filio: ſicut nec in humanis, Petrus, eſt Paulus, vel formaliter communicabilis cum Paulo; & tamen alia prædicata eſſentialia hoc modo prædicantur de perſonis in diuinis, & in humanis. Quare prædicatum eſſentiale de natura, ſcilicet (eſſe communicabile pluribus) debet explicari formaliter in ſenſu disiuncto. Probatur ſecundò hæc ſecunda aſſertio, certum eſt, quòd relationes diuinæ ſunt intrinſecæ diuinitati, & neceſſariò requiſitæ, vt eſſentia Dei verè ſubſiſtat, iuxta exigentiam ſuæ naturæ; quia quicquid reperitur in Deo ad intrà, reperitur neceſſariò, & hoc omnes concedunt. Hoc ſuppoſito, ſic arguo: Omnia in Deo ſunt vnum, vbi non obſtat relatiua oppoſitio, quæ vnitas debet intelligi maior, quæ poteſt eſſe, quia eſſe magis vnum, dicit maiorem perfectionem; ergo non ſolùm debet dici, quòd relationes ſint vnum realiter, & formaliter à parte rei cum eſſentia, ſed quòd etiam ſint de eſſentia, quia faciunt maiorem vnitatem: ſi hoc non implicat; non autem implicare patebit ex ſolutione argumentorum, ergo debet dari. Tertiò probatur, & ſuppono, quòd multi tenent, quòd in Deo non datur ſubſiſtentia abſoluta, quo ſuppoſito ſic arguo: Eſt de eſſentia naturæ ſubſtantialis creatæ, vt poſſit ſubſiſtere: ergo de eſſentia deitatis eſt, vt actu, & completè ſubſiſtat, quia quod eſt in potentia in creatura, eſt actu in Deo; ſed non ſubſiſtit; niſi vt relatiuum, ergo de quidditate naturæ diuinæ eſt, vt ſit

Quidquid reperitur in Deo ad intrà reperitur in Deo neceſſariò.

In Deo non datur ſubſiſtentia abſoluta.

Quod eſt potentia in creatura eſt actu in Deo.

Digitized by Google

ſit ſubſiſtens, vt Pater, vt Filius, & vt Spiritus Sanctus. Quòd ſi velimus admittere ſubſiſtentiam abſolutam, tunc ſic argumentor: De eſſentia naturæ ſubſtantialis creatæ eſt, vt poſſit ſaltem radicaliter ſubſiſtere incommunicabiliter; ergo de eſſentia naturæ diuinæ eſt, vt actu ſubſiſtat incommunicabiliter. Sed ratio formalis ſubſiſtendi incommunicabiliter in diuinis eſt relatio, vt ſupponitur; ergo de eſſentia Dei eſt, vt ſit ſubſiſtens relatiuum. Nec poteſt dici, quòd de eſſentia Dei eſt, vt ſubſiſtat incommunicabiliter abſtrahendo, quòd hæc ſubſiſtentia ſit relatiua, vel non relatiua, quia in diuinis non poteſt abſtrahere; neceſſariò enim, & de perfectione Dei eſt, vt ſubſiſtat relatiuè, quia ſi ſubſiſtentia eſſet abſoluta, opponeretur alteri ex ſui imperfectione, & non ex ſuppoſitione terminorum, vt opponuntur relatiua.

8 **Prima inſtantia contra ſecundã aſſertionẽ.**

Sed contra hanc ſecundam aſſertionem inſtatur primò: quia Concilia communiter dicunt oppoſita, præſertim Florentinum, quòd eſſentia Dei tota eſt communis tribus perſonis, ſed ſi eſſentia Dei eſſentialiter eſſet relatiua, non eſſet communis, & in cap. damnamus, de ſumma Trinit. ex Concilio Lateranenſi dicitur, *quòd eſt vna res eſſentia diuina, quæ veraciter eſt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.* Reſpondetur, quòd in ſenſu explicato tota eſſentia eſt communis. Nam de eſſentia Deitatis eſt, vt ſit Pater, quatenus eſt modificata ad Patrem, & vt ſic excludat eſſe Filij perſonaliter, & quòd ſit Filius, quatenus modificata ad Filium, & vt ſic excludat eſſe Patris perſonaliter, & hoc modo tota eſſentia, eo modo, quo eſt, reperitur in tribus, vel dicendum eſt præſertim ad illud cap. damnamus, Concilia loqui in ſenſu identico, vt explicatum eſt ſuprà.

9. **Secunda inſtantia.**

Obiicies ſecundò, ſi Filiatio eſſet de eſſentia diuinitatis, ſequeretur, quòd per generationem Filij produceretur eſſentia Diuina, vel ſaltem comproduceretur aliquid pertinens ad eſſentiam Dei, quia produceretur Filiatio, quæ eſt de eſſentia Dei. Sed hoc eſt falſum, quia eſſentia ſupponitur generationi, & eſt principium quò ipſius. Reſpondetur, in eſſentia diuina ſecundum noſtrum modum concipiendi, diſtingui à nobis prædicata abſoluta, & relatiua: & abſoluta concipiuntur, vt priora, & vt ſupponuntur generationi: non ergo poteſt dici, quòd eſſentia producatur; neque poteſt dici, quòd comproducatur; quatenus producitur Filiatio, quia Filiatio non eſt de eſſentia Deitatis diuiſiuè ſumpta: ſed in ſenſu diſiuncto, quatenus ſcilicet eſſentia per generationem communicatur, vt modificata ad Filiationem, & vt ſic eſt Filius, & non eſt formaliter Pater, vt ſic autem eſſentia intelligitur præſupponi generationi, & per illam modificari ad Filiationem. Et hinc oritur alia differentia; nam ſi Filiatio eſſet de eſſentia Deitatis, diuiſiuè ſumpta, valeret hæc, *Deitas eſt Filiatio*: atque adeò cùm produceretur Filiatio, comproduceretur aliquid pertinens ad eſſentiam diuinam, vt ſuprà in prima aſſertione arguebamus. At verò, quia eſt in ſenſu diſiuncto, non valet, *Eſſentia diuina, vt modificata ad Filium eſt Filiatio*, quia Filiatio in abſtracto, non dicit conſtitutum ex eſſentia, & Filiatione.

Prædicata abſoluta & relatiua quomodo diſtinguantur.

Inſtantia tertia contra ſecundã aſſertionẽ.

Obiicies tertiò, ſubſiſtere in creaturis, non eſt de eſſentia, ergo nec in Deo. Reſpondetur negando conſequentiam, quia ſicut poſſe ſubſiſtere in creaturis eſt de eſſentia, ita ipſum ſubſiſtere in Deo propter maximam perfectionem eſt de eſſentia, ſicut poſſe exiſtere in creaturis, eſt de eſſentia radicaliter, in Deo autem ipſum exiſtere ſecundum exercitium exiſtendi eſt eſſentiale Deo.

In Deo exiſtere ipſum eſt Deo eſſentiale.

Obiicies quartò, ſequeretur, quòd Pater eſſet eſſentialiter Filius, per hunc ſyllogiſmum in tertia figura, *Hic Deus eſt eſſentialiter Pater: hic Deus eſt eſſentialiter Filius, ergo Pater eſt eſſentialiter Filius.* Reſpondeo ſupponendo, quòd dixi in 2. dubio huius quæſtionis philoſophicæ, quòd in tertia figura concluditur connexio, non modus connexionis, ſicut in hac, *omne animal eſt per ſe ſenſibile* (& ſumo ſenſibile formaliter, *omne animal eſt per ſe viuens*) non ſequitur, *ergo ſenſibile eſt per ſe viuens*, quia in ſenſu formali eſt falſa concluſio, quia differentia non dicit formaliter prædicata ſuperiora; tantùm igitur ſequitur, *quòd ſenſibile eſt viuens.* 10. **Inſtantia quarta.**

Ad argumentum igitur reſpondetur, quòd conceſſa maiori, & minori, non ſequitur concluſio ſecundum modum connexionis, ſcilicet in ſenſu formali. Secundò alij reſpondent ad argumentum, ideo non ſequi ſecundum modum connexionis, quia non ſequitur ſecundum connexionem. Nam ſi fiat hic ſyllogiſmus, *hæc eſſentia eſt Pater, hæc eſſentia eſt Filius, non ſequitur, ergo Pater eſt Filius.* Sed hæc ſecunda reſponſio impugnatur, quia ſicut vt ſuprà vidimus, quando termini ſumuntur eodem modo, valet conſequentia in hoc ſyllogiſmo ſecundum connexionem, quia totum prædicatum, quod erat in maiore, erat hoc, identificatum cum Patre, & totum prædicatum in minori erat hoc, identificatum cum Filio: ergo in concluſione ſequitur ſecundum connexionem, identificatum cum Patre eſſe identificatum cum Filio. At verò ſi dicatur: *Hic Deus eſt eſſentialiter Pater: Hic Deus eſt eſſentialiter Filius*, tunc in præmiſſis Pater, & Filius ſtant formaliter, & ſupponunt eodem modo; & tamen non ſequitur concluſio ſecundum modum connexionis, ſcilicet, *ergo Pater eſt eſſentialiter Filius*: tunc autẽ non cõcluderetur ſecundum connexionem, quando pro prædicato non ſumeretur illud totum, ſcilicet, *identificatum cum Patre*; ſed ſumeretur formaliter *Pater*, quia tunc, vt bene aduertit Marſilius in 1. quæſt. 1. art. 3. ad hoc, vt in ſyllogiſmo expoſitorio concludatur ſaltem ſecundum connexionem, debet terminus, qui aſſumitur eſſe omnino ſingularis. At hîc Deus non eſt omnino ſingularis, quia eſt communis tribus, & ideo non mirum eſt, ſi concluſio non ſequitur ſecundum connexionem. Vt igitur fiat omnino ſingularis vt exigit natura ſyllogiſmi expoſitorij, debet, cũ dicitur, *hic Deus*, monſtrari Pater; & tunc minor eſt falſa. In ſyllogiſmo igitur expoſitorio, ad hoc, vt conſequentia teneat, ſaltem ſecundum connexionem, & verificetur hoc principium ſecundum prædicationem, debet tertium eſſe adæquatè incommunicabile, vt dicebat Capreolus in 1. diſt. 2. q. 3. art. 1. In Deo autem propter infinitatem, eſſentia diuina eſt ſingulare communicabile, & ideo licet Pater; & Filius ſint idem cum Deo, non tamen ſunt idem inter ſe, quia ſunt idem inadæquatè cum eſſentia: ſed de hoc ſyllogiſmo expoſitorio diximus ſuprà in quæſtione Philoſophica, dub. 2.

Reſp.

Repl. contra reſp.

TERTIA ASSERTIO.

11. ***Relatio non eſt de intrinſeca ratione Dei, ſed perſonæ.***

Relatio, quamuis non ſit de intrinſeca ratione Dei, ſiue diuiſiuè, ſiue collectiuè ſumpta, eſt tamen de intrinſeca ratione perſonæ, v. g. Paternitas reſpectu Patris; nam Pater vltimò, & intrinſecè conſtituitur per Paternitatem, ſicut ſuppoſitalitas in rebus creatis eſt; de intrinſeca ratione ſuppoſiti creati, vt ſuppoſitum eſt notandum tamen eſt iſtam propoſitionem non eſſe abſolutè proferendam, ſed

Patris,

Digitized by Google

eum addito hoc modo, *Paternitas eſt de eſſentia Patris vt Pater eſt.* Nec obſtat, quòd in humanis dici poſſit, quòd ſuppoſitalitas eſt de eſſentia ſuppoſiti creati, quia in diuinis nomen eſſentiæ ſignificare ſolet naturam; & non rationem formalem, ſicut ſignificat in humanis.

TERTIA DVBITATIO.

An in Deo eſſentia diuina ſecundum eſſe abſolutum ſit de conceptu formali relationis.

1. 1. Argum. Circa hanc dubitationem ſunt duæ opiniones: prima opinio negat, & hanc ſequitur Vaſquez in prima parte, diſp. 121. cap. 2. Et probatur primò; eſſentia præſcindit in ſuo conceptu ſecundùm ſe totam à relationibus; ergo relationes etiam præſcindunt ab illa. Antecedens hæc opinio ſupponit, quia tenet relationes non eſſe de eſſentia. Conſequentia probatur, quia ſi eſſentia per intellectum concepta, conceptu adæquato, & vt in ſe eſt, tota præſcinditur à relationibus; ergo non remanet in relationibus, ergo relationes præſcindunt ab illa.

2. Argum. Secundò probatur, quia hæc duo videntur repugnare, quòd relatio in diuinis non præſcindat ab eſſentia, & quòd eſſentia (ſicut in ſuperiori dubio probatum eſt) præſcindat à relatione. nam ſi eſſentia ſecundum conceptum ſuum adæquatum præſcindit à relatione, non videtur, quomodo determinari poſſit per ipſam paternitatem, quæ includit ipſam eſſentiam. nam ſequeretur, quòd determinans eſſet ipſum determinatum.

3. Argum. Probatur tertiò: relatio ſecundum ſe totam eſt formaliter reſpectiua; ergo non poteſt includere eſſentiam, quæ eſt quid abſolutum. Conſequentia patet; antecedens probatur ex Concilio Lateranenſi, vbi dicitur *Trinitatem ſecundum eſſentiam eſſe indiuiſam, diſcretam verò ſecundum proprietates perſonales* Si autem relatio, per quam conſtituitur perſona, includeret eſſentiam, Trinitas non eſſet diſcreta per proprietates perſonales.

Conc. Late. *S. Trinitas ſecundum eſſentiam indiuiſa ſecundum proprietates perſonales diſcreta.*

4. Argum. Quartò aliter probat Vaſquez. Pater (inquit) cõſtituitur ex eſſentia, & paternitate: ſed conſtitutio, vt patet in humanis, dicit duo vnita, quæ ſint diſtincta, vel à parte rei, vel ſaltem, quòd ſecundum rationem neutrum illorum aliud includat; non igitur relatio includit eſſentiam, quòd argumentum multò magis militat in opinione noſtra, ſecundùm quam diximus, quòd relatio ſumpta diſiunctim eſt de conceptu eſſentiæ, in quo caſu relatio, & eſſentia ſe inuicem includerent.

5. Argum. Quintò probat, ſi eſſentia eſſet de conceptu Paternitatis, ſequeretur, quòd idem ſignificaret ſub eadem ratione Pater in concreto, & Paternitas in abſtracto, quod quidem eſt falſum ex communi modo loquendi Theologorum.

6. Argum. Sextò probatur, ſi relatio includeret in ſuo conceptu eſſentiam, ſequeretur, quòd Paternitas, quæ eſt ſimpliciſſima, conueniret, & differret ſecundum idem à Filiatione, quod eſt impoſſibile, quia conuenientia, & diuerſitas ſunt contradictoria; vnum enim dicit vnitatem, alterum multitudinem.

7. Argum. Septimò probat idem Auctor, ſi eſſentia (inquit) includeretur in conceptu formali relationis, ſequeretur, quòd hæc eſſet propoſitio vera formaliter. *Paternitas eſt eſſentia*; ergo vlterius ſequeretur, quòd hæc alia eſſet etiam vera; *Pater Paternitate intelligit,* quod quidem eſt contra Auguſt. in alio ſimili 7. de Trinit. cap. 2. Sequela probatur. nam eſſentia, & ſapientia prædicãtur ad inuicem, cùm ſint vna, & eadem res identicè, & formaliter. Si igitur Paternitas identicè, & formaliter eſſet idem cum eſſentia, eſſet etiam idem cum ſapientia: ſicut igitur valet, Pater ſapientia intelligit, ita etiam dici poſſet, Pater Paternitate intelligit.

Secunda, & verior opinio.

Secunda opinio affirmat, & eſt Henrici quodl. 5. Cameracenſis, 1. part. quæſt. 28. art. 2. diſt. 3. & cum hac opinione eſt dicendum, & ratio fundamentalis eſt, quia relatio eſſentialiter eſt ens aliquod actuale, determinatiuum, & particulare: vel ergo eſt creatum, vel increatum; non enim datur mediũ, quia eſſe creatum dicit eſſe ab alio, tamquam à cauſa: eſſe increatum, à ſe: eſſe autem à ſe, & eſſe ab alio æquipollent contradictoriis, ſcilicet eſſe à ſe, & non eſſe à ſe, quod enim non eſt à ſe, eſt ab alio; non autem poteſt dici relationem eſſe ens actuale creatum, ergo eſt Ens increatum, ergo eſſentialiter Deus. 2. 1. Argu. pro hac noſtra opin. *Relatio eſt ens aliquod actuale.*

Probatur hæc vltima conſequentia, quia eſſe à ſe, eſt ratio in Deo habendi infinitam perfectionem in omni genere, vt probant Theologi in primo, & S. Thom. 1. par. Secundò probatur eadem conſequentia, quia proprium conſtitutiuum diuinitatis eſt eſſe à ſe, & per hoc diſtinguitur ab omni alio ente, quod non eſt Deus; ſed relatio, vt probatum eſt, non poteſt præſcindere ſecundum ſuum conceptum formalem à ratione Entis à ſe, ergo formaliter includit conſtitutiuum diuinitatis, & conſequenter ipſam diuinam eſſentiam. S. Thom.

Ad hoc argumentum reſpondet Vaſquez, quòd relatio à parte rei eſt à ſe, & eſt Deus: vt tamen concipitur à nobis, quatenus diſtincta à Deitate, negatiuè ſe habet: ita vt neque ſit Deus, neque à ſe, neque creatura, neque ab alio: ſed contrà, quia relatio in diuinis in ſuo formali conceptu non poteſt præſcindere ab ente: eſt enim perfecta realitas, & ex ſuo formali conceptu, diſtinguitur ab omni ente creato, ergo in ſuo formali conceptu dicit ens increatum, & à ſe. 3. Impugn. reſp. Vaſq. ad hoc 1. Argum. noſtræ opin.

Secundò probatur hæc noſtra ſententia, quia ſi relatio in ſuo conceptu non includeret eſſentiam, ſequeretur, eſſentiam diuinam eſſe compoſitam in Patre ex ipſa eſſentia, & Paternitate. Sequelam concedit Vaſquez, nec habet pro abſurdo dari compoſitionem per intellectum, ſicut nec diſtinctionem. Sed contra, quia ſi à parte rei in ſuo conceptu adæquato relatio non includeret eſſentiam, ſequeretur ſaltem, quòd à parte rei ipſa eſſentia non eſſet ita ſimplex, ſicut eſſet, ſi relatio includeret ipſam eſſentiam. Si ergo hæc ſumma ſimplicitas non repugnat in Deo, debet concedi, at non repugnare patebit ex ſolutione argumentorum primæ opinionis. 4. 2. Argu. pro eadem noſtra opin.

Ad primum argumentum primæ opinionis reſpondetur, quòd eſſentia Diuina præſcindit à relationibus, eo modo, quo explicuimus in ſuperiori dubio in priori aſſertione, quatenus ex natura ſua non poſtulat illas in ſuo conceptu eſſentiali: at verò relationes includunt eſſentiam diuinam in ſuo conceptu, quatenus ex natura ſua poſtulant illam, & ſic, quod eſt præciſum ex natura ſua, poteſt remanere adhuc in eo, à quo præſcinditur, non ex natura eius, quod præſcinditur, quaſi illud poſtulet, ſed ex natura 5. Reſp. ad 1. argumentũ.

Digitized by Google

natura eius, à quo præſcinditur, ſicut in creaturis. *Ens præſcindit à ſuis inferioribus ex natura ſua.* Ens, vt fusè probauimus in noſtra Logica, præſcindit ab inferioribus ex natura ſua, quia in ſuo conceptu non poſtulat illa, tamen rationes inferiores, vt perſeitas, vt inalietas non poſſunt ex natura ſua præſcindere ab ente.

6. *Reſp. ad 2.* Ad ſecundum argumentum aliqui reſpondent eſſe eamdem difficultatem, ac de ente creato, ſed videtur maior eſſe difficultas in diuinis, quàm in ente creato. nam multi tenent, vt Caietanus de ente, & eſſentia, *Caiet.* ens ſecundum conceptum obiectiuũ creatum non præſcindere, nec à parte rei, nec ſecundum rationem à ſuis modis intrinſecis, à perſeitate ſcilicet & inaleitate, ſed eſſe analogum; & ideo (inquit) non eſt quærendum per quid ens creatum determinetur ad hos modos. At verò eſſentia diuina (vt in ſecundo dubio probauimus) perfectè præſcindit ſecundum ſuum conceptum adæquatum à relationibus diuiſiuè, & collectiuè ſumptis. qui verò tenent ens creatum præſcindere diſtinctè à ſuis modis, vel dicunt cum Scoto *Scot.* in 1. d. 3. q. 3. & in 1. d. 3. q. 6. modos entis non eſſe ens, vt quod, ſed vt quo, vel cum Soncinate *Sonc.* in 4. metaph. q. 1. & 19. & lib. 5. q. 14. modos entis eſſe negationes: vel alij acutiùs dicunt, modos entis eſſe entia incompleta, ens verò, quod præſcindit, eſſe ens completum: *Modi entis ſunt entia incompleta, ens quod præſcindit ens completum.* ac propterea omnes hi dicunt poſſe ens, quod præſcindit, determinari ad ſuos modos: at verò hæc dicere non poſſunt de relationibus, nam conſtat ex fide eſſe perfectas realitates. Sed quicquid ſit de iſtis modis dicendi circa ens creatum, quos confutare non eſt huius loci, de qua re videndus eſt noſter Suar. in ſua metaph. d. 2. qui vt ſolet exactè tractat hanc materiam, & nos dicemus in 2. tom. reſpondendum exiſtimo ad hoc ſecundum argumentum eo modo, quo reſpondét illi, qui exiſtimant ens creatum præſcindere ſolum ſecundum rationem diſtinctè à ſuis modis, & ſumitur reſponſio ex S. Thom. q. 1. de veritate, art. 9. quòd ſicut per conceptum ſubſtantiæ magis exprimitur res ſub ea formalitate, vt eſt in ſe, quàm per conceptũ entis, & hoc modo ens præciſum tantũ per rationem dicitur contrahi, & determinari ad perſeitatem, non per modum compoſitionis, ſed quatenus expreſſiùs concipitur; ita etiam in diuinis, cùm eſſentia, vt probatum eſt in primo dubio huius quæſtionis, non diſtinguatur à parte rei à Paternitate, ſed ſit ſimplex entitas, poſſit tamen per rationem diſtinctè præſcindere à Paternitate, vt probatum eſt in 2. dubio, ſit, vt determinatio eſſentiæ ad Paternitatem, non ſit per modum compoſitionis, ſed per modum expreſſioris conceptus. nam per conceptum Paternitatis concipimus magis expreſsè, & determinatè eſſe relatiuum, quàm per conceptum eſſentiæ, in quo conueniunt perſonæ.

7. *Reſp. ad 3.* Ad tertium reſpondent aliqui, quòd relatio ſecundum ſe totam eſt reſpectiua copulatim ſumpta; non autem diſtributiuè deſcendendo ad rationes formales: quæ includuntur in relatione, quia hoc modo bene probat argumentum, relationem non eſſe totam reſpectiuam, quia includit etiam eſſentiam tamquam rationem formalem, quæ non eſt reſpectiua. Sed hæc reſponſio debet explicari, ſecundum ea, quæ diximus in reſponſione ad ſecundum, quòd quamuis in eadem ſimpliciſſima entitate relationis includantur eſſentia, & relatiuum, ſecundum tamen conceptionem magis exprimitur relatiuum.

8. *Reſp. ad 4.* Ad quartum reſpondetur, ſufficere ad conſtitutionem, vt ſit ex duobus, quæ ſe habeant tamquam includens, & incluſum.

Eſſentia & relatio ſe habent vt includens & incluſum, an hoc verum ſit. Quòd ſi dicas in opinione noſtra, non videntur ſe habere relatio, & eſſentia, ſicut includens, & incluſum, ſed videntur minùs diſtingui, quia eſſentia includit relationem, & relatio eſſentiam: Reſpondetur, quòd eſſentia, vt explicauimus in ſecundo dubio, non includit relationes ſiue diuiſiuè, ſiue collectiuè ſumptas, ſed in ſenſu diſiuncto, quatenus ſcilicet eſſentia modificata ad Paternitatem eſt Pater, in quo ſenſu non valet dicere in abſtracto, eſſentia eſt Paternitas, & ſic non dicitur Paternitas incluſa in eſſentia, ſicut eſſentia dicitur incluſa in Paternitate, valet enim in abſtracto, Paternitas eſt Deitas; non autem Deitas eſt Paternitas.

9. *Reſp. ad 5.* Ad quintum concedimus ex parte ſignificati non aliquid ſignificari in Patre, quod non includatur in Paternitate, ſed differre in modo ſignificandi eamdem rem, nam Pater ſignificat, vt habens Paternitatem ſecundum effectum formalem, quod non ſignificatur per Paternitatem. *Inſtatur cõtra reſp.* Sed contra hãc reſponſionem arguit idem Vaſquez, quia etiam, inquit, in abſtracto ſignificatur effectus formalis, modus ſcilicet incommunicabiliter ſubſiſtendi. *Solutio.* Reſpondetur, quòd, in concreto Pater ſignificat modum ſubſiſtendi per modum habentis, at in abſtracto ſignificatur idem modus ſubſiſtendi per modum incluſi. *2. inſtatur.* Quòd ſi adhuc vrgeatur ab eodem, definitione non dicitur conſtitui definitum, quamuis ſolùm differant in modo ſignificandi; at Paternitate dicitur conſtitui Pater, ergo aliquid includit Pater, quod non includit Paternitas: *Solutio.* reſpondetur, quòd Paternitas ſignificatur non ſolùm per modum explicationis, ſicut definitio, ſed per modum aduenientis, & determinantis.

10. *Reſp. ad 6.* Ad ſextum reſpondetur hoc ſextum argumentum videtur habere maiorem difficultatem in ente creato, quàm in increato. nam quamuis daretur in ſubſtantia creata ſimplex entitas, & ſecundum eamdem perſeitatem conueniret cum accidenti in ratione entis, à qua perſeitas non poteſt præſcindere, & ſimul differret ab illo, tamen hoc non videtur repugnare; tam quia ſubſtantia eſt analogum attributionis, tum quia conuenientia non eſt identitas, ſed ſimilitudo; ſimilitudo autem includit ſecum quamdam diuerſitatem: hæc autem dici non poſſunt in ente increato, *Eſſentia diuina eſt æquè perfecta in omnibus creaturis.* tum quia eſſentia diuina eſt æquè perfecta in omnibus perſonis; tum quia eſt vna, & eadem numero in omnibus. His tamen non obſtantibus reſpondetur ad argumentum, quòd in diuinis propter ſummam, & infinitam eminentiam, vt dictum eſt in primo dubio, poteſt in vna re ſimpliciſſima fundari ratio identitatis, & diſtinctionis; in hoc autem explicando non immoror, quia, quæ obiici poſſunt, iam ſoluta ſunt in primo dubio.

Ad ſeptimum reſpondetur ex dictis, quòd hoc non valet, Pater Paternitate intelligit, quia quamuis à parte rei Paternitas, eſſentia, & ſapientia ſint vna entitas ſimpliciſſima, & tam eſſentia quàm ſapientia, & reliqua attributa includantur in conceptu Paternitatis, tamen per Paternitatem per modum cuiuſdam expreſſioris conceptus, exprimitur relatiuum, falſum eſt autem, quòd Deus relatiuo, vt ſic intelligit.

In ſecundo tomo quid tractabitur. Remaneret modò ad plenam huius Corollarij doctrinam agere de oppoſitione originis inter relationes, in qua fundatur diſtinctio realis inter ipſas; ſed commodiùs differimus in ſequentem tomum, quem præ manibus habemus, in quo materia hæc iterum examinanda veniet agemus enim de Corollariis Theologicis ex principiis incomplexis Philoſophicis, qualia ſunt decem prædicamenta, inter quæ eſt relatio, in communi, quod eſt principium relationum in diuinis.

QVÆ

Digitized by Google

QVÆSTIO SECVNDA THEOLOGICA.

Vtrum ſententia ſecundi Corollarij ſit vera, quòd, ſcilicet, Potentia, & operatio in Deo ſunt idem.

Potentia, & operatio idē ſunt in Deo.

HOc Corollarium deducit S.Thomas 2.contra gen.cap.9.ex princ.ſuperiori Philoſophico, quia (inquit) quæ ſunt eadem vni tertio re, ſi diſtinguantur ſolùm ratione à tertio ſine fundamento in re, ſunt idem inter ſe: talia ſunt (inquit) potentia, & operatio in Deo.

Sed nos ſuprà in quæſtione philoſophica in primo dubio oſtendimus, quòd quamuis hoc, quod dicit S.Doctor, ſit verum, adhuc tamen poſſe principium illud verificari, etiam ſi extrema diſtinguantur ratione cum fundamento in re à tertio, & hoc modo probauimus accipere Ariſtotelem tam 3. phyſic. quàm in 7.top. vt patet ex exemplo, quod adducit de actione, & paſſione reſpectu motus, à quo actio, & paſſio diſtinguuntur, vel ex natura rei, vel ſaltem ratione cum fundamento in re, & tamen ſunt inter ſe idem re. Eodem igitur modo dicendum eſſet de potentia, & operatione, etiam ſi ab eſſentia diſtinguerentur ratione cum fundamento in re: ratio autem diſparitatis, quare relationes, quæ ſunt idem cum eſſentia, non ſint idem inter ſe, ſed diſtinguantur realiter, aſſignata eſt ſuprà, quia relationes ſunt realitates ex natura ſua ſibi inuicem oppoſitæ oppoſitione originis: ſed hæc oppoſitio non eſt inter operationem, & potentiam; erunt igitur idem inter ſe.

Hîc remaneret tractandum, an attributa diſtinguantur ab eſſentia. ſed hæc quæſtio pendet à ſuperiori, in qua oſtendimus relationes eſſe idem cum eſſentia. nam ſi relationes ſunt idem cum eſſentia, multò magis attributa, quia relationes, vt oſtenſum eſt in primo dubio, maius habent fundamentum diſtinctionis, tum quia communicatur à parte rei eſſentia, & non relatio, tum quia relatio non eſt de eſſentia Deitatis, vt in ſecundo dubio explicatum eſt; quæ quidem dici non poſſunt de attributis. nam communicata eſſentia communicantur omnia attributa, & attributa ſunt de conceptu eſſentiæ, vt ſupponitur: quomodo autem diſtinguantur ratione ratiocinata, & à quo intellectu fiat hæc diſtinctio, in ſecundo dubio fuſiùs dictum eſt. 1.

Attributa Dei idē ſunt cum eſſentia

Et hæc dicta ſint in honorem Domini Ieſu, & Sanctiſſimæ Matris, & noſtri B. Patris Ignatij, & B. Patris Franciſci Xauerij. Omnia ſubiiciendo iudicio Sanctæ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ.

DEO IESV. CHRISTO ÆTERNI DEI COÆTERNO FILIO ſit laus & gloria æternum.

INDEX OMNIVM PRINCIPIORVM PHILOSOPHICORVM, ET COROLLARIOrum Theologicorum iuxta eumdem ordinem, quo diſputantur in hoc primo tomo per ſingulas quæſtiones.

PRIMVM PRINCIPIVM PHILOSOPHICVM.

Modus operandi ſequitur modum eſſendi.

IN HOC PRINCIPIO FVNDANTVR QVATVOR regulæ proportionum, & improportionum, quæ ſingulis dubitationibus examinantur.

COROLLARIA THEOLOGICA EX HOC primo principio Philoſophico circa omne genus operationis.

Circa operationem immanentem ſupernaturalem.

1. *Nullus intellectus creatus poteſt propria virtute videre Deum in ſeipſo intuitiuè.*
2. *Nec etiam intellectus creabilis etiam ſi detur infinitus.*
3. *Non poteſt dari ſubſtantia ſupernaturalis, cui ſit connaturalis viſio beatifica.*
4. *Nullus intellectus creabilis ſiue eleuatus lumine gloriæ, ſiue ſi dari poſſit ſecundum ſubſtantiam ſupernaturalis, cui eſſet connaturalis viſio beatifica, poteſt comprehendere Deum.*
5. *Non repugnat per eumdem gradum indiuiſibilem intenſionis eiuſdem viſionis qua videtur Deus videri ex vi viſionis omnes creaturas quantùm eſt ex vi intenſionis praciſè, quamuis de facto non videātur.*

Digitized by Google

6 *Non repugnat in Verbo ex vi naturæ diuinæ intenſiùs penetratæ ex parte obiecti videri, per viſionem finitam infinitas creaturas in aliquo determinato genere.*

COROLLARIA CIRCA OPERATIONEM immanentem naturalem ex eodem primo principio Philoſophico.

7 *Angelus non poteſt abſtrahere ſpecies intelligibiles ſingularium materialium ab obiecto.*
8 *Intellectus Angelicus habet ſpecies rerum ſingularium materialium congenitas initio ſuæ creationis.*
9 *Intellectus Angelicus quo perfectior, eo intelligit obiecta per pauciores, & vniuerſaliores ſpecies.*
10 *Angelus non ſolùm de facto, ſed nec de poſſibili naturaliter poteſt cognoſcere liberas affectiones voluntatis alterius Angeli, vel hominis.*
11 *Angeli loquuntur ad inuicem per ſigna quædam ſpiritualia.*
12 *Angelus non cognoſcit illa futura contingentia, quæ pendent à libera voluntate, vel vt à cauſa, vel vt ab applicante.*
13 *Non poteſt Angelus lumine naturali cognoſcere myſteria ſupernaturalia, ſeu gratiæ conceptu proprio, & quidditatiuo.*
14 *Animam rationalem eſſe intrinſecè immaterialem, & immortalem demonſtrari poteſt lumine naturali, & de facto eſt demonſtratum ex modo cognoſcendi, & appetendi ipſius animæ.*
15 *Animam rationalem eſſe formam informantem demonſtrari poteſt ex eodem modo cognoſcendi.*

COROLLARIA CIRCA OPERATIONEM tranſeuntem ex eodem primo principio Philoſophico.

16 *Angelus moueri poteſt connaturaliter in inſtanti temporis diſcreti.*

In hoc Corollario examinantur ſeptem dubia.

Primum Dubium. *Vtrùm motus Angeli per medium poſſit eſſe inſtantaneus.*
Secundum. *Vtrum poſſit eſſe motus ab extremo ad extremum ſine medio, & an ſit neceſſariò inſtantaneus.*
Tertium. *Vtrùm Angelus quieſcens intrinſecè vſque ad vltimum terminatiuum horæ, poſſit immediatè poſt moueri motu inſtantaneo.*
Quartum. *Vtrùm Angelus poſſit moueri motu continuo partim ſcilicet relinquendo locum, partim acquirendo.*
Quintum. *Vtrùm inſtans Angelicum, quo menſuratur motus Angeli, qui fit totus ſimul, diſtinguatur ab inſtanti, & tempore noſtro.*
Sextum. *Vtrùm detur motus diſcretus in Angelo, & quid ſit tempus diſcretum menſurans illum motum.*
Septimum. *Vtrùm tempus continuum, & ſucceſſiuum, quo menſuratur motus continuus, & ſucceſſiuus Angeli diſtinguatur à tempore noſtro, & hæc circa 16. Corollarium.*
17 *Coroll. Nulli creaturæ poteſt competere connaturaliter tamquam principali agenti potentia ad creandum.*

COROLLARIVM CIRCA OPERATIONEM moralem ex eodem primo principio.

18 *De grauitate offenſæ factæ Deo, & de valore ſatisfactionis Chriſti, & noſtra. Hoc Corollarium habet quinque partes.*
Prima pars. *Offenſa facta Deo eſt ſimpliciter finita in ordine ſupernaturali.*
Secunda. *Valor ſatisfactionis Chriſti non ſolùm adæquauit, ſed exceſſit offenſam.*
Tertia. *Satisfactio Chriſti fuit de toto rigore iuſtitiæ.*
Quarta. *Valor moralis actuum Chriſti fuit infinitus ſimpliciter in genere valoris.*
Quinta. *Contritio puræ creaturæ nec eſt formaliter ſanctificatio, nec remiſſio peccati.*

Secundum principium Philoſophicum.

Inſtrumentum agit ſuprà ſuas vires in virtute cauſæ principalis.

COROLLARIA THEOLOGICA EX HOC ſecundo principio Philoſophico.

1 *Non repugnat Sacramentum ſecundum potentiam ſuam obedientialem eleuari ad producendam gratiam in anima, vel ad tranſſubſtantiandum panem in corpus Chriſti.*
In hoc Corollario tractantur ſex difficultates de potentia obedientiali præſertim circa materiã Sacramẽtorũ.

2 Coroll.

2 *Coroll. Non repugnat dari qualitatem intrinſecè ſupernaturalem quæ intrinſecè attingat productionem gratiæ, & tranſſubſtantiationem panis in corpus Chriſti.*

3 *Quomodo Sacramentum concurrat de facto phyſicè.*

Diuiditur hoc Corollarium in tres partes.

Prima. *Sacramentum concurrit phyſice de facto ad productionem gratiæ, & alios effectus ſupernaturales.*

Secunda. *Concurrit per potentiam obedientialem.*

Tertia. *Idem dicendum de humanitate Chriſti.*

4 *Coroll. Ignis inferni tamquam inſtrumentum Dei torquet Dæmones, & animas damnatas.*

5 *Coroll. Supernaturalitas in ordine ad operationem phyſicam, ſiue immanentem, qualis eſt viſio beatifica, ſiue tranſeuntem, qualis eſt creatio, ſumitur formaliter ex puritate actus diuini, ab infinitate autem materialiter tantum.*

Tertium principium Philoſophicum.

Concluſio ſequitur debiliorem partem antecedentis.

COROLLARIA THEOLOGICA EX HOC tertio principio Philoſophico.

1 *De certitudine formali concluſionis Theologicæ.*

Hoc Corollarium habet quinque partes.

Prima pars Corollarij. *Concluſio Theologica, vt deducta ex vna de fide diuina non ſequitur certa certitudine fidei diuinæ ex parte actus, quæ certitudo ex parte actus dici ſolet certitudo formalis, quatenus diſtinguitur à certitudine obiectiua.*

Secunda pars. *Concluſio Theologica ex ambabus de fide diuina per conſequentiam naturalem non ſequitur certa certitudine fidei diuinæ ex parte actus.*

Tertia pars. *Concluſio Theologica ex ambabus de fide per conſequentiam de fide non ſequitur certa de fide, ſcilicet certitudine diuina ex parte actus, vt deducta, ſed erit de fide ſi aliunde eſt immediate reuelata.*

Quarta pars. *Concluſio Theologica ex parte ſubiecti eſt minùs certa, quàm præmiſſa naturalis, vel conſequentia naturalis.*

Quinta pars. *Concluſio Theologica eſt certior concluſione naturali, quæ deduci poſſet per eumdem ſyllogiſmum, ſi propoſitio illa, quæ eſt de fide diuina, eſſet naturalis, ſed hic dubium occurrit. An concluſio Theologica ſit certior præmiſſa naturali ex vi deductionis.*

Secundum Coroll. *De Concluſione Theologica quomodo ſequitur neceſſaria neceſſitate fidei diuinæ ex parte obiecti quod.*

Hoc Corollarium habet quinque partes.

Prima pars Corollarij. *Concluſio Theologica, vt deducta ex propoſitione maiori vniuerſali affirmatiua modali de re, ſeu diuiſa, neceſſaria neceſſitate fidei, quæ eſt neceſſitas immutabilitatis in obiecto, & minori propoſitione non neceſſaria neceſſitate fidei, ſiue ſit neceſſaria ſecundum ſuas cauſas, ſiue ſit contingens, ſequitur neceſſaria de neceſſitate fidei ex ſuppoſitione antecedenti tam in prima figura, quàm in tertia, non autem in ſecunda.*

Secunda pars. *Concluſio Theologica, vt deducta ex maiori vniuerſali affirmatiua non neceſſaria neceſſitate fidei, & minori modali de re, & diuiſa neceſſaria neceſſitate fidei nullo modo ſequitur neceſſaria de neceſſitate fidei, nec in prima, nec in ſecunda, nec in tertia figura.*

Tertia pars. *Concluſio Theologica, vt deducta ex maiori vniuerſali negatiua modali de re, ſeu diuiſa neceſſaria de neceſſitate fidei, & minori ſiue neceſſaria ſecundum ſuas cauſas ſiue contingenti, ſequitur neceſſaria de neceſſitate fidei ex ſuppoſitione antecedenti in omnibus tribus figuris.*

Quarta pars. *Concluſio Theologica, vt deducta in Diſamis modo tertiæ figuræ ex maiori propoſitione de prædicato contingenti, ſed neceſſaria modali de re, ſeu diuiſa neceſſitate fidei, & minori de ineſſe, vt nunc ſequitur vera, & neceſſaria de neceſſitate fidei ex ſuppoſitione antecedenti.*

Quinta pars. *Concluſio Theologica, vt deducta in modis tertiæ figuræ ex maiori modali de re, diuiſa neceſſaria ex neceſſitate fidei, & neceſſitate ex ſuis cauſis, & minori neceſſaria ex ſuis cauſis ſequitur, & neceſſaria neceſſitate fidei ſuppoſitione antecedenti, & neceſſaria neceſſitate ex ſuis cauſis ſimpliciter, nulla ſcilicet ſuppoſita conſtantia ſubiecti, quod quidem in ſecunda, & prima figura contingere non poteſt, quia ſemper concluſio ſequitur neceſſaria neceſſitate fidei ex ſuppoſitione antecedenti, & etiam neceſſaria ex ſuis cauſis ex ſuppoſitione antecedenti, ſimpliciter autem contingens.*

3 *Coroll. Concluſio Theologica, vt explicata per præmiſſam naturalem eſt certa de fide diuina.*

4 *Corollar. Aſſenſus fidei diuinæ non reſoluitur in diſcurſum, ſed fit per ſimplicem adhæſionem ad propoſitionem vt immediatè reuelatam à prima veritate, tamquam per rationem formalem aſſentiendi. hic*

Digitized by Google

tractatur reſolutio fidei ad diuerſas cauſas.
5 *Corollar. Actus fidei diuinæ eſt ſupernaturalis, ſiue ſit actus ſpeculatiuus aſſentiendi, ſiue practicus, ſiue ſit actus voluntatis.*
6 *Corollar. Nullus iuſtus ad quemcumque gradum perfectionis peruenerit, poteſt aſſentiri certitudine fidei diuinæ huic propoſitioni, ſcilicet (Ego ſum in gratia.)*

Quartum principium Philoſophicum.

De futuris contingentibus non eſt determinata veritas in cauſa, ſed in effectu.

COROLLARIA THEOLOGICA EX HOC quarto principio Philoſophico.

1 *Deus præſcit futura ſimpliciter contingentia.*
2 *Hæc futura contingentia Deus præſcit in ſeipſis.*
3 *Quamuis Deus non cognoſcat in aliquo priori ſigno ſua decreta libera & futura, hoc tamen non repugnat ex eo, quia huiuſmodi decreta non habent determinatam veritatem.*
4 *Deus cognoſcit futura contingentia ſub conditione.*
5 *Enunciatio Prophetarum de futuro contingenti aliquando verificatur iuxta ſecundarium ſignificatum enunciatum in actu exercito, aliquando verò iuxta primarium enunciatum in actu ſignato.*

Quintum principium Philoſophicum.

A diſtributiuo ad collectiuum non valet conſequentia phyſicè, valet tamen moraliter.

COROLLARIA THEOLOGICA EX HOC quinto principio Philoſophico.

1 *Peccator non poteſt diu cauere à nouo mortali.*
2 *Non poteſt iuſtus abſque ſpeciali priuilegio diu cauere à peccato veniali, cum tamen peccat, liberè peccat.*
3 *Chriſtus ex vi vnionis hypoſtaticæ, etiam ſi ſpectetur, vt purus viator ſecluſa beatitudine eſt impeccabilis phyſicè, & intrinſecè, liberè tamen adimpleuit præceptum à parte ſibi impoſitum moriendi pro natura humana.*

Sextum principium Philoſophicum.

Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

COROLLARIA THEOLOGICA EX HOC ſexto principio Philoſophico.

1 *Verbum nec in carne paſſibili, nec ſecundum ſubſtantiam fuiſſet incarnatum ex vi primi Decreti, ſi homo non peccaſſet.*
2 *In Deo eſt libertas ad alia obiecta extra ſe.*
In hoc Corollario præter alia examinatur, An in Deo, ſit actus vitalis liber terminatus ad creaturas.

SEPTIMVM PRINCIPIVM PHILOSOPHICVM.

Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe ex Ariſt. 3. Phyſ. 21.

COROLLARIA THEOLOGICA EX HOC ſeptimo principio Philoſophico.

1. Corollarium. *De diſtinctione relationum diuinarum ab eſſentia.*
Hoc Corollarium habet tria dubia.
Primum. *An relationes diuinæ diſtinguantur à parte rei ab eſſentia, vel ſolùm ratione, & an ab intellectu diuino fiat iſta diſtantia rationis.*
Secundum. *An relationes ſint de eſſentia Deitatis.*
Tertium. *An Deitas ſit de eſſentia relationum.*
2. Coroll. *Potentia & operatio in diuinis omninò identificantur à parte rei cum eſſentia, & inter ſe.*

Digitized by Google

INDEX MATERIERVM
TAM PHILOSOPHICARVM QVAM THEOLOGICARVM, PER QVÆSTIONES & concluſiones diſtinctus.

Prior numerus paginam, poſterior vel primam, vel ſecundam paginæ columnam notat.

A

Abſurdum.

ABSVRDA quædam refutantur. 25.2.c

Accidens.

Accidens concurrit effectiuè, per nouam actionem ad productionem formæ ſubſtantialis. 183.1.a
Accidens ad producendum formam ſubſtantialem, non eſt neceſſe vt habeat conſortium cùm influxit principalis agentis, ſed eſt totale agens. ibid.
an Accidens habeat aliquam actionem præuiam ad effectum vltimatum principalis agentis, diſtinctam ab actione, per quam intrinſecè attingitur ipſe vltimatus effectus. 167.2.b
Accidens concurrit actiuè ad productionem effectus agentis principalis. 158.1.b
Accidens intrinſecè attingit formam ſubſtantialem per nouam actionem. 160.1.b
Accidens an poſſit attingere intrinſecè effectum vltimatum principalis agentis. 156.1.a
Accidens poſſe dici inſtrumentum, etiamſi non attingat ſubſtantiam. 157.1.c
Accidens an poſſit attingere intrinſecè vnionē animæ cum corpore, & organizationem. 157.2.a
Accidens proximè & per ſe attingit formam ſubſtantialem. ibid.2.b
in Accidente eſt duplex potentia diſtincta ſaltem ratione ratiocinata: altera, qua producit aliud accidens ſibi ſimile, altera, qua producit ſubſtantiam. ibid.
modus exiſtendi Accidentium in Euchariſtia eſt intrinſecè ſupernaturalis. 77.1.b
quare poteſt dari Accidens ſupernaturale, & non poteſt dari ſubſtantia. 25.2.a
Vide plura in verbo Qualitas.
cur Accidenti concedatur, quod ſubſtantiæ non conceditur. 165.1.d
Accidentia potiùs paſſi quàm agentis concurrunt ad actionem. 163.1.d
Accidentia quæ ſunt in paſſo concurrunt ad productionem ſubſtantiæ. ibid.

Acquiſitio.

Acquiſitio non poteſt eſſe ſine re acquiſita. 104.2.d
Acquiſitio in fieri rei quæ fit tota ſimul, eſt intrinſecè permanens, & intrinſecè tranſiens. 121.1.a
Acquiſitio. *Vide in verbo* Motus.

Actio.

Actio eſt participatio ſui principij, vnde fluit. 161.2.b.
Actio eſt exercitium virtutis animæ. 157.1.a
Actio præuia dari non poteſt. 188.1.b
Actio præuia non eſt neceſſaria in naturalibus. 189.2.c
vni Actioni Chriſti correſpondet vna Patris Incarnatio tamquam præmium adæquatum. 149.2.d.e
Actiones ſunt ſuppoſitorum. 146.2.a
Actiones nobiliſſimas aliquis ſæpè exercet propter finem ignobiliorem. 312.2.b

Actus.

Actus naturales non ſunt meritorij. 146.2.c
Actus indifferens dari poteſt in ratione meriti, & demeriti, ſed non in bonitate & malitia. 147.1.b
Actus moralis virtutis, niſi ſit imperatus à gratia, non eſt meritorius. 147.2.a
Actus elicitus à virtute infuſa, eſt meritorius. ibid.
Actus vnus Chriſti poterat mereri gloriam infinitam intenſiuè, & extenſiuè. 148.2.c
Actus bonus ſiue malus tripliciter poteſt conſiderari. 153.2.a
Actus humanitatis Chriſti à perſona Verbi dignificantur. 138.2.c.d
Actus denominatur liber à libertate, quæ in homine eſt. 143.1.c
Actus Chriſti duplex, intrinſecus & extrinſecus. 144.2.c.& 145.1.a
Actus Chriſti intrinſecus tripliciter conſiderari poteſt. 145.1.a
Actus vnus Chriſti cur ſit ſufficiens ad ſatisfaciendum pro infinitis culpis. 150.1.d
Actus vitalis eſt nobilior potentia. 162.2.c
an ad Actus vitales concurrat anima partialiter. ibid.
Actus fidei ad ſalutem neceſſarius eſt ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam. 239.1.b
Actus & habitus ſunt adinuicem proportionati. 193.1.d
Actus conſideratus vt quò, excedit habitū. 193.2.a

Digitized by Google

vtrum Actus fidei Chriſtianæ ſit ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam. 238.2.c
Actus ſupernaturalis dupliciter accipi poteſt. 238.2.c
Actus debet eſſe ſupernaturalis, vt ſit proportionatus merito. 239.2.c
Actus voluntatis liber ad determinandum intellectum ad aſſenſum fidei requiritur. 240.1.b
an Actus volendi credere ſit poſitiuus, vel negatiuus. ibid.d
Actus tres concurrunt in atteſtante Prophetam. 281.1.c
Actus bonus quomodo poſſit in eodem inſtanti ſtare cum actu malo. 295.2.b
Actus liber in Deo quid ſit. 337.1.d
Actus vitales cùm eliciuntur à potentia creata, ſtatim informant. 337. 2.b
Actus ſupernaturalis procedit actiuè à potentia vitali. 21.2.a
Actus liberi cur ab Angelo ſolo, & à Deo cognoſcantur. 63.1.b
Actus neceſſarius eſt tripliciter. ibid.c
Actus ſpecificantur ab obiecto formali quod in appetibilibus eſt finis. 60.1.a
Actus voluntatis quomodo ſint ſub eius dominio. 60.2.a
Actus intelligendi poteſt concipi vel vt eſt actus elicitus effectiuè, vel vt formalis attingentia obiecti. 94.2.a
Actus intelligendi, vt formalis attingentia dependet à corpore ſimpliciter. ibid.b
Actus interior imperatus poteſt habere diuerſum motiuum ab imperante. 240.2.c
Actus bonus non eſt ex ordinatione Dei diſpoſitio ad gratiam. 296.1.b.c
Actus bonus quomodo poſſit ſtare cum actu malo. 295.2.b
Actus bonus moralis, etiamſi fiat ex auxilio gratiæ non eſt meritorius niſi imperetur à gratia habituali. 146.2.c
Actus bonus factus à perſona magis grata, eſt magis gratus. 146.1.d
Actus liber alterius non poteſt cognoſci à creatura. 59.1.a.& ſeq.
ad politiam ſpectat Actum liberum vnius non cognoſci ab alio. 60.2.c.& 61.1.a
Actus liber eſt altioris ordinis quàm ſit naturalis. 61.1.b
Actus liber Dei. *Vide* Dei libertas.
in Actu vitali eſt diſtincta entitas ab exercitio. 337.2.c
exercitium Actus non addit aliquid poſitiuum ſupra actum. 338.1.d
Actus vitalis eſt, vbicumque eſt anima, problematicè dicitur vtrumque. 95.2.c.d
Actus voluntatis. *Vide* Dei voluntas.
Actum volendi credere eſſe ſupernaturalem ſecundum ſubſtantiam. 242.2.a

Adam.

Adam ſi non peccaſſet, Chriſtus venturus non fuiſſet. 334.1.a
Adamus habuit cognitionem Incarnationis ante peccatum. 326.2.b
Adamo fuit collata gratia ex meritis Chriſti in ſtatu innocentiæ. 333.1.c
Adamo fuit reuelatum Incarnationis myſterium, ſed non cauſa illius. ibid.d
Adamo collata fuerunt omnia dona ex merito Chriſti. 333.2.a
Adamo data fuit gratia independenter à peccato. 326.2.a

Aer.

Aëris ſecunda regio frigida creata eſt à Deo propter bonum commune. 302.1.b

Æternitas.

Æternitas Dei non facit vt res ab æterno coëxiſtat. 267.2.c

Æquiuoca cauſa.

Aquiuoca cauſa poteſt producere plures effectus diſſimiles. 56.1.b

Æuum.

Æuum eſt duratio tota ſimul coëxiſtens omnibus rebus futuris. 70.1.a.b
Æuum eſt duratio tota ſimul, ſicut & æternitas. 268.1.c

Affectio.

Affectio pia quid ſit, & an ſit neceſſaria ad credendum. 240.1.b

Affirmatio.

Affirmatio ſicut affirmationis eſt cauſa; ita negatio negationis. 265.2.d

Agens.

virtus Agens quomodo creſcat ex diminutione obiecti, ſeu termini, & quomodo proportionetur obiecto.
Vide Improportio, Proportio, & Calculatio.
Agens poteſt operari in diſtans immediatione ſuppoſiti. 108.1.c
Vide plura in verbo Efficiens.
Agens non intendit facere id quod eſt, ſed id quod non eſt. 130.1.c
Agentia omnia naturalia non poſſunt in inſtanti operari. 113.2.d

Amicitia.

in Amicitia quod intenditur, eſt amare potiùs quàm amari. 151.2.d
ad Amicitiam Dei obtinendam, præter contritionem, quæ requirantur. 155.1.b

Amor.

Amor paſſiuus magis attenditur à Deo, quàm amor actiuus. 155.1.b
Amor mediorum eſt verus amor. 316.1.b

Analogia.

In omnibus analogatis attributionis ratio analoga eſt intrinſecè in principali analogato. in aliis autem per denominationem extrinſecam. 314.2.b
regula de Analogatis. ibid.

Angelus.

Angelus eſt medius inter Deum & animam noſtram. 45.1.b
Angelus cognoſcit actus qui ſunt neceſſarij quo ad exercitium, & quo ad ſpecificationem. 63.1.d
Angelus non cognoſcit cogitationem intellectus alterius Angeli. 63.2.a
Angelus non cognoſcit habitus liberarum volitionum. 63.2.d
Angelus vnus poteſt alteri manifeſtare quod ſibi ab alio dictum eſt. 68.1.a

Digitized by Google

Angelus poteſt loqui cum altero in quacumque diſtantia. ibid.b
Angelus inferior poteſt cognoſcere intuitiuè quemcumque Angelum ſuperiorem in infinitum, non autem comprehendere. 4.2.b
Angelus myſteria intrinſecè ſupernaturalia non poteſt cognoſcere. 75.1.d
Angelus non poteſt intuitiuè cognoſcere modum vnionis hypoſtaticæ. 76.2.d
nec poteſt cognoſcere hunc modum abſtractiuè quidditatiuè. ibid.
nec poteſt cognoſcere per alienam ſpeciem. ibid.
Angelus nec quidditatiuè, nec arguitiuè cognoſcit modum exiſtendi per ſe in accidentibus Euchariſtiæ. 78.2.b
Angelus vtrum non poſſit abſtrahere ſpecies intelligibiles ſingularium materialium ab obiecto. 45. in princip. quæſtionis.
vtrum Angelus non ſolùm de facto,ſed nec de poſſibili naturaliter poſſit cognoſcere liberas affectiones voluntatis alterius Angeli, vel hominis. 59.1.a
Angelus vtrum non cognoſcat illa futura contingentia, quæ pendent à libera voluntate, vel vt à cauſa,vel vt ab applicante. 68.1.c
Angelus num poſſit lumine naturali cognoſcere myſteria ſupernaturalia, ſeu gratiæ, conceptu proprio, & quiddatiuo. 75.1.a
Angelus non habet dependentiam à loco corporeo. 107.2.b.c.
quæ ſit ratio conſtituendi Angelum in loco. ibid.d
Angelus vtrum moueri poſſit ab extremo ad extremum ſine medio. 105.2.c
Angelus poteſt eſſe ad libitum nullibi. 105.2.e
Angelus non poteſt cognoſcere Deum niſi per medium creatum. 18.2.d
Angelus vtrum moueri poſſit connaturaliter in inſtanti temporis diſcreti. 101.1.a
Angelus non poteſt moueri in inſtanti per medium, ſi ſe ponat punctualiter in ſpatio. 102.1.c.d
Angelus quando ponit ſe diuiſibiliter in ſpatio, an poſſit tunc moueri in inſtanti per medium. 102.1.c
Angelus tranſiens de loco ad locum non poteſt moueri in inſtanti. 102.2.e
Angelus non poteſt eſſe nullibi. 108.1.d.
Angelus non cognoſcit futuras actiones contingentes. 268.1.d
an Angelus quieſcens vſque ad vltimum terminatiuum intrinſecum horæ, poſſit immediatè pòſt moueri,mutatione indiuiſibili inſtantanea. 114.2.a
Angelus vtrum moueri poſſit motu continuo, & ſucceſſiuo. 114.2.e
Angelus eſt totus in toto, & totus in qualibet parte loci ſibi aſſignati. 115.1.b.c
Angelus poteſt cognoſcere obiecta materialia in quacumque diſtantia. 49.2.a.b
in Angelo non eſt intellectus poſſibilis. 54.1.e
Angelus habet ſpeciem ingenitam obiecti immaterialis. 54.2.a
Angelus habet ſpecies rerum ſingularium materialium congenitas initio ſuæ creationis. 52.1.c
Angelus non cognoſcit cogitationem alterius Angeli imparatam à voluntate. 63.2.a
Angelus cognoſcit futura contingentia quæ pendent à cauſis naturalibus. 69.1.c
Angelus non poteſt cognoſcere lumine naturali myſteria gratiæ. 75.2.b
Angelus non poteſt cognoſcere naturaliter indiuiſibilem præſentiam corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis. 77.1.b
Angelus nō poteſt cognoſcere modum exiſtendi accidentium in Euchariſtiâ. 78.1.b
Angelus poteſt cognoſcere deſitionem panis in Euchariſtia. 78.2.c
Angelus non eſt nullibi. 108.1.c
Angelus non conſtituitur in loco per operationem tranſeuntem,nec per applicationem virtutis, nec per modum,quem ipſe liberè producit in ſe. ibidem.
Angelus poteſt moueri in inſtanti etiam ſuper ſpatium plenum. 122.1.d
Angelus non poteſt moueri punctualiter ſucceſſiuè. 101.1.b
Angelus ponens ſe diuiſibiliter in loco poteſt moueri aliquando in inſtanti, aliquando verò non. 102.1.c,
motus Angeli inſtantaneus non menſuratur inſtanti temporis noſtri. 103.2.a
Angelus moueri poteſt ab extremo ad extremum ſine medio. 106.2.c
Angelus poteſt moueri indiuiſibiliter abextremo ad extremum ſine medio, dummodo hoc medium ſit participans extrema, & includat tantùm realilitatem termini motus. 110.1.b
Angelus poteſt moueri ab extremo ad extremum in inſtanti, etiamſi relinquatur primus locus.111.2.b
Angelus poteſt moueri etiam poſt inſtans quietis mutatione indiuiſibili. 124.2.b
Angelus ſi ſe ponat indiuiſibiliter in ſpatio poteſt moueri motu continuo, & ſucceſſiuo. 115.1.b
Angelus ſi ſe ponat punctualiter in loco poteſt moueri ſucceſſiuè. 115.2.b
velocitas motus Angelici continui, & ſucceſſiui non eſt determinata ad determinatum tempus. 117.2.d c
Angeli ſimpliciter diem iudicij ignorant. 40.1.e
Angeli ſubſtantia quomodo poſſit repræſentare res liberas. 62.1.c
Angeli operatio eſt defectibilis. 121.1.b
Angeli motus ab extremo ad extremum poteſt dupliciter contingere. 111.2.d
Angeli boni futura contingentia meliùs norunt quàm mali. 69.1.c
Angeli vtrum loquantur adinuicem per ſigna quædam ſpiritualia. 64.1.a
Angeli proprios conceptus ſibi manifeſtant. ibid.c
quomodo ſit hæc manifeſtatio. 67.1.a
Angeli loquutio quid ſit. 64.2.a
Angelus non poteſt abſtrahere ſpecies intelligibiles ſingularium materialium ab obiecto 45.1.a b
Angelus loquitur alteri Angelo per ſigna ſpiritualia. 68.1 b
Angelus manifeſtat ſua ſecreta alteri Angelo potiùs per modum locutionis quàm per modum Scripturæ. 67.2 b
in Angelo ſunt plures linguæ. 67.2.d.
Angeli ſunt ſpecula munda & clariſſima. 16.2.d
Angeli operatio, ſiue immanens, ſiue tranſiens neceſſariò requirit ſubiectum. 128.2.a
Angelus non poteſt creare. 131.1.c
Angelus poteſt operari in diſtans immediatione ſuppoſiti. 108.1.d
Angelus poteſt dupliciter ſe ponere in loco, punctualiter, & diuiſibiliter. 101.1.b
Angelo quare denegetur intellectus agens. 47.1.a

Digitized by Google

Angelus non poteſt abſtrahere ab obiecto materiali ſpeciem intelligibilem niſi per imaginabile. 48. 1. c.
Angelus cognoſcit obiecta materialia in quacumque diſtantia. 49.1.b
Angelus non habet intellectum agentem. ibid.c
Angelorum plures Hierarchiæ quàm tres dari poſſunt. 57.1.e
Angelicus intellectus eſt quid medium inter diuinum & humanum. 52.2.b

Anima.

Anima non concurrit concurſu immediato ad actũ vitalem ſi potentiæ ſunt realiter diſtinctæ ab anima. 163.1.b
Anima priùs timore, pòſt amore compungitur. 143. 1.e
Ratio adæquata in Anima rationali recipiendi notitiam à corpore, tamquam ab obiecto eſt dependentia à corpore, tamquam à materia. 45.1.a
Anima eſt actus corporis organici. 159.1.a
an Anima rationalis habeat aliquam operationem propriam. 91.1.d
de fide eſt Animam rationalem eſſe formam informantem. 94.1.d
Anima immortalis arguitur ex modo volendi tribus argumentis. 85.2.c
an Anima rationalis habeat inclinationem ad actũ ſecundum in corpore. 87.1.d.e
Anima rationalis non violentatur extra corpus. ibid.
Anima rationalis non habet organum, & ſic eſt immaterialis. 90.2.c
Anima rationalis eſt ſimul cum corpore. ibid.d
Anima ſi eſt immaterialis, eſt immortalis. 79. 2.c
Animæ immortalitas demonſtratur immediatè ex ipſa natura obiecti abſtracti. 80. 2.c
Animæ immortalitas an probari poſſit lumine naturali. 85.2.c.d
Anima ſeparata non poteſt abſtrahere ſpecies ab obiecto materiali. 49.2.e
Anima ſeparata non cognoſcit ea quæ fiunt in mũdo, niſi reuelentur. 50.1.a
Anima ſeparata an habeat appetitum naturalem, vel elicitum ad corpus. ibid.b
Anima rationalis non eſt æterna ſine principio, ſed de nouo creatur. 93.1.e
Anima rationalis vtrum ſit forma informans 94.1.b
Anima rationalis eſt vera forma corporis. 94. 2.c
Anima rationalis quomodo poſſit eſſe replicata indiuiſibiliter in corpore. 95.1.c
Anima non eſt in cerebro, vt volunt Platonici. 95.b 1.b
Anima rationalis an ſit tota in toto, & tota in qualibet parte corporis. ibid.c
Anima eſt vna vnitate intrinſeca, & extrinſeca. 95. 2.e
Anima non poteſt ſentire dolorem excedentem in quacumque parte vbi eſt Anima. 97.1.b
Anima vbicumque eſt, ibi ſunt potentiæ. ibid.c
Anima non poteſt dici moueri, cùm mouetur tantùm manus. 97.2.a
Anima ſeparata an moueri poſſit. 98. 2.c
Anima eſt forma informans. ibid.d.e
Anima multiplicata ad multiplicationem corporum. 98.1.e
Anima rationalis cur diuina dicatur. 100.1.e
an habeat actus vitales vbicumque eſt, problematicè defenditur. 96.1.b
Anima rationalis vbicumque eſt, habet ſibi potentias replicatas. 97.1.c
formas conſequentes locum non habet replicatas, ſed oppoſitum non implicat. 97.1.c.d
Anima rationalis communicat ſeipſam corpori. 120.1.e
Anima priùs eſt in corpore per informationem, quàm per vbicationem. 109.2.e.d
Anima gratiæ capax quomodo ſit. 173.2.d
Anima à Deo debet eleuari ad ſuſtentandam gratiam. 179.2.e
Anima rationalis per vnam actionẽ creatur à Deo, & per aliam corpori vnitur à generante. 181.1.a
Anima rationalis non indiget concurſu ſubiecti, cùm à Deo creatur. 182.1.b
Animæ immortalitas probatur euidenter ex Dei prouidentia. 86.2.b
Animæ immortalitas an ſit contra lumen naturale. 88.1. e
Animæ immortalitas non poteſt demonſtrari lumine naturali. 88.1.e.& 2.a
erroneum, vel ſaltem temerarium eſt id dicere. ibid. e
Animæ immortalitas tenetur ratione, reſurrectio fide. 88.2.c
de Animæ immortalitate. 79.2.a
Animæ damnatorum quomodo ſint in loco inferorum. 107.1.e
ex modo cognoſcendi Animam rationalem dependenter à corpore obiectiuè arguitur quod ſit forma informans. 94.1.e.& 2.a
eſt replicata indiuiſibiliter in corpore. 94.2.c
Animam eſſe ſicut nautam in naui, quomodo ſit intelligendum. 99.2.a.b
Animam eſſe immortalem de fide certum eſt. 79. 2 b
Animam rationalem eſſe immaterialem, & immortalem probatur ex quatuor capitibus. 79. 2. d.
aſſerere non poſſe demonſtrari lumine naturali Animam eſſe immortalem, eſt erroneum, vel ſaltem temerarium. 88.2.c
Animæ immaterialitas, & immortalitas arguitur ex modo cognoſcendi per abſtractionem quinque argumentis. 80.1.a
Animæ rationalis immortalitas arguitur ex modo iudicandi obiectum ſupra naturam ſpeciei duobus argumentis. 81.d.e
Animæ rationalis immortalitas arguitur ex modo cognoſcendi per reflexionem. 84.1.a
Animæ ſeparatæ torquentur ab igne ac ſi eſſent ſeparatæ. 188.2.e
Animæ ſeparatæ & dæmones torquentur ab igne tamquam inſtrumento diuinæ iuſtitiæ. 189.1.b
Animarum tranſmigratio Platonica quomodo à Pythagorica differat. 92.2.b
quid de ea ſentiat Ariſtot. 92.1.b.c

Animal.

Animal ex putri materia fit ex diſpoſitionibus tamquam ab inſtrumento, ab animali autem indeterminatè ſumpto tamquam principali. 162.2.b

Annihilatio.

Annihilatio eſt defectus conſeruationis. 121.2.d

Apprehenſio,

Digitized by Google

Apprehenſio.

Apprehenſio rei impoſſibilis poteſt eſſe cauſa triſtitiæ. 190.1.a

Appetitus.

Appetitus immortalitatis eſt impreſſus ab Auctore naturæ. 86.2.a

Arbitrium.

Arbitrium liberum. Vide in vocibus liberum arbitrium.

Ariſtoteles.

Ariſtoteles tenet animæ immortalitatem. 89.1.c,d
explicantur multa loca Ariſt. in quibus videtur dicere animam rationalem non eſſe formam præſertim tex.11.ſecundo de anima.99.1.d,e,& ſeq.
explicantur multa loca Ariſt. quibus probatur immortalitas animæ,præcipuè in ſecundo de generat.anim.cap.3. 89.1.b,c
explicantur multa loca in oppoſitum, ſiue directè, ſiue indirectè. 91.1.a, & ſeq.
Ariſtoteles tenet animam rationalem eſſe formam informantem etiam ſecundum partem intellectiuam, contra Auerroem. 99.1.b
Ariſtoteles non errauit dicens propoſitionem de futuro contingenti neque eſſe veram neque falſam. 254.1.b
Ariſtoteles quomodo dicat, de anima rationali nihil eſſe determinatum. 100.1.d
Ariſtoteles ſub anima comprehendit intellectiuam, 98. 2.c
Ariſtotelis ſententia de Platonica animarum tranſmigratione. 92.2.a, b
Ariſtotelis ſententia concionatore Chriſtiano digna. 89. 2.b

Articulus.

Articulus falſus cùm creditur quatenus exiſtimatur dictus à Deo, an ſit actus elicitus à fide diuina. 236. 2. c

Artifex.

Artifex quomodo formet Ideam imaginis. Vide Idea.

Aſſenſus.

Aſſenſus humanus etiamſi neceſſitet moraliter, non definit eſſe meritorius. 236.1.c
Aſſenſus prudens ad articulum falſum non eſt actus elicitus à fide diuina:ſecus in aliis virtutibus moralibus. 237.2.b
vtrum Aſſenſus ſpeculatiuus fidei, qualis requiritur ad ſalutem, ſecundum ſubſtantiam ſit ſupernaturalis. 238.2.b
ad Aſſenſum fidei requiritur aliquod Dei auxilium. 238. 2. e
hoc auxilium internum eſſe debet. ibid.

Attributum.

Attributum vnum in Deo quomodo ab alio diſtinguatur. 233.1.a
ad videndum omnia Attributa non requiritur maior intenſio aut extenſio quàm ad videndum vnum. 35.2.d
Attributa Dei quomodo diſtinguantur ab eſſentia, vide v. Relationes diuinæ, & v. Diſtinctio.
Attributa diuina quomodo ab intellectu noſtro concipiantur. 118. 2.b
Attributa Dei idem ſunt cum eſſentia. 346.1.a

Auerroës.

Auerroës impugnatur,qui dat in homine vnum intellectum exiſtentem. 97.2.d
Auerrois figmentum, de intellectu humano. 97 2. c

Auerſio.

an Auerſio & conuerſio fundamentaliter ſumpta, totaliter opponuntur. 154. 1. e
Auerſio eſt maior conuerſione. ibid.2.d
in actu Auerſionis & conuerſionis duo reperiuntur. 154. 2. c

Audire.

Audire,& videre,non differunt, in ſpiritualibus. 67. 1. e

Auxilium.

Auxilium naturale duplex,alterum ordinarium, alterum extraordinarium. 302. 1.c

Axioma.

Imperfectum refugit natura. 87. 1.b
nullum violentum eſt perpetuum. 87.1.c
ex nihilo nihil fit. 87. 1.c
Omne recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti. 81.2.b
Quod mouetur per accidens, eſt corruptibile. 93.2 b, c.
Modus operandi ſequitur modum eſſendi. 1.1.a
Virtus inſtrumentaria agit vltra ſuas vires. 185. 1. a & ſeq.
Concluſio ſequitur debiliorem partem. 222.2.a,b
Propoſitio de futuro contingenti neque eſt vera,neque eſt falſa, quomodo intelligatur. 248. 1. a, & ſeq.
Quæ ſunt vni tertio, ſunt eadem inter ſe tam ſecundum rem quàm ſecundum prædicationem. 341.
Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. 312.

B

Beatus.

BEatus intuetur totum Deum, ſed non totaliter. 192. 2.c
Beatus ille qui cœleſte iudicium lætus expectat. 243. 1. c
an minus Beatus videat plura quàm magis Beatus. 39. 1. c
Beati ſpeculum voluntarium,eſt eſſentia diuina. 32. 1. d.
Beati voluntatem neceſſitat viſio beatifica, ad ſe conformandum voluntati diuinæ. 310.2.b.
Beatorum regnum opponitur igni damnatorum. 191. 1. d.
in Beatis duplex cognitio, Matutina & Veſpertina. 31.1.e.& ſeq.
à Beatis non poteſt comprehendi vnio hypoſtatica. 38.1.e.
Beatitudo. *Vide* Viſio Dei.

Beneficium.

Beneficium duplex Chriſto collatum. 138 .1.b.c

Digitized by Google

Beneficium dupliciter conſideratur. 138.2.b

Bonitas.

Bonitas in effectu cauſæ finalis attenditur relatiua, & non abſoluta; in effectu autem efficientis, attenditur abſoluta, & non relatiua. 314.1.b
Bonitas ſeu perfectio in exemplari eſt abſoluta; in exemplato,relatiua. 317.2.b
Bonitas in medio duplex reperitur, altera abſoluta, altera reſpectiua. 314.1.b
ſola Bonitas diuina eſt ratio volendi per modum finis in Deo. 331.1.b
Bonitas Dei cur eſt cauſſa neceſſaria creaturarum, ſed ſecundum quamdam propenſionem. 272.1.a
Bonitas Dei vincit præſcientiam. 277.2.d
Bonitas & malitia moralis duplex, intrinſeca, & extrinſeca. 5.1.e
Bonum morale duplex;intrinſecum,& extrinſecum. 134.1.a

C

Calculatio.

Quantùm obiectum minuitur de potentialitate, tantùm creſcit de cognoſcibilitate. 8.2.b
aliquando virtus creſcit per partes æquales,aliquando per partes proportionales. 10.1.d
augmentum per partes æquales virtutis agentis æquiualet diminutioni per partes proportionales obiecti, quando diminutio tendit per partes proportionales ad indiuiſibile. ibid.e
per Calculationem virtus agens creſcit per additionem entitatis ad entitatem in eodem gradu eſſendi. ibid.e, & 2.a
explicatur illa regula Ariſtot.4. phyſic.quomodo ex diminutione corpulentiæ ſpatij augeatur velocitas motus. 11.1.c
ex Calculatione offenſæ factæ digniori & digniori perſonæ,non infertur infinitas in offenſa. 133.1.a, b
quomodo Calculetur virtus ex obiecto creſcente in infinitum in aliquo determinato genere. 41.2.b

Calor.

Calor quatenus eſt potentia, eſt in quarta ſpecie qualitatis. 184.1.d
quare Calor ſit cauſa principalis alterius caloris producti,& non ſubſtantiæ. 162.1.d,e

Caſus.

Caſus in quo ruſticus aliquis excuſari poſſit credendo falſum. 236.2.b
in quibus Caſibus recurritur ad Deum ſupplentem defectum naturæ. 164.1.d

Catharinus.

Catharinus dicens aliquos ſanctos ſcire fide diuina ſe eſſe in gratia, reducitur ad bonum ſenſum. 247.col.1.& 2.

Cauſa.

Cauſa increata ſi eſſet neceſſaria, crearet infinita. 48.2.a
Cauſa creata ſi poſſet creare, & eſſet neceſſaria, non crearet infinita. ibid.
Cauſa finalis. *Vide* Finis.
Cauſa exemplaris & idealis. *Vide* Exemplar, & Idea.
Cauſa efficiens vniuoca,& æquiuoca.*Vide* Efficiens.
Cauſa formalis. *Vide* formalis cauſa.
Cauſa eſt nobilior ſuo effectu, quomodo intelligatur. *Vide in propriis locis, verbo.*Efficiens,finis,materialis,formalis,Exemplaris, Idea.
Cauſa partialis aliquando non poteſt excedi ab effectu. 322.1.a & ſeq.
Cauſa finalis duplex eſt. 331.1.d
Cauſa exemplaris duplex eſt,& quid ſit. 316.2.e
Cauſa Idealis quid ſit. 317.1.a
Cauſa Idealis eſt conceptus obiectiuus. ibid.c
Cauſa vniuoca partialis poteſt producere effectum nobiliorem. 320.2.b
Cauſa neceſſaria poteſt dari, quæ poteſt infinitum producere. 128.1.d
Cauſa indeterminata quomodo poſſit effectum determinatum producere. 162.2.c
Cauſa æquiuoca poteſt producere plures effectus diſſimiles. 56.1.b
Cauſa præcipua, & ſufficiens impotentiæ in peccatore vitandi nouum mortale, eſt prima priuatio auxilij. 300.2.a
Cauſa prima in eſſendo eſt Deitas. 230.2.b
quomodo duæ Cauſæ non poſſint eſſe ſibi inuicem cauſæ. 298.1.c

Certitudo.

Certitudo alia humana,alia diuina. 222.2.b,c
Certitudo ſuſcipit magis & minus.
Certitudo eſt triplex ex parte actus, ex parte obiecti,& ex parte ſubiecti. 210.1.b
Certitudo fidei diuinæ quæ ſit. 243.1.d
Certitudo fidei de propria gratia haberi non poteſt. 243.2.a
Certitudo fidei eſt maior certitudine ſcientiæ. 215.1.b
Certitudo fidei excedit omnem certitudinem naturalem. 223.1.c
Certitudo quædam datur moralis excludens metum moralem in aliquo viro ſanctiſſimo. 244.2.c.d
Certitudo moralis haberi poteſt excludens omnem metum de propria gratia. ibid. d, e
Certitudo duplex ſupponitur, humana, & diuina. 244.1.a
Certitudo humana quæ ſit. ibid.
Certitudo eſt triplex. 210.1.b
Certitudo formalis quæ ſit. ibid.c
Certitudo cum metu in eodem inſtanti ſtare non poteſt. 270.1.a
Certitudinis humanæ gradus triplex. 244.2.b
in Certitudine diuina multi ſunt gradus. 247.2.b

Character.

Character in Sacerdote quid faciat. 184.1.b

Charitas.

Charitas eſt pleniſſima & perfectiſſima iuſtitia. 151.2.d

Chriſtus.

Chriſtus eſt riſibilis, eſt de fide, & ita aliæ ſimiles propoſitiones. 226.1.b
Chriſti præſentia in Sacramento non poteſt cognoſci ab Angelo. 76.2.c,d
Chriſtus quomodo diem iudicij dicatur ignorare. 40.1.e
Chriſtus videt in Verbo infinitas cogitationes damnatorum. 43.1.c

Digitized by Google

an Chriſtus videat omnes cogitationes damnatorum. 43.1.d
Chriſtus habebat debitum ad obediendum Patri habenti ius præcipiendi. 305.2.c
ſi Chriſtus neceſſitabatur efficienter ad ſubſtantiam actus non poterat eſſe liber circa circumſtantiam motiui temporis, & intentionis, nec ad faciendum hunc, vel illum actum numero; ſecus autem ſi neceſſitas eſt obiectiua. 306. 2.d.e,& ſeq.pag.
Chriſtus non potuit plus mereri quàm Deus præmiari. 148. 1. a,b
Chriſtus venturus non fuiſſet, ſi Adam non peccaſſet. 334.1.a
Chriſtus an incarnandus fuiſſet, etiamſi homo non peccaſſet. 325.1.a
Chriſtus dicitur primogenitus vt homo, vnigenitus vt Deus. 326.1.d,e
Chriſtus ſatisfecit ad æqualitatem ex toto rigore iuſtitiæ. 330.1.b,c
vtrú Chriſtus ex vi vnionis hypoſtaticæ,etiamſi ſpectetur vt purus viator, ſecluſa beatitudine ſit impeccabilis phyſicè, & intrinſecè, liberè tamen adimpleuerit præceptum à Patre ſibi impoſitum, moriendi pro natura humana. 304.1.c
Chriſtus an potuerit plus mereri, quàm Deus remunerare. 148.a,b.& 2.a.b
Chriſtus nullo modo peccare potuit. 304.2.b
cur Chriſtus latere volens non potuerit. 186.2.c
Chriſtus poteſt conſiderari dupliciter, vt Beatus, & vt purus viator. 308.2.d
Chriſtus includit illam perſonam, cui debetur regimen infallibile. 309. 2.a
Chriſtus erat liber in adimplendis præceptis naturalibus. 306.1.d
Chriſtus debet pro beneficio ſibi collato infinitam gratiarum actionem. 138.1.a
Chriſtus per vnum actum potuit ſatisfacere, & per alium ſibi mereri gloriam. 139.1.d
Chriſtus ſatisfecit de toto rigore iuſtitiæ. 142. 1. a
Chriſtus non ſatisfecit per dominium quod habet vt homo ſuper valorem ſui actus. 143.2.a
Chriſtus fuit creditor & ſatisfactor. 144.2.a
Chriſtus non potuiſſet ſatisfacere niſi fuiſſet Deus. 136.2.c
ſi Chriſtus fuiſſet peccator, an potuiſſet ſatisfacere. 137.2.b.c
Chriſtus etiamſi fuiſſet peccator, ſatisfeciſſet ad æqualitatem. ibid.d

Chriſti actus.

Chriſti opera præuiſa ab æterno fuerunt ratio motiua prædeſtinationis hominum, & meritoria effectuum Dei ad extra. 139.1.b,c
bonitas actus Chriſti intrinſeca eſt finita; extrinſeca infinita. 132.2.c
actus Chriſti eſt duplex, alius extrinſecus, qualis erat ſanitas data ægrotis; alius intrinſecus, qui recipiebatur in ipſo. 144. 2.c & 145.1.a
Chriſti actus humani non placebant Deo, ſicut actus diuini. 150. 2.c

Chriſti Incarnatio.

Chriſtus non fuiſſet incarnatus ex vi primi Decreti, ſi Adam non peccaſſet. 334. 1.a
Scripturæ & Patres non poſſunt commodè interpretari de modo Incarnationis ſecundum poſſibilitatem. 328.2.a,b
Chriſtus eſt cauſa finalis omnium creaturarum.ibi.c
Quiſnam ordo ſignorum fuerit in mente diuina circa Incarnationem Verbi. 318.2.b
Si Deus noluiſſet in primo ſigno ex vi primi Decreti Incarnationem modo perfectiſſimo, complacuiſſet ſibi peccatum. 330.1. d, e
Incarnatio non ſolùm ordine executionis, ſed etiam ordine intentionis fuit volita dependenter à peccato. 330.2.d.e
Vide plura in verbis Chriſti exaltatio.

Chriſti exaltatio.

Chriſti exaltatio in ſerie Incarnationis fuit prior natura volita in genere cauſæ finalis. 331.2.c
Remedium peccati in genere cauſæ finalis fuit priùs volitum, quàm Incarnatio, & eſt medium propinquiùs exaltationi Chriſti, quàm ſit ipſa Incarnatio. ibid.
Chriſti exaltatio, & remedium peccati, & Incarnatio, & creatio, fuerunt ſimul ratione in mente Dei, & ſimul appetibilitate cum mutua dependentia; quamuis ordine naturæ vnum ſit prius altero. 331.2.e. & 332.1.a
Scripturæ & Patres cùm dicunt Chriſtum eſſe primam cauſam finalem, intelligunt ſecundum Chriſti exaltationem; & cùm dicunt, Remedium peccati eſſe cauſam finalem, intelligunt reſpectu Incarnationis. 332. 2.e
Chriſti exaltatio eſt prior natura quàm ſit remedium peccati. 331.2.c
Chriſti exaltatio fuit magis appetibilis à Deo, quam remedium peccati. 331. 2.e
Chriſti paſſio in ſe conſiderata fuit contingens, ſed poſito diuino decreto fuit neceſſaria. 218. 1.a

Chriſti libertas.

Chriſtus fuit liber non ſolùm à coactione, ſed etiam à neceſſitate. 305.1.a, b
Chriſti libertas poterat ſtare cum impeccabilitate, etiam ſuppoſita viſione beatifica. 306.2.c

Chriſti impeccabilitas.

Chriſtus erat impeccabilis ex vi vnionis. 304. 2.a & 308. 2. a
Peccatum non ſolùm repugnat vnioni Chriſti, ita vt non poſſit ſtare cum vnione, ſed ita repugnat, vt non admittat peccatum. ibid.
Chriſtus ſi peccaret, peccatum imputaretur Deo. ibid.
quomodo Chriſti impeccabilitas phyſica conciliaretur cum libertate, ſi de facto Chriſtus non eſſet beatus, ſed purus viator. 304. 1. e
quomodo in Chriſto, quatenus de facto erat Beatus, concilietur impeccabilitas cum libertate adimplendi præceptum de moriendo pro natura humana. 310.2.b
Chriſto repugnat quælibet imperfectio. 305.2.c
in Chriſto non poterat eſſe vlla inaduertentia. 306. 2. d
in Chriſto fuit iuſtitia commutatiua. 144.2.e
in Chriſto erant multi actus naturales, qui non erant infiniti valoris. 145.2.c

Chriſti obligatio.

tranſgreſſio præcepti in Chriſto, etiam ſi Chriſtus non obligaretur ad culpam, diceret imperfectionem quatenus diceret priuationem, rectitudinis. 305. 2.e
præceptum moriendi non dependebat à voluntate creata Chriſti. 306. 1.c
Chriſto fuit impoſitum præceptum quoad ſubſtantiam

Digitized by Google

ſtantiam actus non quoad circumſtantias. 306. 2. e
debitum Chriſti de gratiarum actione, an abſorbeat valorem ſatisfactionis pro iniuria. 137. 2. e
Chriſto an potuerit præceptum imponi. 305.1.e
Chriſto potuiſſe imponi præceptum à Patre ſupponitur. 305.1.a

Chriſti ſatisfactio.

ſatisfactio Chriſti ſi ſumatur, vt eſt ab vnione præcisè, vel vt eſt à perſonalitate ſecluſa Deitate non eſt ad æqualitatem. 137.1.c,d
ſi Chriſtus per impoſſibile fuiſſet peccator ſatisfeciſſet ad æqualitatem. 137.2.b
valor ſatisfactionis Chriſti excedit beneficium ſibi collatum. 138.2.b,c
Chriſti ſatisfactio fuit de toto rigore iuſtitiæ. 142, 1. a
Chriſti ſatisfactio non fuit fundata in gratia creditoris, quæ fuerit in ipſo contractu. ibid.b.c
Chriſti ſatisfactio fuit ex propriis non per dominum, quod habet vt homo ſuper ſubſtantiam actus, vel ſuper eſſe liberum actus, ſed quia vt perſona diuina terminabat naturam humanam. ibid. d.c. & ſeq.
valor ſatisfactionis Chriſti non ſolùm adæquauit, ſed exceſſit offenſam. 133. 1.b,c.
ſatisfactio Chriſti fuit ex iuſtitia. 134.1.b
ſatisfactio Chriſti eſt altioris ordinis quam ſit offenſa. 135. 2.c
ſatisfactio Chriſti etiam ſi fuiſſet finita adhuc excederet offenſam etiam ſi eſſet infinita. 134. 2. d & ſeq.
potentia Dei non eſt exhauſta in ordine ad ſatisfactionem Chriſti. 150.1.e
Chriſti ſatisfactio fuit ex perfecta iuſtitia. 144. 2.c.
Chriſti ſatisfactio longè exceſſit diuinam offenſam. 133.1.d.
Chriſti merita quæ ſunt in theſauro Eccleſiæ, exhauriri non poſſunt. 133. 1. c.
Chriſti corpus eſt in hoſtia in loco indiuiſibiliter. 106.2.e.& 107.1.a
Chriſtum fuiſſe liberum non ſolùm à coactione, ſed etiam à neceſſitate. 305.1.a,b
cur abſurdum ſit, Chriſtum peccare poſſe, & non autem mori. 304. 2.d

Clemens VIII.

Clemens VIII. vel vt nunc eſt Paulus V. eſt verus & legitimus Pontifex, & Concilium Tridentinum legitimum, quomodo ſit de fide diuina. 224.1.c. & 2.b

Cœli forma.

Cœli forma cur à ſolo Deo creata ſit. 51. 2.a

Coëxiſtentia.

Coëxiſtentia realis inter duas res quid ſit. 267.2.a
Coëxiſtentia realis creaturarum ab æterno admiſſa benè infertur cognitio futurorum, ſed non à priori. 269.1.a

Cogitatiua.

Cogitatiua non eſt forma informans in homine in Ariſtotele contra Auerroem. 98.2.d, e
Cogitatiua hominis eſt in cerebro, ſecundum Platonem. 95.2.b.c

Cognitio.

an Cognitio debet eſſe æqualis in perfectione obiectio ad hoc vt ſit proportionata. 34.1.c
Cognitio debet creſcere intrinſecè ſecundum extenſionem creſcente multitudine obiectorum inferioris ordinis, potentia autem tantùm extrinſecè. 11.1.d,e
Vide plura *in verbo*. Angeli cognitio, & verbo Modus.

Cognitio Angeli.

Angelus non poteſt cognoſcere liberas affectiones cordis alterius Angeli. 59.1,a

Cognitio in Beatis, ſeu Beatorum Cognitio.

Cognitio in Beatis, altera Matutina, altera Veſpertina quomodo intelligatur. 31.1,e,& ſeq.
Vide plura verbo viſio Dei.
Cognitio duplex in Beatis, Matutina, & Veſpertina. 31.1.e.& 2. a
Cognitio certa non poteſt haberi quòd homo ſit in gratia. 246.2.c
Cognitio quæ habetur de propria gratia, eſt certa humana certitudine. 246.2.d
Cognitio omnium creaturarum non adæquat perfectionem Dei. 33.1.a
Cognitio nec variat numerum obiectorum, nec naturam obiecti. 291.1.d.e
Cognitio eadem qua cognoſcuntur res futuræ, cur debet eſſe inuariabilis. 268.2.b
Cognitio Dei vide in nomine Deus.
an ex Cognitione extenſiua Creaturarum ſequatur comprehenſio Dei. 36.1.b
an ex Cognitione plurium concluſionum magis penetretur principium. 36.2.d
an ex Cognitione intenſiuè infinita Creaturarum ſequatur comprehenſio Dei. ibid.2.e
an ex Cognitione omnium creaturarum comprehendatur Deus. 37.2.c
an ex Cognitione omnium creaturarum in Verbo ſequatur comprehenſio. 35.2.e

Cognoſcitiua virtus, ſeu potentia.

differentia formalis in potentia Cognoſcitiua ſumitur ex obiecto motiuo. 5.2.c
virtus Cognoſcitiua potens ſuper obiectum excedens, poteſt ſuper multitudinem obiectorum ſedum eumdem gradum indiuiſibilem intenſionis. 11.1.d

Collectiuum.

Collectiuum ſingulas partes diſtributiui includit. 287.2.d

Communicabile.

Communicabile tribus eſt de eſſentia diuinæ naturæ, quomodo autem competat perſonis. 355. 2.b

Commutata proportio.

quomodo valeat argumentum à commutata Proportione. 119.1.e

Complexum.

Complexum totum continens vtramque contradictionem eſt verum. 248.1.a

Compoſitio.

Compoſitio conſequens intrinſeca ſufficit ad ſaluandam

Digitized by Google

uandam certitudinem,& infallibilitatem ſcientię Dei. 263.1.c
Compoſitio eſt vnio diſtinctorum. 348.2.a

Comprehenſio.

quotuplex eſt Comprehenſio. 29.1.d.e
an ad Comprehenſionem requiratur quòd cognitio ſit tantæ perfectionis in genere perfectionis, quantæ eſt obiectum in genere cognoſcibilitatis. ibid.& ſeq.
an ad Comprehenſionem requiratur,vt cognoſcantur omnia prædicata, quæ obiecto poſſunt conuenire per intellectum. ibid.
Comprehenſio ex parte cognoſcentis non eſt accidentaria. 33.1.a
Comprehenſio ex Auguſtino quid ſit. 30.1.a
Comprehenſionum quatuor genera. 30.1.d
ad Comprehenſionem an ſit neceſſarium, vt videatur effectus ex vi cauſæ viſæ, ſeu ex vi viſionis. 31.1.b
Comprehenſibile quid ſit iuxta Scholaſticos. 28.2.b

Concilium Trident.

Concilium Tridentinum eſt legitimum, quomodo ſit de fide diuina. 224.1.d.& 2.b

Concluſio Theologica vt deducta.

Concluſio Theologica poteſt dupliciter conſiderari, vt deducta,& vt explicata deducta innititur diſcurſui tamquam rationi formali. 224.1.a
Concluſio Theologica vt deducta ex vna de fide, non ſequitur de fide. ibid.b
Concluſio Theologica ex ambabus de fide diuina per conſequentiam de fide, non ſequitur de fide. 213.2.a
Concluſio Theologica ex parte ſubiecti eſt minùs certa quàm præmiſſa,vel conſequentia naturalis. 213.2.e
Concluſio Theologica eſt certior concluſione naturali,quę elici poſſet per eumdem ſyllogiſmum, ſi propoſitio illa,quæ eſt de fide diuina, eſſet naturalis. 214.2.a
quomodo Concluſio Theologica poſſit dici certior præmiſſa naturali. 215.1.c
Concluſio Theologica ex maiori vniuerſali affirmatiua de fide, & minori naturali, ſequitur de fide ex ſuppoſitione in prima & tertia figura,non autem in ſecunda. 217.2.c
Concluſio Theologica ex maiori vniuerſali affirmatiua naturali,& minori de fide in nulla figura,ſequitur de fide & ex ſuppoſitione. 219.1.b
an in Diſamis Concluſio ſequi poſſit de fide ex ſuppoſitione. 220.1.a
Concluſio Theologica ex maiori, quæ eſt de fide,& etiam neceſſaria naturaliter, ſequitur concluſio de fide ex ſuppoſitione, & neceſſaria ſimpliciter neceſſitate naturali,in tertia figura tantùm. 220.2.c.d
Concluſio Theologica non eſt euidens,nec neceſſitat intellectum. 213.1.c
Concluſio Theologica vtrum ſit certior concluſione naturali, quæ elici poſſet per eumdem ſyllogiſmum,ſi propoſitio illa, quæ eſt de fide diuina, eſſet naturalis. 214.2.a
Concluſio deducta ex præmiſſis de fide, eſt certior alia,quæ ex præmiſſa naturali deducta. ibid.b.c
Concluſio Theologica eſt certior præmiſſa naturali. 216.1.c
quomodo ſequatur Concluſio Theologica, vt deducta neceſſaria neceſſitate fidei ex parte obiecti, ſeu ex ſuppoſitione antecedenti. 217.1.b
cur in tertia figura Concluſio hæc locum habere poſſit. 220.2.d
quare non valeat in prima & ſecunda figura. 221.1.c
cur valeat in tertia figura. 221.2.e
an aliqua Concluſio Theologica, vt explicata per præmiſſam naturalem ſit certa de fide diuina. 212.1.d.e. & ſeq.
an Concluſio Theologica ex ambabus de fide diuina per conſequentiam naturalem deducta, non ſequatur certa certitudine formali fidei diuinæ. 213.1.b
Concluſio Theologica vt explicata per rationem naturalem eſt de fide. 223.2.b
Concluſio Theologica quatuor modis poteſt explicari per præmiſſam naturalem. 226.1.e
Concluſio Theologica, vt explicata, in quo ab aliis differat. 226.2.d
vtrum Concluſio Theologica deducta ex Maiori vniuerſali affirmatiua, naturali, & minori de neceſſitate fidei, in nulla figura ſequatur neceſſaria de neceſſitate fidei. 219.1.e
vtrum Concluſio Theologica deducta, ex vna negatiua de neceſſitate fidei, & minori naturali, ſequatur neceſſaria de neceſſitate fidei in omni figura. 219.2.d
vtrum Concluſio Theologica deducta in Diſamis ex maiori de prædicato contingenti; ſed neceſſaria de neceſſitate fidei, & ex minori de ineſſe, ſequatur vera, & neceſſaria de neceſſitate fidei. 220.1.a
vtrum Concluſio Theologica deducta in tertia tantùm figura ex maiori neceſſaria,ſequatur neceſſaria ex ſuppoſitione antecedenti ſecundum neceſſitatem fieri, & neceſſaria ſimpliciter ſecundum neceſſitatem ex ſuis cauſis. 220.2.b.c
Concluſio vt deducta non poteſt excedere certitudinem præmiſſarum,ſed vt explicata. 245.1.e

Concluſio Theologica vt explicata.

Concluſio Theologica,vt explicata, eſt eadem materialiter cum deducta, ſed formaliter diſtinguitur, quia non innititur diſcurſui naturali tamquam rationali formali, ſed prærequirit illum tamquam conditionem applicantem veritatem primam,& immediatè reuelantem illam concluſionem. 210.1.a
Concluſio Theologica duplex eſt, vt explicata, & deducta. ibid.
Concluſio Theologica deducta diuiditur. ibid.b
differentia inter Concluſionem Theologicam, vt explicatam,& naturalem,vt explicatam. ibid.c
vtrum omnes Concluſiones Theologicæ, vt explicatæ, per præmiſſam naturalem euidentem, & certam,ſint de fide. 225.1.c
Concluſio ſequitur debiliorem partem antecedentis. 195
an Concluſio ſequatur debiliorem partem, ex vna præmiſſa euidenti,& altera probabili. 195.1.a
Concluſio quandoque ſequitur partem fortiorem. 196.2.d.e
Concluſio non poteſt ſequi vera ex antecedenti falſo. 203.1.b
differentia inter Concluſionem explicatam, & deductam. 222.2.c.d
Concluſionem partim ſcimus, partim ignoramus. 196.1.c

Conditio.

Conditio quando eſt diſparata,non poteſt cognoſci à Deo futurum ſub illa conditione. 277.1.a
talis tamen propoſitio cognoſci poteſt ſub ratione con

concomitantiæ. ibid.c
Conditio diſparata à Deo præcognita. ibid.c
Conditionis nulla eſt diſtinctio quantùm ſpectat ad Dei cognitionem. 277.1.a
Conditio quadruplex, prima cauſalis, ſecunda merè conditionalis, tertia ſigni, quarta diſparata. 255.1.a.b
Conditio diſparata non facit propoſitionem veram. 257.1.b
Conditiones requiſitæ, vt fides humana faciat diuinam. 225.1.a
Conditionalium ſcientia media eſt inter ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, & viſionis. 278.2.a

Conſequens.

Conſequens eſt verum quando præmiſſæ ſunt veræ. 213.2.c
Conſequens quando ſit de fide. ibid.

Conſeruatio.

Conſeruatio rei permanentis eſt permanens. 103. 2.d
Conſeruatio eſt idem influxus realis cum creatione. 183.1.e
Conſeruatio eſt influxus, per quem primò datum eſt eſſe, & ipſemet terminus in conſeruari. 121.2.c

Continentia.

Continentia eminentialis. Vide Eminentialis.

Contingens.

futurum Contingens an habeat determinatam veritatem. Vide futurum Contingens.
Contingens quid ſit. 288.2.e
ad cognoſcendum futurum Contingens neceſſaria eſt cognitio volitionis diuinæ. 71.2.b
Contingens futurum an habeat determinatam entitatem. 70.1.e
Contingentia habent determinationem in cauſa. 288.2.e
Contingentia futura quomodo ſcire certò poſſint. 68.2.a
Contingentia ſecundi generis quomodo cognoſcantur. ibid.c
Contingentia futura meliùs norunt Angeli boni quàm mali. 69.1.c
Contingentia futura cur à ſolo Deo cognoſci poſſunt. 69.2.d
Contingentium futurorum triplex genus. 68.1.d
de futuris Contingentibus non eſt determinata veritas in cauſa, ſed in effectu. 248
an in rebus Contingentibus ſecundum quid, & in rebus fortuitis modus arguendi ſit à diſtributiuo ad collectiuum, vel potiùs à ſenſu diuiſo ad compoſitum. 288.2.a
Contingentiam non tollit id quod ab æterno verum eſt. 254.2.a

Continuatio.

Continuatio quomodo à ſucceſſione diſtinguatur. 101.2.a

Contraria.

Contraria ſunt ſub eodem genere. 188.2.d

Contradictio.

Contradictio quid ſit. 126.1.e

Contradictoria.

inter Contradictoria maior eſt diſtantia in vna quà in alia. 126.2.c
Contradictoria dicunt eamdem incompaſſibilitatem, ſed non eamdem diſtantiam. 126.2.d
inter Contradictoria eſt maxima diſtantia. 126. 1.c
Contradictoria negans debet ſemper deſtruere affirmantem. 257.2.d
duo Contradictoria non poſſunt de eodem verificari. 226.1.c
duo Contradictoria non poſſunt eſſe ſimul vera, quo modo hoc ſit verum. 223.1.b

Contritio.

Contritio non eſt formaliter remiſſio peccati, vel ſanctificatio. 152.1.c
Contritio eſt diſpoſitio ad iuſtificationem. 152.2.b
Contritio cauſaliter non ſatisfacit pro culpa. 153. 2.e
Contritio vera non requiritur ad diligentem diſcuſſionem conſcientiæ. 198.1.d.e
Contritio non eſt formaliter remiſſio peccati. 152.1.c
Contritio poteſt dupliciter conſiderari. 153.1.b
Contritio non reddit amicum Deo, nec remittit peccatum, ſed hoc eſt nouum Dei beneficium. 153.2.d
Contritio non poteſt eſſe à gratia iuſtificante tamquam ab efficiente. 298.1.b
Contritio quomodo iuſtificet. 151.2.a
vtrum per Contritionem puræ creaturæ formaliter remittatur peccatum. 151.1.a

Conuerſio.

Conuerſio, & Auerſio etiam fundamentaliter, non totaliter opponuntur. 154.1.e
an Conuerſio & Auerſio fundamentaliter ſumpta, totaliter opponuntur. ibid.
in actu Conuerſionis & Auerſionis duo reperiuntur. 154.2.c
Conuerſio ad Deum totalis quando ſit. 295.1.d

Cor.

Cor hominis eſt imperſcrutabile. 244.1.d.e

Corpus.

Corpus non poteſt moueri naturaliter ab extremo ad extremum ſine medio. 111.1.a
Corpus Chriſti exiſtens in cœlo, reperitur in hoſtia, nec tranſit per medium. 109.1.e
quomodo Corpus Chriſti in Euchariſtia ſit in loco. 109.2.a
Corpus quamuis corruptibile, poteſt dici eſſe eiuſdem ordinis cum anima immortali. 80.2.e
Corpus eſt corruptibile ex neceſſitate materiæ, & per accidens. 81.1.a
Corpus neceſſariò ſecum defert ſua indiuiſibilia. 116.1.a
Corpus glorioſum moueri poteſt in inſtanti. 118. 1.c
Corpus glorioſum poteſt moueri ad quamcumque diſtantiam in minori, & minori tempore ad libitum. ibid.c.d
Corporis vnio cum anima non eſt animę eſſentialis. 4.1.a
Corpori quod competit ſupernaturaliter, poteſt competere Angelo naturaliter. 110.1.a

Corruptibile.

An quod mouetur per accidens ſit corruptibile. 93.b.c

Creatio.

Creationem cum nouitate eſſendi non negat abſolutè Ariſtoteles. 93.2.a
non exiſtens non poteſt aſſumi ad Creationem præſertim reſpectu ſui. 172.1.c
Creatio non requirit in agẽte infinitatem, ſed quòd ſit purus actus. 128.1.a
an ex diminutione materiæ, vſque ad non gradum ſuum intrinſecè arguatur ex vi calculationis potentia Angelica ſufficiens ad Creandum. 11. 1.b

Digitized by Google

ad Creandum an requiratur virtus infinita. 169. 1.b.c
Creare eſt producere ex non præſuppoſito ſubiecto. 129.1.c.& 2.a
Creare ſolius eſt Dei. ibid.
Creatio,& conſeruatio,in quo differant. 120.2.c
Creatio non poteſt competere creaturæ. 125.2.c. & 128. 2.a
Creatio poteſt communicari à Deo creaturæ tamquam inſtrumento. 178.1.d
Creatio & conſeruatio non diſtinguuntur eſſentialiter. 179.1.d.c
Creatio eſt ſubſiſtentium. 180.1.d

Creatura.

nulla Creatura de facto creauit. 131.2.a.b
ſi daretur Creatura naturaliter neceſſariò creans, non crearet infinita. 128.1.c.d
Creatura poteſt aſſumi ad producendum omne poſſibile præter ſeipſam. 182.1.c.& 2.a
non tamen poteſt illi communicari omnipotentia. 182.1.c
Creatura poteſt concurrere, vt inſtrumentum Dei ad creandum. 181.1.d
an Creatura poſſit eſſe inſtrumentum creandi omne poſſibile,præter ſeipſam. 182.2.a
Creatura nulla quidquam vmquam creauit. 131. 2. b
Creatura nulla dari poteſt, cui ſit connaturale creare. ibid.& 131.2.b
Creatura omnis habet eſſe per aliud. 129.1.e
Creatura pura Deo offenſo non poteſt ſatisfacere. 5.2.d
an poſſit dari Creatura impeccabilis. 25.2.b.c
Creatura quomodo reddi poſſit impeccabilis. 26. 1.a
Creaturam vt inſtrumentum Dei non poſſe creare. 178.1.a
vtrum nulli Creaturæ poſſit competere connaturaliter, tamquam principali agenti, potentia ad creandum. 125.2.c.d
Creatura triplici modo videri poteſt vnica viſione. 39.2.a.b
Creaturæ omnes an de facto videantur in Verbo. 40.1.d
Creaturæ videri non poſſunt in Deo tamquam in cauſa. 30.2.d
Creaturæ poſſintne videri in Verbo. 31.2.a.b
Creaturæ omnes vtrum videri poſſint per eumdem gradum indiuiſibilem intenſionis,eiuſdem viſionis qua videtur Deus. 38.2.d
Creatura, & Deus, an vnico actu videri poſſint. 39.2.a
Creaturæ vtrum neceſſariò videantur in Verbo. 40.2.a

Credere.

Credendorum diſtinctio. 235.2.c
in Credendis duplex intercedit aſſenſus. 236.1.c
Credibilitatis euidentiam quæ faciunt. 236.1.a
Creditis non aſſentimur propter euidentiam eorum, ſed propter reuelantis veritatem. 212. 1. e. & 2.a

D

Dæmones.

DÆmones torquentur ab igne per alligationem inuoluntariam. 186.2.a

Decretum Dei.

Decretum Dei poteſt concipi, vt futurum in aliquo priori ſigno. 271.1.a
tria ſigna prioritatis præcedunt Decretum diuinum. 272.1.b
Decretum diuinum, vt futurum habet determinatam veritatem. 272.1.c
Decretum Dei triplex primum conditionale tam ex parte actus quàm ex parte obiecti, ſecundum abſolutum ex parte actus,ſed conditionatum ex parte obiecti,tertium abſolutum ex parte vtriuſque. 279.1.c
Deus in ſuo Decreto non cognoſcit futurum contingens. 266.1.c
in ſuo Decreto abſoluto ex parte actus,& conditionato ex parte obiecti non poteſt Deus cognoſcere futurum contingens. 279.1.c.d
impoſſibile eſt dari Decretum in Deo abſolutum ex parte actus,& conditionatum ex parte obiecti. 279.1.c
cùm Deus ex non volente fit volens, neceſſariò debet dari aliqua mutatio in creatura. ibid.
Vide plura circa hoc in verbis Volitio Dei.
Dei Decretum. *Vide* Decretum Dei.
Decretum diuinum liberum circa creaturas poteſt à Deo præcognoſci. 274.1.c
Decretum triplex in Deo nos poſſumus concipere. 279.1.c
Decretum diuinum præcognoſci à Deo,vt futurum non repugnat. 271.1.e
Decretum ſuum præcognoſci à Deo in aliquo priori ſigno,non repugnat. 272.2.a
Decretum diuinum futurum eſt priùs ratione,quàm præſcientia. ibid.b.c
Decretum diuinum nihil addit reale ſupra voluntatem diuinam. 273.1.a
Decretum efficax ita eſt in intentione, ſicut in executione. 327.2.c

Definitio.

Definitio poteſt dupliciter conſiderari, vel vt concluſio deducta, vel vt concluſio explicata. 222. 2.c.d
Definitio poteſt dupliciter conſiderari. 196.2.b

Deitas.

Deitas appropriata veritati primæ reuelanti eſt obiectum fidei. 230.1.d
Deitas eſt cauſa prima in eſſendo. 230.2.a.b

Deſitio.

Deſitio panis poteſt cognoſci ab Angelo. 78.2.c
Deſitio panis eſt extrinſecè ſupernaturalis. ibid.
Deſitio panis cognoſcitur ab Angelo, ſi proprio, & quidditatiuo conceptu cognoſcatur negatio. 79.1.a

Deus.

Deus in ſuis ideis non cognoſcit futurum contingens. *Vide verb.* Scientia Dei.
Deus non præcognoſcit ſuum decretum futurum in aliquo priori ſigno, quia non addit aliquid reale ſuper voluntatem diuinam. 266.1.c
Eſſentia diuina ſecundum eſſe abſolutum eſt de conceptu formali relationum. 359.1.a
Deus amat ſe neceſſariò. 61.2.b
Deus dedit vnicuique Angelo propriam linguam. 67.2.d
Deus non poteſt eſſe cauſa peccati. 71.1.a
Deus & Creaturæ an vnico actu videri poſſint. 39.2.a
Deus oculis corporis videri non poteſt. 22.2.c
Deus cognoſcitur duobus modis. 33.2.e
Deus cùm definitur, ipſa definitione creſcit. 29.2.d

Digitized by Google

Deus à ſolo Deo comprehendi poteſt. 30.2.c
Deus producit non vt eſt infinitus, ſed vt actus purus. 8.1.d.e
Deus ſi eſſet actus purus finitus, non poſſet videri ab intellectu creato. 17.2.a.b
Deus ſi eſſet infinitus, & non actus purus, poſſet intuitiuè cognoſci ab intellectu Angelico finito. 17.2.c
Deus ſolus eſt purus actus abſtractus ab omni potentialitate. 2.2.e
Deus cognoſcit rem materialem, vt eſt in ſe. 4.2.b.c
Deus non poteſt facere Ens rationis. 353.2.d
Deus non poteſt diſtinguere ea quæ à parte rei diſtincta non ſunt. 354.1.a
Deus non poteſt diſtinguere attributa ab eſſentia ſecundum conceptum eſſentialem. ibid.d
Deus non poteſt facere vt quod turpe eſt natura, non ſit turpe. 336.2.a
Deus poſt ſuum decretum quomodo maneat immutabilis. 336.2.c
Deus clarè viſus neceſſitat voluntatem ad conformandum ſe voluntati diuinæ. 308.2.b
Deus non agit ex neceſſitate naturæ. 334.2.b
Deus non agit ex neceſſitate naturæ per intellectum & voluntatem. ibid.b.c
Deus non agit abſolutè & ſimpliciter, quantum poteſt. 334.2.c
Deus denegat peccatori auxilium extrinſecum protectionis. 299.2.a
Deus in natura collectiui non videt tentationem cui ſuccumbet peccator. 300.1.a.b
D us eſt ſubſtantia omnino ſimplex. 348.2.d
Deus eſt neceſſariò quid increatum. 349.1.b
Deus voluit exaltationem Chriſti tamquam finem ſecundo modo. 331.2.b
Deus non obligauit hominem ad faciendum actum bonum, vt diſpoſitionem ad gratiam. 296.1.b
Deus non præſcit futura contingentia neceſſitate abſoluta, ſed conſequenti. 265.1.d
Deus ea quæ facere decreuit, in ſua voluntate cognoſcit. 266.2.a
Deus actus ſcit quidquid eſt ſcibile. 266.1.a
Deus cognoſcit futurum ſecundum quod eſt actu. 269.1.c
Deus cognoſcit futura contingentia in ſeipſis, non in cauſſis. 269.2.d
Deus non facit actum poſitiuum circa creaturas quæ non ſunt, nec erunt. 280.1.c
an Deus actu poſitiuo velit negationes. 280.2.a
Deus non vult peccatum actu poſitiuo, ſed negatiuo. 280.2.c
Deus vult dare medium ſufficiens ad vitandum peccatum. ibid.
Deus tribus modis reuelat in hac vita futurũ contingens. 281.1.c
Deus non poteſt falli, nec fallere, principium eſt lumine naturali cognitum. 281.2.b
Deus concurrit ad iudicium practicè practicũ ſpeciali concurſu. 237.1.e
Deus non concurrit mouens intellectum ad aſſenſum falſum. 287.2.b
cur Deus non reuelet cuique ſe eſſe in gratia. 246.1.d
Deus non poteſt eſſe cauſa peccati. 253.2.a
Deus præſcit futura ſimpliciter contingentia. 259.1.a
Deus non tenetur poteſtates datas ad bonum impedire, ne quis ad malum vtatur. 224.1.b
Deus tenetur aſſiſtere peculiari concurſu, ne falſum ſubſit veri Pontificis electioni. 224.2.c
Deus virtute ſua alligat intellectum dæmonum ad cogitandum ſemper de igne. 187.2.e
Deus poteſt ſubtrahere concurſum, ne cognoſcatur aliqua veritas. 190.2.b
Deus quatenus purus actus excedit modum eſſendi creaturarum. 192.1.b
Deus habet plenum & perfectum dominium ſuæ creaturæ. 171.1.c
Deus poteſt facere quicquid non implicat. 175.1.d
Deus an poſſit dare præceptum iuſto de amando Deum ante inſtans mortis. 176.1.a
Deus poteſt ſupplere modum dependentiæ accidentis à ſubiecto. 181.1.d
Deus poteſt concurſum ſuum & ſuſpendere & attemperare. 184.1.a
Deus eſt principalis cauſa phyſica gratiæ, ſacramenta ſunt cauſa inſtrumentalis. 185.1.c
Deus non poteſt ſe ſpoliare dominio quod habet ſuper creaturam. 143.1.a
Deus non magis amorem actiuum, quàm paſſiuum intendit. 155.1.b.c
Deus eſt cauſa per ſe. 130.1.c
Deus vt actus purus, eſt infinitus. 132.2.a
Deus non moueretur, ſi crearet aliquid de nouo, ab æterno determinatum. 88.1.c
Deus qui præfigit ordinem, non habet ordinẽ præfixum. 111.1.d
Deus an comprehendatur ex cognitione omnium creaturarum. 33.1.a
vtrum Deus cognoſcat futura contingentia ſub conditione, dummodò cognitio non ſit diſparata. 274.2.a
Deus eſt ens magis neceſſarium, & cauſa exemplaris aliorum neceſſariorum. 275.2.c

Dei actus.

quomodo Dei actus terminetur ad creaturas. vide Dei libertas.
actus liber Dei quo vult creaturas eſt idem actus quo vult ſeipſum. 338.2.b
libertas Dei poteſt ſtare ſimul cum inclinatione Dei ad ſe communicandum. 336.2.e

Dei cognitio.

Dei cognitio vtrum feratur in rem futuram, vt futuram, vel vt præſentem. 260.1.a
Dei cognitio futurorum non eſt abſtractiua, ſed intuitiua. ibid.c
Dei cognitio non eſt tantùm intuitiua. ibid.d
Dei cognitio terminatur ad rem ſecundum omnem modum exiſtentiæ. 260.2.a
an Dei cognitio, quatenus terminatur ad futurum diſtinguatur, ſaltem ratione à ſeipſa, quatenus terminatur ad præſens. ibid.b
in Dei cognitione non eſt diſtinctio ſecundum rationem. ibid.b.c
Dei cognitio poſſibilis eſt ſine rei exiſtentia. ibid.c
Deus non cognoſcit futurum contingens in decreto ſuæ voluntatis. 266.1.c
Deus non cognoſcit futurum contingens in ſuis ideis. ibid.2.b.c
Deus non cognoſcit futurum cõtingens ſecundum realem præſcientiam in æternitate. 267.1.b
Deus non cognoſcit futurum contingens per exceſſum infinitum cognitionis ſupra obiectum. 268.2.b.c
Deus cognoſcit futurum contingens in ipſa entitate determinata, quam habet ipſum futurum in ſe. 269.2.a
Deus non cognoſcit futurum cognitione abſtractiua,

ctiua, vt futurum, ſed intuitiua ſecundum quod eſt actu. 265.1.a
Dei ſcientia non eſt auguritiua. 274.1.b
Deus cognoſcit futurum contingens ſub conditione, ſiue conditio ſit cauſalis, ſiuè merè conditionalis. 275.1.c.d
Deus non cognoſcit futurum contingens ſub conditione diſparata, vt diſparata. 277.1.a
præſcientia Dei non imponit neceſſitatem. Vide verb. Præſcientia.

Dei comprehenſio.

non poteſt dari Intellectus ſiue eleuatus lumine gloriæ ſiue intrinſecè ſupernaturalis qui poſſit Deum Comprehendere, nec ex parte modi, nec ex parte obiecti. 28.1.a.& ſeq.
non poteſt Deus comprehendi ab Intellectu etiam eleuato per lumen infinitum. 33.2.d.e
in verbo non ſequitur comprehenſio Dei non ſolùm ex parte modi ſed nec ex parte obiecti. 36.1.b.c
ex cognitione omnium creaturarum intenſiuè in verbo ex vi cauſæ non ſequitur Comprehenſio Dei non ſolùm ex parte modi, ſed nec ex parte obiecti. 40.2.a
ex cognitione creaturarum in verbo ſecundum omnes modos poſſibiles quos Deus poteſt operari in creatura, ſequitur Comprehenſ.v. 35.2.e.& ſeq.

Dei immutabilitas.

quare Deus ſit immutabilis. 34.1.a
Immutabilitas Dei poteſt ſtare cum libertate. 336.2.c.d

Dei Intellectus.

Iudicium Dei practicum non obeſt neceſſitati. 335.2.a
Intellectus Dei non facit diſtinctionem rationis. 353.2.b
An repugnet facere Ens rationis. 352.1.a
Deus cognoſcit diſtinctionem rationis formatam ab Intellectu creato. ibid.

Dei libertas.

Deus non agit neceſſitate naturæ, vt ignis. 334.2.a.b
Deus non agit neceſſitate naturæ per Intellectum, & voluntatem, nec ſpeculatiuo modo, nec practico, ita vt voluntas ſit ratio agendi. ibid.b.c
Deus non agit neceſſariò, quod iudicat eſſe meliùs, & quid ſentiat Ariſt.. ibid.d
Deus eſt liber non ſolùm à coactione, ſed etiam à neceſſitate 335.1.a.b
in Deo non eſt tanta libertas extenſiua, quo ad ſpecificationem quanta in homine, ſed hoc dicit, perfectionem in Deo. 336.1.c.& 2.a
Deus non poteſt agere, quod eſt malum intrinſecè, vt mentiri. 336.2.a
iudicium practicum non neceſſitat Deum. 336.1.a.b
libertas Dei poteſt ſtare ſimul cum immutabilitate. 336.2.b.c
actus liber Dei quo vult creaturas, non eſt perfectio libera ſuperaddita Deo. 337.1.b

Dei perfectio.

tria ſunt genera Perfectionum in Deo, ſimpliciter ſimplicium. 24.1.e
Dei perfectio quantùm excedat alias perfectiones. 33.2.c
Dei perfectiones ſunt in triplici differentia. 24.1.c
Dei potentia eſt adæquata eſſentiæ. 37.2.b.c
Dei potentia infinita non habet terminum. 330.1.a

Dei relatio.

Dei relatio. *Vide verbo* Relatio diuina.

Dei ſimplicitas.

Deus dicitur ſubſtantia omnino ſimplex. 348.1.e

Dei præſcientia.

Dei præſcientia non tollit libertatem ab ipſo Deo, ſi poſſet cognoſcere ſuum decretum, vt futurum in priori ſigno. 261.1.a

Dei ſcientia.

Deus præſcit futura contingentia. 259.1.a

Dei ſpecies.

Eſſentia Dei, vt ſpecies non poteſt repræſentare effectum ſi non repræſentat cauſam. 266.2.d.e
an poſſit dari ſpecies creata Dei. 281.2.e

Dei voluntas.

voluntas Dei non determinatur neceſſariò à iudicio practico.
an Dei naturalis inclinatio ad ſe communicandum tollat libertatem. 336.2.e.& 337.1.a
Deo offenſo ſatisfacere non poteſt creatura pura. 5.2.d
an in Deo relatio ad creaturas repugnet. 37.1.a
in Deo ſunt infinitæ rationes, propter quas impium eſt Deum offendere. 352.2.b
in Deo volendi ratio per modum finis, eſt ſola bonitas diuina. 331.1.b
in Deo vtrum ſit libertas ad alia obiecta extra ſe. 334.2.a
in Deo eſt libertas in operibus ad extrà. 335.1.a
in Deo non eſt conſultatio. ibid.b
an in Deo detur actus vitalis liber terminatus ad creaturas. ibid.c
in Deo quæ ſunt ab æterno ſunt ipſe Deus. 337.1.d
in Deo eſt vnus actus, quo vult ſe & creaturas. 338.2.a.b
quicquid conuenit Deo ad intrà, conuenit ab intrinſeco. 355.2.b
in Deo quicquid reperitur ad intrà, reperitur in Deo neceſſariò. 357.2.d
in Deo non datur ſubſiſtentia abſoluta. ibid.e
in Deo eſt actu quod eſt potentia in creatura. ibid.
in Deo exiſtere ipſum eſt Deo eſſentiale. 358.1.e
an in Deo eſſentia diuina ſecundum eſſe abſolutum ſit de conceptu formali relationis. 359.1.a
in Deo datur entitas actus ſub diſiunctione volendi & non volendi creaturas. 273.1.e
Deum ex parte obiecti comprehendi poſſe abſurdum eſt. 41.2.c
inter Deum & creaturam nihil eſt medium. 349.1.a
aliud eſt eſſe Deum, aliud eſſe Patrem. 352.1.b

Dictio.

Dictio ſeu reuelatio concipitur procedere mediante aliqua propoſitione. 233.1.e.& 2.a
Dictio Dei alia eſt, alia propoſitio, ſiue per ſigna, vel per alium modum. 233.2.a
Dictio Dei ſe habet vt modus ſub quo veritas prima informat materiam credibilem. 233.2.c
Dictio Dei in ordine ad aſſenſum ſe habet vt ratio ſub qua. ibid.e

Dies iudicij.

Diem iudicij quomodo dicatur ignorare Chriſtus. 40.1.e

Differentia.

Differentia inter accidens inſeparabile, & proprium quarto modo. 207.2.b

Digitized by Google

Difficultas.
Difficultates quæ occurrunt ad vitanda omnia venialia. 303.1.b
Dilectio.
Dilectionis præceptum non obligat per aliquam moram. 297.1.b
Diſcurſus.
Diſcurſus prærequiruntur ad aſſenſum fidei., vt actualiter fiant ab intellectu. 229.2.a
Diſcurſus duplex requiritur ad credendum; & quis ille ſit. 233.1.b
Diſpoſitio.
Diſpoſitio vniuerſi exigit, vt Deus non ſuppleat totalem effectum cauſæ ſecundæ. 161.1.d
Diſtinctio.
Diſtinctio rationis non fit ab intellectu diuino. 353.2.b
Diſtinctionem rationis attributorum ſeu relationum ab eſſentia cognoſcit Deus vt formatam ab intellectu creato. 354.1.c
differentia inter cognitionem Diſtinctionis, & formationem Diſtinctionis. 354.2.c
Diſtributiuum.
à Diſtributiuo ad collectiuum quomodo valeat conſequentia. 285.1.b
à Diſtributiuo ad collectiuum valet conſequentia ſecundum potentiam phyſicam in vtroque extremo. 285.1.c
à Diſtributiuo ad collectiuum in rebus liberis non valet conſequentia, ſi termini in diſtributiuo ſumantur phyſicè, & in collectiuo moraliter. 286.1.b
à Diſtributiuo ad collectiuum non arguitur in rebus contingentibus ſecundum quid, & fortuitis, ſed à ſenſu diuiſo ad compoſitum. 289.1.c
in materia infinita ſyncategorematicè non arguitur à Diſtributiuo ad collectiuum, ſed ad copulatum. 290.1.a
in materia infinita categorematicè argui poteſt à Diſtributiuo ad collectiuum. 290.2.d.e
à Diſtributiuo ad collectiuum non valet conſequentia phyſicè, valet tamen moraliter. 283
quæ ſit forma argumentandi à Diſtributiuo ad copulatum. ibid.1.b
an à Diſtributiuo ad collectiuum valeat conſequētia, ſi termini ſumantur in diſtributiuo ſecundum potentiam phyſicam, & in collectiuo ſecundum potentiam moralem. 286.1.b
Diuinum.
Diuinum eſſe duo dicit. 230.2.d
Diuinitas non fuit vnita niſi ratione perſonalitatis Verbi. 137.2.b
Dominium.
Dominij genus, in quo quis vtitur re communi duobus ſine conſenſu alterius, quale ſit. 142.2.d
Durandus.
Durandus improbatur. 21.1.a.22.1.b
Duratio.
Duratio. *Vide plura in verb.* Tempus diſcretum. Inſtans.
an Duratio diſtinguatur à parte rei à re exiſtente. 119.2.a
Duratio diſtinguitur ab acquiſitione. 119.2.d

E

Eccleſia.
ECcleſia. *Vide verb.* Summus Pontifex.
Eccleſia eſt regula infallibilis, animata, rationalis. 237.2.d
ad hanc regulam vltimatè reſoluuntur omnes fidei articuli. 238.1.b.c
Eccleſia non poteſt errare in canonizatione Sanctorum. 245.1.b.246.2.b
an quæ ſunt Eadem vni tertio ſecundum rem, ſint eadem inter ſe. 341
cur hoc principium valeat in aliis rebus, præterquam in diuinis. 343.1.a
hoc principium quomodo dici poſſit fundamētum ſyllogiſmorum. 344.2.c
hoc principium verum eſt in ſyllogiſmo expoſitorio. 345.1.a
Efficiens.
cauſa Efficiens æquiuoca eſt nobilior effectu. 318.2.d
cauſa Efficiens vniuoca ſiue concurrat ad fieri tantùm, ſiue ad conſeruari, non eſt nobilior ſuo effectu quantùm ad hoc. 320.2.c
cauſa vniuoca ſemper eſt nobilior ſuo Effectu. 321.1.b
in cauſa vniuoca aliquando prædicatum conuenit per ſe primò. ibid.c
in viuentibus cauſa Efficiens vniuoca eſt perfectior aliquo modo. 321.1.c
cauſa Efficiens vniuoca eſt perfectior aliquo modo ſuo effectu in rebus inanimatis. ibid.
Effectus.
Effectus antequàm producatur, non habet aliud eſſe quàm ſuæ cauſſæ. 1.2.a
Effectus quidam contingens & neceſſarius. 287.2.a
experientia comprobatur. ibid.b
Effectus quando nullus ſuæ cauſæ par eſſe poſſit. 314.1.c
Effectus numquam antecedit ſuam cauſam. 254.2.b
Effectus futurus conditionaliter habet eamdem veritatem, quàm abſolutè futurus. 256.2.a
an Effectus poſſit dependere à duabus cauſis totalibus ſimul. 163.2.d
Effectus ſemper fit ab aliqua cauſa principali immediata. 165.2.a
Effectus nobilior poteſt contineri in cauſa ignobiliori, vt quo. 166.2.c
Eminentia.
Eminentialis continentia quotuplex. 318.2.c
Ens.
Ens an dicatur facere compoſitionem cum ſuis inferioribus. 349.1.b.c
Ens præſcindit ab inferioribus. 360.1.a
inter Ens & non Ens, ſumma eſt improportio. 127.1.a
Ens omne eſt obiectum adæquatum intellectus. 172.1.c
Ens ſucceſſiuum an poſſit aſſumi à Deo tamquam inſtrumentum immediatè ante inſtans ſignatum A, ad producendum gratiam, vel aliam qualitatem permanentem. 176.2.d
an poſt inſtans ſignatum A. 177.1.a
Ens ſucceſſiuum aſſumi ad producendam gratiam non implicat. 177.1.d
Entis ſucceſſiui pars an poſſit aſſumi ad efficiendam gratiam. 177.1.c.d
Ens non facit compoſitionem cum ſuis inferioribus. 349.1.b.c
Ens rationis quomodo fieri dicatur. 353.2.a
Ens rationis Deus non poteſt facere. ibid.
Ens præſcindit à ſuis inferioribus ex natura ſua. 369.1.a

modi

Digitized by Google

modi Entis ſunt entia incompleta; Ens quod præſcindit, ens completum. ibid.b
Ens rationis an repugnet fieri ab intellectu. 253.2.a

Entitas.

non datur Entitas in Patre alia communicabilis, alia incommunicabilis eſſentialiter. 350.2.e
Entitas eſt aliqua in Patre, quæ non communicatur Filio. 350.2.c d

Enuntiatio.

vtrum Enuntiatio Prophetarum de futuro contingenti, aliquando tantùm verificetur iuxta ſecundarium ſignificatum in actu exercito, aliquando verò iuxta primarium enunciatum in actu ſignato. 281.1.c

Eſſe.

quid ſit Eſſe morale intrinſecum in offenſa, & ſatisfactione. 133.2.d 135.1.b
quid ſit Eſſe morale extrinſecum. 134.1.a
Eſſe accidentis eſt ineſſe. 181.2.d
Eſſe neceſſarium ſtat dupliciter. 197.1.d
Eſſe diuinum duo dicit. 230.2.d
Eſſe non viſum eſt conditio concomitans obiectū fidei. 234.1.e
quod non eſt, non ſcitur. 254.1.d,e.274.2.c

Eſſentia diuina.

Eſſentia diuina ex ſe habet rationem ſpeciei. 19.2.b
Eſſentia diuina eſt ſpeculum voluntarium Beati. 32.1.d
an Eſſentia diuina extra Verbum poſſit ſubire vices ſpeciei. 39.1.e
Eſſentia diuina non ſolùm continet creaturas in ſe tamquam in cauſa, ſed etiam tamquam in ſpecie. 39.2.a
Eſſentia diuina repræſentat omnia, & quoad vniuerſales & quo ad particulares conditiones. 52.1.e
Eſſentia diuina repræſentat res liberas Beatis. 61.2.a
Eſſentia diuina eminenter continet eſſe liberum. 62.1.d.
Eſſentia diuina eſt Pater, ſed contracta per Paternitatem. 345.1.b
Eſſentia diuina tribus modis accipi poteſt. ibid.
Eſſentia communicatur, non Paternitas. 350.1.c
inter Eſſentiam & relationes ſufficit diſtinctio virtualis. 350.1.e
Eſſentia diuina eſt æquè perfecta in omnibus creaturis. 360.2.c d
Eſſentia & relatio ſe habent vt includens & incluſum, an hoc ſit verum. 360.1.e & 2 a
aliud eſt eſſe Eſſentiam diuinam, aliud de eſſentia diuina. 349.2.d

Euchariſtia.

modus quo Chriſtus eſt in Euchariſtia. *Vide verb.* Angeli cognitio, *& verb.* Deſitio panis.
Euchariſtia ſumi poteſt à non exiſtente in gratia ſine nouo mortali. 297.2.d.

Euidentia.

Euidentia ſuſcipit magis, & minus. 323.1.a
Euidentia non poteſt excedere euidentiam recordationis, quæ habetur de principiis. 323.2.c

Exaltatio Chriſti. Vide in voce Chriſtus.

Exemplar.

in Exemplari eſt bonitas ſeu perfectio abſoluta; in exemplato, relatiua. 317.2.b
Exemplar ſemper eſt nobilius exemplato. ibid.
Exemplaris cauſa duplex, altera prototypa, altera idealis. 316.2.e
Exemplaria in mente diuina, ſeu Ideæ, quid ſint. 317.1.c
Exemplatum eſt repræſentatiuum exemplaris. ibidem.
in Exemplato triplex eſt perfectio. 317.2.b

Exercitium actus.

Exercitium actus. *Vide verb.* Actus vitalis.
Exercitium actus non addit ſupra entitatem actus aliquid poſitiuum. 338.1.d
Exercitium actus, quo Deus vult creaturas, tria dicit. 273.2.d

Exiſtens.

non Exiſtens aſſumi ad creationem implicat. 172 1.c

Extenſio.

Extenſio in cognitione debet eſſe intrinſeca, licèt in potentia ſit extrinſeca. 11.2.e
Extenſio poteſt eſſe ſimplex qualitas, & compoſita. 12.2.a
cognitio, quod ad Extenſionem, poteſt eſſe vel ſimplex qualitas æquipollens pluribus extenſionibus, vel vna qualitas compoſita ex pluribus extenſionibus. ibid.
vna ſimplex qualitas Extenſiua eſt perfectior altera in gradu indiuiduali. ibid.
Extenſiua cognitio omnium creaturarum in Deo non eſt comprehenſio. 30.2.d
Extēſio noua tribus modis fit ad nouum obiectum. 41.1.c

Extremum.

Extremum vnum ſi decreſcat vſque ad non gradum ſuum extrinſecè, vtrum creſcat alterum extremum in infinitum. 8.2.b
Extremo vno creſcente per partes proportionales, creſcere debeat aliquando aliud extremum per partes proportionales. 9.1.a
Extremo vno diminuto vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, vtrum debeat alterum extremum tranſcendere ad gradum altioris ordinis. 9.2.b
in rebus creatis Extrema quæ identificantur cum tertio, numquam ſunt realitates. 343.2.a 348.1.a

F

Falſum & verum.

FAlſum & verum opponuntur contrariè. 71.1.d.
Falſum & verum ſunt contraria, ſed æquiualent contradictoriis. 250.1.a
ex duabus Falſis numquam ſequitur concluſio vera. 205.1.b

Fides.

an Fides reſoluatur vltimatè ad veritatem primam tamquam ad rationem formalem qua. 230.1.e
Fides proponitur ſufficienter rudibus & pueris ſub motiuo humano. 236.1.d

Digitized by Google

Fides noſtra fundatur in his rationibus quas ſapientes reddere poſſunt. ibid. e
Fides inchoata eſt donum Dei. 239.1.d
Fidei certitudo excedit certitudinem naturalem. ibid. e
per Fidem diuinam quid Catharinus intelligat. 247.2.a.
quomodo Fides non poſſit reſolui in diſcurſum. 228.1.e
Fides quomodo ſit certior ſcientia. 210.2.b
ex vno Fidei articulo concluditur alius materialiter. 211.2.c
circa vnum fidei articulum poſſunt eſſe duo aſſenſus. ibid.d
Fidei obſcuritas quomodo ſtare poſſit cum euidentia naturali. 214.1.b

Fides Catholica.

Fides Catholica quæ ſit. 227.1.a
alia definitio verior. ibid.
Fides particularis quæ ſit. ibid. b
Fides Catholica quæ differat à particulari. 227. 1. c d e
Fides Catholica & priuilegiata, & explicata, diuerſis vtuntur diſcurſibus. 227.1.b

Fides acquiſita.

Fides acquiſita concurrit ad aſſenſum fidei, vt conditio. 235.1.e & 2,a
Fides acquiſita eſt diuerſæ ſpeciei ab infuſa. 239.2.e & 240.1.a

Fides infuſa.

actus volendi credere Fide diuina, eſt ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam. 241.1.b
quomodo voluntas concurrit ad Fidem infuſam. *Vide verbo* Voluntas actus.
quando concluſio Theologica ſit de Fide, ſaltem ex parte obiecti ex ſuppoſitione, & quando ſit de fide, vt explicata, *Vide verb.* Concluſio Theologica, vt deducta. & vt explicata.
Fidei obiectum quotupliciter neceſſarium. *Vide verb.* Obiectum.
propoſitiones de Fide ſunt in triplici differentia, quædam de fide catholica, quæ expreſsè ſunt definitæ, quædam ſunt concluſiones Theologicæ vt explicatæ, quædam reuelatæ particulari perſonæ. 226. 2.d, e
Fidei particulari qui diſcredit, eſt infidelis, 227. 1. d.
Fides non reſoluitur in diſcurſum tamquam rationem formalem. 228. 1.e
Fides infuſa non inclinat neceſſariò ad obiecta de fide. 229.1.c
Fides reſoluitur ad veritatem tamquam ad rationē formalem quo ad reuelationem, vt ſub qua; ad fidem acquiſitam, vt conditionem; in Eccleſiam, vt rationem formalem qua in proponendo; in habitum, vt cauſam efficientem. 228.2.c, d, e

Fidei actus.

Fidei infuſæ actus qualis eſt neceſſarius ad ſalutem, & ſecundum ſubſtantiam eſt ſupernaturalis. 239.1. b.
Fidei infuſæ actus eſt certior non ſolùm ſecundum ſe, ſed etiam ſecundum nos, quacumque ſcientia naturali. ibid.
Fidei actus eſt ſupernaturalis non ſolùm quo ad modum, ſed etiam quo ad ſubſtantiam. 239. 2.c

Fidei certitudo.

Fidei certitudo maior eſt certitudine fidei. 215.1. b
quæ ſunt Fidei, ſunt in duplici differentia, & qualis illa ſit. 217.2.c
Fide diuina credendum quidquid reuelatum eſſe à Deo ſcitur. 222.2.e
Fidei cognitio eſt abſtractiua & obſcura. 227.2.d
Fidei Chriſtianæ veritas reſolui videtur. 228.1.b
ad Fidei reſolutionem, an, & quomodo concurrat diſcurſus. 229.1.a

Fidei obiectum.

Fidei obiectum aliud materiale, aliud formale. 238.1.e
Fidei obiecta ſunt præſentia dupliciter, per viſum & auditum. 229.1.b
Fidei aſſenſus eſt formaliter per ſimplicem adhæſionem. 229.2.a

Fidelis.

Fidelis quando de ſuo actu certitudinem diuinam habere poteſt. 214.2.e
Fidelis non aſſentitur propoſitioni à Deo reuelatæ per diſcurſum, ſed per ſimplicem adhæſionem. 228.2.d

Figuræ ſyllogiſmi.

quomodo ſequatur concluſio in prima, ſecunda, & tertia figura ex varia mixtione præmiſſarū tam in ſyllogiſmo naturali quàm Theologico. *Vide verb.* Concluſio. *& verb.* Concluſio Thelogica, vt deducta.

Filius Dei.

Filius Dei verus eſt Deus, cùm omnia creauerit. 126.1.a
Filius æquale non poteſt reddere Patri. 134.1.c
Filius non poteſt ſatisfacere iuri paterno per exhibitionem reuerentiæ. 143.1.a
Vide plura in verbo Chriſtus.

Finis.

Cauſa Finalis eſt magis appetibilis quàm medium. 314.1.e
Finis ſemper eſt prior natura medio, nō tamen ſemper prior ratione, & appetibilitate. 315.1.a
an Finis ſemper ſit prior, & per ſe ſimpliciter, & magis appetibilis quàm ſit medium. ibid. a, b
Finis eſt prior ſuo medio in aliquo priori natura. ibid.
quando Finis dependens eſt à medio ſecundum eſſe. 315.2.b
Finis vltimus in ſua ſerie quiſnam ſit. 316.1.d
Finis & medium ſunt ſeipſis priora in diuerſo genere cauſæ. 331.2.a

Forma argumentandi.

differentia inter formam argumentandi à ſenſu diſtributiuo ad copulatum, & inter formam argumentandi à ſenſu diuiſo ad ſenſum cōpoſitum, & à toto diſiuncto ad partem diſiuncti, & à diſtributiuo ad collectiuum. 283.1.a & ſeq.
quomodo valeat conſequentia Formæ. *Vide verb.* Diſtributiuum.

Forma ſubſtantialis.

Forma ſubſtantialis non poteſt eſſe terminus intrinſecus alterationis. 160.1.b
Forma ſubſtantialis continetur in cauſa principali, vt quod, in accidenti, vt quo. 166.1.c.& 2.a
Forma argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum quæ ſit. 289.1.e
Forma argumentandi tam in contingentibus, quàm in fortuitis,

Digitized by Google

in fortunis, eſt à ſenſu diuiſo ad compoſitum. 288.2.d, e
Forma argumentandi à diſtributiuo ad copulatum. 283.1.b
Forma argumentandi à ſenſu diuiſo ad ſenſum cõpoſitum. 283.2.a
Forma argumentandi à toto diſiunćto ad partem diſiunćti. 284.1.b
Forma argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum differt à præcedentibus. ibid.d
Forma cœli cur à ſolo Deo creata ſit. 51.2.a
Formæ conſequentes locum, an ſint vbicumque eſt anima. 97. 1.c
Formas conſequentes locum non replicari probabilius eſt. 97.1.d,e

Formalis cauſa.

Forma an communicet ſeipſam ſecundum ſe totam ſubiecto. 120.1.d
Formalis cauſa eſt nobilior ſuo effectu. 322.1.a,b

Forſitan.

Forſitan non ſemper ſignificat dubitationem. 277. 2. e

Fortuita.

Fortuita habent determinationem in cauſa. 288. 1. d
Fortuita habent determinationem in cauſſa. 289 1. a
Fortuita quæ ſint iterum, & meliùs. ibid.c
Fortuna quomodo quid homini dicatur euenire. 69.1. a
Fortuitæ res, ſicut nec liberæ, non habent cauſam determinatam. 284.1.c
Fortuita nullam habere determinationem, falſum. 285.1.c
Fortuita quæ ſint. 288.1.d

Fundamentum.

Fundamentum ſyllogiſmorum quodnam ſit 344. 2. c

Futurum contingens.

propoſitio de Futuro contingenti quando in illa totum complexum accipitur diſiunctim eſt vera, vel falſa determinatè. 248.1.a
in propoſitione de Futuro contingenti attenditur duplex ſignificatum primarium, quod enunciatur in actu ſignato,& eſt ipſa res futura,& ſecundarium, quod enunciatur in actu exercito, & eſt determinatio in cauſa. 249.2.c
propoſitio de Futuro contingenti ſingulari æquè ad vtrumlibet eſt diſtinctè vera, vel falſa quoad primarium ſignificatum. 250.1.e
Futurum contingens ſuam veritatem ſumit à re præſenti. 253.1.c,d
propoſitio de effectu ſingulari Futuro contingenti à cauſa magis propenſa ad vnam partem eſt determinatè vera, etiam quoad ſecundarium ſignificatum. 254.2. e, & ſeq.
propoſitio de Futuro contingenti vniuerſali quantùm ad ſecundarium ſignificatum ſemper eſt falſa,quantùm ad primarium eſt vera, vel falſa determinatè. 254.1.b
particularis vagè de Futuro contingenti quoad ſecundarium ſignificatum ſemper vera, quoad primarium vera, vel falſa determinatè. ibid.

Futurum contingens ſub conditione.

propoſitio de Futuro contingenti ſub conditione ſiue conditione cauſali ſiue ſigni, ſiue merè cauſali eſt vera, vel falſa determinatè quo ad primariam ſignificationem. 255.1.e, & 2.a
propoſitio de Futuro contingenti conditione diſparata ſemper eſt falſa quo ad primariam ſignificationem. 257.1.a,b
propoſitio de Futuro contingenti ſub conditione cauſali quo ad ſecundarium ſignificatum eſt determinatè vera,merè autem conditionalis neque vera, neque falſa, diſparata verò ſemper falſa. 258.1.a
Futurum contingens ſub conditione cognoſcitur à Deo,dummodo conditio non ſit diſparata.275. 1.b, c
quomodo Futurum contingens abſolutum,vel conditionatum cognoſcatur à Deo. *Vide verb.* Dei ſcientia.
Futura contingentia ſunt in triplici differentia. 68. 1. d
Futura contingentia, quæ pendent à cauſa naturali poſſunt cognoſci ab intellectu creato non tamen infallibiliter, vt ſunt impedibilia à Deo. ibidem.
Futura contingentia libera, quæ dependent à cauſa creata libera non poſſunt cognoſci ab Angelo, neque in cauſa, neque per ſpeciem. ibid.
Futurum ſub conditione nullam habet determinationem. 254.2.a
Futurum contingens non ideo eſt futurum,quia ſcitur à Deo. 262.1.d
Futurum contingens poſſibile non poteſt habere entitatem determinatam. 274.2.a
Futurum contingens. *Vide in verb.* Contingens.
Futurum quod non eſt, præſciri non poteſt. 278 1. d
Futura quomodo cognoſcantur à Deo in ſuo decreto. 266. 1. e
Futura contingentia non ſunt præſentia æternitati Dei ſecundum realem coëxiſtentiam. 267.1.d
coëxiſtentia realis quid ſit. 267.2.a

G

Generatio.

Generatio eſt mutatio inſtantanea. 104 1. c

Gloriæ lumen.

Gloriæ lumen agit vt inſtrumentum actus puri. 4 2. b
Gloriæ lumen an ſit neceſſarium ad videndum Deum intuitiuè. 19. 2. a
eſt neceſſariò dandum. 21. 1. c
Gloriæ lumen eleuat intellectum ad viſionem beatificam. 21. 2. a
Gloriæ lumen quid ſit. 21. 2. d
Gloriæ lumen non eſt neceſſarium ponere per modum habitus. 22. 1. d
Gloriæ lumen vtrum detur in intellectu Beati. 21. 1. d

Gradus.

Gradus metaphyſici quomodo diſtinguantur. 343. 2. c
cur non diſtinguantur à natura, cuius ſunt gradus. ibid. d

Gratia.

Digitized by Google

Gratia.

myſteria Gratiæ aliqua ſunt realitates, aliqua modi. 75. 1. c
Gratia iuſtificans eſt nouum beneficium præter contritionem. 153.b.c
Gratia habitualis non dicitur per ſe concurrere ad actum niſi quando influit in illum imperando. ibid.

Gratia diuina.

Gratia diuina ad videndum Deum non ſufficit per ſublationem tantùm impedimenti, ſed requiritur ad eleuandum intellectum contra Durand. 21.1.a
Gratia fuit data Adamo independenter à peccato. 326. 2. a
Gratia Dei neceſſaria vt ſimpliciter credamus. 239. 2. d, e
Gratia non poteſt cadere ſub meritum. 298.1.d

Gratia iuſtificans.

nemo poteſt eſſe certus fide diuina ſe eſſe in Gratia iuſtificante. 243.2. a
quare voluit Deus ſanctos habere timorem de propria Gratia. 245.2.d
Gratia iuſtificans non ſe totam communicat actui, & quomodo concurrat ad meritum. 146.1.b,c
Gratia ſanctificans eſt intrinſecè ſupernaturalis. 76. 1. e
Gratia eſt ſupernaturalis intrinſecè. ibid. e
Gratia vnionis non eſt ſatisfactio. 142.1.d
vtrum Gratia, ſeu quæcumque alia qualitas permanens poſſit produci à Deo immediatè ante inſtās ſignatum A. 174.2.c
Gratia conſeruatur, ſed non propriè fit. 175.1.b,c
an Gratia educatur de potentia obedientiali ſubiecti. 179.2.b
Gratia non poteſt educi ex potentia naturali animæ. ibid. c
Gratia educitur ex potentia obedientiali animæ. ibid d
Gratiæ efficacis poſitio non tollit libertatem. 303. 1. a
Gratiæ myſteria ſunt immenſa potentialitati. 27. 1. c
ſunt in eodē Gradu ſupernaturali, in quo eſt Deus. 27. 2. a
Gratiam concreari quid eſt. 280,1.d
Gratiam creari quomodo dixerint veteres. 280. 2. b

Gratitudo.

Gratitudinis titulo debet reddi æquale quando poteſt. 138.1.a
titulo Gratitudinis non debet reddi æquale. ibid.

H

Habitus.

Habitus ſupernaturalis vtrum concurrat vt inſtrumentum, vel vt cauſa principalis ad productionem actus ſupernaturalis. 193. 1. c, d

Hæreſes.

Hæreſes fundātur in malo intellectu Scripturarum. 237. 1. b

Hæreticus.

Hæreticus præſupponitur qui negat concluſionem Theologicam. 213. 1.a
Hæreticus non credit fide infuſa, nec propter veritatem primam articulos veros. 240.2.a
Hæretici credunt articulos fidei per motiuum humanum. 241. 1.a
Hæreticorum opinio, qua credunt quemlibet teneri credere ſe eſſe in gratia. 243.1.c
Hæreticorum pueri, & ruſtici, quomodo excuſari poſſint, vel non, quòd parentibus vel aliis aſſentiantur. 236. 2.a

Hierarchiæ Angelorum.

Hierarchiæ Angelorum plures dari poſſunt quàm tres. 57. 1. c

Homo.

Homo intentus ſpeculationi cur non videat. 163. 1. c
Homo non niſi volens credere poteſt. 229.1.c
Homo cæterorum animalium eſt exemplar. 124. 2. d
Homo ſine gratia iuſtificante diu perſeuerare non poteſt, quin incidat in mortale aliquod. 293. 1. a
Homo quando tenetur ſe ponere in gratia. 296. 1. e
Homo per peccatum originale nihil amiſit ex naturalibus. 301.1.b,& 2.a
Homo eſt ordinatus ad finem ſupernaturalem etiam in ſtatu naturæ lapſæ, 301. 2.c
Homo eſt ſuarum actionum principium & Dominus. 303.2.a,b
Homo diſtinguitur à brutis, quia habet liberum arbitrium. 335.1.d
Homo quàm ſit mutabilis. 335.2.c
Hominem non poſſe diu rectè agere, ſententia eſt Ariſtot. 286.2.a,b
Hominem Deus non obligauit ad faciendum actum bonum, vt diſpoſitionem ad gratiam. 296.1.b

Homogenea.

quare in Homogeneis pars accipit denominationem totius, & non in heterogeneis. 95.1.d.

Honor.

Honor qui fit à Rege eſt maioris exiſtimationis, quàm qui fit à priuata perſona. 145.1.c

Humanus intellectus.

Vide Intellectus Humanus.

Humanitas Chriſti.

Humanitas Chriſti non poteſt eſſe inſtrumentum Dei. 134.2.a
vtrum Humanitas Chriſti, tamquam inſtrumentum coniunctum Verbi, concurrerit ad omnia opera miraculoſa. 186.1.b,c,d
cur Humanitas Chriſti in loco diſtanti operari poterat. 186.2. b,c
Humanitas Chriſti fuit inſtrumentum phyſicum per potentiam obedientialem. ibid.d
Humanitas Chriſti *Vide verbo.* Chriſti Humanitas.

I

Idea.

Idea eſt ipſa eſſentia diuina quatenus eſt repræſentatiua. 266.2.e

Idea

Digitized by Google

Idea eſt ipſa natura diuina, vt imitabilis à creatura. 317.1.a
Idea non eſt ſimpliciter nobilior ideato, ſi eſt conceptus obiectiuus, poteſt tamen aliquo modo dici nobilior. 318.1.e
Idea an ſit conceptus obiectiuus, vel formalis tam in rebus creatis quàm in Deo. 317.1.b
Ideam qui negant eſſe in Deo. 317.1.e
Idealis cauſa quid ſit. 317.1.a
Idealis cauſa eſt conceptus obiectiuus. ibid.c
Ideatum eſt nobilius ſua idea. 313.1.e

Identitas.

ex Identitate extremorum in tertio ſecundum rem quomodo ſequatur identitas extremorum inter ſe in humanis, & diuinis. 347.1.a
ex Identitate extremorum in tertio quomodo ſequatur identitas extremorum ſecundum prædicationem in materia ſyllogiſmorum. 241.1.a
Identificatio cum tertio non tollit oppoſitionem extremorum. 343.1.e
extrema quæ identificantur cum tertio in rebus creatis non poſſunt eſſe realitates. 343.2.a
quomodo ſuppoſita Identitate perſonæ diuinæ realiter inter ſe diſtinguantur. 342.2.b

Identificatio.

in rebus creatis numquam extrema quæ Identificantur cum tertio, ſunt realitates. 343.2.a
Identificatio extremorum non tollit oppoſitionem eorumdem inter ſe. 343.1.d
Identificatio cum tertio non tollit oppoſitionem quam habent extrema inter ſe. ibid.e
Identificatio cum tertio non tollit oppoſitionem extremorum inter ſe. 347.2.d
Inter relationes & eſſentiam diuinam non eſt omnimoda Identitas. 351.1.d,e
Identitas omnimoda triplex. ibid.e

Ineffabilitas.

Ineffabilitas ſanctiſſimæ Trinitatis myſterij in quo conſiſtat. 344.1.d

Ignis.

Ignis inferni ſeu Purgatorij tamquam inſtrumentum Dei torquet ſpiritus& animas eo modo, quo torquetur anima coniuncta ex combuſtione corporis. 188.2.e,& 189.1.b
Ignis inferni cruciat variis modis ſpiritus& animas. 188.2.a
Ignis inferni eſt corporeus. 189.1.a
Ignis pœna cur dicatur. ibid. b
Ignis Purgatorij excedit omnes pœnas quas aliquis in hac vita eſt paſſus. 190.2.c
Ignis de facto torquet dæmones phyſicè, vt inſtrumentum Dei. 191.1.a
Igni damnatorum opponitur regnum Beatorum. ibid. c, d
Ignis de facto concurrit ad pœnas damnatorum ſecundum potentiam obedientialem. 191.2.a
Ignis inferni tamquam inſtrumentum Dei, an torqueat dæmones, & animas damnatorum. 187.1.b
Igni ad torquendum dæmones vera datur efficientia. 187.2.c

Imaginatio.

abſque Imaginabili non poteſt fieri tranſitus à ſenſibili ad intelligibile. 48.1.a

Immerſio.

Immerſio Angeli in potentialitate eſt radix, quòd omnis actio ipſius, ſiue immanens, ſiue tranſiens, ſit immerſa ſubiecto. 131.1.a

Immortalitas, & Immaterialitas.

Vide in verb. Anima rationabilis.

Immutabilitas.

Immutabilitas eſt negatio mutationis in re. 217.2.d

Impeccabilitas Chriſti.

Chriſtus ex vi vnionis ad hoc vt ſaluetur impeccabilitas phyſica, dicebat ordinem intrinſecum ad viſionem beatificam, per quam poteſt ſaluari libertas, quamuis de facto poterat, vt purus viator, regi per ſcientiam conditionatam. 309.2.d, e,
Deus tenebatur dare Chriſto medium, per quod Chriſtus infallibiliter non peccaret. 310.1.a
Impeccabilitas in Chriſto non poteſt ſaluari per neceſſitatem moralem alicuius medij determinati ſine præſcientia ſuppoſito præcepto, quo ad omnes circumſtantias. 308.1.a
Impeccabilitas in Chiſto vi vnionis eſt phyſica. 308.2.a
Impeccabilitas cum libertate conciliatur. 311.1.d
Impenetrabilitatem quomodo Deus non concedat. 280. 2. d.

Imperfectum.

Imperfectnm refugit natura. 87.1.b

Impoſſibile.

Impoſſibile concluditur aliquando ex poſſibili. 208.1.e
quando ex Impoſſibili ſequitur neceſſarium. 205.1.c.
Impoſſibile eſt, vt res ſit permanens, & duratio ſucceſſiua. 121.1.a
ex Impoſſibili an ſequatur neceſſarium. 205.1.c
ex Impoſſibili non ſequitur concluſio fortior ſuo antecedenti. 206. 2. a, b

Impotentia.

ad Impotentiam phyſicam non deuenitur ex ſucceſſiua reſiſtentia. 298.1.b
Impotentia ad reliquem actum determinatum eſt duplex. 289.2.a
Impotentia moralis cur excuſet à culpa. ibid.d
Impotentia eſt in peccatore ad cauendum diu nouum mortale. 293.1.a
redditur ratio huius. 299.2.e
Impotentia hæc vnde oriatur in peccatore. 300.1.b
differentia inter Impotentiam phyſicam, & moralem, quæ eſt in toto collectiuo. 286.1.b,c

Improportio.

Improportio inter duo extrema eſt vna ex tribus modis, vel quando vnum eſt finitum, & alterum infinitum, vel quando vtrumque eſt finitum, ſed alterum poſitiuum, alterum negatiuum, vel tertio quando vtrumque eſt finitum, & poſitiuum, ſed vnum inferioris ordinis, alterum ſuperioris. 6. 2. c
Improportio extrema finita quorum vnum eſt inferioris ordinis, alterum ſuperioris, eſt maior quàm improportio eiuſdem ordinis quorum vnum eſt finitum, alterum infinitum. 7.1.c
Improportio inter virtutem producentem ex aliqua ... potentia,

Digitized by Google

concomitantiæ. ibid.c
Conditio diſparata à Deo præcognita. ibid.c
Conditionis nulla eſt diſtinctio quantùm ſpectat ad Dei cognitionem. 277.1.a
Conditio quadruplex, prima cauſalis, ſecunda merè conditionalis, tertia ſigni, quarta diſparata. 255.1.a.b
Conditio diſparata non facit propoſitionem veram. 257.1.b
Conditiones requiſitæ, vt fides humana faciat diuinam. 225.1.a
Conditionalium ſcientia media eſt inter ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, & viſionis. 278.2.a

Conſequens.

Conſequens eſt verum quando præmiſſæ ſunt veræ. 213.2.c
Conſequens quando ſit de fide. ibid.

Conſeruatio.

Conſeruatio rei permanentis eſt permanens. 103.2.d
Conſeruatio eſt idem influxus realis cum creatione. 183.1.c
Conſeruatio eſt influxus, per quem primò datum eſt eſſe, & ipſemet terminus in conſeruari. 121.2.c

Continentia.

Continentia eminentialis. Vide Eminentialis.

Contingens.

futurum Contingens an habeat determinatam veritatem. Vide futurum Contingens.
Contingens quid ſit. 288.2.c
ad cognoſcendum futurum Contingens neceſſaria eſt cognitio volitionis diuinæ. 71.2.b
Contingens futurum an habeat determinatam entitatem. 70.1.c
Contingentia habent determinationem in cauſſa. 288.2.c
Contingentia futura quomodo ſcire certò poſſint. 68.2.a
Contingentia ſecundi generis quomodo cognoſcantur. ibid.c
Contingentia futura meliùs norunt Angeli boni quàm mali. 69.1.c
Contingentia futura cur à ſolo Deo cognoſci poſſunt. 69.2.d
Contingentium futurorum triplex genus. 68.1.d
de futuris Contingentibus non eſt determinata veritas in cauſa, ſed in effectu. 248
an in rebus Contingentibus ſecundum quid, & in rebus fortuitis modus arguendi ſit à diſtributiuo ad collectiuum, vel potiùs à ſenſu diuiſo ad compoſitum. 288.2.a
Contingentiam non tollit id quod ab æterno verum eſt. 254.2.a

Continuatio.

Continuatio quomodo à ſucceſſione diſtinguatur. 101.2.a

Contraria.

Contraria ſunt ſub eodem genere. 188.2.d

Contradictio.

Contradictio quid ſit. 126.1.c

Contradictoria.

inter Contradictoria maior eſt diſtantia in vna quã in alia. 126.2.c
Contradictoria dicunt eamdem incompaſſibilitatem, ſed non eamdem diſtantiam. 126.2.d
inter Contradictoria eſt maxima diſtantia. 126.1.c
Contradictoria negans debet ſemper deſtruere affirmantem. 257.2.d
duo Contradictoria non poſſunt de eodem verificari. 216.1.c
duo Contradictoria non poſſunt eſſe ſimul vera, quo modo hoc ſit verum. 223.1.b

Contritio.

Contritio non eſt formaliter remiſſio peccati, vel ſanctificatio. 152.1.c
Contritio eſt diſpoſitio ad iuſtificationem. 152.2.b
Contritio cauſaliter non ſatisfacit pro culpa. 153.2.c
Contritio vera non requiritur ad diligentem diſcuſſionem conſcientiæ. 298.1.d.c
Contritio non eſt formaliter remiſſio peccati. 152.1.c
Contritio poteſt dupliciter conſiderari. 153.1.b
Contritio non reddit amicum Deo, nec remittit peccatum, ſed hoc eſt nouum Dei beneficium. 153.2.d
Contritio non poteſt eſſe à gratia iuſtificante tamquam ab efficiente. 298.1.b
Contritio quomodo iuſtificet. 151.2.a
vtrum per Contritionem puræ creaturæ formaliter remittatur peccatum. 151.1.a

Conuerſio.

Conuerſio, & Auerſio etiam fundamentaliter, non totaliter opponuntur. 154.1.c
an Conuerſio & Auerſio fundamentaliter ſumpta, totaliter opponuntur. ibid.
in actu Conuerſionis & Auerſionis duo reperiuntur. 154.2.c
Conuerſio ad Deum totalis quando ſit. 295.1.d

Cor.

Cor hominis eſt imperſcrutabile. 244.1.d.c

Corpus.

Corpus non poteſt moueri naturaliter ab extremo ad extremum ſine medio. 111.1.a
Corpus Chriſti exiſtens in cœlo, reperitur in hoſtia, nec tranſit per medium. 109.1.e
quomodo Corpus Chriſti in Euchariſtia ſit in loco. 109.2.a
Corpus quamuis corruptibile, poteſt dici eſſe eiuſdem ordinis cum anima immortali. 80.2.e
Corpus eſt corruptibile ex neceſſitate materiæ, & per accidens. 81.1.a
Corpus neceſſariò ſecum defert ſua indiuiſibilia. 116.1.a
Corpus glorioſum moueri poteſt in inſtanti. 118.1.c
Corpus glorioſum poteſt moueri ad quamcumque diſtantiam in minori, & minori tempore ad libitum. ibid.c.d
Corporis vnio cum anima non eſt animę eſſentialis. 4.1.a
Corpori quod competit ſupernaturaliter, poteſt competere Angelo naturaliter. 110.1.a

Corruptibile.

An quod mouetur per accidens ſit corruptibile. 93.b.c

Creatio.

Creationem cum nouitate eſſendi non negat abſolutè Ariſtoteles. 93.2.a
non exiſtens non poteſt aſſumi ad Creationem præſertim reſpectu ſui. 172.1.c
Creatio non requirit in agẽte infinitatem, ſed quòd ſit purus actus. 128.1.a
an ex diminutione materiæ, vſque ad non gradum ſuum intrinſecè arguatur ex vi calculationis potentia Angelica ſufficiens ad Creandum. 11.1.b

ad

Digitized by Google

ad Creandum an requiratur virtus infinita. 169.1.b.c
Creare eſt producere ex non præſuppoſito ſubiecto. 129.1.e.& 2.a
Creare ſolius eſt Dei. ibid.
Creatio,& conſeruatio,in quo differant. 120.1.c
Creatio non poteſt competere creaturæ. 125.2.e.& 128.2.a
Creatio poteſt communicari à Deo creaturæ tamquam inſtrumento. 178.1.d
Creatio & conſeruatio non diſtinguuntur eſſentialiter. 179.1.d.e
Creatio eſt ſubſiſtentium. 180.1.d

Creatura.

nulla Creatura de facto creauit. 131.2.a.b
ſi daretur Creatura naturaliter neceſſariò creans, non crearet infinita. 128.1.c.d
Creatura poteſt aſſumi ad producendum omne poſſibile præter ſeipſam. 182.1.e.& 2.a
non tamen poteſt illi communicari omnipotentia. 182.1.c
Creatura poteſt concurrere, vt inſtrumentum Dei ad creandum. 182.1.d
an Creatura poſſit eſſe inſtrumentum creandi omne poſſibile,præter ſeipſam. 182.2.a
Creatura nulla quidquam vmquam creauit. 131.2.b
Creatura nulla dari poteſt, cui ſit connaturale creare. ibid.& 131.2.b
Creatura omnis habet eſſe per aliud. 129.1.e
Creatura pura Deo offenſo non poteſt ſatisfacere. 5.2.d
an poſſit dari Creatura impeccabilis. 25.2.b.c
Creatura quomodo reddi poſſit impeccabilis. 26.1.a
Creaturam vt inſtrumentum Dei non poſſe creare. 178.1.a
vtrum nulli Creaturæ poſſit competere connaturaliter, tamquam principali agenti, potentia ad creandum. 125.2.c.d
Creatura triplici modo videri poteſt vnica viſione. 39.2.a.b
Creaturæ omnes an de facto videantur in Verbo. 40.1.d
Creaturæ videri non poſſunt in Deo tamquam in cauſa. 30.2.d
Creaturæ poſſintne videri in Verbo. 31.2.a.b
Creaturæ omnes vtrum videri poſſint per eumdem gradum indiuiſibilem intenſionis,eiuſdem viſionis qua videtur Deus. 38.2.d
Creatura, & Deus, an vnico actu videri poſſint. 39.2.a
Creaturæ vtrum neceſſariò videantur in Verbo. 40.2.a

Credere.

Credendorum diſtinctio. 235.2.c
in Credendis duplex intercedit aſſenſus. 236.1.c
Credibilitatis euidentiam quæ faciunt. 236.1.a
Creditis non aſſentimur propter euidentiam eorum, ſed propter reuelantis veritatem. 212.1.e.& 2.a

D

Dæmones.

DÆmones torquentur ab igne per alligationem inuoluntariam. 186.2.a

Decretum Dei.

Decretum Dei poteſt concipi, vt futurum in aliquo priori ſigno. 271.1.a
tria ſigna prioritatis præcedunt Decretum diuinum. 272.1.b
Decretum diuinum, vt futurum habet determinatam veritatem. 272.1.c
Decretum Dei triplex primum condicionale tam ex parte actus quàm ex parte obiecti, ſecundum abſolutum ex parte actus,ſed conditionatum ex parte obiecti,tertium abſolutum ex parte vtriuſque. 279.1.c
Deus in ſuo Decreto non cognoſcit futurum contingens. 266.1.c
in ſuo Decreto abſoluto ex parte actus,& conditionato ex parte obiecti non poteſt Deus cognoſcere futurum contingens. 279.1.c.d
impoſſibile eſt dari Decretum in Deo abſolutum ex parte actus,& conditionatum ex parte obiecti. 279.1.c
cùm Deus ex non volente ſit volens, neceſſariò debet dari aliqua mutatio in creatura. ibid.
Vide plura circa hoc in verbis Volitio Dei.
Dei Decretum. *Vide* Decretum Dei.
Decretum diuinum liberum circa creaturas poteſt à Deo præcognoſci. 274.1.c
Decretum triplex in Deo nos poſſumus concipere. 279.1.c
Decretum diuinum præcognoſci à Deo,vt futurum non repugnat. 272.1.e
Decretum ſuum præcognoſci à Deo in aliquo priori ſigno,non repugnat. 272.2.a
Decretum diuinum futurum eſt priùs ratione,quàm præſcientia. ibid.b.c
Decretum diuinum nihil addit reale ſupra voluntatem diuinam. 273.1.a
Decretum efficax ita eſt in intentione, ſicut in executione. 327.2.e

Definitio.

Definitio poteſt dupliciter conſiderari, vel vt concluſio deducta, vel vt concluſio explicata. 222.2.c.d
Definitio poteſt dupliciter conſiderari. 196.2.b

Deitas.

Deitas appropriata veritati primæ reuelanti eſt obiectum fidei. 230.1.d
Deitas eſt cauſa prima in eſſendo. 230.2.a.b

Deſitio.

Deſitio panis poteſt cognoſci ab Angelo. 78.2.e
Deſitio panis eſt extrinſecè ſupernaturalis. ibid.
Deſitio panis cognoſcitur ab Angelo, ſi proprio, & quidditatiuo conceptu cognoſcatur negatio. 79.1.a

Deus.

Deus in ſuis ideis non cognoſcit futurum contingens. *Vide verb.* Scientia Dei.
Deus non præcognoſcit ſuum decretum futurum in aliquo priori ſigno, quia non addit aliquid reale ſuper voluntatem diuinam. 266.1.c
Eſſentia diuina ſecundum eſſe abſolutum eſt de conceptu formali relationum. 359.1.a
Deus amat ſe neceſſariò. 61.2.b
Deus dedit vnicuique Angelo propriam linguam. 67.2.d
Deus non poteſt eſſe cauſa peccati. 71.1.a
Deus & Creaturæ an vnico actu videri poſſint. 39.2.a
Deus oculis corporis videri non poteſt. 22.2.c
Deus cognoſcitur duobus modis. 33.2.c
Deus cùm definitur, ipſa definitione creſcit. 29.2.d

Digitized by Google

Deus à ſolo Deo comprehendi poteſt. 30.2.c

Deus producit non vt eſt infinitus, ſed vt actus purus. 8.1.d.e

Deus ſi eſſet actus purus finitus, non poſſet videri ab intellectu creato. 17.2.a.b

Deus ſi eſſet infinitus, & non actus purus, poſſet intuitiuè cognoſci ab intellectu Angelico finito. 17.2.c

Deus ſolus eſt purus actus abſtractus ab omni potentialitate. 2.2.c

Deus cognoſcit rem materialem, vt eſt in ſe. 4.2.b.c

Deus non poteſt facere Ens rationis. 353.2.d

Deus non poteſt diſtinguere ea quæ à parte rei diſtincta non ſunt. 354.1.a

Deus non poteſt diſtinguere attributa ab eſſentia ſecundum conceptum eſſentialem. ibid.d

Deus non poteſt facere vt quod turpe eſt natura, non ſit turpe. 336.2.a

Deus poſt ſuum decretum quomodo maneat immutabilis. 336.2.c

Deus clarè viſus neceſſitat voluntatem ad conformandum ſe voluntati diuinæ. 308.2.b

Deus non agit ex neceſſitate naturæ. 334.2.b

Deus non agit ex neceſſitate naturæ per intellectum & voluntatem. ibid.b.c

Deus non agit abſolutè & ſimpliciter, quantum poteſt. 334.2.c

Deus denegat peccatori auxilium extrinſecum protectionis. 299.2.a

Deus in natura collectiui non videt tentationem cui ſuccumbet peccator. 300.1.a.b

D us eſt ſubſtantia omnino ſimplex. 348.2.d

Deus eſt neceſſariò quid increatum. 349.1.b

Deus voluit exaltationem Chriſti tamquam finem ſecundo modo. 331.2.b

Deus non obligauit hominem ad faciendum actum bonum, vt diſpoſitionem ad gratiam. 296.1.b

Deus non præſcit futura contingentia neceſſitate abſoluta, ſed conſequenti. 265.1.d

Deus ea quæ facere decreuit, in ſua voluntate cognoſcit. 266.2.a

Deus actus ſcit quidquid eſt ſcibile. 266. 1.a

Deus cognoſcit futurum ſecundum quod eſt actu. 269.1.c

Deus cognoſcit futura contingentia in ſeipſis, non in cauſſis. 269.2.d

Deus non facit actum poſitiuum circa creaturas quæ non ſunt, nec erunt. 280.1.c

an Deus actu poſitiuo velit negationes. 280.2.a

Deus non vult peccatum actu poſitiuo, ſed negatiuo. 280.2.c

Deus vult dare medium ſufficiens ad viſitandum peccatum. ibid.

Deus tribus modis reuelat in hac vita futurũ contingens. 281.1.c

Deus non poteſt falli, nec fallere, principium eſt lumine naturali cognitum. 281.2.b

Deus concurrit ad iudicium practicè practicũ ſpeciali concurſu. 237.1.a

Deus non concurrit mouens intellectum ad aſſenſum falſum. 287.2.b

cur Deus non reuelet cuique ſe eſſe in gratia. 246.1.d

Deus non poteſt eſſe cauſa peccati. 253.2.a

Deus præſcit futura ſimpliciter contingentia. 259.1.a

Deus non tenetur poteſtates datas ad bonum impedire, ne quis ad malum vtatur. 224.1.b

Deus tenetur aſſiſtere peculiari concurſu, ne falſum ſubſit veri Pontificis electioni. 224.2.c

Deus virtute ſua alligat intellectum dæmonum ad cogitandum ſemper de igne. 187.2.c

Deus poteſt ſubtrahere concurſum, ne cognoſcatur aliqua veritas. 190.2.b

Deus quatenus purus actus excedit modum eſſendi creaturarum. 192.1.b

Deus habet plenum & perfectum dominium ſuæ creaturæ. 171.1.c

Deus poteſt facere quicquid non implicat. 175.1.d

Deus an poſſit dare præceptum iuſto de amando Deum ante inſtans mortis. 176.1.a

Deus poteſt ſupplere modum dependentiæ accidentis à ſubiecto. 181.1.d

Deus poteſt concurſum ſuum & ſuſpendere & attemperare. 184.1.a

Deus eſt principalis cauſa phyſica gratiæ, ſacramenta ſunt cauſa inſtrumentalis. 185.1.c

Deus non poteſt ſe ſpoliare dominio quod habet ſuper creaturam. 143.1.a

Deus non magis amorem actiuum, quàm paſſiuum intendit. 155.1.b.c

Deus eſt cauſa per ſe. 130.1.c

Deus vt actus purus, eſt infinitus. 132.2.a

Deus non moueretur, ſi crearet aliquid de nouo, ab æterno determinatum. 88.1.c

Deus qui præfigit ordinem, non habet ordinẽ præfixum. 111.1.d

Deus an comprehendatur ex cognitione omnium creaturarum. 33.1.a

vtrum Deus cognoſcat futura contingentia ſub conditione, dummodò cognitio non ſit diſparata. 274.2.a

Deus eſt ens magis neceſſarium, & cauſa exemplaris aliorum neceſſariorum. 275.2.c

Dei actus.

quomodo Dei actus terminetur ad creaturas. vide Dei libertas.

actus liber Dei quo vult creaturas eſt idem actus quo vult ſeipſum. 338.2.b

libertas Dei poteſt ſtare ſimul cum inclinatione Dei ad ſe communicandum. 336.2.c

Dei cognitio.

Dei cognitio vtrum feratur in rem futuram, vt futuram, vel vt præſentem. 260.1.a

Dei cognitio futurorum non eſt abſtractiua, ſed intuitiua. ibid.c

Dei cognitio non eſt tantùm intuitiua. ibid.d

Dei cognitio terminatur ad rem ſecundum omnem modum exiſtentiæ. 260.2.a

an Dei cognitio, quatenus terminatur ad futurum diſtinguatur, ſaltem ratione à ſeipſa, quatenus terminatur ad præſens. ibid.b

in Dei cognitione non eſt diſtinctio ſecundum rationem. ibid.b.c

Dei cognitio poſſibilis eſt ſine rei exiſtentia. ibid.c

Deus non cognoſcit futurum contingens in decreto ſuæ voluntatis. 266.1.c

Deus non cognoſcit futurum contingens in ſuis ideis. ibid.2.b.c

Deus non cognoſcit futurum cõtingens ſecundum realem præſcientiam in æternitate. 267.1.b

Deus non cognoſcit futurum contingens per exceſſum infinitum cognitionis ſupra obiectum. 268.2.b.c

Deus cognoſcit futurum contingens in ipſa entitate determinata, quam habet ipſum futurum in ſe. 269.2.a

Deus non cognoſcit futurum cognitione abſtractiua,

Digitized by Google

actiua, vt futurum, ſed intuitiua ſecundum quod eſt actu. 265.1.a

Dei ſcientia non eſt argutitiua. 274.1.b

Deus cognoſcit futurum contingens ſub conditione, ſiue conditio ſit cauſalis, ſiue mere conditionalis. 275.1.c.d

Deus non cognoſcit futurum contingens ſub conditione diſparata, vt diſparata. 277.1.a

præſcientia Dei non imponit neceſſitatem. Vide verb. Præſcientia.

Dei comprehenſio.

non poteſt dari Intellectus ſiue eleuatus lumine gloriæ ſiue intrinſecè ſupernaturalis qui poſſit Deum Comprehendere, nec ex parte modi, nec ex parte obiecti. 28.1.a.& ſeq.

non poteſt Deus comprehendi ab Intellectu etiam eleuato per lumen infinitum. 33.2.d.e

in verbo non ſequitur comprehenſio Dei non ſolùm ex parte modi, ſed nec ex parte obiecti. 36.1.b.c

ex cognitione omnium creaturarum intenſiuè in verbo ex vi cauſæ non ſequitur Comprehenſio Dei non ſolùm ex parte modi, ſed nec ex parte obiecti. 40.2.a

ex cognitione creaturarum in verbo ſecundum omnes modos poſſibiles quos Deus poteſt operari in creatura, ſequitur Comprehenſ.v. 35.2.e.& ſeq.

Dei immutabilitas.

quare Deus ſit immutabilis. 34.1.a

Immutabilitas Dei poteſt ſtare cum libertate. 336.a.c.d

Dei Intellectus.

Iudicium Dei practicum non obeſt neceſſitati. 335.2.a

Intellectus Dei non facit diſtinctionem rationis. 353.2.b

An repugnet facere Ens rationis. 352.2.a

Deus cognoſcit diſtinctionem rationis formatam ab Intellectu creato. ibid.

Dei libertas.

Deus non agit neceſſitate naturæ, vt ignis. 334.2.a.b

Deus non agit neceſſitate naturæ per Intellectum, & voluntatem, nec ſpeculatiuo modo, nec practico, ita vt voluntas ſit ratio agendi. ibid.b.c

Deus non agit neceſſariò, quod iudicat eſſe meliùs, & quid ſentiat Ariſt. ibid.d

Deus eſt liber non ſolùm à coactione, ſed etiam à neceſſitate 335.1.a.b

in Deo non eſt tanta libertas extenſiua, quo ad ſpecificationem quanta in homine, ſed hoc dicit, perfectionem in Deo. 336.1.c.& 2.a

Deus non poteſt agere, quod eſt malum intrinſecè, vt mentiri. 336.2.a

iudicium practicum non neceſſitat Deum. 336.1.a.b

libertas Dei poteſt ſtare ſimul cum immutabilitate. 336.2.b.c

actus liber Dei quo vult creaturas, non eſt perfectio libera ſuperaddita Deo. 337.1.b

Dei perfectio.

tria ſunt genera Perfectionum in Deo, ſimpliciter ſimplicium. 24.1.c

Dei perfectio quantùm excedat alias perfectiones. 33.2.c

Dei perfectiones ſunt in triplici differentia. 24.1.c

Dei potentia eſt adæquata eſſentiæ. 37.2.b.c

Dei potentia infinita non habet terminum. 330.1.a

Dei relatio.

Dei relatio. *Vide verbo* Relatio diuina.

Dei ſimplicitas.

Deus dicitur ſubſtantia omnino ſimplex. 348.2.c

Dei præſcientia.

Dei præſcientia non tollit libertatem ab ipſo Deo, ſi poſſet cognoſcere ſuum decretum, vt futurum in priori ſigno. 262.2.a

Dei ſcientia.

Deus præſcit futura contingentia. 259.1.a

Dei ſpecies.

Eſſentia Dei, vt ſpecies non poteſt repræſentare effectum ſi non repræſentat cauſam. 266.2.d.e

an poſſit dari ſpecies creata Dei. 281.2.c

Dei voluntas.

voluntas Dei non determinatur neceſſariò à iudicio practico.

an Dei naturalis inclinatio ad ſe communicandum tollat libertatem. 336.2.c.& 337.1.a

Deo offenſo ſatisfacere non poteſt creatura pura. 5.2.d

an in Deo relatio ad creaturas repugnet. 37.1.a

in Deo ſunt infinitæ rationes, propter quas impium eſt Deum offendere. 332.a.b

in Deo volendi ratio per modum finis, eſt ſola bonitas diuina. 331.1.b

in Deo vtrum ſit libertas ad alia obiecta extra ſe. 334.2.a

in Deo eſt libertas in operibus ad extrà. 335.1.a

in Deo non eſt conſultatio. ibid.b

an in Deo detur actus vitalis liber terminatus ad creaturas. ibid.c

in Deo quæ ſunt ab æterno ſunt ipſe Deus. 337.1.d

in Deo eſt vnus actus, quo vult ſe & creaturas. 338.2.a.b

quicquid conuenit Deo ad intrà, conuenit ab intrinſeco. 355.2.b

in Deo quicquid reperitur ad intrà, reperitur in Deo neceſſariò. 357.2.d

in Deo non datur ſubſiſtentia abſoluta. ibid.e

in Deo eſt actu quod eſt potentia in creatura. ibid.

in Deo exiſtere ipſum eſt Deo eſſentiale. 358.1.c

an in Deo eſſentia diuina ſecundum eſſe abſolutum ſit de conceptu formali relationis. 359.1.a

in Deo datur entitas actus ſub disiunctione volendi & non volendi creaturas. 273.1.c

Deum ex parte obiecti comprehendi poſſe abſurdum eſt. 41.2.c

inter Deum & creaturam nihil eſt medium. 349.1.a

aliud eſt eſſe Deum, aliud eſſe Patrem. 352.1.b

Dictio.

Dictio ſeu reuelatio concipitur procedere mediante aliqua propoſitione. 233.1.c.& 2.a

Dictio Dei alia eſt, alia propoſitio, ſiue per ſigna, vel per alium modum. 233.2.a

Dictio Dei ſe habet vt modus ſub quo veritas prima informat materiam credibilem. 233.2.c

Dictio Dei in ordine ad aſſenſum ſe habet vt ratio ſub qua. ibid.e

Dies iudicij.

Diem iudicij quomodo dicatur ignorare Chriſtus. 40.1.e

Differentia.

Differentia inter accidens inſeparabile, & proprium quarto modo. 207.2.b

Digitized by Google

Difficultas.

Difficultates quæ occurrunt ad vitanda omnia venialia. 303.1.b

Dilectio.

Dilectionis præceptum non obligat per aliquam moram. 297.1.b

Diſcurſus.

Diſcurſus prærequiruntur ad aſſenſum fidei., vt actualiter fiant ab intellectu. 229.2.a

Diſcurſus duplex requiritur ad credendum;& quis ille ſit. 233.1.b

Diſpoſitio.

Diſpoſitio vniuerſi exigit, vt Deus non ſuppleat totalem effectum cauſæ ſecundæ. 161.1.d

Diſtinctio.

Diſtinctio rationis non fit ab intellectu diuino. 353.2.b

Diſtinctionem rationis attributorum ſeu relationum ab eſſentia cognoſcit Deus vt formatam ab intellectu creato. 354.1.e

differentia inter cognitionem Diſtinctionis, & formationem Diſtinctionis. 354.2.c

Diſtributiuum.

à Diſtributiuo ad collectiuum quomodo valeat conſequentia. 285.1.b

à Diſtributiuo ad collectiuum valet conſequentia ſecundum potentiam phyſicam in vtroque extremo. 285.1.e

à Diſtributiuo ad collectiuum in rebus liberis non valet conſequentia; ſi termini in diſtributiuo ſumantur phyſicè, & in collectiuo moraliter. 286.1.b

à Diſtributiuo ad collectiuum non arguitur in rebus contingentibus ſecundum quid,& fortuitis, ſed à ſenſu diuiſo ad compoſitum. 289.1.e

in materia infinita ſyncategorematicè non arguitur à Diſtributiuo ad collectiuum,ſed ad copulatum. 290.1.a

in materia infinita categorematicè argui poteſt à Diſtributiuo ad collectiuum. 290.2.d.e

à Diſtributiuo ad collectiuum non valet conſequentia phyſicè,valet tamen moraliter. 283

quæ ſit forma argumentandi à Diſtributiuo ad copulatum. ibid.1.b

an à Diſtributiuo ad collectiuum valeat conſequētia,ſi termini ſumantur in diſtributiuo ſecundum potentiam phyſicam, & in collectiuo ſecundum potentiam moralem. 286.1.b

Diuinum.

Diuinum eſſe duo dicit. 230.2.d

Diuinitas non fuit vnita niſi ratione perſonalitatis Verbi. 137.2.b

Dominium.

Dominij genus,in quo quis vtitur re communi duobus ſine conſenſu alterius,quale ſit. 142.2.d

Durandus.

Durandus improbatur. 21.1.a.22.1.b

Duratio.

Duratio. *Vide plura in verb.* Tempus diſcretum. Inſtans.

an Duratio diſtinguatur à parte rei à re exiſtente. 119.2.a

Duratio diſtinguitur ab acquiſitione. 119.2.d

E

Eccleſia.

ECcleſia.*Vide verb.*Summus Pontifex.

Eccleſia eſt regula infallibilis,animata, rationalis. 237.2.d

ad hanc regulam vltimatè reſoluuntur omnes fidei articuli. 238.1.b.c

Eccleſia non poteſt errare in canonizatione Sanctorum. 245.1.b.246.2.b

an quæ ſunt Eadem vni tertio ſecundum rem , ſint eadem inter ſe. 341

cur hoc principium valeat in aliis rebus,præter quam in diuinis. 343.1.a

hoc principium quomodo dici poſſit fundamētum ſyllogiſmorum. 344.2.c

hoc principium verum eſt in ſyllogiſmo expoſitorio. 345.1.a

Efficiens.

cauſa Efficiens æquiuoca eſt nobilior effectu. 318.1.d

cauſa Efficiens vniuoca ſiue concurrat ad fieri tantùm,ſiue ad conſeruari, non eſt nobilior ſuo effectu quantùm ad hoc. 320.2.c

cauſa vniuoca ſemper eſt nobilior ſuo Effectu. 321.1.b

in cauſa vniuoca aliquando prædicatum conuenit per ſe primò. ibid.c

in viuentibus cauſa Efficiens vniuoca eſt perfectior aliquo modo. 321.1.c

cauſa Efficiens vniuoca eſt perfectior aliquo modo ſuo effectu in rebus inanimatis. ibid.

Effectus.

Effectus antequàm producatur,non habet aliud eſſe quàm ſuæ cauſſæ. 2.2.a

Effectus quidam contingens & neceſſarius. 287.1.a

experientia comprobatur. ibid.b

Effectus quando nullus ſuæ cauſæ par eſſe poſſit. 314.1.c

Effectus numquam antecedit ſuam cauſam. 254.1.b

Effectus futurus conditionaliter habet eamdem veritatem,quàm abſolutè futurus. 256.2.a

an Effectus poſſit dependere à duabus cauſis totalibus ſimul. 163.2.d

Effectus ſemper fit ab aliqua cauſa principali immediata. 165.2.a

Effectus nobilior poteſt contineri in cauſa ignobiliori,vt quo. 166.2.e

Eminentia.

Eminentialis continentia quotuplex. 318.2.c

Ens.

Ens an dicatur facere compoſitionem cum ſuis inferioribus. 349.1.b.c

Ens præſcindit ab inferioribus. 360.1.a

inter Ens & non Ens , ſumma eſt improportio. 127.1.a

Ens omne eſt obiectum adæquatum intellectus. 171.1.e

Ens ſucceſſiuum an poſſit aſſumi à Deo tamquam inſtrumentum immediatè ante inſtans ſignatum A,ad producendum gratiam , vel aliam qualitatem permanentem. 176.2.d

an poſt inſtans ſignatum A. 177.1.a

Ens ſucceſſiuum aſſumi ad producendam gratiam non implicat. 177.1.d

Entis ſucceſſiui pars an poſſit aſſumi ad efficiendam gratiam. 177.2.c.d

Ens non facit compoſitionem cum ſuis inferioribus. 349.1.b.c

Ens rationis quomodo fieri dicatur. 353.2.a

Ens rationis Deus non poteſt facere. ibid.

Ens præſcindit à ſuis inferioribus ex natura ſua. 369.1.a

modi

Digitized by Google

modi Entis ſunt entia incompleta; Ens quod præſcindit, ens completum. ibid.b
Ens rationis an repugnet fieri ab intellectu. 255. 2. a

Entitas.

non datur Entitas in Patre alia communicabilis, alia incommunicabilis eſſentialiter. 350.2.c
Entitas eſt aliqua in Patre, quæ non communicatur Filio. 350.2.c d

Enuntiatio.

vtrum Enuntiatio Prophetarum de futuro contingenti, aliquando tantùm verificetur iuxta ſecundarium ſignificatum in actu exercito, aliquando verò iuxta primarium enunciatum in actu ſignato. 281.1.c

Eſſe.

quid ſit Eſſe morale intrinſecum in offenſa, & ſatisfactione. 133.2.d 135.1.b
quid ſit Eſſe morale extrinſecum. 134.1.a
Eſſe accidentis eſt ineſſe. 181.2.d
Eſſe neceſſarium ſtat dupliciter. 197.1.d
Eſſe diuinum duo dicit. 230.2.d
Eſſe non viſum eſt conditio concomitans obiectū fidei. 234.1.c
quod non eſt, non ſcitur. 254.1.d,c.274.2.c

Eſſentia diuina.

Eſſentia diuina ex ſe habet rationem ſpeciei. 19. 2. b
Eſſentia diuina eſt ſpeculum voluntarium Beati. 32. 1. d
an Eſſentia diuina extra Verbum poſſit ſubire vices ſpeciei. 39.2.c
Eſſentia diuina non ſolùm continet creaturas in ſe tamquam in cauſa, ſed etiam tamquam in ſpecie. 39.2.a
Eſſentia diuina repræſentat omnia, & quoad vniuerſales & quo ad particulares conditiones. 52. 1. c
Eſſentia diuina repræſentat res liberas Beatis. 61. 2. a
Eſſentia diuina eminenter continet eſſe liberum. 62. 1. d.
Eſſentia diuina eſt Pater, ſed contracta per Paternitatem. 345.1.b
Eſſentia diuina tribus modis accipi poteſt. ibid.
Eſſentia communicatur, non Paternitas. 350. 1. c
inter Eſſentiam & relationes ſufficit diſtinctio virtualis. 350.1.c
Eſſentia diuina eſt æquè perfecta in omnibus creaturis. 360.2.c d
Eſſentia & relatio ſe habent vt includens & incluſum, an hoc ſit verum. 360.1.c & 2 a
aliud eſt eſſe Eſſentiam diuinam, aliud de eſſentia diuina. 349.2.d

Eucharistia.

modus quo Chriſtus eſt in Euchariſtia. *Vide verb.* Angeli cognitio, *& verb.* Deſitio panis.
Euchariſtia ſumi poteſt à non exiſtente in gratia ſine nouo mortali. 297.2. d.

Euidentia.

Euidentia ſuſcipit magis, & minus. 323.1.a
Euidentia non poteſt excedere euidentiam recordationis, quæ habetur de principiis. 323.2.c

Exaltatio Chriſti. Vide in voce Chriſtus.

Exemplar.

in Exemplari eſt bonitas ſeu perfectio abſoluta; in exemplato, relatiua. 317.2.b
Exemplar ſemper eſt nobilius exemplato. ibid.
Exemplaris cauſa duplex, altera prototypa, altera idealis. 316.2.c
Exemplaria in mente diuina, ſeu Ideæ, quid ſint. 317.1.c
Exemplatum eſt repræſentatiuum exemplaris. ibidem.
in Exemplato triplex eſt perfectio. 317.2.b

Exercitium actus.

Exercitium actus. *Vide verb.* Actus vitalis.
Exercitium actus non addit ſupra entitatem actus aliquid poſitiuum. 338.1.d
Exercitium actus, quo Deus vult creaturas, tria dicit. 273.2.d

Exiſtens.

non Exiſtens aſſumi ad creationem implicat. 172 1. c

Extenſio.

Extenſio in cognitione debet eſſe intrinſeca, licèt in potentia ſit extrinſeca. 11. 2. c
Extenſio poteſt eſſe ſimplex qualitas, & compoſita. 12. 2. a
cognitio, quod ad Extenſionem, poteſt eſſe vel ſimplex qualitas æquipollens pluribus extenſionibus, vel vna qualitas compoſita ex pluribus extenſionibus. ibid.
vna ſimplex qualitas Extenſiua eſt perfectior altera in gradu indiuiduali. ibid.
Extenſiua cognitio omnium creaturarum in Deo non eſt comprehenſio. 30.2.d
Exteſio noua tribus modis fit ad nouum obiectum. 41.1.c

Extremum.

Extremum vnum ſi decreſcat vſque ad non gradum ſuum extrinſecè, vtrum creſcat alterum extremum in infinitum. 8.2.b
Extremo vno creſcente per partes proportionales, creſcere debeat aliquando aliud extremum per partes proportionales. 9.1.a
Extremo vno diminuto vſque ad non gradum ſuum intrinſecè, vtrum debeat alterum extremum tranſcendere ad gradum altioris ordinis. 9.2.b
in rebus creatis Extrema quæ identificantur cum tertio, numquam ſunt realitates. 343. 2. a 348. 1. a

F

Falſum & verum.

FAlſum & verum opponuntur contrariè. 71. 1. d.
Falſum & verum ſunt contraria, ſed æquiualent contradictoriis. 250.1.a
ex duabus Falſis numquam ſequitur concluſio vera. 205.1.b

Fides.

an Fides reſoluatur vltimatè ad veritatem primam tamquam ad rationem formalem qua. 230.1.c
Fides proponitur ſufficienter rudibus & pueris ſub motiuo humano. 236.1.d

Digitized by Google

Fides noſtra fundatur in his rationibus quas ſapientes reddere poſſunt. ibid. e
Fides inchoata eſt donum Dei. 239.1.d
Fidei certitudo excedit certitudinem naturalem. ibid. e
per Fidem diuinam quid Catharinus intelligat. 247. 2.a.
quomodo Fides non poſſit reſolui in diſcurſum. 228.1.c
Fides quomodo ſit certior ſcientia. 310.2.b
ex vno Fidei articulo concluditur alius materialiter. 211.2.c
circa vnum fidei articulum poſſunt eſſe duo aſſenſus. ibid.d
Fidei obſcuritas quomodo ſtare poſſit cum euidentia naturali. 214.1.b

Fides Catholica.

Fides Catholica quæ ſit. 227.1.a
alia definitio verior. ibid.
Fides particularis quæ ſit. ibid. b
Fides Catholica quæ differat à particulari. 227. 1. c d e
Fides Catholica & priuilegiata, & explicata, diuerſis vtuntur diſcurſibus. 227.2.b

Fides acquiſita.

Fides acquiſita concurrit ad aſſenſum fidei, vt conditio. 235.1.e & 2,a
Fides acquiſita eſt diuerſæ ſpeciei ab infuſa. 239.2.e & 240.1.a

Fides infuſa.

actus volendi credere Fide diuina, eſt ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam. 242.1.b
quomodo voluntas concurrit ad Fidem infuſam. *Vide verbo* Voluntas actus.
quando concluſio Theologica ſit de Fide, ſaltem ex parte obiecti ex ſuppoſitione, & quando ſit de fide, vt explicata, *Vide verb.* Concluſio Theologica, vt deducta. & vt explicata.
Fidei obiectum quotupliciter neceſſarium. *Vide verb.* Obiectum.
propoſitiones de Fide ſunt in triplici differentia, quædam de fide catholica, quæ expreſsè ſunt definitæ, quædam ſunt concluſiones Theologicæ vt explicatæ, quædam reuelatæ particulari perſonæ. 226. 2.d, e
Fidei particulari qui diſcredit, eſt infidelis, 227. 1. d.
Fides non reſoluitur in diſcurſum tamquam rationem formalem. 228.1.e
Fides infuſa non inclinat neceſſariò ad obiecta de fide. 229.1.c
Fides reſoluitur ad veritatem tamquam ad rationẽ formalem quo ad reuelationem, vt ſub quà; ad fidem acquiſitam, vt conditionem; in Eccleſiam, vt rationem formalem qua in proponendo; in habitum, vt cauſam efficientem. 228.2.c, d, e

Fidei actus.

Fidei infuſæ actus qualis eſt neceſſarius ad ſalutem, & ſecundum ſubſtantiam eſt ſupernaturalis. 239.1. b.
Fidei infuſæ actus eſt certior non ſolùm ſecundum ſe, ſed etiam ſecundum nos, quacumque ſcientia naturali. ibid.
Fidei actus eſt ſupernaturalis non ſolùm quo ad modum, ſed etiam quo ad ſubſtantiam. 239. 2.c

Fidei certitudo.

Fidei certitudo maior eſt certitudine fidei. 215.1. b

quæ ſunt Fidei, ſunt in duplici differentia, & qualis illa ſit. 217.2.c
Fide diuina credendum quidquid reuelatum eſſe à Deo ſcitur. 212.2.e
Fidei cognitio eſt abſtractiua & obſcura. 227.2.d
Fidei Chriſtianæ veritas reſolui videtur. 228.1.b
ad Fidei reſolutionem, an, & quomodo concurrat diſcurſus. 229.1.a

Fidei obiectum.

Fidei obiectum aliud materiale, aliud formale. 238.1.e
Fidei obiecta fiunt præſentia dupliciter, per viſum & auditum. 229.1.b
Fidei aſſenſus eſt formaliter per ſimplicem adhæſionem. 229.2.a

Fidelis.

Fidelis quando de ſuo actu certitudinem diuinam habere poteſt. 214.2.e
Fidelis non aſſentitur propoſitioni à Deo reuelatæ per diſcurſum, ſed per ſimplicem adhæſionem. 228.2.d

Figura ſyllogiſmi.

quomodo ſequatur concluſio in prima, ſecunda, & tertia figura ex varia mixtione præmiſſarũ tam in ſyllogiſmo naturali quàm Theologico. *Vide verb.* Concluſio. *& verb.* Concluſio Thelogica, vt deducta.

Filius Dei.

Filius Dei verus eſt Deus, cùm omnia creauerit. 126.1.a
Filius æquale non poteſt reddere Patri. 134.1.c
Filius non poteſt ſatisfacere iuri paterno per exhibitionem reuerentiæ. 143.1.a
Vide plura in verbo Chriſtus.

Finis.

Cauſa Finalis eſt magis appetibilis quàm medium. 314.1.e
Finis ſemper eſt prior natura medio, nõ tamen ſemper prior ratione, & appetibilitate. 315.1.a
an Finis ſemper ſit prior, & per ſe ſimpliciter, & magis appetibilis quàm ſit medium. ibid. a, b
Finis eſt prior ſuo medio in aliquo priori natura. ibid.
quando Finis dependens eſt à medio ſecundum eſſe. 315.2.b
Finis vltimus in ſua ſerie quiſnam ſit. 316.1.d
Finis & medium ſunt ſeipſis priora in diuerſo genere cauſæ. 331.2.a

Forma argumentandi.

differentia inter formam argumentandi à ſenſu diſtributiuo ad copulatum, & inter formam argumentandi à ſenſu diuiſo ad ſenſum cõpoſitum, & à toto diſiuncto ad partem diſiuncti, & à diſtributiuo ad collectiuum. 283.1.a & ſeq.
quomodo valeat conſequentia Formæ. *Vide verb.* Diſtributiuum.

Forma ſubſtantialis.

Forma ſubſtantialis non poteſt eſſe terminus intrinſecus alterationis. 160.1.b
Forma ſubſtantialis continetur in cauſa principali, vt quod, in accidenti, vt quo. 166.1.e. & 2.a
Forma argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum quæ ſit. 289.1.e
Forma argumentandi tam in contingentibus, quàm in fortuitis,

Digitized by Google

in fortunis, eſt à ſenſu diuiſo ad compoſitum. 288.2.d, e
Forma argumentandi à diſtributiuo ad copulatum. 283.1.b
Forma argumentandi à ſenſu diuiſo ad ſenſum cõpoſitum. 283.2.a
Forma argumentandi à toto diſiunctó ad partem diſiuncti. 284.1.b
Forma argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum differt à præcedentibus. ibid.d
Forma cœli cur à ſolo Deo creata ſit. 51.2.a
Formæ conſequentes locum, an ſint vbicumque eſt anima. 97.1.c
Formas conſequentes locum non replicari probabilius eſt. 97.1.d,e

Formalis cauſa.

Forma an communicet ſeipſam ſecundum ſe totam ſubiecto. 120.1.d
Formalis cauſa eſt nobilior ſuo effectu. 322.1.a,b

Forſitan.

Forſitan non ſemper ſignificat dubitationem. 277.2.c

Fortuita.

Fortuita habent determinationem in cauſa. 288.1.d
Fortuita habent determinationem in cauſſa. 289 1.a
Fortuita quæ ſint iterum, & meliùs. ibid.c
Fortuna quomodo quid homini dicatur euenire. 69.1.a
Fortuitæ res, ſicut nec liberæ, non habent cauſam determinatam. 284.2.c
Fortuita nullam habere determinationem, falſum. 285.1.c
Fortuita quæ ſint. 288.2.d

Fundamentum.

Fundamentum ſyllogiſmorum quodnam ſit 344.2.c

Futurum contingens.

propoſitio de Futuro contingenti quando in illa totum complexum accipitur diſiunctim eſt vera, vel falſa determinatè. 248.1.a
in propoſitione de Futuro contingenti attenditur duplex ſignificatum primarium, quod enunciatur in actu ſignato, & eſt ipſa res futura, & ſecundarium, quod enunciatur in actu exercito, & eſt determinatio in cauſa. 249.2.c
propoſitio de Futuro contingenti ſingulari æquè ad vtrumlibet eſt diſtinctè vera, vel falſa quoad primarium ſignificatum. 250.1.e
Futurum contingens ſuam veritatem ſumit à re præſenti. 253.1.c,d
propoſitio de effectu ſingulari Futuro contingenti à cauſa magis propenſa ad vnam partem eſt determinatè vera, etiam quoad ſecundarium ſignificatum. 254.2.e, & ſeq.
propoſitio de Futuro contingenti vniuerſali quantùm ad ſecundarium ſignificatum ſemper eſt falſa, quantùm ad primarium eſt vera, vel falſa determinatè. 254.1.b
particularis vagè de Futuro contingenti quoad ſecundarium ſignificatum ſemper vera, quoad primarium vera, vel falſa determinatè. ibid.

Futurum contingens ſub conditione.

propoſitio de Futuro contingenti ſub conditione ſiue condirione cauſali ſiue ſigni, ſiue merè cauſali eſt vera, vel falſa determinatè quo ad primariam ſignificationem. 255.1.e, & 2.a
propoſitio de Futuro contingenti conditione diſparata ſemper eſt falſa quo ad primariam ſignificationem. 257.1.a,b
propoſitio de Futuro contingenti ſub condirione cauſali quo ad ſecundarium ſignificatum eſt determinatè vera, merè autem conditionalis neque vera, neque falſa, diſparata verò ſemper falſa. 258.1.a
Futurum contingens ſub conditione cognoſcitur à Deo, dummodo conditio non ſit diſparata. 275.1.b, c
quomodo Futurum contingens abſolutum, vel conditionatum cognoſcatur à Deo. *Vide verb.* Dei ſcientia.
Futura contingentia ſunt in triplici differentia. 68.1.d
Futura contingentia, quæ pendent à cauſa naturali poſſunt cognoſci ab intellectu creato non tamen infallibiliter, vt ſunt impedibilia à Deo. ibidem.
Futura contingentia libera, quæ dependent à cauſa creata libera non poſſunt cognoſci ab Angelo, neque in cauſa, neque per ſpeciem. ibid.
Futurum ſub conditione nullam habet determinationem. 254.2.a
Futurum contingens non ideo eſt futurum, quia ſcitur à Deo. 262.1.d
Futurum contingens poſſibile non poteſt habere entitatem determinatam. 274.2.a
Futurum contingens. *Vide in verb.* Contingens.
Futurum quod non eſt, præſciri non poteſt. 278 1.d
Futura quomodo cognoſcantur à Deo in ſuo decreto. 266.1.e
Futura contingentia non ſunt præſentia æternitati Dei ſecundum realem coëxiſtentiam. 267.1.d
coëxiſtentia realis quid ſit. 267.2.a

G

Generatio.

Generatio eſt mutatio inſtantanea. 104 1.c

Gloriæ lumen.

Gloriæ lumen agit vt inſtrumentum actus puri. 4 2.b
Gloriæ lumen an ſit neceſſarium ad videndum Deum intuitiuè. 19.2.a
eſt neceſſariò dandum. 21.1.c
Gloriæ lumen eleuat intellectum ad viſionem beatificam. 21.2.a
Gloriæ lumen quid ſit. 21.2.d
Gloriæ lumen non eſt neceſſarium ponere per modum habitus. 22.1.d
Gloriæ lumen vtrum detur in intellectu Beati. 21.1.d

Gradus.

Gradus metaphyſici quomodo diſtinguantur. 343.2.c
cur non diſtinguantur à natura, cuius ſunt gradus. ibid. d

Digitized by Google

Gratia.

myſteria Gratiæ aliqua ſunt realitates, aliqua modi. 75. 1. c

Gratia iuſtificans eſt nouum beneficium præter contritionem. 153.b.c

Gratia habitualis non dicitur per ſe concurrere ad actum niſi quando influit in illum imperando. ibid.

Gratia diuina.

Gratia diuina ad videndum Deum non ſufficit per ſublationem tantùm impedimenti, ſed requiritur ad eleuandum intellectum contra Durand. 21.1.a

Gratia fuit data Adamo independenter à peccato. 326. 2. a

Gratia Dei neceſſaria vt ſimpliciter credamus. 239. 2. d, e

Gratia non poteſt cadere ſub meritum. 298.1.d

Gratia iuſtificans.

nemo poteſt eſſe certus fide diuina ſe eſſe in Gratia iuſtificante. 243.2. a

quare voluit Deus ſanctos habere timorem de propria Gratia. 245.2.d

Gratia iuſtificans non ſe totam communicat actui, & quomodo concurrat ad meritum. 146.1.b,c

Gratia ſanctificans eſt intrinſecè ſupernaturalis. 76. 1. e

Gratia eſt ſupernaturalis intrinſecè. ibid. e

Gratia vnionis non eſt ſatisfactio. 142.1.d

vtrum Gratia, ſeu quæcumque alia qualitas permanens poſſit produci à Deo immediatè ante inſtās ſignatum A. 174.2.c

Gratia conſeruatur, ſed non propriè fit. 175.1.b,c

an Gratia educatur de potentia obedientiali ſubiecti. 179.2.b

Gratia non poteſt educi ex potentia naturali animæ. ibid. c

Gratia educitur ex potentia obedientiali animæ. ibid. d

Gratiæ efficacis poſitio non tollit libertatem. 303. 1. a

Gratiæ myſteria ſunt immenſa potentialitati. 27. 1. e

ſunt in eodē Gradu ſupernaturali, in quo eſt Deus. 27. 2. a

Gratiam concreari quid eſt. 280.1.d

Gratiam creari quomodo dixerint veteres. 280. 2. b

Gratitudo.

Gratitudinis titulo debet reddi æquale quando poteſt. 138.1.a

titulo Gratitudinis non debet reddi æquale. ibid.

H

Habitus.

HAbitus ſupernaturalis vtrum concurrat vt inſtrumentum, vel vt cauſa principalis ad productionem actus ſupernaturalis. 193. 1. c, d

Hæreſes.

Hæreſes fundātur in malo intellectu Scripturarum. 237. 1. b

Hæreticus.

Hæreticus præſupponitur qui negat concluſionem Theologicam. 213.1.a

Hæreticus non credit fide infuſa, nec propter veritatem primam articulos veros. 240.2.a

Hæretici credunt articulos fidei per motiuum humanum. 241.1.a

Hæreticorum opinio, qua credunt quemlibet teneri credere ſe eſſe in gratia. 243.1.e

Hæreticorum pueri, & ruſtici, quomodo excuſari poſſint, vel non, quòd parentibus vel aliis aſſentiantur. 236. 2.a

Hierarchiæ Angelorum.

Hierarchiæ Angelorum plures dari poſſunt quàm tres. 57.1.e

Homo.

Homo intentus ſpeculationi cur non videat. 163. 1. c

Homo non niſi volens credere poteſt. 229.1.c

Homo cæterorum animalium eſt exemplar. 124. 2. d

Homo ſine gratia iuſtificante diu perſeuerare non poteſt, quin incidat in mortale aliquod. 293. 1. a

Homo quando tenetur ſe ponere in gratia. 296. 1. e

Homo per peccatum originale nihil amiſit ex naturalibus. 301.1.b,& 2.a

Homo eſt ordinatus ad finem ſupernaturalem etiam in ſtatu naturæ lapſæ, 301. 2.c

Homo eſt ſuarum actionum principium & Dominus. 303.2.a,b

Homo diſtinguitur à brutis, quia habet liberum arbitrium. 335.1.d

Homo quàm ſit mutabilis. 335.2.c

Hominem non poſſe diu rectè agere, ſententia eſt Ariſtot. 286.2.a,b

Hominem Deus non obligauit ad faciendum actum bonum, vt diſpoſitionem ad gratiam. 296.1.b

Homogenea.

quare in Homogeneis pars accipit denominationem totius, & non in heterogeneis. 95.1.d.

Honor.

Honor qui fit à Rege eſt maioris exiſtimationis, quàm qui fit à priuata perſona. 145.1.e

Humanus intellectus.

Vide Intellectus Humanus.

Humanitas Chriſti.

Humanitas Chriſti non poteſt eſſe inſtrumentum Dei. 134.2.a

vtrum Humanitas Chriſti, tamquam inſtrumentum coniunctum Verbi, concurrerit ad omnia opera miraculoſa. 186.1.b,c,d

cur Humanitas Chriſti in loco diſtanti operari poterat. 186.2. b,c

Humanitas Chriſti fuit inſtrumentum phyſicum per potentiam obedientialem. ibid.d

Humanitas Chriſti *Vide verbo.* Chriſti Humanitas.

I

Idea.

IDea eſt ipſa eſſentia diuina quatenus eſt repræſentatiua. 266.2.e

Idea

Digitized by Google

Idea eſt ipſa natura diuina, vt imitabilis à creatura. 317. 1. a
Idea non eſt ſimpliciter nobilior ideato, ſi eſt conceptus obiectiuus, poteſt tamen aliquo modo dici nobilior. 318. 1. e
Idea an ſit conceptus obiectiuus, vel formalis tam in rebus creatis quàm in Deo. 317. 1. b
Ideam qui negant eſſe in Deo. 317. 1. e
Idealis cauſa quid ſit. 317. 1. a
Idealis cauſa eſt conceptus obiectiuus. ibid. e
Ideatum eſt nobilius ſua idea. 313. 1. e

Identitas.

ex Identitate extremorum in tertio ſecundum rem quomodo ſequatur identitas extremorum inter ſe in humanis, & diuinis. 347. 1. a
ex Identitate extremorum in tertio quomodo ſequatur identitas extremorum ſecundum prædicationem in materia ſyllogiſmorum. 241. 1. a
Identificatio cum tertio non tollit oppoſitionem extremorum. 343. 1. e
extrema quæ identificantur cum tertio in rebus creatis non poſſunt eſſe realitates. 343. 2. a
quomodo ſuppoſita Identitate perſonæ diuinæ realiter inter ſe diſtinguantur. 342. 2. b

Identificatio.

in rebus creatis numquam extrema quæ Identificantur cum tertio, ſunt realitates. 343. 2. a
Identificatio extremorum non tollit oppoſitionem eorumdem inter ſe. 343. 1. d
Identificatio cum tertio non tollit oppoſitionem quam habent extrema inter ſe. ibid. e
Identificatio cum tertio non tollit oppoſitionem extremorum inter ſe. 347. 2. d
Inter relationes & eſſentiam diuinam non eſt omnimoda Identitas. 351. 1. d, e
Identitas omnimoda triplex. ibid. e

Ineffabilitas.

Ineffabilitas ſanctiſſimæ Trinitatis myſterij in quo conſiſtat. 344. 1. d

Ignis.

Ignis inferni ſeu Purgatorij tamquam inſtrumentum Dei torquet ſpiritus & animas eo modo, quo torquetur anima coniuncta ex combuſtione corporis. 188. 2. e, & 189. 1. b
Ignis inferni cruciat variis modis ſpiritus & animas. 188. 2. a
Ignis inferni eſt corporeus. 189. 2. a
Ignis pœna cur dicatur. ibid. b
Ignis Purgatorij excedit omnes pœnas quas aliquis in hac vita eſt paſſus. 190. 2. c
Ignis de facto torquet dæmones phyſicè, vt inſtrumentum Dei. 191. 1. a
Igni damnatorum opponitur regnum Beatorum. ibid. c, d
Ignis de facto concurrit ad pœnas damnatorum ſecundum potentiam obedientialem. 191. 2. a
Ignis inferni tamquam inſtrumentum Dei, an torqueat dæmones, & animas damnatorum. 187. 1. b
Igni ad torquendum dæmones vera datur efficientia. 187. 2. c

Imaginatio.

abſque Imaginabili non poteſt fieri tranſitus à ſenſibili ad intelligibile. 48. 1. a

Immerſio.

Immerſio Angeli in potentialitate eſt radix, quòd omnis actio ipſius, ſiue immanens, ſiue tranſiens, ſit immerſa ſubiecto. 131. 1. a

Immortalitas, & Immaterialitas.

Vide in verb. Anima rationabilis.

Immutabilitas.

Immutabilitas eſt negatio mutationis in re. 217. 2. d

Impeccabilitas Chriſti.

Chriſtus ex vi vnionis ad hoc vt ſaluetur impeccabilitas phyſica, dicebat ordinem intrinſecum ad viſionem beatificam, per quam poteſt ſaluari libertas, quamuis de facto poterat, vt purus viator, regi per ſcientiam conditionatam. 309. 2. d, e,
Deus tenebatur dare Chriſto medium, per quod Chriſtus infallibiliter non peccaret. 310. 1. a
Impeccabilitas in Chriſto non poteſt ſaluari per neceſſitatem moralem alicuius medij determinati ſine præſcientia ſuppoſito præcepto, quo ad omnes circumſtantias. 308. 1. a
Impeccabilitas in Chiſto vi vnionis eſt phyſica. 308. 2. a
Impeccabilitas cum libertate conciliatur. 311. 1. d
Impenetrabilitatem quomodo Deus non concedat. 280. 2. d.

Imperfectum.

Imperfectnm refugit natura. 87. 1. b

Impoſſibile.

Impoſſibile concluditur aliquando ex poſſibili. 208. 1. c
quando ex Impoſſibili ſequitur neceſſarium. 205. 1. c.
Impoſſibile eſt, vt res ſit permanens, & duratio ſucceſſiua. 121. 2. a
ex Impoſſibili an ſequatur neceſſarium. 205. 1. c
ex Impoſſibili non ſequitur concluſio fortior ſuo antecedenti. 206. 2. a, b

Impotentia.

ad Impotentiam phyſicam non deuenitur ex ſucceſſiua reſiſtentia. 298. 2. b
Impotentia ad reliquem actum determinatum eſt duplex. 289. 2. a
Impotentia moralis cur excuſet à culpa. ibid. d
Impotentia eſt in peccatore ad cauendum diu nouum mortale. 293. 1. a
redditur ratio huius. 299. 2. e
Impotentia hæc vnde oriatur in peccatore. 300. 1. b
differentia inter Impotentiam phyſicam, & moralem, quæ eſt in toto collectiue. 286. 1. b, c

Improportio.

Improportio inter duo extrema eſt vna ex tribus modis, vel quando vnum eſt finitum, & alterum infinitum, vel quando vtrumque eſt finitum, ſed alterum poſitiuum, alterum negatiuum, vel tertio quando vtrumque eſt finitum, & poſitiuum, ſed vnum inferioris ordinis, alterum ſuperioris. 6. 2. c
Improportio extrema finita quorum vnum eſt inferioris ordinis, alterum ſuperioris, eſt maior quàm improportio eiuſdem ordinis quorum vnum eſt finitum, alterum infinitum. 7. 1. c
Improportio inter virtutem producentem ex aliqua ... potentia,

potentia, & ex nulla potentia eſt ex eo, quia vna eſt inferioris ordinis, altera ſuperioris. ibid. 7.2.b, & 8.1.c.
Improportio inter Ens, & nihil, quænam ſit. *Vide verb.* Nihil.
ex Improportione extremorum inter ſe ſequitur Improportio virtutum agentium ſuper illa extrema. 8.1.d.
virtus infinita in inferiori ordine non poteſt eſſe proportionata obiecto diminuto vſque ad non gradum ſuum intrinſecè. 8.2.a.
virtus agens ſuperioris ordinis etiam finita eſt proportionata obiecto diminuto in infinitum vſque ad non gradum ſuum intrinſecè. 9.1.c.
Improportionis genus duplex. 6.2.c.
ex Improportione primorum extremorum inter ſe, vtrum ſequatur improportio ſecundorum extremorum. 6.2.e.

Incarnatio.

Incarnatio Verbi. *Vide verb.* Chriſti Incarnatio.
Incarnatio Patris poteſt dupliciter conſiderari. 149.2.b.
Incarnationis cauſa finalis, eſt, remedium peccati. 327.1.b.
Incarnationis Verbi cauſa non fuit exaltatio naturæ humanæ Chriſti. 327.1.e.
Incarnatio fuit ordinata, ad remedium peccati, & remedium peccati ad exaltationẽ peccati. 332.1.d.
Incarnationis myſterium fuit reuelatum Adamo, ſed non cauſa illius. 333.1.d.

Incertitudo.

Incertitudo de propria gratia. *Vide verb.* Gratia.

Inclinatio.

Inclinatio duplex vna ad actum primum, alia ad actum ſecundum. 87.2.a.b.
Inclinatio naturalis duplex. 87.2.b.
Inclinatio duplex ad materiam. ibid.

Incommunicabilis.

Communicari, & non communicari in diuinis non ſunt contradictoria, quia ſunt reſpectu diuerſorum. 350.1.e.
Incommunicabile negat omnem modum communicabilitatis, quia eſt negatio. ibid.

Incomprehenſibilitas.

Incomprehenſibilitas Dei. 28.1.d.e. & ſeq.

Indiuiſibile.

Indiuiſibilia ſunt imperfectiora ſuis terminatis. 160.1.c.d.

Infinitas Dei.

Infinitas Dei ſecundum gradus virtuales excedit infinitatem cuiuſlibet virtutis creatæ. 21.2.b
Infinitas triplex in viſione. 32.2.b

Infinitum.

Infinitum repugnat tantùm in partibus quantitatiuis, quarum vna eſt extra aliam. 93.1.c.
quod eſt in Infinitum ſyncategorematicum à parte rei, vel partium continui, vel creaturarum eſt adhuc etiam prout eſt in intellectu diuino totum ſimul infinitum ſyncategorematicum, quia remaneret potentialis ex parte obiecti. 291.1.a.b.
ſi per impoſſibile omnia futura eſſent ſimul actu, eſſent Infinita ſua categorematicè, quia non tollitur potentialitas ex parte obiecti. 291.2.b.
quomodo valeat modus argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum in materia Infinita ſyncategorematicè. 290.1.a.
quomodo valeat in materia Infinita categorematicè. 290.2.d.
Infinitum non repugnat niſi in quantitate. 93.1.c.
Infinitum ſyncategorematicum quidnam ſit. 291.1.c.
Infiniti definitio ex Ariſt. quomodo ſit intelligenda. 150.2.d.
in Infinito ſyncategorematico cognito à Deo non valet conſequẽtia à diſtributiuo ad collectiuum, ſoluitur obiecto in oppoſitum. 290.1.e.& 2.a.
in Infinito ſyncategorematico, cùm totum collectiuum ſumitur ſecundum partes ſignatas tantùm, tunc poteſt argui à diſtributiuo ad collectiuum. 290.2.a,b

Iniuria.

Iniuria. *Vide verb.* Offenſa.
Iniuria Deo facta quando non ſit infinita. 137.1.a

Inſtans.

Inſtans commenſuratur motui Angelico toti ſimul, & diſtinguitur à tempore noſtro, & ab inſtanti ipſius. 119.1.d
Inſtans Angelicum, ſeu permanens poteſt dici maius, & minus, & in actu, & potentia per coëxiſtentiam ad tempus noſtrum. 121.2.d
Inſtãs temporis diſcreti immediatè ſuccedens alteri inſtanti poteſt adæquatè correſpondere tempori noſtro. 122.1.b
Inſtans non eſt pars temporis. 113.2.b
Inſtans Angelicum, quo menſuratur motus, qui fit ab Angelo totus ſimul, an diſtinguatur à tempore noſtro, & inſtanti ipſius. 118.1.e.119.1.d
Inſtans aliquod aſſignari debet, quod diuidat eſſe à non eſſe. 177.1.b
Inſtantia in diuinis decretis qui admittunt. 271.1.a, b
Inſtantia in quo ſenſu quidam admittat. ibid.b
Inſtantia in Deo collocandi modus arguitur. ibid. d
Inſtantia quatuor in Deo, in quibus Deus futura ordinauit. 333.1.e

Inſtrumentum.

Inſtrumentum connaturale ad videndum Deum non poteſt eſſe ſubſtantia ſupernaturalis. 27.1.a
quod genus perfectionis diuinæ poteſt communicari Inſtrumentaliter creaturæ. 24.1.e,& 2.a
Inſtrumentum concurrit actiuè ad productionem effectus vltimati principalis agentis. 158.1.b
Inſtrumentum naturale concurrit totaliter ad productionem formæ ſubſtantialis. 160.2.b
Inſtrumentum quod eſt qualitas naturalis concurrit ad agendum, vt eſt in paſſo, & non vt eſt in agente. 163.1.d.
Inſtrumentum. *Vide plura verb.* Potentia obedientialis. *Verbo,* Accidens. *& Verbo,* Semen. *& Verbo,* Animal. *& Verb.* Forma ſubſtantialis.
Inſtrumentum debet aliquid conferre ſecundum propriam virtutem ad effectum principalem. 168.1.a.
non eſt neceſſe, vt ſemper conferat per actionem diſtinctam ab actione qua attingitur effectus principalis, quando talis effectus non eſt forma habens contrarietatem. ibid.
explicatur circa hoc S. Thom. in prima part. quæſt. 45. vbi videtur oppoſitum. ibid. 2.a.

Digitized by Google

Inſtrumentum ad creandum non poteſt dari. 169. 1. a
Inſtrumentum aliquid conferre debet ad effectum principalem. ibid.b
Inſtrumentum naturale cur dicatur inſtrumentum principalis agentis. 168.1.c
Inſtrumentum an poſſit attingere effectum ſupra ſuam naturam. 128.2.a
Inſtrumentum agit in virtute ſui principalis, hoc quomodo ſit intelligendum. 157.1.d.
res creata poteſt concurrere, vt Inſtrumentum ad creandum. 182.1.c,& 2.a
Inſtrumentum ſupernaturale poteſt eſſe qualitas ſupernaturalis, quæ in ſubiecto corporeo poteſt eſſe corporalis,& ſpiritualis. 183.1.b
an in Inſtrumento requiratur actio præuia. 183. 2. a

Intellectus.

non datur vnus Intellectus aſſiſtens contra Auerroëm. 97.2.b.c

Intellectus Angelicus.

Intellectus Angelicus non poteſt propria virtute videre Deum intuitiuè. 18.2.c.d

Intellectus creatus.

Intellectus creatus non per accidens ratione impedimenti,ſed per ſe non poteſt videre Deum contra Durand. 21.1.a.b
Intellectus creatus etiam infinitus non poteſt videre Deum viribus naturæ. 24.1.a

Intellectus humanus.

Intellectus humanus vt vnitus non poteſt propria virtute videre Deum. 15.1.a
Intellectus humanus dupliciter pro hoc ſtatu dependet à corpore obiectiuè. 16.1.b
Intellectus humanus ſeparatus non poteſt videre Deum intuitiuè. 16.2.c.& 19.a
Intellectus humanus vtrum pro hoc ſtatu vnionis cum corpore, poſſit ſua propria virtute videre Deum in ſe ipſo intuitiuè. 15.1.a
Intellectus humanus ſeparatus,vel Angelicus,vtrum poſſit propria virtute videre Deum in ſe ipſo intuitiuè. 16.2.c
Intellectus ita ſe habet ad intelligibile, vt viſus ad viſibile. 16.2.c.d
Intellectus creatus,etiamſi eſſet infinitus non poſſet videre Deum in ſeipſo. 17.2.b
Intellectus creatus eſt participatio diuini intellectus. 24.2.d
Intellectus agens quare denegetur Angelo. 47.1.a
vtrum nullus Intellectus poſſit eleuari ad tantum lumen gloriæ,vt Deum comprehendat. 28.1.a
Intellectus Angelicus vtrum habeat ſpecies rerum ſingularium materialium congenitas initio ſuæ creationis. 50. 1. c
vtrum Intellectus Angelicus,quò perfectior, eò intelligat obiecta per pauciores & vniuerſaliores ſpecies. 54.2.d
Intellectus humanus diiudicat obiectum ſupra naturam ſpeciei receptæ: cognoſcit enim ſubſtantiam,& Deum terminatiuè. 81.1.d
Intellectus eſt immaterialis. quia diiudicat de ſubſtantia materiali,& immateriali,quæ non repræſentatur per ſpeciem receptam. 83.2.c
Intellectus agens non eſt Deus, vt vult Alexander, neque de eo locus Ariſtol. intelligitur. 90.1.c
Intellectus ſecundum Ariſtot. non dependet à corpore. 91.1.c
Intellectus noſter eſt ſicut tabula raſa. 98.1.b
an detur vnus Intellectus aſſiſtens. 97. 2.a
Intellectus quomodo pertranſeat medium interiacens. 98.1.b
Intellectus conditiones diſparatas apprehendens tripliciter ſe habere poteſt. 257. 2.b
Intellectus diuinus omnem veritatem quæ eſt in eſſentia diuina intelligit. 353.1.c
Intellectus noſter poteſt intelligere attributa eſſentialia, ſine perſonalibus. 356.1.a
Intellectum noſtrum non contingit circa ſimplicem ſubſtantiam decipi. 34.2.c
ſublato ab Intellectu modo cognoſcendi Deum per medium creatum priùs cognitum, vtrum adhuc talis intellectus non poſſit propria virtute videre Deum in ſeipſo intuitiuè. 19.1.a
ab Intellectu diuino accipiuntur omnes partes per cognitionem. 290.1. c

Intelligentia.

Intelligentia per motum non tribuit virtutem cœlo. 162.1.d
Intelligentiæ ſunt obiectum terminatiuum intellectus humani. 94. 2.b
ad intelligibile non poteſt fieri tranſitus à ſenſibili exteriori,niſi per imaginabile. 48.1.a

Intenſio.

Intenſio in cognitione eſt in ordine ad idem obiectum materiale,& formale. 11.1.c.d

Intenſiua cognitio.

Intenſiua cognitio omnium creaturarum in verbo non eſt comprehenſio. 36.2. e
Intenſiua cognitio creaturarum in verbo ſecundum omnes modos poſſibiles quos Deus poteſt operari in creatura eſt comprehenſio. 28.2.a

Intenſiua cognitio in Deo.

non repugnat per eundem gradum indiuiſilem Intenſionis in viſione, qua videtur Deus, videri omnes creaturas. 38. 1.c

Intermedia.

Intermedia an habeant veram rationem finis. 316. 1. c

Ionas.

Ionas enuncians excidium Niniuæ dubitabat, quia fuit illi reuelatum tantùm in cauſa naturali, quæ poterat impediri à Deo. 281.1.c
Ionas enuncians excidium Niniuæ enunciabat illud quantùm ad ſecundarium ſignificatum tantum,quod erat determinatio in cauſa. ibid.

Iudei.

Iudæi non credunt niſi auctoritate humana. 240. 2. d

Iudicium practicum.

Iudicium practicum de credendo fide diuina eſt naturale ſecundum ſubſtantiam, & ſupernaturale ſecundum modum. 241.1.c
Iudicium practicum de credendo fide diuina duplex. ibid.
Iudicium practicum duplex, alterum ſupernaturale,alterum naturale. ibid.
Iudicium practicum obſcurum eſt gratia præueniens. ibid.d
Iudicium practicum quid ſit. ibid.
Iudicium practicum quod innititur motiuis humanis,eſt naturale. ibid.e
Iudicium practicum fundatum in motiuis humanis eſt ſupernaturale ſecundum modum. ibid. 2.b.
Iudicium practicum eſt imperfectum in homine. 335.1.a.
quale Iudicium habere quis debeat antequàm credat. 235.1,c
Iudicium practicum duplex, alterum naturale ſecundum

cundum ſubſtantiam, alterum ſecundum ſubſtantiam ſupernaturale. 237.1.d.
Iudicium practicum,& voluntas, debent eſſe proportionata. 240.1.c.d
præter Iudicium practicum,datur iudicium ſupernaturale. 240.2.b
Iudicio humano falſum ſubeſſe poteſt. 244.1.c

Iuramentum,& Iurare.

ad Iuramentum ſufficit certitudo moralis. 244.2.b.
Iurare non poſſumus, nos eſſe liberos à peccato de quo nos pœnituit. 244.1.d

Iuſtus.

Iuſtus abſque ſpeciali priuilegio non poteſt diu cauere à veniali. 302.2.b
vtrum non poſſit Iuſtus abſque ſpeciali priuilegio diu cauere à peccato veniali, & tamen cùm peccat,liberè peccat. 302.2.a
Iuſtus quam certitudinem ſuæ ſalutis non habeat. 244.2.a

Iuſtificatio.

Iuſtificatio eſt tranſlatio à ſtatu peccati ad ſtatum gratiæ. 152.2.b.c
Iuſtificatio eſt vna mutatio. 155.2.c
Iuſtificatio quid ſit, ex Concilio Trident. 152 1.b
Iuſtificatum ſe eſſe nemo poteſt credere. 246.1.c

Iuſtitia.

Iuſtitia quo modo dicatur habere medium rei. 134 1. b
Iuſtitia eſt ad alterum. 140.1.c
Iuſtitia non poteſt eſſe inter patrem & filium. 144. 2. a
quando poſſit eſſe. ibid.b

Iuuenis.

Iuuenis ſi oculum ſenis haberet, videret vt ſenex. 2.2. b

L

Libertas.

Libertas vtrum tollatur per præſcientiam Dei. 260.2.c
Libertas à neceſſitate quid ſit. 305.1.b
Libertas circumſtantiæ actus numerici non redundat in ſubſtantiam actus. 307.1.b
Libertas motiui non redundat in ſubſtantiam actus qui ſit neceſſariò. ibid.c.
Libertas an ſaluari poſſit in circumſtantia temporis,ſi eſt neceſſitas phyſica ad ſubſtantiam actûs. 307.2.a
Libertatis hoc genus non confert ad meritum. ibid.c
Libertas in homine an ſit perfectio. 335.2.a
Libertas in Deo oritur ex imperfectione obiecti. ibid.
Libertas requiritur ad peccandum. 294.1.c
Libertatem non tollit neceſſitas conſequentiæ, 261 1.d
Libertatem non tollit poſitio gratiæ efficacis. 303. 1.a

Liberum arbitrium.

Liberum arbitrium hominem diſtinguit à brutis. 335.1.d,c
Liberum arbitrium conciliatur cum neceſſitate peccandi venialiter. 303.2.d
Liberum eſſe eſt fundamentum ſatisfactionis & meriti. 143.2.b.

Lingua.

Linguæ ſunt plures in Angelis. 67.2.d

Loca Scripturæ.

Loca Scripturæ,quæ interpretari poſſunt de cognitione coniecturali. 276.1.b
Loca Scripturæ,quæ quamuis indicent certam ſcientiam, interpretari tamen poſſunt de effectu contingenti abſolutè futuro. ibid.c
Loca Scripturæ,quæ probant in Deo eſſe ſcientiam certam futurorum contingentium ſub conditione,quæ numquam futura ſunt. ibid.c
Loca Scripturæ, in quibus fit reuelatio certa de effectu contingenti abſolutè futuro. 276.2.c
Loca Scripturæ conciliata, quæ videntur inter ſe contraria. 332.1.b

Locus.

Locus Angeli,*vide verb.* Angeli locus.

Locutio.

Locutio. *vide* Angeli locutio.
Loquutio ſocietatem ſequitur. 64.1.c
Loquutio Angeli quid ſit. 64.2.a
Loquutio Angelorum fit per repræſentationem ad placitum. 66.2.c
Lucido viſo quare ſtatim non videtur obſcurum. 82.1.b

Lumen gloriæ.

Lumen gloriæ agit vt inſtrumentum actus puri. 4. 2. a
Lumen gloriæ an ſit neceſſarium ad videndum Deum intuitiuè. 14.2.a
vtrum Lumen gloriæ detur in intellectu Beati. 21. 1. c
Lumen gloriæ neceſſariò dandum. 21.1.c
Lumen gloriæ eleuat intellectum ad viſionem beatificam. 21.2.a
Lumen gloriæ quid ſit. 21.2.d
Lumen gloriæ non eſt neceſſarium ponere per modum habitus. 22.1.d
in Lumine gloriæ vnde ſumatur ratio ſupernaturalitatis. 24,1.d.e
poteſt dari Lumen gloriæ connaturale viſioni beatificæ,& non poteſt dari ſubſtantia ſupernaturalis. ibid.
per Lumen gloriæ etiam infinitum non poteſt comprehendi Deus.
datur Lumen gloriæ in intellectu Beati. 21.1.c.
Lumen gloriæ tamquam qualitas inhærens non eſt neceſſarium. 22.1.d.
oculus corporeus non poteſt eleuari ad videndum Deum. 22.2.c
potentia induta Lumine ſupernaturali, vel alio habitu ſupernaturali concurrit inſtrumentaliter ad obiectionem actus. 193.1.c.d
potentia induta Lumine gloriæ in genere cauſæ materialis & formalis,concurrit vt cauſa principalis,ſed eleuata. 193.2.c,d
Lumen diuinum fortius eſt quàm naturale. 215. 1. c.

M

Magiſtratus.

Magiſtratum percutiens plebeius, quo modo ſatisfaciet. 5.2.c.

Maior.

Maior quando eſt falſa in prima figura, minor vera, concluſio eſt falſa. 203.2.c.d
quando Maior eſt de fide,minor naturalis, non ſequitur concluſio de fide. 215.2.b
ſi Maior ſit naturalis,& minor de fide,concluſio eſt naturalis. ibid.c.

Malitia.

Malitia & bonitas moralis duplex,intrinſeca,& extrinſeca. 5.1.d,c
Malitia in actu eſt carentia bonitatis. 133.2.c

Maria

Digitized by Google

Maria Virgo.

Maria Virgo habuit priuilegium non incurrendi veniale. 302.2.d

Materia.

Materia in virtute continet formam materialem nobiliorem. 167.1.b

Materialis cauſa.

Materialis cauſa dupliciter poteſt conſiderari in ordine ad effectum. 322.1.c.d

Materialis cauſa eſt aliquo modo nobilior ſuo effectu, qui dependet ab ipſa. ibid.

Mathematica.

Mathematica demonſtratio non eſt quærenda in probanda animæ immortalitate. 88.2.d

Medium.

in Medio duplex bonitas reperitur, abſoluta & relatiua, ſed relatiua tantùm attenditur in medio, vt medium eſt. 314.1.b

Medium, vt medium, habet tantùm rationem vtilis. 314.2.a

Medium propinquius an habeat rationem finis reſpectu medij remoti. 316.1.c

Medium propinquius non habet rationem motionis, ſeu attractionis reſpectu medij remoti, ſed verè poteſt dici medium remotum eſſe propter medium propinquum. ibid.

quod ſit Medium participans, & quod non participans. 111.1.a

Memoria.

Memoria quid ſit. 84.2.a

Mendacium.

Mendacium eſt ita intrinſecè malum, vt Deus non poſſit mentiri, 336.2.a

Menſura.

in Menſura diuiſibili ſi poteſt aliqua virtus minor in aliquo tempore, maior poteſt facere in minori, 110.1.c

Menſura quædam eſt per accidens, quædam per ſe. 125.1.c.

Meritum.

Vide verb. Actus bonus.

in Merito quomodo perſonæ ratio attendatur. 6.1.a.

in Merito attenditur proportio quædam ad præmium; ſed non arithmetica. 150.2.b

Miraculum.

quando ad id quod proponitur via Miraculum, teneatur concurrere Deus, ne nos fallat. 319.1.d

Mixtio propoſitionum.

quando ex Mixtione vnius propoſitionis fortioris, cum alia debiliore, ſiue ſit mixtio euidentis cum probabili, ſiue de neceſſariò cum de ineſſe, ſiue vera cum falſa, &c. *Vide verb.* Concluſio.

in Mixtione de neceſſariò, & ineſſe, qualis ſequatur concluſio. 204.2.a,b

qualis item in Mixtione de vero cum falſo. ibid. c

Mobile.

Mobile in omni genere motus, quieſcens toto tempore vnius horæ, non oportet vt quieſcat vſque ad vltimum terminatiuum horæ. 113.2.a

Mobile corporeum quieſcens toto tempore vnius horæ, non poteſt in vltimo inſtanti terminatiuo illius aliter ſe habere, quando mutatio non eſt terminus alicuius motus præcedentis. ibid.

Mobile non poteſt eſſe partim in termino à quo, & partim in termino ad quem, ſi intelligatur de termino, quod eſt vbi intrinſecum. 117.1.a

ex quadruplici capite Mobile corporeum habet determinatam velocitatem in motu. 117.2.c

Mobile cùm impenetrabiliter extenſum mouetur ſuper plenum, duplex oritur reſiſtentia 10.2.c

primum Mobile eſt medium inter primum motorem, & hæc generabilia. 93.1.b

Mobile in tempore motus aliter ſe habet, & aliter. 112.2.d

Mobile ſi non habet partes, dicitur eſſe partim in termino à quo, partim in termino ad quem, quatenus continuò magis accedit ad terminum ad quem ſpatij. ibid.

Mobile indiuiſibile cùm eſt in ſpatio indiuiſibili, dicitur eſſe partim in termino à quo, partim in termino ad quem, quatenus minùs diſtat à termino ad quem, quàm anteà diſtabat. ibid.

Modus.

Modus argumentandi in infinito ſyncategorematico eſt à diſtributiuo ad copulatum. 290.1.a

Modus dependentiæ intellectus à corpore obiectiuè, duplex. 16.1.b

Modus naturalis ſpeculandi phantaſmata quis ſit. 16.1.d

Modus cognoſcendi Deum in Deo quis ſit. 24.2.b

Modus indiuiſibilis præſentiæ corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis, an ſit intrinſecè ſupernaturalis. 77.1.b

hic Modus an arguitiuè cognoſci poſſit. 77.2.c

Modus tendendi potentiæ ſequitur modum eſſendi eiuſdem. 132.1.b

Modus cognoſcendi.

Modus cognoſcendi per reflexionem arguit animæ immaterialitatem. 84.1.a

Modus cognoſcendi per abſtractionem arguit animæ immaterialitatem. 80.1.b,c

Modus diiudicandi perfectè obiectum ſupra naturam ſpeciei, arguit animæ immaterialitatem. 81.1.d

ex Modo cognoſcendi per phantaſma arguitur quòd anima ſit forma informans. 94.1.d

Modus cognoſcendi ſequitur per ſe modum eſſendi. 2.2.d

Modus cognoſcendi ſequitur modum eſſendi proportionatè. 2.2.c

Modus eſſendi obiecti duplex, genericus & ſpecificus: ita & modus cognoſcendi. 4.1.d

Modus cognoſcendi animæ rationalis pro hoc ſtatu eſt illi connaturalis. 5.1.b

Modus eſſendi.

Modus operandi ſequitur per ſe modum eſſendi. 1.1.a

Modus eſſendi duplex, genericus & ſpecificus. 192.1.c

Modus eſſendi in Deo qualis ſit. 192.2.a

Modus cognoſcendi duplex item. ibid.

Digitized by Google

Modus exiſtendi per ſe accidentium in Euchariſtia, an ſit intrinſecè ſupernaturalis. 78.1.b
an ſaltem arguitiuè cognoſci poſſit ab Angelo. ibidem.
Modus iſte ſi eſt dabilis, eſt ſupernaturalis. ibid.
Modus exiſtendi per ſe in accidenti non poteſt dari. 78.1.c

Modus operandi.

Modus operandi ſequitur modum eſſendi. 1
Modus operandi, vtrum ſequatur modum eſſendi, in operatione transeunti. 1.1.a
Modus cognoſcendi vtrum ſequatur modum eſſendi. 2.2.b
Modus operandi, in operatione morali, vtrum ſequatur modum eſſendi perſonæ ſatisfacientis & offendentis. 5.1.c
Vide plura in verb. Operandi modus.
Modus ſatisfaciendi ſequitur modum eſſendi perſonæ ſatisfacientis. 5.2.b
Modus immaterialis cur non affirmatur de re materiali cognita. 264.2.d
Modus cognoſcendi futura contingentia in Deo, vtrũ ſit in ipſa entitate futurorum, quam habitura ſunt in tempore. 265.1.a

Modus vnionis.

Modus vnionis humanitatis cum Verbo an ſit intrinſecè ſupernaturalis. 76.2.b
an ſaltem cognoſci poſſit ab Angelo per alienam ſpeciem. 76.2.c
Modus vnionis corporis cum anima eſt ineffabilis. 189.1.c
Modi entis ſunt entia incompleta; ens quod præſcindit, ens completum. 360.1.b
Modi rei non ſunt volitionis. 343.2.c

Monſtrum.

Monſtra à ſolo Deo cognoſcuntur. 69.1.b

Mora.

Mora neceſſaria vel libera in motu Angeli quid operentur. 123.2.c,d

Motor.

primus Motor in doctrina Ariſtotelis eſt incorporeus. 93.2.a
Motor primus non agit quantum poteſt, apud Ariſtotelem. 334.2.d

Motus.

an quod Mouetur per accidens, ſit corruptibile. 93.1.b
Motus in vacuo, & in pleno carent proportione. 127.2 b
Motus noſter menſurabilis non dicit dependentiam à motu cœli. 124.2.c
Motus cœli eſt velociſſimus omnium motuum corporalium. 125.1.b
Motus diſcretus componitur ex duabus mutationibus. 122.2.b
Motus in conſcientia gloriandi. 243.2.b

Motus localis reſiſtentia.

Reſiſtentia in Motu locali ſumitur ex duplici capite, primo extrinſecè ex corpulentia ſpatij pleni, ſecundo extrinſecè ex extenſione mobilis. 10.2.c
quomodo ex diminutione corpulentiæ ſpatij calculetur velocitas Motus. 9.2.c
Motus punctualis non poteſt eſſe ſucceſſiuus. 101.2.a
Motus Angeli non menſuratur inſtanti temporis noſtri. 103.2.a
Motus definitus ab Ariſt. abſtrahit à ſucceſſiuo, & inſtantaneo. 104.1.a
Motus poteſt eſſe ab extremo ad extremum ſine medio. 106.2.c
afferuntur multa exempla ad probandum Motum poſſe eſſe ab extremo ad extremum. 109.1.c.d
explicatur opinio Scoti, quomodo Motus poſſit eſſe ab extremo ad extremum ſine medio, dummodò medium ſit participans extrema, & motus includat realitatem termini. ibid.d
corpus poteſt Moueri naturaliter ab extremo ad extremum, & redditur ratio diſparitatis, quare poſſit Angelus. 110.2.d
Motus diſcretus conſtat ex duabus mutationibus indiuiſibilibus ſibi inuicem ſuccedentibus. 122.2.b
Motus diſcretus poteſt dici propriè vnus, etiam ſi aliqua intercedat quies dummodo ſit neceſſaria proueniens ex vi modi incipiendi. 123.2.c
ad Motum diſcretum requiritur, vt operatio ſuccedens non poſſit eſſe ſimul cum priori naturaliter. 111.1.a,b
cùm vnus Angelus annihilatur, & immediatè aliis creatur, poteſt dici aliquo modo Motus diſcretus, ſi ſpectetur præcisè actio Dei, vt vna ſuccedens alteri. ibid.
Motus corporum inferiorum non dependet eſſentialiter à motu Cœli, ſeu mora ipſius. 124.2.a
qui Motus dicatur continuus. 101.2.a
Motus definitio. 104.1.a
difficultas contra Motum inſtantaneum. 104.2.d
Motu ſucceſſiuo non poteſt acquiri quod non habet partes. 105.2.a

Multiplicatio.

Multiplicatio eſt ex materia. 87.1.d

Mundus.

Mundus æternus Platoni, & productus per motum. 93.1.d

Mutatio.

quænam ſit Mutatio includens totam realitatem termini motus, & quæ includens realitatem termini motus. 108.& 109
quando Mutatio poteſt fieri in vltimo terminatiuo horæ, & quando non. 114.1.b
Mutabilitas in homine quanta ſit. 335.2.c

Myſterium.

Myſterij ſanctiſſimæ Trinitatis ineffabilitas in quo conſiſtat. 344.1.d
Myſteria gratiæ ſunt immerſa potentialitati. 27.1.c
Myſteria gratiæ ſunt in eodem gradu ſupernaturali, in quo eſt Deus. 27.2.a
Myſteria intrinſecè ſupernaturalia non poſſunt cognoſci ab Angelo. 75.1.d
Myſteria gratiæ ſunt intrinſecè ſupernaturalia. 75.2.e
Myſteria gratiæ vtrum ſint intrinſecè ſupernaturalia. 75.1.c

N.

Natura.

NAtura refugit imperfectum. 87.1.b
Natura creata non poteſt eſſe impeccabilis. 25.2.1

Natura-

Natura diuina,ſeu vnum attributum poteſt à Beato ſecundum vnum gradum perfectionis penetrari;& non ſecundum alium. 35.1.b
de Naturæ diuinæ eſſentia eſt eſſe communicabilē. 258.1.b
Natura humana in Chriſto non eſt tantæ dignitatis quantùm natura diuina. 150.2.a
an omnis Natura materialis ſit impeditiua. 83.1.a
Natura materialis obiecti oppoſiti eſt ſolùm impeditiua. 83.1.c
Natura debet eſſe ſaltem mediatum principium motus phyſici. 165.1.b

Natura ſpecifica.

Natura ſpecifica, vna eſt perfectior altera. 319.2.b
Natura ſpecifica,ſi conſideretur ſecundum ſe, dicit ordinem eſſentialem ad indiuidua in hoc ſenſu, ita vt contracta per petreitatem excludat pauleitatem,& è contra.
Naturæ numquam denegatur auxilium ordinarium naturale. 302.1.c
Naturalia quæ ſunt vni in ſummo gradu, non ſunt naturalia alteri in eodem. 23.2.a

Nauis.

Nauis ſine gubernaculo,vel ſine nauclero, comparata peccatori. 300.1.d

Neceſſarium.

Neceſſarium in ſenſu compoſito eſt duplex. 197 2.a
Neceſſarium ex ſuppoſitione quid ſit. ibid.b.
in mixtione de Neceſſariò & ineſſe, qualis concluſio ſequatur. 204.2.a.b.
Neceſſarium an ſequatur ex impoſſibili. 205.1.c.
Neceſſarium eſt duplex, quoddam ſimpliciter,aliud ex ſuppoſitione. 262. 2.b.

Neceſſitas.

Neceſſitas efficientis,ſi eſt ad ſubſtantiam actus; eſt ad circumſtantias eius,non autem obiectiua, niſi ſit circumſtantia temporis. 307.1.b
Neceſſitas modalis duplex,quædam de dicto, quædam de re. 218.1.b
Neceſſitas conſequentiæ non tollit libertatem. 261.1.d
Neceſſitas quædam oritur ex præſcientia Dei, ſed ea non tollit contingentiam nec libertatem. 261.2.c

Negatio.

Negatio eſt ſignum diſtributiuum. 310. 2. c, & ſeq.
Negatio an videri poſſit ab Angelo. 79.1.b
Negatio negationis eſt cauſſa, ſicut affirmationis affirmatio. 265.2.d
Negatio eſt malignantis naturæ. 355.1.c

Nihil.

improportio inter Ens, & Nihil non eſt infinita. 6.2.d
per calculationem diminutionis materiæ vſque ad non gradum non peruenitur ad virtutem infinitam producentem ex Nihilo. 6. 2 c. & 127. 1. c.
ex Nihilo nihil fit. 87.1.c.
ex Nihilo nihil fit, quomodo intelligatur. 88.1.b.

Nolle & velle Dei.

Nolle & velle Dei, regula eſt omnis rectitudinis. 336.2.a

O

Obiectum de fide.

Obiectum de fide eſt in duplici differentia: quoddam ſecundum ſe neceſſarium:aliud vt relatum ad Dei præſcientiam. 217.2.c,d

Obiectum fidei.

Obiectum fidei. *Vide* fidei obiectum.
Obiectum quando dicatur excedere in ratione cognoſcibilis cognitionem. 34.2.b.c
Obiectum quantùm minuitur de potentialitate, tantùm creſcit in ratione cognoſcibilitatis. 8. 2.b,c
Obiectum & virtus debent eſſe proportionata. 10. 1. d
Obiectum & potentia qualiter adinuicem affecta ſint. 103.2.b
Obiectum & potentia habent commenſurationem ad inuicem. 269.1.b
Obiecti ſpecies eſt vicaria,ſemen & inſtrumentum. 72.2.a
Obiecta plura inferiora vtrum cognoſci poſſint per eumdem gradum indiuiſibilem cognitionis, per quem cognoſcitur obiectum nobilius. 11.1.d
Obiecta exceſſa videntur ſecundariò ex vi viſionis, qua videtur obiectum excedens. 12.2.a
Obiecta infinita in aliquo determinato genere per viſionem finitè intenſam, vtrum videri poſſint in Verbo ex vi eſſentiæ diuinæ intenſiùs penetratæ ex parte obiecti. 41.1.c

Obſcurum.

Obſcurum quare non videtur ſtatim viſo lucido. 82.1.b
Obſcuritas fidei quomodo ſtare poſſit cum euidentia naturali. 214.1.b.c
Obſcuritas eſt modus quidam modificans dictionem Dei. 233.2.b.c

Oculus.

Oculus corporeus non poteſt eleuari ad videndum Deum. 24.2.c
Oculum ſenis ſi haberet iuuenis, videret vt ſenex. 2.2.b
Oculus corporeus vtrum poſſit eleuari ad videndum ſpiritum,ſeu Deum. 24.2.c

Offenſa.

grauitas offenſæ ſumitur à perſona Offenſa; non tamen abſoluitur ab agente, & à ſubiecto. 136. 2.d,e,& ſeq.
Offenſa facta Deo eſt ſimpliciter finita. 132.1.b
Offenſa non meretur infinitam pœnam intenſiuà, nec æternitas oritur ex infinitate offenſæ. 132, 2.c
Offenſa non eſt deſtructiua Dei ſecundum affectum.& ſeq. 132.2.e
Offenſa quæ fit Deo, vtrum ſit ſimpliciter finita in ordine ſupernaturali: valor autem ſatisfactionis Chriſti,ſimpliciter infinitus, & in infinitum excedens

Digitized by Google

cedens offenſam. 131.2.d
Offenſa facta Deo vtrum ſit ſimpliciter finita in ordine ſupernaturali. 132.1.b
Offenſa augetur,& minuitur per modum tendendi ſecundum maiorem vel minorem cognitionem perſonæ offenſæ. 132.1.c
Offenſa quanto creſcit in infinitum ex vilitate perſonæ offendentis,tanto diminuitur ex minori cognitione circa perſonam offenſam. 136.2.d,e
Offenſio ſequitur modum perſonæ offendentis intrinſecè. 6.1.e
Offenſio in genere moris concipitur præcipuè per modum paſſionis. 6.1.d

Omne.

Omne quod fit,ei à quo fit, par eſſe non poteſt. 313.1.c
Omnia fuerunt volita ſimul, ſed cum dependentia vnius ab altero in diuerſo genere cauſæ. 332.2.c
Omnimoda identitas.*Vide verb.*Identitas.

Omnipotentia.

vtrum Omnipotentia poſſit inſtrumentaliter communicari potentiæ obedientiali. 182.1.c,d

Opera.

Opera Chriſti an fuerint ratio meritoria actuum diuinorum,& ſuæ gloriæ. 139.1.b
Opera Chriſti ab æterno præuiſa fuerunt cauſa prędeſtinationis. ibid.
Opera bona quoties agimus ; ea vt operemur Deus operatur. 146.2.e

Operandi modus.

Operandi modus ſequitur modum eſſendi virtutis principalis actiuæ. 2.2.c,d

Operatio.

Operatio poteſt eſſe in diſtans. 108.1.c
Operatio & potentia idem ſunt in Deo. 361.1.a,b
Operatio Chriſti eſt Theandrica,id eſt,ſimul Dei & hominis. 134.2.c
Operatio Angeli duplex , immanens, & tranſiens. 115.1.d
Operatio Dei eſt immanens , & non exigitiua ſubiecti. 131.1.c,d

Oratio.

Oratio Stephani fuit effectus prædeſtinationis S. Pauli. 334.1.c

Opinio.

Opiniones variæ quibus Logici probant à diſtributiuo ad collectiuum ſemper valere conſequentiam. 284.2.a

Ordo.

Ordo vniuerſi hoc habet , vt ſupremum infimi attingat infimum ſupremi. 48.1.e
Ordo præfixus à ſuperiori agente ſeruandus eſt ab inferiori. 111.1.b

Ordo ſignorum.

prius eſt aliud natura,aliud ratione ,& poſſunt eſſe duo ſimul ratione,licet vnum ſit prius altero natura. 315.1.c,d
Ordo ſignorum in myſterio Incarnationis qualis fuerit. 328.1.e
Ordo naturæ non ſupponitur ordini gratiæ,nec ordo gratiæ ordini vnionis hypoſtaticæ. 328.2.d,e
Ordo ſignorum ſeu inſtantium in Deo ſumitur ex quadam ratione cauſalitatis , quæ reperitur in ipſo actu diuino. 265.1.e

P

Panis.

Panis quomodo definat ex vi conuerſionis in corpus Chriſti. 164.1.b

Papa.

Vide verb. Summus Pontifex.

Pars.

Pars in toto dicitur moueri per accidens. 116.2.c

Partes.

in Partibus continui non valet modus argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum , niſi aliquando per accidens. 290.1.a,b
in Partibus continui , vt cognitis à Deo , non valet modus argumentandi à diſtributiuo ad collectiuum. ibid.
Partes continui , vt cognitæ ab intellectu diuino, ſunt infinitæ ſyncategorematicè. 291.1.b
Partes infinitæ ſyncategorematicè non poſſunt reduci ad actum exiſtentiæ, nec ad actum diuiſionis . 290.1.d
Partes continui poſſunt reduci ad actum diſtinctionis. ibid.
à Particulari ad particulare aliquando valet conſequentia. 205.1.a

Pater.

Pater differt realiter à Filio,qualis ſit hæc concluſio: 211.1.c,d
Pater eſt res communicabilis, vera eſt propoſitio; ſed,Pater eſt res incommunicabilis, non dicendum eſt. 350.2.e
vera reſponſio ad hanc inſtantiam. 351.1.c

Pater.

in Patre non datur entitas alia communicabilis,alia incommunicabilis ; ſed omnis eſt communicabilis eſſentialiter. 350.2.b

Paternitas.

Vide Verb. Relatio diuina.
Paternitas & Pater idem ſignificant ex parte ſignificati,ſed differunt in modo ſignificandi eamdem rem. 356.2.d
Paternitas non eſt de eſſentia filij. 356.1.b

Paulus V.

Paulus V.eſt verus & legitimus Pontifex , & Concilium Tridentinum legitimum.quomodo ſit de fide diuina. 224.1.c

Peccare.Peccator.

ad Peccandum requiritur libertas. 294.1.c
Peccans indignus fit omni auxilio ſupernaturali. 133.1.a.
Peccator non poteſt diu cauere à nouo mortali.293
Peccator ſecundum ſe cauere poteſt ab omni mortali. 295.1.d
Peccator exiſtens in peccato poteſt vitare peccata, quæ ſunt contra ius naturæ. 297.1.e,& 2.a
Peccator exiſtens in mortali poteſt omnia ſingula
mortalia

Digitized by Google

mortalia vitare,ſed non ſingula. 299.1.a
Peccator priuatur auxilio Dei extrinſeco, & intrinſeco moraliter. 300.1.c
Peccator priuatur vero vltimo fine. ibid.d
priuatur præmeditatione. ibid.e
Peccator naui ſine gubernaculo vel ſine nauclero comparatus. 300.1.d
Peccatorem tria impellunt ad peccandum de nouo. ibid.e
Peccator in tali ſtatu non obligatur ad impoſſibile. 301.2.b
in Peccatore non poteſt oriri impotentia ex peccato præcedente. 301.1.d
in Peccatore poteſt ſtare potentia reſiſtendi ſingulis tentationibus, cum impotentia reſiſtendi omnibus ſimul. 299.2.d
cur in Peccatore ſit hæc impotentia, & non in homine iuſto. 300.1.b
Peccator non poteſt diu cauere à nouo mortali. 293

Peccatum.

Deus actu negatiuo dicitur velle Peccatum. 280.2.c
an cauens Peccatum mortale pro vno inſtanti, caueat omnia pro eodem inſtanti. 295.2.b
Peccatum Deus non definit. 72.1.d
per Peccatum originale homo nihil amiſit ex naturalibus. 301.1.b
Peccatum an per contritionem puræ creaturæ formaliter remittatur. 151.1.a.b
Peccatum conſtituit hominem non ſolùm peccantem,ſed peccatorem. 151.2.e
Peccatum per pœnitentiam non deletum, trahit ad aliud. 294.1.a
Peccatum fuiſſe cauſam Incarnationis omnes Patres tenent. 327.2.a

Peccatum veniale.

permittit Deus iuſtum cadere in Peccatum veniale propter ſuam vtilitatem. 302.2.b
eſt impotentia moralis in iuſto cauendi diu à veniali. 303.2.b
longum tempus ad incurrendum veniale, eſt tẽpus vnius diei. 302.c.d
Peccatum veniale non eſt faciendum etiam propter conſequendam vnionem hypoſtaticam. 133.1.b
Peccati cauſa Deus eſſe non poteſt. 71.1.a
Peccata ad finem vſque vitæ plangere debemus. 246.1.b

Pelagiani.

Pelagianorum,& Semipelagianorum error. 302.2.b
ipſorum argumentum cum reſponſione. 304.1.a

Penetratio corporum.

quando fiat Penetratio corporum. 280.1.b
Penetrabilitas quid ſit. ibid.

Perfectio.

Perfectio triplex in exemplato. 317.2.b
Perfectio Dei quantum excedat alias perfectiones. 33.2.c
Perfectionem Dei non adæquat cognitio omnium creaturarum. 33.1.a
Perfectiones Dei ſunt in triplici differentia. 24.1.e
Perfectiones in Deo, quæ nullo modo poſſunt participari. 24.2.c
Perfectiones omnes quæ ſunt in creaturis, ſunt in Deo eminenter. 335.1.e
Perfectiuum & perfectibile ſunt eiuſdem ordinis ſicut actus & potentia. 80.2.d

Perſona.

Perſona eſt quæ generat,non eſſentia. 348.2.b
Perſona diuina quomodo dignificet actum Chriſti moralem. 146.1.a
Perſona Verbi totam ſuam dignitatem communicat æqualiter cuilibet actui. 146.1.e
Perſona Verbi ſemper ad actum ſuæ humanitatis concurrit, non gratia ad actum hominis. 147.2.d
Perſonæ ratio quomodo attendatur in merito. 6.1.a

Perſonalitas diuina.

Vide verb. Relatio diuina.
Perſonalitas in homine non influit, ſed ſuſtentat. 134.2.b
Perſonalitas præciſè ſumpta non eſt ens infinitum. 137.2.a
Phantaſia. 84.2.a

Plato.

Plato ponit mundum æternum, & productum per motum. 93.1.c

Plebeius.

Plebeius percutiens magiſtratum quo modo ſatiſfaciet. 52.2.c

Pœna.

Pœna æterna eſt æqualis gloriæ æternæ. 154.2.a
Pœna ignis cur dicatur. 189.2.b

Pomponatius.

Pomponatius confitetur animæ immortalitatem, & per preces petit corrigi ſiquid inuoluntariè lapſum eſt ab ore. 87.1.a

Poſſibile.

ex Poſſibili quomodo concludatur impoſſibile. *Vide verb.* Impoſſibile.
ex Poſſibili non ſequitur impoſſibile. 208.1.e

Potentia.

Potentia Dei non eſt exhauſta per Chriſti Incarnationem. 150.1.e
Potentia Dei eſt adæquata eſſentiæ. 37.2.c
Potentia obedientialis creaturarum omnium, quæ. 46.2.c
Potentiæ in animalibus dantur ad conſeruationem vitæ. 57.2.a
Potentia quælibet habet obiectum ſibi proportionatum. 3.1.b
Potentia præſupponitur potens intenſiuè & extenſiuè. 13.1.a
à quo determinetur Potentia ad reſpiciendum obiectum,vel actum ſuum. ibid.
Potentia creatiua reſpicit ens vniuerſaliſſimum; quomodo hoc intelligendum. 130.2.c
Potentia duplex in accidente. 166.2.a
Potentia obedientialis partim conceditur, partim negatur. 171.2.d
vtrum Potentia induta lumine gloriæ, vel alio habitu ſupernaturali, vel ipſe habitus ſupernaturalis, concurrat tamquam cauſa inſtrumentalis, ad eliciendum actum ſupernaturalem. 193.1.c
Potentia eleuata ſupernaturaliter concurrit inſtrumentaliter ad actum ſupernaturalem. 193.2.d
Potentia eleuata vel induta habitu ſupernaturali poteſt eſſe obedientialis. 194.1.a

Digitized by Google

Potentia vitalis eſt principium ſeipſum mouens. ibid.b.c
Potentia & obiectum habent commenſurationem ad inuicem. 169.1.b
Potentia & obiectum qualiter ad inuicem obiecta ſint. 103.2.b
Potentia & operatio idem ſunt in Deo. 361.1.b
in Potentia, vt ſit actus vitalis, plura requiruntur, & quæ ſint illa. 338.1.b
Potentia poteſt ſtare in ſenſu diuiſo cum impotentia in ſenſu compoſito. 303.1.c
Potentia ad ſingulas partes diſtributiui quid ſit. 285.2.a
Potentia phyſica quo differat à morali. ibid.c
à Potentia phyſica ad moralem quando non valet conſequentia. 286.1.d
Potentia phyſica poteſt ſtare cum impotentia morali. 287.2.e

Potentia obedientialis.

non eſt neceſſe vt mutatio ſit in Potentia obedientiali, ſed ſufficit, vt ſit in operatione ipſius. 173.1.c.d
Potentia obedientialis appellatur occultum ſemen Dei ab Auguſtino multis in locis. 171.1.d
probatur Potentia obedientialis ex multis locis ſacræ Scripturæ. 171.2.a
Potentia obedientialis eſt diſtincta à potentia naturali, ſaltem ratione ratiocinata. 174.1.c.d
an Potentia obedientialis ſit de conceptu eſſentiali creaturæ. 173.2.a
Potentia obedientialis eſt proprietas quædam à creatura fluens. ibid.a.& b
an Potentia obedientialis ſit diſtincta à potentia naturali. 174.1.c.d
an Potentia obedientialis Sacramenti poſſit concurrere ad actionem extra ſubiectum, qualis eſt creatio. 177.2.c
Potentia obedientialis in modo operandi modum ſuum eſſendi. 184.1.d
Potentia obedientialis partim conceditur, partim negatur. 171.2.d

Potentia ſenſitiua.

Vide verb. Senſus.
Potentiæ an ſint vbicumque eſt anima. 97.1.c

Preceptum.

Præceptum non obligat quo ad intentionem mandantis, vt ſcilicet obſeruetur ſecundum morum charitatis. 294.2.c.d
Præceptum dilectionis non obligat per aliquam moram. 297.1,b

Prædeſtinatio.

Prædeſtinatio ex multis cauſſis conſtans, quæ deficere poſſunt, quomodo certa reddatur. 288.2.b.c
Prædeſtinatio ſupponit præſcientiam futurorum. 334.1.b

Prædicata.

Prædicata de Deo ſunt duplicia. 35.2.a
Prædicata in Deo ſunt in triplici differentia. 76.1.b
Prædicata abſoluta & relatiua quomodo diſtinguantur. 358.1.c

Prelatus.

Prælatus cùm ſe infamat, tenetur ſibi ipſi famam reſtituere. 140.2.c

Premiſſa.

Præmiſſa naturalis qualis debeat eſſe, ad hoc, vt ſufficienter explicet concluſionem de fide. 223.1.d
Præmiſſa naturalis quando ſufficit ad explicandum aliquid de fide. 245.1.a
Præmiſſæ quomodo ſint euidentiores & certiores concluſione non ſolùm inferenda, ſed etiam illata. 322.2.d
Præmiſſæ dupliciter ſe habere poſſunt ad concluſionem. 201.2.d
ex ambabus Præmiſſis falſis in toto, vel in parte, ſequi poteſt concluſio vera. 203.1.b.c

Præmium.

Præmium reſpondens Chriſti merito duplex eſſe poteſt. 148.2.b.c
in Præmio duo poſſunt conſiderari; & quæ illa. ibid.c.d

Præſcientia Dei.

Præſcientia Dei non tollit contingentiam ab obiecto futuro, neque libertatem à cauſa. 261.2.c
poteſt concedi de præterito, Deus præſciuit Petrum peccaturum. 263.1.c
Præſcientia Dei expectat rem, & in priori ſigno intelligitur res futura. 262.2.a
ex Præſcientia Dei oritur quædam neceſſitas, ſed ea non tollit contingentiam nec libertatem. 262.2.c
Præſcientia non tollit contingentiam. 220.2.a
per Præſcientiam Dei vtrum tollatur libertas. 260.2.c
per Præſcientiam Dei tollitur omnino contingentia, & libertas à cauſa. 261.1.a

Præteritum.

ad Præteritum nulla eſt potentia. 261.1.c

Principium.

Principium hoc, propter quod vnumquodque tale, & illud magis, vtrum verificetur in genere cauſę finalis. 314.1.b
Principium hoc vtrum verificari poſſit de intermediis propinquis, comparatis ad media remota. 316.1.b
an Principium hoc verificetur in cauſa efficienti principali vniuoca, & totali proxima in ſuo genere. 320.2.a
vt hoc Principium ſit verum, quid requiratur in cauſa vniuoca. 321.1.c
vtrum verificetur Principium in cauſa formali, & materiali. 322.1.a
in quo ſenſu Principium hoc acceperit Ariſtoteles. 322.2.a
Principium tertiæ figuræ in affirmatiuis & negatiuis quale ſit. 202.2.d

Priuationes.

Priuationes non cognoſcuntur niſi per ſuum poſitiuum. 234.1.b.c

Prius.

Prius natura & ratione. *Vide verb.* Ordo ſignorum.

Probabilitas.

Probabilitas ab ipſa determinatione diſtinguitur. 253.2.a

Propheta, Prophetia.

Propheta cùm enunciat futurum contingens reuelatum ſibi in cauſa naturali, enunciat illud iuxta ſecundarium ſignificatum in actu exercito, quod eſt determinatio in cauſa; ita Ionas. 281.1.a.b.& 2.b
Prophetæ tribus modis reuelat Deus futurum contingens, vel oſtendendo cauſas naturales, vel per reuelationem in atteſtante, vel per ſpeciem ſupernaturalem. 281.1.c

Proportio.

virtus infinita in inferiori ordine non poteſt eſſe proportionata obiecto diminuto vſque ad non graduiu ſuum intrinſecè. 92.1.c

Vide

Vide verb. Improportio.

Propoſitio.

Propoſitio vt ſit vera, debet eſſe aliqua determinatio in cauſa, cui ſit conformis. 249.1.d,e
Propoſitio de præterito, ab ea quæ eſt de futuro, in quo differat. 254.1.d
quare Propoſitio de præterito dicatur abſolutè neceſſaria. ibid.
Propoſitio de futuro contingenti dupliciter enunciari poteſt. ibid. e
quomodo talis Propoſitio eſt diſtinctè vera, vel falſa. 255.1.b
Propoſitio enuncians effectum futurum, eſt ſimul propoſitio & conſequentia. 255.1.d
Propoſitio vniuerſalis & particularis enuntiãs futurum contingens. 165.2.c
Propoſitio vniuerſalis & particularis differunt in enuntiando ſecundarium ſignificatum. ibid.d.
conueniunt in enuntiando primarium. ibid.e
quæ ſit Propoſitio modalis de dicto, ſeu compoſita, & quæ de re, ſeu diuiſa. 197.1.b
Propoſitio de futuro contingenti an ſit determinatè vera. *Vide verb.* Futurum contingens.
vtrum Propoſitio de futuro contingenti ſub conditione ſit determinatè ſeu diſtinctè vera, vel falſa. 250.1.d
Propoſitio abſoluta, & conditionalis, in quo differant. 258.1.a
Propoſitio quando eſt merè conditionalis quo ad ſecundarium ſignificatum, neque eſt vera, neque eſt falſa. 258.2.b
vtrum Propoſitio de effectu contingenti abſolutè futuro ſit determinatè, & diſtinctè vera vel falſa. 248.1.a
Propoſitio de præterito, ſi ſemel eſt vera, ſemper eſt vera. 261.2.c.d
Propoſitio de ineſſe duplex. 197.1.a.
Propoſitio modalis de neceſſario eſt duplex. ibid.
Propoſitio quædam eſt in toto falſa, quædam in parte. 203.1.a
cur ex Propoſitione Theologica minor pariter certa non ſequatur, 245.2.c
in Propoſitione de futuro contingenti quid ſit primarium, & quid ſecũdarium propoſitum. 249.2.d
Propoſitiones in Scripturis non contentæ, quæ tamen ſunt de fide. 211.2.b
Propoſitiones quomodo inter ſe miſceãtur. 195.1.a
Propoſitionum de fide tria ſunt genera. 226.2.d
hæc genera in quo conueniant vel differant. ibid.e

Puer.

Pueri hæreticorum quomodo poſſint excuſari credendo falſum. 236.2.a

Punctum.

Punctum coniunctum mouetur per accidens motu ſucceſſiuo. 116.1.e
Punctum ſphæræ mouetur per ſe motu ſucceſſiuo. ibid.
Punctum ſeparatum poteſt moueri motu ſucceſſiuo, & explicatur Ariſtoteles. 117.1.a
Punctum ſeparatum vel non mouetur, vel ſi mouetur, mouetur in inſtanti ab extremo ad extremum ſine medio. 101.2.e
Punctum moueri per motum in ſe realiter receptũ probatur ex Ariſtotele, & ratione. 116.1.a
Punctum mouetur per accidens, quamuis moueatur per motum in ſe receptum. 116.1.c
Punctum additum puncto non facit maius. 175.2.b
Punctus per motum inadæquatè tangit lineam in motu. 117.1.e

Purgatorium.

Purgatorij ignis excedit omnes pœnas quas aliquis in hac vita eſt paſſus. 190.2.c.d

Putrefactio.

ex Putrefactione quæ fiunt, à quo producantur. 162.2.b

Q

Qualitas.

Qualitas infinita an poſſit augeri. 150.2.e
Qualitas quæ eſt in paſſo totaliter ad effectũ concurrit, & cur. 164.1.d
Qualitas permanens an poſſit produci à Deo immediatè ante inſtans ſignatum A. 174.2.c
an dari poſſit Qualitas intrinſecè ſupernaturalis, quod intrinſecè attingat productionem gratiæ, & tranſſubſtantiationem panis in corpus Chriſti. 182.2.c
Qualitas accidentalis eſt ordinata ad perficiendum ſubiectum in quo eſt. 183.1.c
Qualitas vtrum ſupernaturalis in ſacramentis ſit corporea. 183.2.d
Qualitas deformans ſpiritum in dæmonibus, quæ. 188.1.d
Qualitas diſconueniens ignoratur quæ ſit. 188.2.a
Qualitas compoſita ex pluribus extenſionibus dari poteſt. 41.1.d.
ſi daretur vna Qualitas infinita compoſita ex gradibus homogeneis, adæquaret totam latitudinẽ intenſiuam, & extenſiuam aliarum qualitatum; ſecus autem ſi eſſet ſimplex qualitas, vel compoſita ex gradibus heterogeneis. 150.2.d,e
non repugnat dari Qualitatem intrinſecè ſupernaturalem ad productionem gratiæ. 183.2.e
hæc Qualitas ſupernaturalis poteſt eſſe corporea. & ſpiritualis in ſubiecto corporali. ibid,d
hæc Qualitas poteſt cõcurrere ad creationẽ. 184.1.c

Quantitas.

Quantitas eſt extenſio. 121.2.a

Quatuor.

Quatuor in actionibus Chriſti cõſideranda. 142.2.b

Quies.

Quies eſt priuatio motus. 125.1.a
Quietis Angelicæ quæ ſit menſura. 114.1.b

Quieſcens.

Quieſcens toto tempore quando neceſſitatur ad quieſcendum vſque ad vltimum terminatiuum intrinſecè, & quando non. 113.2.b

R

Ratio.

Ratio à priori vnde ſumenda. 287.1.d
Rationale eſt radix beatitudinis. 221.1.d

Receptum. Recipiens.

Recepti natura, à qua debet eſſe denudatum recipiens, eſt natura materialis, quia hæc eſt impeditiua. 81.2.e
Receptibile recipitur ſecundum modum recipentis 81.1.b.
Recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti. 81.2.e
differentia inter Recipiens realiter, & recipiens intentionaliter. 81.2.&c
Recipiens; à qua natura recepti debet eſſe denudatum. 81.2.e

Recordatio.

Recordatio principiorum quæ concurrunt ad concluſionem,

Digitized by Google

cluſionem, integrat vnam rationem formalem cum principiis. 323.2. e & ſeq.
principia, vt ſtant ſub Recordatione, non poſſunt influere maiorem euidentiam, quàm ſit recordatio. 324.1.b

Reflectere. Reflexio.

Reflectere ſe in infinitum, repugnat potentiæ materiali. 85.1.c
Reflexio quid ſit, & quibus competat. *Vide verb.* Senſus.
an aliqua Reflexio competat brutis. 84.1.d
differētiæ inter Reflexionē bruti & hominis. 85.1.a

Regnum.

Regnum Beatorum opponitur igni damnatorum. 191.1.c,d

Regreſſus.

Regreſſus demonſtratiuus non eſt inutilis. 29.2.b

Regula.

Regula Peripatetica notanda. 127.1.e
Regula Auctoris ad cognoſcendum quando ex nouo titulo inſurgit nouum debitum. 140.1.b
Regula omnis rectitudinis, velle & nolle Dei. 336.2.a

Relatio.

Relatio prædicamentalis ad creaturas exiſtentes non datur in Deo. 31.2.d
Relatio prædicamentalis non datur in Deo ad creaturas poſſibiles. ibid.
Relatio tranſcendentalis ad creaturas non repugnat Deo. ibid.e
Relatio non eſt de intrinſeca ratione Dei, ſed perſonæ. 358.2.e
Relatio eſt ens aliquod actuale. 359.1.b
in quo differat Relatio prædicamentalis à relatione tranſcendentali. 31.1.d
datur in Deo Relatio tranſcendentalis ad creaturas, non autem prædicamentalis. ibid.e
an Relatio ad creaturas in Deo repugnet. 37.1.a
Relatio tranſcendentalis. 53.2.d
Relatio diuina realis eſt. 348.1.c
Relatio dominij in Deo quomodo ſit. 352.2.c
Relatio in diuinis eſt aliquid reale. 352.2.c
diſcrimen maius eſt inter Relationem, & eſſentiam, quàm inter attributa. 351.2.d
ad Relationem non eſt motus. 114.1.d

Relationes diuinæ.

Relationes diuinæ quamuis identificatæ cum effectu vt diſtinguantur inter ſe non requiritur infinitudo, ſed infinitudo requiritur, vt identificentur cum eſſentia. 347.1.e
inter Relationes diuinas, & eſſentiam non eſt actualis diſtinctio ex natura rei. 348.1.d.e
in Deo non eſt compoſitio ex natura, & perſonalitate. 348.2.b
maius eſt fundamentum diſtinctionis in diuinis inter Relationes, & eſſentiam, quàm inter attributa, & eſſentiam. 351.2.d
Relationes non ſunt à parte rei idem eſſentialiter cum eſſentia, non autem poteſt dici ſimpliciter non eſſe idem à parte rei, quia negatio negat omnem modum identitatis. 355.1.b
Relatio in diuinis non eſt de eſſentia Deitatis diuiſiuè, vel collectiuè ſumpta. 355.2.d,e
Relatio diuina eſt ipſa eſſentia, non autem de eſſentia. 356.2.e.d
de eſſentia Dei non eſt eſſe trinum. 356.2.c.& 357.1.a
Relationes ſunt in eſſentia Deitatis ſi accipiantur in ſenſu diſiuncto. 357.1.d
Relatio diuina eſt de eſſentia Deitatis in hoc ſenſu, quatenus eſſentia diuina modificata in patre excludit filium formaliter. ibid.
Relatio eſt intrinſeca ratione perſonæ. 358.2.e
Relationes in diuinis neque dicuntur eſſe ſecūdum accidēs, neque ſecundum ſubſtantiam. 355.2.d,e
Relationes diuinæ ſunt proprietates ſubſtantiales. 355.2.c
Relatio in diuinis includit eſſentiam in ſuo conceptu quatenus ex natura ſua poſtulat illā. 359.2.c
Relationes diuinæ non ſunt principium agendi. 172.2.a.
Relationes in diuinis quales ſint. 348.1.c
Relationes in diuinis non ſunt idem cum eſſentia adæquatè. 342.1.c
Relationes in diuinis ſunt idem cum eſſentia, ſed diſtinguuntur inter ſe. 342.2.e
an Relationes diuinæ diſtinguantur à parte rei ab eſſentia diuina. 346.1.a
Relationes diuinæ non diſtinguuntur realiter ab eſſentia diuina. 347.1.c,d
inter Relationes diuinas & eſſentiam non eſt actualis diſtinctio. 348.1.d
inter Relationes & eſſentiam diuinam non eſt omnimoda identitas. 351.1.d,e
Relationes & eſſentia ratione diſtinguūtur. 352.1.d
Relationes in Deo diſtinguntur ratione ratiocinata. 352.2.b
Relationes aliquæ ſunt reales in rebus creatis. 353.1.a, b
Relationes non ſunt eſſentialiter idem cum eſſentia. 355.1.b
an Relationes ſint de eſſentia Dei. ibid.d
Relationes ſunt proprietates ſubſtantiales ipſius eſſentiæ. 355.2.c
Relationes in diuinis non ſunt de eſſentia Deitatis. ibidem d, e
Relationes quomodo ſunt ipſa eſſentia diuina. 356.2.c,d
Relationes diuinæ non ſunt de eſſentia Deitatis, ſiue diuiſiuè ſiue collectiuè ſumantur. 357.1.d
ſi Relationes ſumantur in ſenſu diſiuncto, ſunt de eſſentia Deitatis. ibid.d,e
in Relatiuis entitas diſtincta eſt ab exercitio. 337.2.e

Remedium.

Remedium peccati eſt cauſa finalis Incarnationis. 327.1.b
Remedium peccati, eſt medium magis propinquum ad oſtendendum gloriam Dei. 331.2.c

Remiſſio peccati.

Remiſſio peccati eſt nouum beneficium præter contritionem. 153.2.d

Replicatio.

Replicatio corporis, & præſertim animæ non repugnat. 96.1.c
quare accidentia replicato ſubiecto, replicentur cum illo. ibid.
formas conſequentes vbi non repugnat Replicari, probabiliter tamen non replicantur. 97.1.d,e

Repugnantia.

non Repugnantia non poteſt eſſe libera in Chriſto. 306.1.e

Res.

Res quæ non habet entitatem, non poteſt cognoſci. 70.2.b
Res quando eſt, neceſſariò eſt. 254.2.a
Res futura ordine cuiuſdam cauſſalitatis præcedit ſcientiam Dei. 262.2.d
Res antequàm fierent non fuerunt non ſolùm in tempore, ſed nec in æternitate. 268.1.b.
Res fortuitæ, ſicut nec liberæ non habent cauſam deter-

Digitized by Google

determinatam. 284.2.c

Reſiſtentia.

Reſiſtentia duplex, cùm mobile impenetrabiliter extenſum mouetur ſuper plenum. 10.2.c

Reſiſtentia in motu locali præcipuè eſt ex extenſione mobilis,& non ex corpulentia ſpatij. 103.1.b

ex Reſiſtentia ſucceſſiua deuenitur ad moralem impotentiam vel phyſicam reſiſtendi. 298. 2.b

Reſolutio.

Reſolutio fidei noſtræ fit in ipſam dictionem Dei, quatenus obſcura eſt. 234.2.a

Reſpublica.

Reſpub..quale ius habeat in bona ciuium, & Deus in creaturas. 143.1.b

Reuelatio.

Reuelatio Dei eſt ratio formalis, vt ſub qua, & ſe habet,vt modus informationis. 233.1.d, e & 2.a

obſcuritas eſt modificatio Reuelationis, & ad ipſam etiam vt ſic reſoluitur fides. 234.2.a b

quomodo ſe teneat Reuelatio in fide, & quomodo obſcuritas.*Vide verb.*Fidei obiectum.

Reuelatio ſeu dictio concipitur procedere mediante aliqua propoſitione. 233.1.e,& 2.a

Reuelatio de conuerſione fuit multis medium efficax ad conuerſionem. 276. 2.d

Ruſticus.

Ruſticus quomodo poſſit excuſari credendo falſum. 236.2.a

S

Sacramentum.

Sacramentum tamquam inſtrumentum Dei vtrū attingat gratiam, & tranſſubſtantiationem panis in corpus Chriſti. 179.1.a

vtrum repugnet Sacramentum ſecundum potentiam ſuam obedientialem eleuari ad producendam gratiam. 171.1.a,& ſeq.

Sacramentum producit gratiam per vltimum mutatum eſſe. 176.1.e

Sacramentum poteſt concurrere actiuè ad tranſſubſtantiationem, ſiue tranſſubſtantiatio ſit actio adductiua,ſiue vnitiua, ſiue creatiua. 179.1.a

Sacramentum concurrit actiuè ad productionem gratiæ, ſiue fiat per eductionem, ſiue fiat per creationem. 179.2.a

Sacramentum an poſſit concurrere ad vnionem gratiæ, non concurrendo ad ipſius productionem. 180.2.c

Sacramentum.*Vide plura ver.*Potentia obedientialis.

Sacramentum concurrit de facto actiuè phyſicè ad productionem gratiæ. 184.2.e

Sacramentum concurrit de facto ſecundum potentiam obedientialem, & non ſecundum qualitatem ſupernaturalem. 185.2.c

non repugnat Sacramentum concurrere ad vnionem gratiæ non concurrendo ad ipſius productionem. 179.2.a

Sacramentum concurrit phyſicè de facto ad productionem gratiæ, & alios effectus ſupernaturales. 184.2.e

Sacramenta in quo ſenſu non ſint gratiæ cauſa ſine qua non. 185.2.a

Sacramenta vtrum de facto ſint inſtrumenta phyſica gratiæ ſecundum potentiam obedientialem.& non ſecundum qualitatem intrinſecè ſupernaturalem illis inhærentem. ibid.c

Sacramentorum virtus à Chriſto fluxit. 186.1.a

Sanctificatio.

Sanctificatio quam Deus intendit in nobis, ad paſſiuam dilectionem ſpectat. 153.2.c

Satisfactio Chriſti.

Satisfactio Chriſti.*Vide verb.*Satisfactio.

Satisfactio rigoroſa.

Satisfactio rigoroſa multas debet habere conditiones. 139.1.e,& 2.a

Satisfactio rigoroſa non diſtinguitur à ſatisfactione ad æqualitatem. 141.1.b

Satisfactio ſecundum æqualitatem non diſtinguitur à ſatisfactione de toto rigore. 141.1.c

Satisfactio rigoroſa non debet fieri ex gratia. ibid.d

nec ex bonis creditoris. ibid.

ex indebitis alio titulo. 141.2.a

Satisfactio rigoroſa ad alterum eſſe debet. ibid. b

Satiſfactionis rigoroſæ conditiones omnes an fuerint in Chriſto. 139.2.a

Satisfactio Chriſti eſt æqualis pro peccatis, quantumuis creſcerent in multitudine. 135.1.a

Satisfactio Chriſti eſt in quodam ordine altiori quàm ſit offenſa. 135.2.c

æqualis Satisfactio pro offenſa non ſumitur ex infinita dignificatione actorum, ſed ex modo quo ſe communicat perſona diuina naturæ humanæ. 136.1.d, e

Satisfactionis rigoroſæ quæ ſint conditiones. 139.2.a

Scientia.

quomodo Deus cognoſcat futurum contingens. *Vide verbo,* Dei ſcientia.

Scientia Dei, qua cognoſcit futurum præſens, & præteritum non habet diſtinctionem etiam ſecundum rationem. 260.2.b

Scientia Dei,obiectio & ſolutio de eadem. 12.2.c

Scientia Dei, quo ad modum eſt incommunicabilis. 182.1.e

Scientia duplex in Deo, viſionis, & ſimplicis intelligentiæ. 278.2.d

Scientia conditionalium media eſt inter ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, & viſionis. 278.2.a

Scientia Dei non expectat, ſed antecedit futurum. 262.1.e

Scientia Dei eſt immutabilis, quamuis obiectum ſit mutabile. 263.1.b

Scientiam Dei mutare in nullius eſt poteſtate. 261. 2.b

Scientia infuſa eſt ſupernaturalis. 76.2.a

Scientia quomodo corrumpatur. 92.1.a

duæ tantùm Scientiæ à veteribus cognitæ. 278.2.d

Scripturæ loca.*Vide in Verb.* Loca Scripturæ.

in Scripturis poſito actu contritionis ponitur formido de remiſſione peccati. 245.2.e

Semen.

Semen plantæ eſt animatū anima vegetatiua. 158.2.e

Semen animalis concurrit ad productionem animæ ſenſitiuæ totaliter in genere cauſæ ſecundæ. 159.1.b

Semen plantæ eſt animatū anima vegetante. 158.2.e

Senex.

Senex ſi oculum iuuenis haberet, videret vt iuuenis. 2.2.b

Senſus.

Senſus exterior non ſe reflectit ſuper actum ſuum, 84.1.a

Senſus interior reflectit ſe imperfectè ſuper actum alterius potentiæ, contra Scot. ibid.

an detur vnus tantùm Senſus interior. 84.2.b

Senſitiuæ potentiæ repugnat reflexio in infinitum. 85.1.c

an detur Senſus agens in ſenſu exteriori. 49.1.d

an

Digitized by Google

an detur Senſus vnus interior. 84.1.b
Senſus interiores non ſunt multiplicandi. 84.2.c
Senſus communis tollitur,& æſtimatiua. ibid.d
Senſus copulatus & cópoſitus quo differăt. 283.2.c
Senſus copulatus quomodo differat à diſiunćto. 284.1.c
à Senſibili exteriori non poteſt fieri tranſitus ad intelligibile, niſi per imaginabile. 48.1.a

Senſitiua virtus.

Senſitiua virtus aucta in infinitum non attingit virtutem intellectiuam finitam. 7.2.a
Senſitiua virtus ſi daretur infinita, non attingeret obiectum immateriale. ibid.
Senſitiua potentia aucta in infinitum non poteſt cognoſcere intuitiuè minimum Angelum. 7.2.c

Sententia.

Sententia Ariſtotelis, concionatore Chriſtiano digna. 89.2.b

Signa.

Signa moraliter euidentia de propria gratia. 240.2.d
Signa ſpiritualia per quæ Angelus manifeſtat ſecretum cordis, poſſunt eſſe per modum Scripturæ, & per modum locutionis. 67.1.a
Signum prioritatis in Deo duplex tantùm. 271.2.b
in ſecundo Signo aſſignari poteſt ordo quidã. ibid.c.
Signa tria prioritatis præcedunt decretum diuinum. 272.1.b
Signorum diſtinctio nihil facit. 261.2.d
Significatum primarium, & ſecundarium, in propoſitione de futuro contingenti, quid ſit. 249.2.c
Significatum primarium in propoſitione conditionali, quid. 255.1.d

Similitudo.

Similitudo de naui ſine gubernaculo vel nauclero. 300.1.d
Similitudo de largitione eleemoſynæ. 302.1.a
Similitudo de calce. ibid.
Similitudo de aqua aſcendente ſurſum ad implendum vacuum. ibid.

Simplex.

Simplex dicitur illud, quod non eſt aliud, quod habet,& quod habetur. 348.2.e
Simplex omnino quid ſit. 348.2.e
Simplicitati diuinæ non obſtat diſtinctio per intellectum. 351.2.b,c

Societas.

Societatem ſequitur locutio. 64.1.c

Species.

an poſſit dari Species, quæ naturaliter repræſentet futurũ contingens depẽdens à cauſa libera. 66.1.a
Species creatæ poſſunt ſuppleri in verbo per eſſentiam diuinam quatenus ſpecies eſt. 40.1.a,b
Species creatæ poſſunt ſufferri à Deo extra verbum quatenus ſpecies eſt. ibid.c
Species poteſt dari vniuerſalis repræſentans plura. 56.1.a
Species Angelicæ non ſunt cauſabiles ab obiecto. 52.2.a.
Species Angelicæ cognitæ repræſentant rem præſentem ſine aliquo addito intrinſeco quando eſt præſens. 53.1.c
Species Angelicæ quo pauciores ſunt in Angelo, eo ſunt perfectiores & vniuerſaliores. 50.2.d

Species intentionalis.

Species in oculo repræſentans album, repræſentat album etiam corrupto albo. 54.1.a
an dari poſſit Species vniuerſalior repræſentans plura. 56.1.a
Species quænam poſſit repræſentare plura diſſimilia ſub ratione vnius. 56.1.c
Species naturalis quæ repræſentet actum liberum dari non poteſt. 66.1.a
Species eſt vicaria, ſemen & inſtrumentum obiecti. 72.2.a.
Species eſt accommodanda potentiæ. 17.2.c
Speciei conſeruatio bonum eſt excellentius, quàm forma geniti. 313.1.a
Specificæ naturæ. *Vide* Natura.

Spiritus ſanctus.

Spiritus ſanctus eſt cauſa phyſica principalis gratiæ, Chriſtus meritoriæ. 185.1.b
Spirituale dupliciter poteſt contingere. 125.2.a
in Spiritualibus audire & videre nõ differũt. 67.1.c

Spiritualitas.

Spiritualitas in Angelo non impedit motum continuum,& ſucceſſiuum, & explicatur locus difficilis S.Thomæ. 115.1.b,c

Stare.

Stare ante Dominum quid ſit. 243.1.b

Subſtantia ſupernaturalis.

Subſtantia ſupernaturalis non poteſt eſſe inſtrumentum connaturale ad videndum Deum. 27.1.b
Subſtantia ſupernaturalis non poteſt dari creata, cui ſit connaturalis cognitio intuitiua myſteriorum gratiæ. 26.2.a,b
Subſtantia ſupernaturalis vtrum poſſit creari cui ſit connaturalis viſio beatifica. 25.2.a,b
Subſtantia cognoſcitur per diſcurſum. 81.2.a
Subſtantia Angeli quomodo poſſit repræſentare res liberas. 62.1.c
à Subſtantia per ſe ſubiectiua, non poteſt egredi actio, quæ non ſit ſubiectiua. 131.1.b
Subſtantiæ corruptibiles liberè à Deo conſeruantur indefectibiliter. 121.1.b

Summus Pontifex.

quòd hic ſit Summus Pontifex eſt de fide. 224.1.c
Summus Pontifex, ſeu Eccleſia, eſt regula infallibilis animata. 237.2.d

Superbus.

Superbus neceſſe habet aliis inuidere. 301.1.d
Supernaturalis ordo vndénam ſumatur. 24.1.c

Supernaturalitas.

Supernaturalitas in viſione beatifica ſumitur præciſè ex puritate actus diuini. 191.& ſeqq.
Supernaturalitas in actione tranſeunti qualis eſt creatio, ſumitur præciſè ex puritate actus diuini. ibid.2.c
Supernaturalitas præſentiæ indiuiſibilis corporis Chriſti. 76.2.c
Supernaturalitas Dei non poteſt communicari creaturæ. 191.2.e
Supernaturalitas in operatione tranſeunti, qualis eſt creatio, vnde ſumatur. 192.2.e
Supernaturalitas ſubſtantiæ non poteſt dari, cui cõpetat tamquam principali viſio Dei. 26.2.a.b
Supernaturalitatis ratio vnde ſumatur in operatione immanenti; qualis eſt viſio beatifica. 191.2.d

Supremum.

Supremum infimi non attingit infimum ſupremi. 136.1.d

Suppoſitio.

Suppoſitio antecedens quæ dicatur. 198.1.a
Suppoſitio alia eſt impoſſibilis conditionalis, alia abſoluta. 206.1.d
Suppoſitio impoſſibilis conditionalis tripliciter ſe habere poteſt. ibid.e

Syllogiſmus.

Syllogiſmus in quod reperiuntur præmiſſæ, quibus omni,& quibus nulli, non valet. 203.2.a
Syllogiſmorum fundamentum quodnã ſit. 344.2.c

Tempus.

Digitized by Google

T

Tempus.

NVlla pars Temporis poteſt tranſire à futuro in præteritum niſi per præſens, ſecus autem de motu,& redditur ratio diſparitatis. 111.1.a,b
Tempus noſtrum eſt menſura homogenea temporum rerum permanentium. 118.1.e,& 2.a
Tempus diſtinguitur à parte rei ab exiſtentia motus. 120.1.d
Tempus diſcretum non poteſt conſtare ex duobus inſtantibus tranſeuntibus. 121.2.e,& ſeq.
Tempus diſcretum poteſt conſtare ex duabus moris indiuiſibilibus dummodo vna mora indiuiſibilis correſpondeat adæquatè tẽpori noſtro. 122.1.b,c
Tempus continuum, & ſucceſſiuum commenſuratum motui ſucceſſiuo Angeli non eſt diſtinctum à tempore noſtro. 124.2.b,c
Caietanus diſtinguit tria Tempora in D. Thoma, Tempus diſcretum, tempus continuum, ſucceſſiuum Angelicum, & tempus continuum noſtrum: ſed hoc tertium non diſtinguit à ſecundo oſtenditur. ibid. d
an detur Tempus diſcretum: & quid ſit, & idem quæritur de motu diſcreto, qui tali tempore menſuratur. 121.2.e
Tempus diſcretum,ſeu motus diſcretus, an componi poſſit ex duabus mutationibus. 122.1.c,d
Tempus diſcretum aſſeritur. 124.1.c
Tempus noſtrum,& tempus Angeli non differunt. 124.2.b
Tempus in quo peccator non poteſt vitare omnia mortalia,non eſt idem in omnibus. 300.2.b
longum Tempus non peccandi venialiter eſt tempus vnius diei. 302.2.d
Terminus tranſſubſtantiationis eſt exiſtentia corporis Chriſti. 179.1.d

Tertia figura.

in Tertia figura non concluditur modus connexionis, ſed connexio. 358.2.a,b

Tranſitus.

An ab extremo ad extremum in rebus naturalibus poſſit fieri tranſitus abſque medio. 48.1.a

Teſtimonium.

Teſtimonium conſcientiæ quod ſit. 243.2.a
Teſtimonia fide digna requiruntur, ad credendum aliquid fide diuina. 235.1.e
Teſtimonia humana quam certitudinem moralem debeant habere, vt ſufficienter applicent propoſitionem de fide. 235.2.b

Theologia.

Theologia eſt diſcurſiua & argumentatiua. 211.2.b,c

Tranſſubſtantio.

Tranſſubſtantiatio eſt miraculoſa. 114.1.c
Tranſſubſtantiatio vel eſt creatio, vel conuerſatio. 184.1.c
in Tranſſubſtantiatione toto tempore præcedenti panis quieuit,& inſtanti illius temporis mutatur in corpus Chriſti. 113.1.a,b

Trinitas.

S.Trinitas ſecundum eſſentiam indiuiſa, ſecundum proprietates perſonales diſcreta. 359.1.c
ineffabilitas myſterij ſanctiſſimæ Trinitatis in quo conſiſtat. 344.1.d
Trinum eſſe non eſt de eſſentia Dei. 356.1.e,& 2.a

Turpe.

Turpe quod eſt natura, Deus non poteſt facere vt non ſit turpe, 336.2.a

V

Valor.

VAlor ſeu moralis dignitas operum eſt denominatio extrinſeca. 145.2.a
Valor moralis actuum Crhiſti an fuerit infinitus ſimpliciter in genere valoris. 144.2.d,e
Valor actionis Chriſti eſt duplex, intrinſecus & extrinſecus. 149.1.c

Velle.

Velle & nolle Dei,regula eſt omnis rectitudinis. 336.2.a
Reliqua *Vide in verb.*.Volitio.
Verbum in diuinis producitur formaliter in primo ſigno ex cognitione eſſentiæ, & concomitanter ex cognitione perſonarum, & aliorum obiectorum. 271.1.a

Verbum.

Verbum ex quarum rerum cognitione producatur. 272.1.c
Verbum eſt imago Patris,& non eſt inferius Patre. 317.2.d
Verbum non fuiſſet incarnandum, ſi homo non peccaſſet. 327.1.a
Verbum habet dominium ſuper operationes ſuæ humanitatis,quod non habent Pater & Spiritus ſanctus. 143.2.c
Verbum habet duplex dominium ſuper operationes ſuæ humanitatis. ibid.e
circa hoc *vide plura verbo* Chriſti Incarnatio.

Veritas.

Veritas, & falſitas fundari debent in aliquo eſſe obiecti. 253.2.b
Veritas & falſitas quid ſint. 256.1.b,c
Veritas in intellectu eſt conformitas cognitionis ad rem. 169.1.c
Veritas prima dicens nõ videtur,ſed auditur. 235.1.d
Veritas in ſpeculatiuis attenditur vt eſt à parte rei, ſecus in practicis. 237.2.a
Veritas prima non poteſt teſtificari falſum. 237.2.c
Veritas prima eſt ea in quam omnia reſoluuntur. 230.1.e.& 2.a
Veritas prima informat materiam reuelatã. 229.2.d
Veritas duplex,complexa, & incomplexa. 249.1.d

Verum.

Videre in cauſſa quid ſit. 269.1.c
Verum non ſuſcipit magis,& minus. 313.1.a
Verum,& falſum in propoſitione de pręſenti æquipollent contradictoriis, non autem in propoſitione de futuro. 250.1.a,b
Verum & falſum opponuntur contrariè. 71.1.d
in mixtione de vero cum falſò qualis concluſio ſequatur. 204.2.a,b

Videre.

Videre,& audire non differũt,in ſpiritualibus. 67.1.e
ad videndum plures creaturas, requiritur maior extenſio intrinſeca in viſione. 33.2.a
Vide plura in verb. Viſio.

B. Virgo.

B.Virgo non peccauit venialiter. 302.2.c d

Violentum.

Violentum nullum eſt perpetuum. 87.1.c

Virtus.

Virtus potens producere ex nihilo eſt maior, quàm potens producere ex aliquo. 7.2.b
Virtus & obiectum debent eſſe proportionata. 10.1.d
ſi maior Virtus mouet in tempore,maior mouebit in inſtanti. 102.1.e
Virtus eſt in ſe maximum bonum. 86.2.e

Digitized by Google

Virtus amari poteſt ob honorem Dei, & ob honorem proprium. 314. 2.d

Virtus diuina eſt virtus virtutum. 129.1.c

Viſio Dei.

Viſio Dei qua Deus videt ſeipſum extenditur ad futura quatenus eſt ſimplex qualitas æquipollens pluribus extenſionibus. 12.2.c

Viſio qua videntur Creaturæ in verbo ex vi viſionis eſt heterogenea, ſi verò creaturæ videntur ex vi cauſæ, eſt homogenea. 41.1.a

poſſunt in verbo per Viſionem finitam videri in aliquo obiecto infinita obiecta in aliquo determinato genere. 41. 1.c

Viſio in Deo.

Triplici modo poſſunt videri in Deo creaturæ vnica Viſione. 41. 1.c

Viſio beatifica.

Deus non poteſt videri ab homine propria virtute pro hoc ſtatu viæ. 16.2.c

non poteſt Deus videri propria virtute ab Angelo intuitiuè. 18. 2.c.d

Viſio beatifica ſeu intuitiua Dei eſt per ſe improportionata intellectui creato. 21.1. a,b

eſt improportionata intellectui creabili etiam infinito. 24.2.a

Viſio beatifica fuit medium quo Chriſtus factus eſt impeccabilis. 310.1.d

Viſio beatifica neceſſitat voluntatem Beati ad ſe conformandum voluntati diuinæ. 310.2.b

Viſio perfecta qua videntur Deus, & creaturæ, eſt ſimplex qualitas. 41.2.a

ex vi Viſionis cauſæ non ſequitur viſio omnium creaturarum in Deo. 42. 1.b

in Viſione beatifica duo ſunt, lumen gloriæ, & eſſentia diuina. 234.2.c

vnica Viſione creatura triplici modo videri poteſt. 39.2.a.b

in viſione triplex infinitas. 32.2.b

Viſiua virtus.

Virtus viſiua creſcit per partes æquales in infinitum ex diminutione obiecti extenſi vſque ad non gradum ſuum. 7.2.b

Viſus habens ſpeciem albi, poteſt videri album albo non exiſtente. 190.1.b

Viſus ſicut ſe habet ad viſibile, ita intellectus ad intelligibile. 16. 2.c,d

Viuens.

Viuens eſt in ſuperiori gradu entium, quàm ſit inanimatum. 320.1.c,d

Voluntas.

Voluntas cur cauſa vniuerſalis dicatur. 173,1.d

Vnio.

Vnio hypoſtatica præciſè ſumpta, vt non includens Deitatem non eſt ſufficiens ratio ſatisfactionis ad æqualitatem. 137.11.c,d

non repugnat attingi Vnionem formæ accidentalis non attingendo ipſius productionem. 186.2.c

Vnio hypoſtatica non poteſt comprehendi à Beato. 38.1.e

Vnio corporis cum anima non eſt animæ eſſentialis. 4.1.a

an Vnio, vel ſuppoſitum præciſa Deitate ſit ratio ſufficiens ad æqualitatem ſatisfactionis. 137.1.c,d

Vnio neceſſariò dicit terminum, qui eſt perſona diuina. 137.1.d

Vnionis modus corporis cum anima eſt ineffabilis. 189.1.e

Vniuerſum.

Vniuerſi ordo hoc habet, vt ſupremum infimi attingat infimum ſupremi. 48.1.e

Vnum & idem.

Vnum & idem eſſe in ordine ad diuerſa tempora, eſt præſens, præteritum & futurum. 253.2.c

Volitio.

Volitio virtualis requiritur in omni potentia libera etiam in Deo. 339.1.b,c

Volitio virtualis non includitur in actu tamquam in priori, ſed præcedit actum. ibid.

Si volitio producatur à Deo, ad hoc vt voluntas dicatur velle neceſſariò debet influere ſaltem conſeruando actum. 339.1.e

Volitio Dei.

cùm Deus ex non Volente ſit volens ſit aliqua mutatio in creatura. 280.1.b

quomodo dicitur Deus velle peccatum, vel diſplicere illi peccatum. 266.1.d

vt Volitio exerceat actum aliqua requiruntur, & quæ ſint illa. 338.2.a

Volitio Dei circa creaturas non informat neceſſitariò voluntatem diuinam. ibid.d,e

Volitionis diuinæ cognitio neceſſaria eſt ad cognoſcendum futurum contingens. 71.2.b

actus Volendi credere fide diuina eſt ſecundum ſubſtantiam ſupernaturalis. 242. 1.b

Voluntas.

actus Voluntatis qui concurrit ad fidem duplex, actus volendi credere, & pia affectio. 241.1.c

in actu voluntatis tria poſſunt concipi, ſubſtantia actus, qualitas, & finis. 59.2.d

actus Voluntatis inuariatus ſecundum ſubſtantiam, non poteſt terminari modò per complacentiam, modò per diſplicentiam. ibid. c

Voluntas creata poteſt neceſſitari à Deo. 339. 2.b

Voluntas diuina determinat ſeipſam, nec requiritur nouus influxus. 340.1.a

Voluntas quando dicitur libera. 303. 2. a

Voluntas aſſentiens fini his aſſentitur quæ habent connexionem cum ipſo. 297. 1.d

Voluntas magis facilitatur in rectè agendo. 299.1.c

Voluntas creata habet omnimodam libertatem. 335. 2. b

Voluntas per quid determinetur ad actum. 335.2,d,e

Voluntas & iudicium practicum debent eſſe proportionata. 140.1.c,d

Voluntas cur cauſa vniuerſalis dicatur. 173. 1. d

Voluntas hominis cur ſit libera. 336. 2.c

in Voluntate diuina vnde ſumenda ſit prioritas ſignorum. 272.1.a,b

BONI CONSVLE LECTOR BENIGNE,
& in orationibus tuis memento Authoris.

Digitized by Google